



14
20 F
1

ΜΙΚΡΟΠΡΕΣ ΒΥΤΙΚΟΝ.

VETERVM QVORVNdam breuium Theologorum, siue Episcoporum siue Presbyterorum, aut sacri ordinis aliorum qui aut tempore Apostolorum, aut non multò post uixerunt, elenchus: Quorum hinc nomina (ut uides) sequuntur:



Instituti huius rationem præfatio mox sequens aperit.

BASILEÆ.



AMPLISSIMO VIRO ac publici priuatique Iuris Conſultiſsimo, Domino Georgio Giengero, Regiæ Maieſtatis Conſiliario Primo, ac Sueuiæ tum Superioris tum Inferioris præfecto, Domino ſuo obſeruandiſsimo, Henricus Petri S.



Vnquam non laudandum, & meritò quidem eorum ab omnibus inſtitutū eſt, Vir Ampliſsime, qui huic gnauiter rei incumbunt, ut libros ob argumenti tractationisue dignitatem ſeculorum ætate dignos ab interitu corruptionisq; ac obliuionis iniuria uindicent. Vnde etiam qui hoc faciunt, nullo quidem, cuius autoritate & patrocinio ſuum, aduerſus æmulos, ſtudium defendant, patrono opus habent. Ego uerò etſi in hoc ipſo pro uirili mea nunc ſum, ut uidelicet ueterum bonorum autorum memoriam uindicem: quia tamen modus et conſilium, quo facere id inſtituo, hoc eſt, congeries illa & autorum illorum in unum uolumen συνάθροισις non omnibus fortaſſe placebit, Virum mihi eligere uolui, cuius autoritate & exiſtimatione tutum hoc inſtitutum noſtrum ab immodeſtiorum quorundam inſultatione redderem. Quur autem te præ alijs illuſtribus uiris omnibus patronum meo inſtituto eligendum cenſuerim, cauſa breuiter hæc me mouit. Venit paucos ante dies huc ad nos deambulandi & noſtras quoq; partes cōtemplandi gratia (quemadmodum facere ſolent uiri philoſophi ac hiſtorici, ſtudioſi rerum omnium obſeruatores) D. Vuolfgangus Lazius, Regię Maieſtatis hiſtoricus & Medicus: Is, quum de tua quoq; amplitudine inter cætera, ueluti fit, ſermo nobis incidiſſet, eas in te cumulatiſsimè uirtutes omnes eſſe collatas, pro fide ac candore ſuo nobis commendauit, quæ uirum principem quàm maximè deceant & ornent: præcipuè uerò tuum erga literas literatosq; homines ſingulare ſtudium, fauorem & beneuolentiam prædicabat. Quæ ſanè laus illa tua magna me ita commouit, ut de Mœcenate & Patrono te noſtro huic Microprebytico eligendo cogitare ſtatim occeperim. Cui quidem inſtituto meo, etſi ſubruſticus quidam pudor & uerecundia (qua re plerią; ab eminentiorū præſertim ignotorum alloquio ferè deterremur) aliquandiu obſtiterit, minuit tamen eam & ademit mihi idem D. Lazius, dum haud ingratam fore tibi hanc noſtram inſcriptionem, ſpem mihi certiſsimam fecit. Hinc nimirū in meo confirmatus propoſito, hunc uetuſtiſsimorum quorundam Theologorum elenchum ex officina noſtra tuæ, Vir excellentiſsime, humanitati nuncupo atq; dedico, & ut placido eum ſuſcipere uultu, meumq; conatum probare uelis plurimum rogo. In hunc ego modum tua mihi, ut certò confido, præparata bene-

† 2 uolentia

uolentia, Reliquum est, ut (quod epistolæ nostræ munus proprium esse debet)
consilij huius nostri rationem exponamus, tum etiam quid ex unoquoq; eo-
rum, quos hîc cōiunximus autores, sperandum sit, breuiter enarremus. Quod
quidem ad prius, in libellos quosdam Theologicos tam græcos quàm latinos
nuper incidi, quorum cùm cōmodum haud aspernandum inscriptiones seu ti
tuli pollicebantur, tùm precium aliquod eorum autorum celebritas arguebat:
& eos quidem partim annos ante plures excusos, partim manu scriptos, pulue
re ac situ obductos: unde eorum ego metuens interitum, spectare cœpi quomo
do reuocati quasi ab orco, luci ac splendori suo restituerētur. Ibi tum, Quid si,
apud me cogito, in unum horum aliquos uolumen ceu eiusdem professionis
symmistas, & nonnullos synchronos comprimam? Placuit summopere qui-
bus cum contuli uiris bonis & doctis hoc meum consilium, unde quoq; ut in
instituto hoc pergerem me hortati sunt, quasi rem essem facturus gratissimam
sacro studio consecratis omnibus. Quibus sanè auditis, finem alacrius, quem-
admodum uides, nostro huic consilio imposui. Quod uerò ad alterum, quos
nempe aut quales autores huc conquisiuerimus, sic habeto: Non certè nisi ue-
tustissimos, qui aut Christi & Apostolorum tempore, aut non multo post ui-
xissent, adeoq; nil nisi Catholicæ fidei & Apostolicæ doctrinæ consona docu-
issent, similiter bonorum & doctorum uirorum applausu huc consociandos
D. Ignatius. censui. Nam ut de D. Ignatio, Polycarpo & Dionysio, quos in prima acie col
locauimus, prius dicam, σύγχρονοι hi fuere Mariæ uirgini Deiparæ & Aposto
lis, quemadmodū scripta eorū testātur. extant enim hic Ignatij (tertius ille post
D. Petrum Episc. Antiochenus fuisse fertur: passus Romæ sub Traiano Imp.
anno domini CXI) ad Mariam matrem Iesu, tum quoq; S. Ioan. Euangelistam
D. Dionysius. epistolæ: Extant similiter Dionysij (cōuersus hic fuit ad fidē à D. Paulo, quem
admodum legimus Act. 17. Episcopus fuit Atheniensis: sanguinem pro Chri
sti nomine effudit sub Domiciano, an. dñi. 96. ętatis suę 90.) ad S. Ioan. Euan
gelistam & Polycarpum illius discipulum epistolæ: quæ sanè omnes ab Apo-
stolica doctrina nihil recedunt, quemadmodum legentibus fideliter fit manife
D. Iustinus. stum. Sequuntur hos Iustinus (ex Philosopho hic ad fidem conuersus, Romę
pro Christo martyrio coronatus, claruit sub Antonio pio Imp. anno domini
S. Maximus. 150) S. Maximus (Gennadius hunc inter uiros illustres cōmemorās, Tauren
sis ecclesiæ Episcopū fuisse scribit, cuius etiam D. Hieron. inter scriptores Ec-
D. Thalasius. clesiasticos meminit) & Thalassius: Quorum hi quidem de syncera charita-
te, continentia, & regimine mentis sententiarū Centurias singuli quatuor græ
co sermone conscripsere: quas huc quoq;, propter spiritus, qui inde relucet, emi
nentiam et puritatem, apponendas cum interpretationibus suis duxi: Ille uerò
ad gentes librum quoq; nobis reliquit, doctum sanè & fidei consolatione ple-
num, in latinam linguam à Io. Pico Mirandulę comite eleganti stilo translatū:
quo eos admonet (unde admonitorius inscribit) ut fidem christianā & agno-
scant & recipiant: eamq; probat ipsis nō tàm ex sacris libris, quàm etiam Phi-
losophorū & Poëtarum sententijs, tum etiam Sybillarum (quæ gentibus mis-
D. Gregorius. Neocæsarię. sę à Deo prophetissæ putant) oraculis. Post illos posuimus D. Gregorij Neo
cæsariensis

cæſarienſis Epiſcopi (Origenis hic auditor et diſcipulus fuiſſe fertur: miracu‑
lis coruſcauit, unde θαυματουργὸς cognominatus: claruit ſub Gordiano princi‑
pe anno domini 240) & Olympiodori in Eccleſiaſten cōmentaria. Sed ut quę *Olympiod.*
eiuſdē eſſent autoris opuſcula, non ſepararemus, hiſce interpoſuimus eiuſdem
S. Gregorij Canones, quibus quid de ijs ſit ſentiendū qui in captiuitate cibos
Idolis conſecratos commederent, ac alia quoq; more infidelium perpatrarent,
cōſulius à quodā ſacerdote reſpondit. His adiuncti quoq; fuere D. Petri Ar‑ *D. Pet. Alex.*
chiepiſcopi Alexandrini, quem ἱερομάρτυρα ob fidei ſingularem conſtantiam di‑
xere, canones de ijs qui tempore perſecutionis à fide excidiſſent, & pœnitentiā
dein egiſſent: Nec nō S. Gennadij Epiſcopi (ſub Leone Imp. hic mortuus eſt, *S. Gennadius*
anno domini 460.) & ſynodi Conſtantinopolitanæ epiſtola de non uenden‑
dis aut emendis pecunia ordinibus ſacris, ac docendo gratis Euangeliū exem‑
plo Chriſti domini noſtri: Acceſsit præterea ex Nicephoro de ligandi ſoluen‑ *Nicephorus.*
diq; poteſtate fragmentum. Hinc porrò ſequuntur, Iuſti Orgelitanæ eccleſiæ *D. Iuſtus.*
epiſcopi (claruit hic ſub Iuſtiniano Imp. anno Chriſti 540.) in Cantica cantico‑
rum annotationes, & D. Salonij Epiſcopi Viennēſis ſuper Parabol. Salomo‑ *D. Salonius.*
nis et Eccleſiaſten dialogi duo doctrina & pietate inſignes. Pręterea B. Martia‑ *B. Martial.*
lis Apoſtoli (fuiſſe hic cum domino quoq; uidetur in monte cum proderetur *Apoſtolus.*
à Iuda oſculo & caperetur, ſicut legimus cap. 13. ad Toloſanos) epiſtolæ duæ ue‑
rè apoſtolicæ: nec nō D. Antonij Abbatis (huius uitā Athanaſius inſigni uo‑ *D. Antonius.*
lumine Græco ſermone conſcripſit, claruit ſub Conſtantino Magno anno do‑
mini 330.) apoſtolici ſenſus ſermonisq;, ut D. Hieronymi uerbis utar, epiſtolę
ſeptem, quarū pręcipua eſt ad Arſenoitas. Hos ſequuntur S. Marci Heremitę *S. Marcus*
de lege ſpirituali ſententię, κεφάλαια græcè uocantur, lectu dignißimæ. Subne‑ *Heremita.*
ctere hiſce libuit Philonis Iudæi (alter hic Plato propter ſapientiā & facundiā *Philo Iudæus*
ſuā fuit habitus, uixit ſub Nerone Princ. anno dn̄i 50.) aliquot opuſcula: nem‑
pe Biblicarū antiquit. librum: Item Quæſtionum in Geneſim ſolutiones: De
Eſſæorum, id eſt monachorum ſtatu libellum, ac deniq; de nominibus hebrai‑
cis ueteris ac noui teſtamenti non inutilem expoſitionem: poſtremo de mun‑
do librum Græcè & Latinè: quanquā Budæus, qui ex græco eum in latinum
uertit, adduci ſe non poſſe dicat, ut eiuſdem Philonis Iudæi eſſe hunc de mun‑
do librū credat. Poſt hæc adiecimus D. Chromatij de octo Beatitudinibus ut *D. Chroma‑*
eruditam ita piam concionem, ac eiuſdem in cap. 5. & 6. Math. enarrationes: *tius.*
Tum etiam Symmachi Epiſcopi Romani (moritur hic ſub Anaſtaſio Imp. *Symmachus.*
anno ſalutis 515.) apologeticum aduerſus Anaſtaſ. Imp. Orientalis præterea
eccleſiæ ad eundem Symmachum epiſtolam. Proximus nunc eſt Albinus, Ca‑ *D. Albinus.*
roli Magni olim præceptor, cū ſuis in Geneſim quæſtionibus pijs ſanè & do‑
ctis adeoq; lectione dignis. Sequūtur hinc Athenagoræ Græci Philoſophi *Athenagoras*
clariſsimi de reſurrectione mortuorū diſputationes, chriſtiana fide dignę. Hic
enim ea omnia quæ ambiguam reddere reſurrectionis fidem poſſent, doctiſsi‑
mè refutantur, reliqua uero quę ad eius fidem corroborandam faciunt, fideliſ‑
ſimè allata omnia aſſerunt, & infallibilibus demōſtrationibus aſtruūtur. Mo‑
leſta fortaſſe tibi eſt, Vir clariſsime, hæc prolixa horū autorum ἀνακεφαλαιώσις:

ſed tamen quia non ſine commodo aliquo lectoris fit (Interim enim & librorum argumenta quàm breuiſsimè narrantur, & authorum, de quibus conſtare nobis potuit, antiquitas & conditio explicantur) ne quæſo reliquos quoq;
Ariſteas. audire pigeat: breuis nanq; ero. Adiectus itaq; proximè nobis eſt, Ariſteæ (huius & antiquitatem & dignitatem, ipſa quæ hîc deſcribitur hiſtoria teſtatur, ſiquidē ipſemet rei huic gerēdæ à Rege ſuo Ptolemęo miſſus interfuit) de LXXII ſacrorum bibliorum interpretibus libellus: ex quo præter hiſtoriam pio lectori haud equidem negligendam, magnam rerum multarum cognitionem haurire licet: Vt enim reliqua taceam, quanta ſcatent prudentia & ſapientia 72. illa reſponſa ab interpretibus Regi ex tempore non ſine ſpiritus cœleſtis ui data? Vnde ſibi ipſemet Rex Ægyptiorum Ptolem. congratulatur dicens: Maxima mihi ueſtra præſentia adfulſerunt bona. nam & plurimum cōmodi ueſtris Re
Bertramus. ſponſis & doctrinam ad regnandū attuliſtis. hæc ille. Huic ſubiunximus Ber-
Lanfrancus. tramum & Lanfrancū (horum ex Trithemio libris ſuis uitæ præfixæ ſunt) eiuſdē udut farinę autores, Prior enim de corpore et ſanguine Chriſti domini,
Iulian Pom. Alter uero, de Sacramento Euchariſtiæ libros ſuos inſcripſere. Hos excipit Iulianus Pomerius Toletanę eccleſię olim Epiſcop. (claruit ſub Marciano Imp. anno domini 450.) qui tribus hiſce libris omnes Iudæorū errores conuicit et diluit: Chriſti fidem aduerſus pertinacium inſultus ſolidiſsimis ſcripturæ ſanctæ teſtimonijs firmiſsimè aſſeruit cōmuniuitq;: Sextę ætatis cōprobationem ut acri, ita magno iudicio ab origine repetit, à primis cauſis diſcernit, et à ſtirpe
Georgius Florus Baldus. ut aiunt, expendit. Reliqui nunc ſunt Georgij Flori Baldi de oratione & preci
Pantoleon. bus compendium: Pantoleonis de luminibus ſanctis ſermo græcè & latinè, quem in uetuſto quodam codice manu ſcripto nuper reperimus, & dignum quoq; quem adijceremus huc exiſtimauimus, quoniam Chriſti Ieſu gloriam uindicat. Teſtamentū præterea XII patriarcharū filiorum Iacob. Item Euange
Ammonius Alexādrinus licę hiſtorię cōtinuata narratione ex Ammonij Alexandrini fragmentis. Rab-
Rabbi Samuel. bi itē Samuelis libellus ueri Meſsiæ paraphraſis. Et poſtremo D. Andreæ Hieroſolymitani ſuper ſalutationem angelicā ſermo, Gręcè pariter & Latinè ex ue
D. Andreas. tuſtiſsimo quodam codice manu ſcripto. Hi igitur ſunt, Vir clariſsime, autho
Hieroſolymitan. res quos in unū hoc uolumen cōiunximus, quod tuæ, ut antea diximus, dignitati inſcribimus & nuncupamus, & ut boni conſulere, meūq; conatum & conſiliū probare uelis iterum atq; iterum rogo. Baſileæ Kalendis Septembris Anno reparatæ ſalutis. M D L.

Index eorum omnium quæ huic libro insunt.

D

iustus,


religio

uoluptates

FINIS.

DIVI IGNATII QVI ET THEOPHOrus, Antiochenæ ecclesiæ episcopi & Martyris, Epistolæ.

Ioanni Sancto seniori Ignatius & qui cum eo sunt.



Rater de tua mora dolemus grauiter, allocutionibus & cõsolationibus tuis roborandi. Si tua absentia protẽdatur, multos de nostris destituet, properes igitur uenire, quia credimus expedire. Sunt & hic multæ de mulieribus nostris Mariam Iesu uidere cupientes, & quotidie à nobis ad uos discurrere uolentes, ut eam contingant & ubera eius tractent, quæ dominum Iesum aluerunt, & quædam eius secretiora percunctentur ipsam Mariam Iesu. Est & Salomæ, quam diligis, filia Annæ Hierosolimis & quinq; mensibus apud eam commorata. Et quidam notificauêre eandem matrem dei omnium gratiarum esse abundantem, & omnium uirtutũ more uirginis, uirtutis, & gratiæ fœcundam, quæ (ut dicunt) in persecutionibus & afflictionibus est hilaris, in pœnurijs & indigentijs non quærula, iniuriantibus grata, & modesta in re læta. Miseris et afflictis condolet coafflicta & subuenire non pigrescit. Contra uitiorum autem pestiferos conflictus in pugna fidei disceptãs enitescit. Nostræ nouæ religionis & pœnitẽtiæ est magistra, & apud fideles omniũ operum pietatis ministra. Humilibus quidẽ est deuota, et deuotis deuotius humiliatur, & mirum ab omnibus magnificatur, cum à scribis & pharisæis ei detrahatur. Præterea multi multa referunt de eadẽ, tamẽ omnibus per omnia non audemus fidem cõcedere, nec tibi referre. Sed sicut nobis à fide dignis narratur, in Maria Iesu humanæ naturæ, natura sanctitatis angelicæ sociatur. Et hæc talia excitauerunt uiscera nostra, & cogũt ualde desiderare aspectũ huius (si fas sit fari) cœlestis prodigij, & sacratissimi spectaculi. Tu aũt diligẽti modo disponas super desiderio nostro & ualeas. Amẽ.

DIVI IGNATII AD EVNDEM EPISTOLA.

Ioanni Sancto seniori Ignatius.

Si licitum est mihi à te, ad Hierosolymæ partes uolo ascendere, & uidere fideles sanctos qui ibi sunt, præcipue Mariam Iesu, quam dicunt uniuersis admirandam, & cunctis desiderabilem. Quem enim nõ delectet uidere eam & alloqui, quæ uerum deum de se peperit, si nostræ sit fidei & religionis amicus? Similiter & illum uenerabilem Iacobum qui cognominatur Iustus, quem referũt Christo Iesu simillimum facie & uita, & modo conuersationis, ac si eiusdem uteri frater esset gemellus. Quẽ dicunt si uidero, uideo ipsum Iesum, secundum omnia corporis eius lineamenta. Præterea cæteros sanctos & sanctas. Heu quid moror? Cur detineor? Bone præceptor properare me iubeas & ualeas.

DIVI IGNATII EPISCOPI ET MARTYRIS, AD BEATAM Mariam uirginem, matrem domini nostri Iesu Christi, Epist.

Christiferæ Mariæ Ignatius.

Me Neophytum Ioannisq; tui discipulum confortare & cõsolari debueras. De Iesu enim tuo percepi innumera dictu, & stupefactus sum ex auditu, à te autẽ quæ semper ei fuisti familiaris coniuncta, & secretorum eius conscia, desidero animo fieri certior de auditis. Scripsi tibi etiam aliâs & rogaui de eisdem. Valeas, & Neophyti qui mecum sunt ex te & per te & in te confortentur. Amen.

BEATAE MARIAE VIRGINIS, AD IGNATIVM EPISCOpum & Martyrem, Epistola.

Ignatio dilecto discipulo humilis ancilla Christi Iesu.

De Iesu quæ à Ioãne audisti & didicisti uera sunt. Illa credas, illis inhæreas, & christianitatis uotum firmiter teneas, & mores & uitam uoto confirmes. Veniã autem unà cum Ioanne te & qui tecum sunt uisura, sta, & in fide uiriliter age, nec te commoueat persecutionis austeritas, sed ualeat et exultet spiritus tuus in deo salutari tuo. Amen.

DIVI IGNATII EPISTOLAE DVODECIM QVARVM prima est ad Mariam Cassobolitam.

Ignatius, qui & Theophorus, misericordiam consequutus, & gratiam Dei patris altißimi & domini nostri Iesu Christi qui pro nobis mortuus est, fidelißime & deo digne christicolæ filiæ Mariæ plurimam in deo Salutem.



Prima quidem figuratio literæ, uelut pars chori sensus cõtinens non solũ his quibus impertit affectum, honorat accipiẽtem, sed & in ipsis qui suscipiunt amplius auget desideriũ. Et quomodo nauigantibus in tempestate gratus est portus, ita & nobis literarũ tuarũ acceptabilis est modus. Quẽ tanq̃ tutissimũ solatiũ à tua fidelissima mente de longinquo suscepimus, conspicientes in eo illud quod est bonũ. Omniũ namq; bonorũ largitor est deus. O sapientissima mulierũ, tuã animã purissimis fontibus assimilamus, illis uidelicet qui transeuntes etiã non sitientes uisione sui attrahũt, & potũ haurire inuitãt. Ita enĩ tuæ prudẽtiæ pollicitatio cõstringit nos, iubẽs de illis sanctis liquoribus, qui in anima tua redundant, haustũ sumere. Ego aũt potaui non in eis tantũ nunc, quãtum publicanorum contrarijs sentẽtijs exagitor. Quæ quidem sunt fugæ & carceres ac uincula. Sed nihil horum recuso. In iniustitijs autem eorũ magis edoceor ut Iesum merear adipisci. Lucror ego periculis mihi præparatis. Quia non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quæ autem per epistolam à te intimata sunt, prompte adimpleui, de nullo eorũ dubitãs quos tu bene habere probasti. Agnoui enim te iudicio dei testimonium memoratis uiris perhibuisse, & non gratia carnali. Nõ ualde aũt assidua fuerunt spatia, in quibus tua scripta perlegerem, neq; adhuc in te negocium perceperam. Nec enim habui quomodo oculis percurrerem illã ineffabilem tuæ sententię relationem, pro anima tua ego efficiar. Quia diligis dominum Iesum filium dei uiui, propterea & ipse tibi dicit: Ego eos qui me diligunt diligo, & qui quærunt me inueniũt pacem. Obuenit itaq; mihi dicere, quia uerus est sermo, quem audiui de te causante Romæ apud beatũ Papam Anacletum, cui successit beatitudine dignus Clemens Petri & Pauli auditor. Et nũc adiecisti super eum centupliciter, & adhuc adijcies teipsam. Valde enim desiderabam uenire ad uos, & conquiescere uobiscum, sed non mihi fuit opportunum, prępediebat enim propositum meum non sinens illo pergere militaris custodia. Quia nullus talia perfecit uel passus est, qualia ego. Quapropter secunda consolatio est inter amicos, scriptis se inuicem releuare. Saluto sacratissimam animam tuam rogans superadijcere ad propositum tuum. Præsens enim labor paruus est, merces uero quæ speratur multa est. Fuge eos qui negant passionem Christi, & natiuitatem eius secundum carnẽ. Multi sunt enim qui hãc sanitatem infirmare conantur. Sed tu contra huiusmodi consuesce etiam alios monere. Quia in omni opere & uerbo bono perfecta es, potens & alios erudire in domino. Salutant te præsbyteri & diaconi, præ omnibus uero sanctus Hieronymus. Salutant te Cassianus hospes meus, & soror mea coniunx eius, & dulcissimi filij eorũ. Incolumẽ & carnali, & spirituali salute dominus sanctificet semper, & uideã te in domino consecutã coronã.

DIVI IGNATII AD TRALLIANOS EX SMYRna Epistola II.

Trallis urbs est Asiatica, in uertice quodam plano, promontorium natura munitum habet, Asiaticarum urbium opulentissima. Vnde & dicuntur Tralliani.

Ignatius, qui & Theophorus, dilectæ à deo patre, & domino Iesu Christo ecclesiæ sanctæ, quæ est in Trallis, electæ & deo dignæ, pacificatæ in carne & spiritu Iesu Christi, spei nostræ in paßione per crucem & mortem, atq; resurrectionem, quam & saluto in plenitudine apostolicæ formæ, & opto plurimum in deo gaudere.

Immacu-

IMmaculatum animum & sine dolo in perseuerantia cognoui uos habere, non in hæsitatione, sed in fidei possessione, prout significauit mihi Polybius episcopus uester, qui peruenit uoluntate dei patris, Iesu Christi filij eius, cooperatione spiritus Smyrnā, & sic mihi congratulatus est uincto in Christo Iesu, ut omnem plenitudinē in ipso conspicerem. Suscipiens ergo eum secundum deum, uestram beniuolentiam per ipsum agnoui, inueniens uos imitatores esse Iesu Christi saluatoris nostri. Episcopo subiecti estote, sicut domino. Ipse enim uigilat pro animabus uestris, tanquam rationem redditurus deo. Propter quod uidemini mihi non secundum carnem uiuere, sed secuudum Iesum Christū, qui pro nobis mortuus est, ut credentes in mortem eius, per baptismum participes resurrectionis eius efficiamur. Necessarium est enim uos nihil præter episcopum facere, neque aliquid agere. Sed & præsbyteris subditi estote, ut apostolis Iesu Christi spei nostræ, in quo perseuerantes in ipso inueniamur. Oportet ergo & diaconis qui sunt in ministerium Iesu Christi omni modo placere. Non enim in cibo & potu sunt ministri, sed ministerij ecclesiæ dei. Oportet ergo præcepta eorum obseruare, sicut ignem ardentem. Ipsi uero sint tales, uos autem reuereamini eos tanquam dominum Iesum Christum, quoniam custodes sunt loci eius, sicut episcopus forma est patris omnium, præsbyteri uero sicut cōsessus dei & coniunctio apostolorum Christi. Sine ipsis enim ecclesia electa non est neq; collectio sanctorum, neq; congregatio sancta. Confido enim & uos sic consistere. Exempla enim charitatis uestræ accepi & habeo penes meipsum in episcopo uestro, quoniam ipsius constitutio magna doctrina est. Nam & mansuetudo eius uirtus est, quam arbitror etiam illos qui sine deo sunt revereri. Quia autem diligo uos, parco frequētius uobis scribere, ne uidear aliquibus contrarius aut tediosus esse. Vinctus sum enim pro Christo, sed nondū Christo dignus sum, si autem consummauero, forsitan ero. Nō sicut apostolus præcipio, sed metior meipsum ne in gloriatione mea peream, bonum est enim in domino gloriari. Et si saluatus fuero apud deum, plus me oportet timere, & non attendere ad eos qui magnificant me. Hi uero qui me laudant, potius flagellant. Eligo enim pati, sed nescio an dignus sum. Zelus enim inimici, multis non uidetur, me autem impugnat. Debeo ergo esse mansuetus, ut dissoluatur princeps seculi huius diabolus. Nunquid non poteram uobis secretiora scribere? sed timeo ne paruulis uobis constitutis, læsionem imponam. Et ignoscite mihi, quia non ualetis ferre uinculorum onera, quemadmodum ego uinctus sum. Et possum quidem intelligere cœlestia, angelorum scilicet atq; archangelorum ordinea, militiarum diuersitates, uirtutum & dominationum differentias, sedium atq; potestatum distantias, tronorum magnificentias, cherubim & seraphim excellentis spiritus sublimitatem, domini regnum, & super hæc omnia omnitenentis dei incomparabilitatem. Hæc igitur ego cognoscens, non omnino perfectus sum, aut discipulus esse possum, qualis Paulus aut Petrus. Multum enim mihi restat, ne à deo derelinquar. Rogo autem uos nō ego, sed dilectio Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Sunt enim quidam uaniloqui & mentis seductores, non Christiani sed Christum mercantes seductione, circunferētes nomē Christi, & cauponantes uerbum euangelij, & uenenum erroris commiscentes dulci blandimēto, sicut puro melli uirus admiscentes, ut qui biberit illius potus sensuales illecebras, dulcedine captus inobseruanter morti addicatur. Monet autem quidam antiquorū, ut nemo bonus dicatur, qui malum bono admiscuerit. Nominant enim Christum, non ut Christū prædicent, sed ut Christum spernant. Et legem proferunt, non ut legem statuant, sed ut legi contraria adnuncient. Christum enim alienant à patre, legem uero Christi & natiuitatem ex uirgine abijciunt, crucem erubescentes, & passionem negantes, & resurrectioni non credentes, dominum incognitum profitentur, Christum ingenitum putant, & neq; quia sit spiritus sanctus confitētur. Quidam uero eorum filium hominem purum esse dicunt, alij autem ipsum patrem esse dicunt, ipsum filium, ipsumq; spiritum sanctū. Et creaturam non opera dei esse per Christum dicunt, sed alterius cuiusdā extraneæ uirtutis. Cauete ergo à talibus, ne sumatis laqueos animabus uestris, & uitam uestram inexplorabilē opponite omnibus hominibus, ne efficiamini muscipula explorationis, & sicut retia extensa. Qui enim sibi non parcit in operibus suis, frater est polluentis semetipsum. Si ergo & uos deponatis naturalem superbiam, inflatilem & tumidam extollentiam, possibile erit uobis inseparabiles esse à deo, prope est enim dominus timentibus eum. Et in quē (inquit)

quit)reſpiciam niſi in humilem & quietum & tremētem uerba mea? Veneremini autē & epiſcopum ueſtrum ſicut Chriſtum,ſecundū quod uobis beati apoſtoli præceperūt. Qui enim inter altare eſt conſtitutus,mūdus eſt. Propter quod obedite epiſcopo ueſtro & preſbyteris. Qui enim extra altare conſtitutus eſt,extra epiſcopum eſt & præsbyteros & diaconos aliquid agens,qui talis fuerit pollutus eſt cōſcientia,& eſt deterior infideli. Quid eſt enim epiſcopus,niſi omnem principatum & poteſtatē omniū illorū tenēs quemadmodum deceat hominem tenere,imitatorem dei factum ſecundum uirturem? Quid eſt præsbyterium,niſi inſtitutio ſancta conſiliarij & confeſſoris epiſcopi? Quid etiam diaconi, niſi imitatores Chriſti miniſtrantes epiſcopo,ſicut Chriſtus patri,& operantes illi operationē mundam & immaculatam? quo modo ſanctus Stephanus beatiſſimo Iacobo,& Timotheus & Linus Paulo,& Anacletus & Clemens Petro. Qui igitur iſtis inobediens fuerit hic ſine deo omnino erit,& impius & cōtemnens Chriſtum,& ordinationē ipſius minorās. Ego uero hæc uobis mādo,nō quod aliquos inter uos tales agnouerim(nec permittat deus aliquid huiuſmodi aliquādo in aures meas introire,qui filio ſuo nō pepercit propter ſanctā eccleſiā)ſed præuidēs ſeditiones iniq præmonitione cōforto uos,ſicut filios meos chariſſimos et fideles in domino,prępotās uos medicamine pręmuniente cōtra imminentem peſtilentiā,quā etiā uos tanq̃ morbū fugite,beneplacētes in Chriſto domino noſtro. Vos ergo ſuccincti māſuetudine imitatores eſtote paſſionū Chriſti et dilectionis eius qua dilexit nos,dās ſemetipſum ꝑ nobis redemptionē,ut nos ſanguine ſuo mundaret ab antiqua impietate,& uitā nobis præſtaret incipientibus nobis iā perire pro malitia quæ erat in nobis. Nemo ergo ueſtrū aduerſus proximū aliquid habeat,dicēte domino: Dimittite & dimittet̄ uobis. Nolite occaſionē dare gentibus,ne propter aliquos paucos inſipiētes, uerbū domini & doctrina blaſphemet̄,ne in uobis compleat̄ ꝙ propheta ex perſona dei ad huiuſmodi dicit: Quoniā per uos nomen meū blaſphemat̄ in gentib. Obturate aūt aures ueſtras,quādo uobis quis ſine Ieſu Chriſto filio dei loquit̄,qui factus eſt per Mariā ex ſemine Dauid,qui uere natus ex deo et ex uirgine,quia hoc ipſum eſt,quod et deus. Suſcepit eīm uere corpus,uerbū(inquit)caro factū eſt, & habitauit in nobis ſine peccato. Quis eīm ex uobis arguet me de peccato? Manducauit eīm uere & bibit,& crucifixus eſt & mortuus ſub Pontio Pilato,ſed & ſecūdum placitum uoluntatis ſuæ uere crucifixus eſt,et uere mortuus,uidentibus cœleſtibus,& terræſtribus & infernis. Cœleſtibus quidē tanq̃ incorporalibus creaturis,terræſtribus uero ut Iudæis & Romanis,& cæteris hominibus, q tūc eodē tēpore præſto erāt,quādo crucifixus eſt dominus. Infernis aūt, ut multitudine eorū qui cū domino reſurrexerūt. Multa(inquit)ſanctorū corpora dormientiū reſurrexerūt de monumētis patefactis. Deſcendit aūt in infernū ſolus,aſcēdit uero cū multitudine, & dirupit maceriā quę erat à ſeculo,& mediū parietē eius diſſoluit,et reſurrexit tertia die reſuſcitante eū patre,& poſt dies quibus cōuerſatus eſt cū apoſtolis aſſumptus eſt ad patrē,& ſedet ad dexterā eius,expectans donec ponant̄ omnes inimici eius ſcabellū pedū eius. Die ergo paraſceues tertia hora accepit ſententiā à Pilato permittente patre,ſexta uero crucifixus eſt,nona aūt emiſit ſpiritū. Ante uero ſolis occaſum de cruce depoſitus eſt, & ſepultus in monumēto nouo. Sabbato uero māſit ſub terra in ſepulchro, quo poſuit eū Ioſeph ab Arimathia. Dominica aūt die,reſurrexit à mortuis,ſecundū quod dictū eſt ab eo, ſicut fuit Ionas in uētre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Cōtinet aūt dies paraſceue paſſionē eius,Sabbatū uero ſepulturā & requiem, Dominica aūt reſurrectionē. Quidā aūt tanquā ſine deo increduli & infideles,dicunt eū putatiue tantū fuiſſe hominē, & non uerum corpus ſuſcepiſſe,atq̃ putatiue paſſum & mortuū. Ego uero pro paſſione et morte domini mei uinctus ſum,& opto ad beſtias pugnare. Si enim putatiue & nō uere paſſus eſt & mortuus,ergo ego gratis moriturus ſum,mēdacia de cruce domini cōfingens,ſed et propheta ſuperflue dixit: Videbunt in quē cōpunxerunt,& plangēt inter ſeipſos tanq̃ ſuper dilectū,& dolebūt dolore tanq̃ ſuper primogenitū. Ergo infideles illi & increduli nō minus ſunt,q̃ illi qui eum crucifixerunt. Ego ſic deuoui ſpē habere in eum, qui pro me uere mortuus eſt,quia alienū eſt ab eo mendaciū. Vere etenim peperit Maria corpus,deo in eo habitante,& uere natus eſt deus uerbū ex uirgine,corpus ſimile nobis paſſibile ſine peccato induēs,uere cōceptus eſt in utero,& factus eſt in utero,formās & faciēs ſibi corpus ex uirgine,ſine ſemine ſcilicet & collocutione uiri,portatusq̃ in utero ſicut & nos tempore portati ſumus,& uere lactatus eſt & nutritus,ſicut & nos,& cibo & potu ſicuti & nos uſus eſt

fus est,& triginta annos agens,baptisatus est à Ioanne in ueritate & nō in phātasmate,& trib.annis prædicauit euāgeliū,& fecit signa & prodigia corā falsis Iudæis,& à Pilato præside iudex iudicatus est,flagellatus est,colaphis cæsus est,cōsputus est,spineā coronā purpuream&q; uestem portauit,condemnatusq;,crucifixus est uere, uoluntarie complacens, nō imaginarie neq; fallaciter mortuus est,sed uere,& sepultus est & resurrexit à mortuis, sicut ipse alicubi orans patrem dicebat:Tu autem domine resuscita me & reddam illis.Et pater qui semper eum exaudit respondens ait:Exurge deus,iudica terrā, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.Qui ergo resuscitauit eum pater,ipse etiā nos per eum resuscitaturus est,non sine uera uita,hoc est non sine ipso qui ait:Ego sum uita,qui credit in me,licet moriatur uiuit,Et omnis qui uiuit & credit in me,non morietᷓ in æternum.Fugite illas sine deo hæreses.Diaboli enim sunt adinuentio,serpentis autoris malorū,qui per mulierem seduxit Adam patrem generis nostri.Fugite uero & malas soboles eius. Simonē dico primogenitum generis ipsius,& Menandrum,& Basilidem & totam collectionem malignitatis ipsius,et illos hominis cultores Hebionitas,quos maledictos esse Hieremias propheta asseruit.Fugite quoq; & illos immūdissimos Nicolaitas amatores libidinis, ma los calumniatores.Nā talis fuit apostolorū minister Nicolaus.Fugite etiā ipsius nequissimos nepotes,Theodotum scilicet & Cleobolū,qui generant fructum mortiferū, de quo si quis degustauerit statim morietur,non morte temporali,sed æterna. Hi autē omnes nō sunt plātatio dei patris sed progenies maledicti.Omnis autem plātatio (inquit dominus) quam non plantauit pater meus cœlestis,eradicabitᷓ.Quòd si fuissent rami patris,nō utiq; essent inimici crucis Christi,sed sunt rami illorum,qui occiderunt dominum gloriæ, nūc autem crucem negantes & passionem erubescentes operantur Iudæorum iniquitates,illorum scilicet qui & deo rebelles extiterunt,& dominum occiderunt.Parum est enim eos dicere prophetarū esse interfectores. Vos ergo inuitat Christus ad suam incorruptionē, per passionem suam & resurrectionem,qui estis membra eius.Saluto uos ex Smyrna unà cum compræsentibus mihi ecclesijs dei,quæ & præsentes me id requisierūt in omni carne & spiritu.Postulant uos uincula mea, quæ propter Iesum Christum porto,rogās deū ut mereamini in cōsensu & oratione in inuicē permanere.Decet eñ unūquenq; uestrū bene obsequi præsbyteris,episcopum in honorem dei patris,& in honorē Iesu Christi,atq; apostolorum uenerari. Deprecor uos ex affectu audire me,ut nō sit in testimoniū quod uobis scripsi,& orate pro me indigente misericordia dei ac uestra charitate,ut merear consequi sortē cui subiaceo,ne reprobus inueniar.Salutat uos dilectio Smyrneorum & Ephesiorum memores uestri,ecclesiaq; quæ est in Syria,unde non sum dignus dici ultimus eorū qui ibi sunt.Incolumes estote in Christo Iesu,subiecti estote episcopo,similiter et presbyteris atq; diaconis,omnes inuicem corde inseparabili. Castificet uos spiritus meus, nō solum nunc,sed & quando deum meruero adipisci. Adhuc enim in periculo sum, sed fide lis est pater Iesu Christi adimplere petitionem meam & uestram,in qua inueniamur immaculati,& acquisiti in domino,Amen.

AD MAGNESIANOS EX SMYRNA EPISTOLA III.

Magnesia Aeolica ciuitas est,quæ ad Mæandrum uersus dicitur. Nam,ut inquit Strabo,ei proxima est,unde Magnesij & Magnesiani.

Ignatius qui et Theophorus,benedictæ ecclesiæ Magnesianæ.

GRatia dei patris in Christo Iesu saluatore nostro,in quo saluto ecclesiā quæ est in Magnesia iuxta Meādrum,& oro in deo patre & Iesu Christo domino nostro,in quo plurimum uos gaudere opto. Cognoscens uestrā secundū deum bene dispositā dilectionē,exultans assumpsi in fide Iesu Christi alloqui uos,dignus effectus sancti atq; desideratissimi nominis,in his quę gesto uinculis.Laudo ecclesias in quibus iubilare opto carne & spiritu Christi Iesu,qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium,cuius sanguine redēpti estis,per quē cognouistis deū,imò cogniti estis ab eo, in quo sustinētes seculi huius tentationē effugite.Fidelis est autē,qui nō permittit tentari uos super id quod potestis sufferre. Cæterum ego merui uidere uos,per deo dignum episcopum uestrū Damā,& deo dignos præsbyteros uestros Bassum scilicet & Apolloniū & conuiuā meum Sotionē quem ego nutriui,quoniā subditus est episcopo & præsbyteris in gratia dei & lege Iesu Christi. Et uos oportet non contemnere ætatem episcopi,& secundum

dei patris omnē uenerationem ei exhibere,& ſecundum ꝙ cognoui etiā ſanctos præsby/
teros ei deferre,non propter iuuentutem(quæ in eo uidet̃)arbitrantes contemnendū,ſed
in ſapientia dei ei obedire,quandoquidē non longi temporis ſunt ſapientes,neq; ſenes ſci
unt prudentiam,ſed ſpiritus qui eſt in hominibus. Deniq; Daniel ſapientiſſimus duode/
cim annorum effectus,ſpiritu ſancto repletus eſt,& illos ſeniores canitiē uanā habentes,
calumniatores & alienæ pulchritudinis appetitores eſſe manifeſtauit.Samuel etiam cum
eſſet puſillus,nonagenariū Heli ſacerdotē per increpationē redarguit ꝙ filios ſuos hono
rificaret ſuper deū.Similiter & Hieremias audit à domino: Noli dicere quia iuuenis ſum
ego.Salomon quoq; & Ioſias in iuuentute mirifici & ſapientes in operibus ſuis apparue/
rūt.Salomon quidē duodecimo anno ętatis ſuæ regnare incipiēs arduā & ininterpręttabi
lē mulierū pro paruulis quæſtionē,terribili iudicio diſſoluit.Ioſias uero octo annorū exi
ſtens,aras & monumenta ſubuertere cœpit, lucos excidere,tēpla deijcere,quæ non deo
ſed dæmonibus fuerant cōſecrata.Nā & falſos ſacerdotes interfecit ut corruptores & ſe/
ductores hominū,nō diuinitati ſed diabolo ſeruientes.Propter quod nō eſt cōtemnenda
iuuentus cū deo adiacuerit atq; adhæſerit,ſed illa ætas quæ ex ſententia nocet,etiā ſi inue/
terata fuerit dierū malorū.Iuuenis fuit etiā Chriſtophorus Timotheus,ſed audite quid ei
ſcripſit magiſter:Nemo(inquit)iuuenturē tuā cōtemnat,ſed forma eſto fideliū in uerbo,in
cōuerſatione.Dignum eſt ergo & uos obedire epiſcopo ueſtro,et in nullo ei cōtradicere.
Terribile eſt em̄ tali cōtradicere.Nō em̄ iſtum uiſibilē quis ſpernit, ſed illum inuiſibilē in
eo cōtemnit,qui nō poteſt à quoq; cōtemni.Hic enim nō ab homine, ſed à deo habet pro
motionē,dicit enim deus Samueli de cōtemporibus eius: Nō te ſpreuerunt ſed me.Nā et
Moſes populo aduerſus ſe murmuranti ait:Nō enim aduerſus nos murmuraſtis,ſed aduer
ſus dominum deum.Nemo enim inultus remanſit,qui ſe contra potiores extulit. Deniq;
in lege,Dathan & Abiron Moſi reſiſtentes uiui ad inferos depoſiti ſunt.Sed Chore et qui
conſpirauerunt cū eo aduerſus Aaron ducenti quinquaginta, igne conſumpti ſunt.Ab/
ſalon etiā parricida exiſtens diuino iudicio arbori appēſus eſt,ſed & cor eius (quod mala
cogitauerat)ſagittis transfixū eſt. Nam & Achab & Naman nihilominus propter ſimilē
cauſam morte plexus eſt.Ozias quoq; leproſus factus eſt,qui cōtra ſacerdotes ſacerdotiū
auſus eſt arrogare.Saul etiā ſacrificare præſumens regali dignitate dehonoratus eſt, non
expectans principem ſacerdotum Samuelem.Oportet ergo & nos reuereri potiores, &
dignū eſt nō ſolum uocari nos chriſtianos,ſed etiā eſſe.Nō em̄ dicere,ſed eſſe,facit beatū.
Quidā aūt epiſcopum quidem uocāt,& præter ipſum omnia faciunt.Talibus igit̃ etiā ip
ſe Chriſtus dicit(qui & uerus & primus eſt epiſcopus,& ſolus natura pōtifex): Quid me
uocatis domine domine,& nō facitis ea quæ dico? Tales enim nō bonæ ſcientiæ,ſed deri/
ſores eſſe mihi uident̃.Quoniā uero negotia finem habent,& adiacet quidem uita ex ob
ſeruatione,mors uero ex inobedientia,& neceſſe eſt ut unuſquiſq; in loco quē ſibi de præ
teritis elegerit,in futuro eſſe præcipiat̃,fugiamus igit̃ mortem,& eligamus uitā.Duos em̄
characteres dico in hominibus inueniri, unum quidem ueræ monetæ ſignaculū,alterum
uero adulterinæ.Pius enim homo & religioſus,uera moneta eſt,quę à deo formata uel ex
preſſa eſt,impius uero et irreligioſus,falſa moneta eſt,noxia,adulterina,praua,quæ non à
deo ſed à diabolo facta eſt.Hæc autem aſſerens non duas naturas hominum eſſe dico,ſed
unum eundemq; hominem,qui aliquando quidem dei,aliquando autem diaboli efficit̃.Si
quis igit̃ pius fuerit homo,dei eſt,ſi uero quis impius extiterit,diaboli eſt,non ex natura,
ſed ex ſententia factus.Infideles enim imaginem habēt principis nequitiæ,fideles autem
formā habent autoris omnium dei patris,& Chriſti Ieſu filij eius.Propter quod ſi nō ele/
gerimus ꝓ ueritate mori in paſſione ipſius,uita eius nō eſt in nobis.Et quoniā in pręſcri/
ptis perſonis multitudinem ueſtri cōtemplatus ſum,in fide et dilectione moneo ut unani
mes in deo omnia facere feſtinetis,aſſidente epiſcopo in loco dei,et presbyteris in loco
cōſiſtorij apoſtolorum,et diaconis dulciſſimis mihi, quibus creditū eſt miniſterium Ieſu
Chriſti,qui ante ſecula genitus eſt à patre deus uerbum,unigenitus filius,et in cōſumma/
tione ſeculorum ipſe permanet.Regni eius nō erit finis,inquit Daniel propheta. Omnes
in cōcordia inuicē diligamus,et ſecundum carnē nemo cōſideret propoſitum ſuū,ſed ſe/
cundū Chriſtum Ieſum.Nihil ſit in uobis, quod uos poſſit ſeparare, ſed adunamini epiſ/
copo,ſubiecti ꝑ ipſum deo in Chriſto.Sicuti ergo dominus ſine patre nihil facit(nō em̄
poſſum inquit à me ipſo facere quicq̄) ſic etiam et uos ſine epiſcopo,ſiue presbyteri,ſeu

diaconi

diaconi ſiue laicus. Non ergo aliquid rationabile uobis uideat̃,extra ipſius ſententiã,tale enim iniquũ eſt,& ideo odioſum. Omnes in idipſum ad orationẽ ſimul cõuenite, una deprecatio ſit cõmunis,unus animus,una ſpes,dilectio immaculata in fide Ieſu Chriſti, qua nihil aliud melius eſt. Omnes adunati ad templũ dei cõcurrite, ſicut ad unũ altare,ſicut ad unum Ieſum Chriſtum pontificẽ ingeniti dei patris. Nolite errare in aliena gloria, neq; in tẽdatis fabulis,& genealogijs interminatis,& Iudaicis inflationib. Vetera enim trãſierũt, & ecce facta ſunt omnia noua. Si enim nunc uſq; ſecundũ legẽ Iudaicã & circuncisionem carnis uiuamus,negamus nos gratiã accepiſſe. Sancti etenim prophetæ ſecundum Ieſum Chriſtũ uixerunt,ideoq; & perſecutionẽ paſſi ſunt inſpirante gratia ad manifeſtationem incredulis,quia unus eſt deus omnipotens,qui manifeſtauit ſeipſum per Ieſum Chriſtũ filiũ ſuũ,qui eſt uerbũ ipſius,nõ prolatiuũ ſcilicet ſed ſubſtantiale,nõ locutio articulatæ uocis,ſed operatio deitatis,ſubſtãtia ſcilicet genita,in omnibus bene placens ſuo genitori. Si ergo ex antiquis ſcripturis cõuerſi ad uacuã ſpem uenerunt expectantes Chriſtũ (ſicut ipſe dominus docet dicẽs: Si crederetis Moſi crederetis utiq; & mihi,de me enim ipſe ſcripſit. Nã & Abrahã (iuquit) pater ueſter exultauit ut uideret diẽ meũ, & gauiſus eſt. Ante Abrahã eñ,inquit,ego ſum) quomodo nos poterimus uiuere ſine ipſo,cui & prophetæ ſerui fuerunt,ſpiritu præuidẽtes eũ,& tanq; magiſtrũ expectabãt & ſperabãt ut dominũ & Saluatorẽ,dicentes,ipſe ueniet & ſaluabit nos. Non ergo ſabbatizemus iudaicẽ ut ferijs gaudentes. Qui enim non operat̃,non manducet. Et iterum: In ſudore uultus tui manducabis panẽ tuum,dicunt eloquia. Sed unuſquiſq; ueſtrũ ſabbatizet ſpiritaliter,meditationi legis cõgaudens,non corporis dimiſſione ſabricationẽ dei admitans,uelut Iudæus, nõ omnia comedens & tepidũ bibẽs,& menſurate ambulans,& ſaltationes atq; plauſum manuũ nũc habens. Sed pro ſabbatizatione diẽ feſtũ celebret omnis chriſtianus, dominicã reſurrectionem,regalem,eminentiſſimã omniũ dierum,de qua propheta expectãs dicebat,in finem pro octauo. In quo die & uita noſtra exorta eſt,& mortis in Chriſto facta uictoria,quã filij perditionis negãt,inimici ſcilicet ſaluatoris,quorũ deus uenter eſt,q terrena ſapiunt,amatores uoluptatũ & non dei,ſpeciem quidem pietatis præ ſe ferentes,uirtutem autem eius abnegantes,Chriſtũ mercantes,uerbum dei in tabernis prædicãtes, & dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ uendentes,mulierum corruptores,aliena cõcupiſcentes,et pecuniarum amatores,à quibus eruamini,miſericordia faciẽte,p dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum. Non enim ſentimus utilitatem eius,niſi nos tentauerit. Secundum autem q̃ agimus iã nõ erimus,niſi ipſe noſtri miſeratus fuerit,ſi enim iniquitates obſeruauerit,quis ſuſtinebit? Efficiamur ergo digni cognomento q̃ accepimus. Qui enim alio nomine præter iſtud uocat̃ hic non eſt dei,non enim ſuſcipit prophetiã dicentem de nobis, quoniã uocabit̃ nomine nouo,quo dominus uocauit eũ,& erit populus ſanctus. Quod & cõpletum eſt primo in Antiochia Syriæ,ubi acquiſierunt diſcipuli nomen Chriſtianum Paulo & Petro fundantibus eccleſiã. Abijcite ergo malum uetus fermentũ,quod corrumpit & putre facit,& percipite nouum gratiæ fermẽtum. Exultate in Chriſto,ut non alienus dominet̃ ueſtri. Ineptum eſt eñ Ieſum Chriſtum lingua tãtum proferre,& iudaiſmum in animo habere. Non enim Chriſtianitas in iudaiſmum credidit,ſed iudaiſmus in Chriſtianitatẽ. Omnes deniq; gentiles æqualiter crediderunt. Omnis lingua Chriſtum cõfeſſa ad dominum collecta eſt,& facti ſunt lapidei corde,filij amici dei Abrahæ, & in ſemine eius benedicti ſunt omnes,qui in uitã æternã deputati ſunt in Chriſto. Hæc autem dilectiſſimi mihi taliter ſcribẽs,nõ agnoui aliquos ex uobis ſic haberi,ſed ſicut minimus ueſtrum uolo uos cõſeruatos eſſe,ut nõ incidatis in hamos inanis gloriæ,ſed ut ad plenũ inſtructi ſitis in Chriſto,qui ante ſecula genitus eſt à patre,poſtea autẽ factus eſt ex Maria uirgine ſine collocutione uiri,& nobiſcum cõuerſatus ſancte & ſine querela,omnem infirmitatẽ omnẽq; lãguorem curauit in populo & ſigna atq; prodigia pro beneficijs hominum fecit,& illis qui longe erãt,& illis qui prope,in multitudine unũ & ſolum uerum deum patrẽ ſuum annũciauit,& paſſionem pertulit,& ab interfectoribus ſuis Iudæis ſub Pontio Pilato præſide, & Herode rege,crucẽ ſuſtinuit,& mortuus eſt,atq; reſurrexit,& in cœlos aſcendit ad illũ qui miſit eum,& ſedet ad dexterã eius,uenturuſq; eſt in conſummationem ſeculi in gloria paterna iudicare uiuos & mortuos,et reddere unicuiq; ſecundũ opera ſua. Hæc qui in pleno cognouerit et crediderit, beatus eſt,quõ et uos amici dei et amatores Chriſti eſtis in plenitudine ſpei ueſtræ,à qua nulli ueſtrũ auerti cõtingat. Acquiſiui uos in om̃ib.ſiqdẽ

dignus ero. Si enim uinctus sum, sed ad solutionem omnium uestrum, non sum uinctus. Scio enim quia non inflamini, quia Iesum habetis in uobis. Et magis cum laudauero uos, scio quia reueremini, sicut scriptum est: Quoniā iustus sui accusator est in primordio sermonis. Et dic tu, inquit, primus peccata tua ut iustificeris. Et cum feceritis (inquit) omnia quæ mandata sunt uobis, dicite serui inutiles sumus. Quoniam in hominibus qui se exaltauerit delinquit ante deū. Dicit eñ deus: Propitius factus sum peccatori. Propter quod magni illi Abraham & Iob terram & cinerē semetipsos ante deum nominauerunt. Et Dauid. Quis sum ego (ait) coram te domine quoniam glorificasti me usq; nunc? Nam & Moses supra omnes homines mansuetissimus dicit ad deū: Gracilis uoce et tardus lingua sum ego. Humiles ergo estote & uosipsi ut exaltemini. Qui enim se humiliauerit, exaltabitur, & qui se exaltauerit humiliabitur. Studete ergo confirmari in dogmatibus domini & Apostolorum, ut ex omnibus quæ facitis dirigamini in uiam rectam carne & spiritu, fide, et dilectione, cum honore digno episcopo uestro, & corona digno atq; spirituali Stephano præsbytero uestro, & secūdum deum diaconis. Subiecti estote episcopis & inuicem, quo modo Iesus patri, ut laus sit in uobis secundum deum, uidentes uos repletos omnibus bonis. Cōpendiose rogaui uos in dilectione Iesu Christi, mementote mei in orationibus uestris, ut deum merear adipisci, & ecclesiæ quæ est in Syria, cuius non sum dignus uocari episcopus. Indigeo enim illa laudabili uestra oratione, ut dignus sim illam quæ in Syria est ecclesiam per bonā operationē uestram pascere in Christo. Salutāt uos Ephesij de Smyrna, unde scribo uobis, præscientes quomodo in gloria dei in omnibus refecistis me simul cum Polycarpo. Et cæteræ ecclesiæ in honore Iesu Christi salutāt uos. Incolumes estote, in unanimitate possidentes inseparabilē spiritū in Christo Iesu per uoluntatem dei. Amē.

AD TARSENSES. EX PHILIPPIS EPISTOA IIII.

Tarsus ciuitas metropolis Ciliciæ prouinciæ, Pauli apostoli natalibus celeberrima, ab Argiuis, ut scribunt geographi, condita, hinc Tarsenses.

Ignatius, qui & Theophorus, salutem consecutæ in Christo ecclesiæ, laude digne, & memoria digne, & dilectione digne, quæ est in Tarso, misericordia & pax à deo patre & domino Iesu Christo.

SAuciatus sum in omnibus à Syria Romā usq; cum bestijs depugnans, nō ab irrationabilibus scilicet bestijs uoratus, illæ enim uoluntate dei pepercerunt Danieli, sed humanam figuram habentibus, quæ sunt immanes bestiæ. Obsident eñ me nocte dieq;, ac deuorant. Sed nulli iniquorum istorum facio sermonē, neq; habeo naturā meam tam honorabilē mihi ut plus eam quam dominū diligā, propter quod paratus sum, ad ignem, ad bestias, ad gladios, & crucem, tantū ut Christum uideā saluatorem meum & deū, qui pro me mortuus est. Rogo ergo uos ego uinctus Christi qui per terram & mare exagitor, state in fide confirmati, quoniam iustus ex fide uiuit. Estote inclinabiles & unanimes in fide, quoniam dominus habitare fecit unanimes in domo. Agnoui enim quoniā quidam ex ministris satanæ uoluerunt uos conturbare, quorum quidam dicunt quia Iesus putatiue natus est, & putatiue crucifixus. Quidā uero quia non est filius eius qui fecit mūdum. Alij autē quia ipse est ille qui est super omnia deus. Alij quoq; quia homo est purus. Quidam uero quia caro eius nō resurrexit, & quia oportet terminabilem uitā haberi, atq; hanc esse finem bonorum quæ non multo post corrumpit̄. Quibus quidem multorū malorum agger cumulatus est, Sed uos non intendatis mendacijs eorum. Pauli enim estis ciues & discipuli, qui ab Hierosolymis & in circuitu usq; ad Illyricum cuncta repleuit euangelio, & stigmata Christi in corpore suo portauit. Cuius memores estote omnibus modis & cognoscite quia dominus Iesus Christus uere natus est de Maria, factus ex muliere, & uere crucifixus est. In qua cruce gloriatur Paulus dicens: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Et uere passus est & mortuus, & resurrexit. Si enim passibilis (inquit) Christus, & si primus ex mortuis resurrexit, & qui mortuus est peccato, mortuus est semel. Quod autem uiuit, uiuit deo. Insuper quæ necessitas uinculorum? Christo non mortuo quæ necessitas tolerātiæ, aut quæ necessitas flagellorum? Quid q; Petrus crucifixus est? Paulus & Iacobus gladijs obtruncati sunt. Ioannes in Pathmon relegatus est. Sed & Stephanus à domini interfectoribus Iudæis lapidibus extinctus est. Sed nec in hoc quidē est uictoria, uere enim crucifixus est dominus ab impijs. Et quia iste qui natus est ex muliere filius est dei, & qui crucifixus est primogenitus est omnis creaturæ & deus uerbū,

&

& ipse fecit omnia iussione patris. Quod Apostolus corroborat dicens: Vnus deus pater ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus per quē omnia. Et iterum: Vnus ēm deus, unus est mediator dei & hominū homo Christus Iesus, q est imago dei inuisibilis, primogenitus uniuersæ creaturæ, quoniā in ipso creata sunt omnia quæ sunt in cœlo & in terra uisibilia & inuisibilia, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso cōstant. Et quia non est ipse ille qui est super omnia deus, sed filius ipsius, qui et ascendere se ad eum profitet, dicens: Ascendo ad patrem meum, & patrē uestrum, & ad deum meum, & deum uestrum. Et quādo ei fuerint omnia subiecta, tūc & ipse subiectus erit illi qui ei subdidit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. Ergo alius est ille qui subiecit filio omnia, & qui est omnia in oībus, & alius filius cui subiecta sunt omnia, qui et post hæc omnia subiectus erit illi qui ei subdidit omnia, & non est homo purus ille per quem ei in quo facta sunt omnia. Omnia enim, inquit, per ipsum facta sunt. Et in libro sapientiæ ipse de se ipso refert dicens: Cum faceret cœlum aderam illi. Et iterum: Ego eram apud eum cuncta cōponens, & congaudebat mihi quotidie. Quomodo aūt homo purus audiret. Sede ad dexterā meā: aut quomodo diceret. Anteq̄ Abrahā fieret ego sum: uel illud quod ait: Gloria illa glorifica me, quam habui apud te priusq̄ mundus fieret: Quis autem homo posset dicere, descendi de cœlo nō ut faciam uoluntatem meā, sed uoluntatem eius qui misit me: Vel de quo homine diceretur: Erat lumē uerū quod illuminat omnē hominem uenientē in hunc mundū. In hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est, et mundus eum nō cognouit. In propria uenit, et sui eum non receperunt. Quomodo ergo huiusmodi homo est purus, ex Maria demū habens initium ut esset, et non potius deus uerbum et filius unigenitus, de quo dictum est. In principio erat uerbum, et uerbū erat apud deum, et deus erat uerbum, omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil: Et paulo post: Vidimus gloriam eius, gloriā quasi unigeniti à patre plenum gratia et ueritate. Et iterum: Vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Qui et per Salomonē refert dicens: Creauit me dominus principium uiarum suarum, in opera sua ante secula fundauit me, ante autē omnes colles genuit me. Et resuscitaturus est corpora nostra, dixit enim: Amen dico uobis, quoniam uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocē filij dei, et qui audierint uiuent. Quod etiā Apostolus confirmat dicens: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionē, et mortale hoc induere immortalitatem. Et quia oportet caste ac iuste uiuere, Iterum dicit: Nolite errare, neq̄ fornicarij, neq̄ molles, neq̄ masculorum cōcubitores, neq̄ maledici, neq̄ ebriosi, neq̄ fures, neq̄ rapaces regnum dei possidebunt. Et si mortui non resurgunt neq̄ Christus resurrexit, uacua est ergo prædicatio nostra, uacua est fides uestra, et adhuc estis in peccatis uestris, ergo et qui dormierunt in Christo perierunt. Si in hac uita tantum sperātes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Si mortui nō resurgunt, manducemus et bibamus, crastina enim moriemur. Si autem sic cōfidimus, quæ est differentia hominum, et canum, uel asinorum, qui nihil de futuro cogitant, qui comestionis tātummodo appetitores sunt, et post comestionē inscij sunt quid interitus moueat: Acquisiui uos in domino, elaborate unusquisq̄ omnem malitiā deponere, & ferocē animum, & maliloquia, & calumniā, et turpiloquium, malam conuersationē, susurrationē, inflationē malignam, auaritiam, inanem gloriā, inuidiam, & omnia quæ his similia sunt. Induite aūt dominum nostrum Iesum Christum. Et carnis curam ne feceritis in cōcupiscentijs. Presbyteri subditi estote episcopo, diaconi presbyteris, populus diaconis. Pro animabus hāc ordinationem custodientibus, ego efficiar & dominus sit cum eis indeficienter. Mādo uobis ô uiri diligite coniuges uestas, filij honorate patres, & uos parentes nutrite filios in eruditione et disciplina domini. Eas quæ in uirginitate sunt honorate, sicut sacras Christi, uiduas pudicas ut sacrariū dei uenerimini. Domini cū parcitate estote, serui cū timore domini seruite. Nemo ociosus in uobis sit. Mater enim ægestatis est uacuitas. Hæc aūt dicēs non impero quantū oportet, & si quidem uinctus sum tanq̄ fratres commoneo. Et si dominus est uobiscū, acquisiui uos. Orationibus uestris incumbite ut Iesum merear adipisci. Commendo uobis ecclesiam, quæ est in Antiochia. Salutāt uos & electæ ecclesiæ Philippensiū, unde & scribo uobis. Salutat uos Philon diaconus uester, cui & ego gratias ago bene mihi seruiēti in omnib. Salutat uos Agathopus diaconus de Syria, qui me sequit in Christo. Salutate inuicē in osculo sācto. Saluto uniuersos & uniuersas q̄ sunt in Christo. Incolumes estote corpore et animo et spū, et mei ne obliuiscamini, et sit deꝰ uobiscū, amē.

Ad

AD PHILIPPENSES DE BAPTISMO PER EVPHANIVM lectorem, nauim iam ascensurus. Epistola V.

Philippi ciuitas est in prima parte Macedoniæ, & hinc quoq; dicti Philippenses.

Ignatius, qui & Theophorus, ex imperio Dei patris misericordiam consecutæ in fide & patientia & dilectione sine dolo ecclesiæ quæ est Philippis, misericordia & pax à deo patre & domino Iesu Christo, qui est saluator omnium hominum maximeq; fidelium.

Memores charitatis uestræ & sollicitudinis, quæ est in Christo, quam ostendistis in nobis, decens esse arbitrati sumus scribere ad fraternã in domino unanimitatis uestræ dilectionem. Commonitos uos faciẽs cursus nostri, ut idipsum dicatis omnes unũ sentientes, in hoc ipso fidei regulas præceptaq; feci, sicut & Paulus erudiẽs uos dicit: Vnus est enim omniũ deus pater Christi, ex quo omnia, & unus dominus noster Iesus Christus filius dei unigenitus, dominator uniuersorum, per quẽ omnis. Vnus autem etiam spiritus sanctus qui operabatur in Mose & Prophetis & Apostolis. Vnum quoq; est baptisma, quod datur in morte Christi. Vna itaq; ecclesia etiã esse debet & una fides, quæ est in Christo, secundũ dictum eiusdẽ Apostoli dicentis: Vnus deus, una fides, & unũ baptisma. Vnus deus & pater omniũ, qui est super omnes, & per omnes & in omnibus. Vnus est ergo deus pater, & nõ duo uel tres. Vnus scilicet qui est, & non est præter eũ solum uerus. Dominus enim (inquit) deus tuus, deus unus est, & iterũ: Nonne unus dominus creauit nos, & unus pater est omniũ nostrũ? Vnus quoq; & filius, deus uerbũ, unigenitus (inquit) qui est in sinu patris. Et rursum, Vnus dominus Iesus Christus. Et alibi: Quod est nomen eius, aut quod est nomen filij eius. Scitote aũt quia unus est etiã spiritus sanctus paracletus. Sicut idẽ Paulus ait: Vnus spiritus, sicut uocati estis in unã spẽ uocationis uestræ. Et iterũ: Omnes, inquit, in uno spiritu parati sumus. Manifeste aũt omnia dona gratiarum ipse unus atq; idem spiritus operat. Ergo neq; tres sunt patres, neque tres filij, sed neq; tres paracleti, sed unus pater & unus filius, & unus paracletus. Propter quod & dominus mittẽs apostolos docere omnes gentes, præcepit eis baptizare eas in nomine patris & filij & spiritus sancti. Nõ in unum quendã trinomium, neq; in tres unius eiusdemq; honoris, quia unus est tantũ qui homo factus est, nõ pater scilicet neq; paracletus, sed solus filius, nõ putatiue, neq; in phãtasmate, sed certissima ueritate. Verbũ enĩ caro factũ est, & inhabitauit eã. Sapientia nãq; ædificauit sibi domũ, & factus est sicut homo deus cũ corpore, quod suscepit ex uirgine, non ex collocutione scilicet aut semine uiri. Virgo enim inquit in utero cõcipiet & pariet filiũ. Vere natus est, & uere creuit, uere mãducauit, & bibit, uere crucifixus est, & mortuus, & resurrexit. Qui hæc credit, ut uera eius continet natiuitas, beatus est, qui aũt hæc nõ credit, nihil refert ab eis qui eum crucifixerunt. Princeps enim huius mundi in hoc gaudet, quãdo quis crucẽ negauerit. Interitum enĩ sibiipsi esse cognouit confessionẽ crucis. Hoc enĩ tropheũ est cõtra eius uirtutẽ, quod uidens expauescit, & audiẽs timet. Nã & ante quàm facta esset crux festinabat facere hoc, & operari in filijs diffidentiæ, operatus est aũt inuidia in Pharisæis, in Saducæis, in senioribus, in iuuenibus, & in sacerdotibus. Cũ aũt properaret ut fieret, conturbabat, & postea desperationẽ immisit proditori, & laqueũ ei ostendit, & suspendiũ eum docuit, & mulieri immisit timorẽ in somno, ipse conturbans & cõpescere tentans patibulũ crucis, ipse omnia euocans mouet in suã perniciem, non recognoscens. In tantum enim mala erãt nõ omnia. Malignus aũt sentiebat suam perditionẽ. Initium enim illi fuit ad damnationem crux Christi, principium mortis, initiũ perditionis. Propter quod & in aliquibus quidem operatur negare crucem, passionẽ erubescere, qui ut funestum putãt uocari de uirgine generationem, circuncidere ipsam naturã, & diffamare quasi odiosam. Iudeorũ auxiliator est ad negationem crucis, paganorum ad calumniã Mariæ, hæreticorum ad phantasiã. Multiformis est enim malitiæ princeps, furans sensus, cõtrarius sibimetipsi, & alia quidẽ suggerẽs alia uero ostentans. Sapiens est enim ad male faciendũ, quod bonũ est aũt nescit aliquãdo, ignorantia enim repletus est per inobedientiam. Quomodo enim non sit talis qui nõ sibi proponit suũ sermonẽ? Si enim homo purus est dominus ex anima & corpore, quid circũcidis natiuitatem cõmunem naturæ hominum? Quid tanq; paruã gloriã in homine factã passionem, simulationem uocas, & mortem immortalis gloriam existimas? Si deus est homo, quid unicum uocas dominum gloriæ illum uidelicet natura immutabilem? Quid sine

lege

lege dicis legislatorem, qui nō humanam naturā habuit: Verbū caro factum est, uerbum homo, sed non in homine. Quomodo igitur magnus est ille qui in principio omnē sensibilem & intelligibilem naturā uoluntate patris præparauit, qui cum esset in carne, omnē infirmitatē atq; languorem curauit: Quomodo autē non est Deus ille qui mortuos resuscitauit, claudos sanauit, leprosos mundauit, cœcos illuminauit, aquā in uinum conuertit, tuumq; exercitum uerbo tantum fugauit: Quid ergo deijcis naturam uirginis, & mēbra turpia uocas: Hæc ergo præseminas, & nudari iubes masculos in facie fœminarum, fœminas uero in illicitum desiderium masculorum. Tunc omnia turpia uidentur, & pudicū teipsum facis, cum tu sis fornicationis spiritus. Ignoras quia tunc fit aliquid turpe, quādo illicite perpetratē: Cæterū nihil turpe est quod sine peccato geritur, nihil prauū, sed omnia bona ualde. Et tu nō uidens pessundas eam. Quomodo rursum nō tibi uidetur natus esse Christus ex uirgine, sed ille qui est super omnia deus, ille scilicet omnia potens: Quis ergo est qui hūc misit dicito, quis ue huic dominatur, uel cuius sententiæ subiectus fuit, aut cuius legē adimpleuit: Tu qui nullius sententiā uel potestatē habes, Christum separas à generatione, legislatorē ingenitum esse pronuncias, et cruci affixū illū qui est sine principio. Cuius ergo permissu hoc factum est non est dicere. Non enim me latuit tuū antiquū consilium, neq; ignoro quoniā cura ne & lubrice incedis, tu autē ignoras quis est qui intus est qui omnia scire te fingis. Multa enim te latent uirginitas scilicet Mariæ, gloriosus partus, de cuius corpore Deus processit. Stella orientis quę apparuit munera ferentibus Magis, archangeli salutatio ad uirginē facta, uirginis gloriosa conceptio, desponsatæ puellæ prædicatio, & uirginis in utero infantis præuisio, angelorū hymno gloriæ ad gentiū pastores annunciatio, Herodis timor in extollentia regni, præceptio ad paruulorū necē, in Aegyptū transmigratio, atq; exinde reuersio, cunabula infantilia, descriptio humana, lactis nutritio, nomē patris non seminantis, præsepe ubi positus est, eo quòd nō fuerit locus, nulla humana præparatio, profectus ætatis, crementū corporis, humana loquela. Sed & quod esurijt, sitiuit, iter ambulauit, laborauit, sacrificiorū oblatio, circūcisio, baptisma. Vox dei desuper ad baptizatū, quid uel unde fuerit testificatio spiritus & dei uox, Ioannis prophetia significantis passionem per agni appellationē, diuersorū signorū operatio, uariæ curationes, imperiū domini quo mari imperauit, & uētos sedauit, & spiritus iniquos fugauit. Teipsum torquens, & manifestatione uirtutis suæ affligens, hæc omnia uidens nō habes, quid facias nisi tenebrosas uertigines. Et q; uirgo peperit ignoras, Sed cōfundit te angelorū laudatio, Magorū adoratio, stellæ apparitio. Ignorantiā igitur olim incurristi per cōtumatiā, parua tibi uidentur cunabula, passiones, circūcisio, lactis nutritio, indigna tibi deo esse hęc uidentur: Iterū ne uidisti hominē quadraginta diebus & quadraginta noctibus ingustato cibo humano, & angelos ei ministrantes, quos & tu timebas, uidens primo quasi communē hominē baptizatū, & causam ignorās: Post ieiuniū uero esurieti insidiabaris, & tentabas quasi communē hominē, ignorans quis esset. Dicebas enim, si filius dei es, ignotātiæ id est, nā si uere cognosceres, scires sine dubio quia quæ impossibilia uidenē ad faciendum, & difficilia ad conuertendū, factori omnia possibilia sunt. Et propter uentrē tētans eū, qui pascit omnes esca indigētes, audes tentare dominū gloriæ, oblitus per tuā malitiam quia nō in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit ex ore dei: Si scires quia filius dei erat, cognosceres utiq; quia in quadraginta diebus & quadraginta noctibus nullo egēs, reddēs corruptibile corpus etiā in cōtinuatione hoc facere poterat. Sed id circo esurijt, ut ostenderet quia uere suscepit corpus passibile, simile hominib. Propterea & primo ostēdit quia deus erat, & secūdo quia & homo fuit. Tu ergo qui tanq; fulgur de sublimi gloria cecidisti, audes dicere domino, mitte te deorsum, cui ea quæ sunt æstimanē quasi quæ non sunt: & ad inanē gloriā prouocas eū qui non extollitur, & fingis te scripturas de eo legere dicēs. Scriptū est enim quoniā angelis suis mādauit de te, ne quādo offendas ad lapidē pedē tuum, & fingis te sequentia ignorare, auferens ea quæ de te ac tuis ministris prophetauit dicēs. Super aspidē & basiliscū ambulabis, & cōculcabis leonē & draconē. Si ergo conculcatio es pedū domini, quomodo tentas intentabilē: immemor legislatoris qui dixit. Nō tentabis dominū deum tuū. Et audes impudentissime opera dei assumere, & dicere quia tibi traditus est principatus eorū, & casum tuū ostendis cōtra dominū deum tuum, & promittens te ei dare quæ sunt ipsius, dicens, hæc omnia tibi dabo si cadēs in terrā adoraueris me. Quomodo nō timuisti talem uocē cōtra dominū emittere, tu qui

omnium

omnium malignorum ſpirituum maligniſſimus es,& pro malitia uentre & pectore in terram repere iuſſus es,& per inanē gloriam inhonoratus es? Qui per auaritiam & arrogantiam ad impietatem deductus es? Tu incenſor,draco , apoſtata , ſerpens perplexus à Deo diſcedens,à Chriſto ſeparatus,à ſancto ſpiritu alienus,& à choro angelorum,exulans.Iniuriator legis Dei,& legitimorum inimicus,qui ſuper protoplaſtos inſurrexiſti,& à mādato Dei auertiſti eos qui nihil te læſerūt,qui aduerſus Abel Caim parricidam excitaſti, qui in Iob mala exercuiſti. Tu ergo huiuſmodi dicis domino,ſi cadens in terrā adoraueris me? O audacia,ô puniende ſerue fugitiue,ſerue flagellande,exterminator bonorū,domino dominorum,perfecto Deo omnium intelligibiliū atq; ſenſibiliū dicis, ſi cadens adoraueris me? Dominus autem longanimus eſt,qui non in præſenti & illico interficit eū qui per ignorantiā & audaciam talia dicit,ſed manſuete,reſpondet dicens. Vade ſatana. Non dixit reuertere poſt me,nō enim es reuerſurus aliquādo,ſed uade, inquit, ſatana in ea quæ tibi elegiſti loca,uade in ea quibus prouocatus es à tua malitia. Ego autē ſcio quis ſum,& à quo miſſus ſum,& ſcio quem debeo adorare. Dominum enim(inquit)deum tuū adorabis,& illi ſoli ſeruies. Scio eum & noui unum ſolum,cui non denego ſeruire,à quo tu apoſtata factus es. Nō enim ſum Antitheus,hoc eſt contrarius Deo,ſed cōfiteor eius eminētiam,& non recuſo adorare eum quem noui natiuitatis meæ autorem & dominum, atq; meæ perſeuerantiæ cuſtodem. Ego enim uiuo propter patrem. Hæc aūt fratres per diſpoſitionem Dei coactus ſum mittere ad uos, monēs uos ad gloriā Dei,nō quaſi extraneus, ſed ſicut frater. Subiecti eſtote epiſcopo,& presbyteris,& diaconis. Diligire inuicē in domino,ſicut Dei ſimulachra. Videte ergo uiri,ut diligatis uxores ueſtras ut propria membra. Mulieres uero ſicut unitatis tactu uiros ueſtros amate. Qui caſtus eſt uel cōtinens nō extollatur,ne perdat mercedē ſuam. Dies feſtos nolite inhonorare. Quadrageſimā uero nolite pro nihilo habere,imitationē enim continet Dei conuerſationis. Hebdomadā etiā paſſiouis nolite deſpicere. Quarta uero & ſexta feria ieiunate,reliquias pauperibus porrigentes. Quicunq; dominicam aut ſabbatum ieiunauerit præter unum ſabbatū Paſchæ, ipſi eſt Chriſti interſector. Orationes ueſtræ protendantur ad eccleſiam Antiochiæ. Vnde & uinctus ducor Romam. Saluto ſanctum epiſcopum Polycarpum . Saluto ſanctum Epiſcopum Vitalem,& ſacroſanctum præsbyterū,& conſeruos meos diaconos,pro quorum animabus ego efficiar. Adhuc dico epiſcopo & presbyteris in domino , quicunq; cū Iudæis paſcha egerit,aut ſolennia dierū feſtorum eorū ſuſceperit,comparticipabit eis qui dominum & apoſtolos eius occiderunt. Salutant uos Philon & Agathopus diaconi. Saluto congregationem uirginum,legionem uiduarum,à quibus adiutus ſum. Saluto popolum domini à minimo uſq; ad maximum. Tranſmiſi uobis hæc mea ſcripta per Euphaniū lectorem,uirum Deo honorabilem & fideliſſimum,qui mihi occurrit in regionem iā nauim aſcenſuro. Mementote uinculorum meorum , ut conſummer in domino. Incolumes eſtote carne & anima & ſpiritu perfecta ſentientes,deuitātes operarios iniquitatis,& corruptores uerbi ueritatis,confortati in gratia domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

AD PHILADELPHIENSES EX TROIA, EPISTOLA VI.

Philadelphia Myſiæ urbs,frequentibus terræ ſuccuſſionibus patens,frequentibusq; agitata terræ tremoribus,idcirco maleſidos parietes habens,ut qui (quod & geographi tradunt)crebris concuſſionum iniurijs diſcutiantur rimiſq; pateant. Hinc Philadelpienſes.

Ignatius,qui & Theophorus,eccleſia Dei patris & domini noſtri Ieſu Chriſti,quæ eſt in Philadelphia, miſericordiam conſecuta in dilectione & confirmatione,in concordia & exultatione Dei,in paſſione domini indiuiſæ, et in reſurrectione eius,repleta omni miſericordia,quam & ſaluto in ſanguine Ieſu Chriſti, quod eſt gaudium ſempiternum & ſingulare,maxime ijs qui ſunt in unum,cum epiſcopo,cū presbyteris,& diaconis probatis in uoluntate Dei patris,per dominum Ieſum Chriſtum,qui ſecundum ſuam uoluntatem ſolidauit firmiter eccleſiam eius ſuper petram ædificio ſpirituali non manufacto,quam flumina inundantia,& flantes uenti non ualuerunt ſubuertere,nec ualebunt aliquando ſpiritus nequitiæ,ſed debilitantur uirtute domini noſtri Ieſu Chriſti.

VIdens autem epiſcopum ueſtrum,cognoui quia nō à ſemetipſo,neq; ab hominibus promotus eſt in miniſteriū ad cōmunionem pertinens neq; per inanē gloriā, ſed in dilectione Ieſu Chriſti,& dei patris, qui reſuſcitauit eū à mortuis, cuius expaueſco manſuetudinē,quomodo tacēs amplius poteſt à loquēte. Aptus eſt eīm mandatis domini,& iuſtitia eius ſicut chordæ citharæ,& eſt irreprehenſibilis nō minus à

Zacharia

Zacharia sacerdote, propter quod beatificat anima mea illius secũdum deũ dispositionẽ, cognoscens innocentiam, & perfectam, & immobilem, & sine ira circa omnes eius mansuetudinem tanquam dei uiui. Sicut ergo filij lucis fugite diuisionem unitatis, & malam doctrinam hæreticorum, ex quibus exit coinquinatio in omnem terram. Vbi ergo pastor est, illuc sicut oues congregemini, multi enim lupi pellibus ouium induti uoluntate mala captiuant decurrentes ad deum, sed in ueritate uestra non inueniunt locum. Abstinete itaque uos à uerbis malis, quæ Iesus Christus non seminauit, sed hominum interfectrix bestia, propter quod non sunt plantatio patris, sed seminarium nequissimi. Non ergo separationem inueniens apud uos hæc scribo, sed ut muniẽs uos ut filios dei. Quotquot sunt Christi, ipsi sunt episcopi. Qui autem declinant eum uel communionẽ eius, & sociant se cum maledicis, ipsi cum illis simul abscinduntur. Non enim sunt agricolæ Christi, sed inimici seminarium, à quibus eruamini semper precibus assidentis pastoris uestri fidelissimi & mitissimi. Rogo itaque uos in domino, quicunque pœnitentes uenerint ad unitatem ecclesiæ, suscipite eos cum omni mansuetudine, ut per utilitatem & bonam demonstrationem, de luto & muscipula diabo eruti, & digni Iesu Christo effecti, sempiternam salutem percipiant in regno Christi. Nolite ergo errare fratres. Quicunque ergo separatum à ueritate fuerit secutus, regnum dei non hæreditabit. Et qui non discesserit à falsiloquo prædicatore, in gehennam damnabitur. Vnde nec à iustis discedere, neque iniustis appropinquare oportet. Quicunque enim in aliena sententia ambulauerit, ipse nõ est Christi nec passionis eius particeps, sed est fraudator & corruptor uineæ Christi. Tali ne commisceamini, ne simul cum eo pereatis, nec si pater sit uel filius, aut frater aut domesticus, Nõ enim (inquit) parcat oculus tuus super eum. Qui ergo odio habent deum, oportet etiam uos eos odire, & super inimicos eius tabescere, non quidem persequi eos, aut percutere eos oportet secundum gentes quæ non nouerunt deum, sed inimicos arbitrari, & separari ab eis, & monere eos, & ad pœnitentiam prouocare, si forte audiant & acquiescant. Amator enim hominum est deus noster, & uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, propter quod & solem oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Cuius utilitatis etiam nos dominus uolens esse imitatores, dicit: Estote perfecti sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Ego confido in uobis quoniã in domino nihil aliud sapitis. Propterea fiducialiter scribo deo dignæ dilectioni uestræ, rogans uos ut infletis uni fidei, uni prædicationi, una gratiarumactione utentes. Vna est enim caro domini Iesu, & unus eius sanguis, qui pro nobis effusus est, unus etiam panis, pro omnibus cõfractus, & unus calix totius ecclesiæ, unus episc. simul cum omnibus presbyteris & diaconis conseruis meis, quia & unus est ingenitus deus pater, & unus unigenitus filius deus uerbum & homo, & unus paracletus spiritus ueritatis, una etiam prędicatio, & fides una, & unum baptisma, & una ecclesia, quam fundauerunt sancti apostoli à finibus usque ad fines in sanguine Christi proprijs sudoribus & laboribus. Et uos ergo oportet sicut populum sacerdotalem & gentem sanctam, in concordiã omnes in Christo consummari. Mulieres uero subditæ estote uiris uestris in timore dei, uirgines Christo in incorruptione, non execrãtes nuptias, sed meliora diligentes, non in criminatione contagij, sed propter legis meditationem. Filij subditi estote parentibus, & diligite eos tanquam cooperarios dei ad uestram generationem. Serui subditi estote dominis uestris in deo, ut Christi liberti efficiamini. Viri diligite uxores uestras sicut cõserues in dño ut propriũ corpus, sicut socias uitæ & cooperatrices ad filiorũ procreationẽ. Virgines solum Christũ prę oculis habete & eius patrem, in animabus uestris illuminatæ à spiritu sancto. Memor sum sanctitatis uestræ sicut Heliæ, sicut Iesu Naue, sicut Melchisedech, sicut Helisæi, sicut Hieremiæ, sicut Ioannis Baptistæ, sicut dilectissimi discipuli, sicut Timothei, sicut Titi, sicut Euodij, sicut Clemẽtis, uel eorũ qui in castitate de uita exierũt. Nõ detraho aũt cæteris beatis qui nuptijs copulati fuerunt, quorũ nunc memini. Opto enim deo dignus ad uestigia eorum, in regno ipsius inueniri, sicut Abraham & Isaac & Iacob, sicut & Esaias & cæteri prophetæ, sicut Petrus & Paulus & reliqui apostoli, qui nuptijs fuerunt sociati, qui non libidinis causa, sed posteritatis subrogandæ gratia coniuges habuerunt. Patres nutrite filios uestros in eruditione & disciplina domini, & docete eos sacras literas, & artes honestas ut non ocio gaudeant. Bene enim (inquit) nutrit pater iustus, in filio autem sapiente lætabitur cor eius. Domini benigne in domesticos uestros intendite, sicut sanctus Iob docuit:

Vna enim est natura, & unum genus hominum. In Christo autem neq; seruus neq; liber. Principes subditi estote Cęsari, milites principibus, diaconi præsbyteris ut sacrorum amministratoribus, pręsbyteri uero & diaconi atq; omnis clerus simul cũ omni populo & militibus atque principibus sed & Cæsare obediant episcopo, episcopus uero Christo, sicut patri Christus, & ita unitas per omnia seruatur. Sint autem uiduę non uagæ neque gulosæ, neq; proteruæ, sed pudicæ & sobriæ sicut Iudith & Anna. Hæc autem nõ sicut apostolus præcipio, quis enim sum ego, aut & quæ domus est patris mei, ut æqualem me illis dicam: sed sicut commilito uester obedientiæ ordinem continens. Fratres mei ualde pronus sum ad dilectionem uestram, superexultans de unanimitate uestra. Moneo enim uos non ego sed dominus Iesus per me, in quo uinctus sum. Adhuc magis timeo quia nõ dum perfectus sum, sed oratio uestra faciet me perfectum apud deum, ut eum in quo uocatus sum merear adipisci, confugiens ad euangelium tanquam ad corpus Iesu Christi, ad apostolos tanquam ad præsbyteros ecclesiæ. Et prophetas quidem diligo, ut Christum prænunciantes, continentes eius spiritum sicuti & apostoli. Sicut enim pseudoprophetæ & pseudoapostoli unum eundemq; malignũ & seductorem, & populum errare facientẽ spiritum assumpserũt, sic iterum ueri prophetæ, & ueri apostoli unum eundemq; sanctũ principalem bonum & uerum atq; doctorẽ per Christum acceperunt spiritũ. Vnus enim deus ueteris & noui testamẽti, unus & mediator dei & hominũ, ac facturã intelligibiliũ & sensibilium & prouidentiã gerens omniũ, unus quoq; & paracletus, qui operabatur in Mose & prophetis & apostolis. Omnes enim sancti cum Christo saluati sunt per ipsum, in ipsum sperantes, atq; ipsum expectantes, & per ipsum salutẽ adepti sunt qui erant digni dilectione & digni laude, sanctificati à Christo Iesu, testificantes in euangelio spei cõmuni. Si quis deum legis & prophetarũ unum prędicauerit, Christum autẽ negauerit filium esse dei, mendax est quomodo & pater eius diabolus, & est huiusmodi inferioris circũcisionis pseudo Iudæus. Si autem quis confitetur Christũ Iesum dominũ, negat autem deum legis & prophetarũ patrem esse Christi, hic in ueritate nõ stat, quomodo nec pater eius diabolus, & est huiusmodi Simonis magi, & non sancti spiritus discipulus. Si quis autem dicit unum deum, confiteturq; Iesum Christum, hominẽ uero purum putans dominũ & nõ deũ, unigenitũ & sapientiã & uerbum dei, sed ex anima & corpore eum solum esse existimãs, huiusmodi serpens est seductor, errorẽ prædicans ad perditionẽ hominũ, huiusmodi pauper est sensu, sicuti uocatur & adinuentor ipsius erroris Hebion. Si quis enim hæc confitetur, corruptionẽ autem & coinquinationẽ uocat legitimam cõmixtionẽ & filiorum procreationem, aut aliquam escam execrabilẽ putat, huiusmodi habet cohabitatorẽ Draconem apostatam. Si quis enim patrem & filium & spiritũ sanctum confiteť, & creaturam laudat, simulationẽ uero dicit incarnationẽ, & passionem erubescit confiteri, huiusmodi fidem abnegat nihilo minus quàm interfectores Christi Iudæi. Si quis autẽ hæc confessus fuerit, & quia deus uerbum in humano corpore habitauit sicut & anima in corpore, propter quod inhabitare dicimus deum in corpore, sed nõ in humana anima, dicit autẽ quasdam iniquas mixtiones aliquid boni esse, & finem beatitudinis uoluptatem ponit (qualis ille falso nomine Nicolaita) hic neque dei amicus neq; Christi amator esse potest, sed corruptor propriæ carnis, & propterea à spiritu sancto desertus est & à Christo alienus. Huiusmodi omnes statuæ exanimes sunt, & sepulchra mortuorum in quibus scripta sunt tantum nomina defunctorum. Fugite ergo malas artes, insidias spiritus qui operatur in filijs seculi huius, ne quando tribulati infirmemini in dilectione, sed omnes idipsum estote inseparabiles corde, & in unanimitate unum semper sentientes in idipsum, de hoc ipso glorificantes in requie, & in periculis, & in tristitijs, & in gaudijs. Gratias ago deo per Iesum Christum, quia bene mihi conscius sum in uobis, & non habet quis unde gloriari neque clam neque palam & publice, quòd grauauerim aliquem aut in modico aut in magno. Et omnes quibus locutus sum præcor ut non in testimonium illud possideant. Si enim secundum carnem me uoluerunt quidam oberrare, sed spiritus meus non oberrat, à deo etenim eum accepi, noui enim unde uenerit, & quo eat, & occulta arguet. Clamaui enim uoce magna inter eos quibus loquebar, non meum sermonem, sed dei proferens, episcopo intendente, & præsbyteris & diaconis. Hi uero despexerunt me tanquam prohibentem diuisionẽ quorundam fieri. Hoc autem dicenti testis ille est propter quem ego uinctus sum, quia de humano ore hæc nõ cognoui, sed spiritus mihi præconizauit dicens:

Hæc præter episcopum ne feceritis, unitatem diligite, diuisionem fugite. Imitatores estote Pauli & cæterorum apostolorũ, quomodo & ipsi Christi. Ego quidẽ quod meum fuit, feci ut homo in uanitate perfectus, adijciens etiam hoc, quia ubi dissensio mentis & iracundia & odium, illic deus non habitat. Omnibus igitur pœnitentibus dimittit deus, si ad unitatem Christi concurrunt, & ad consensum episcopi. Credo gratiæ Iesu Christi, quia soluit à nobis omne uinculũ iniusticiæ. Rogo autem uos ut nihil secũdum iracũdiam agatis, sed secundum Christi militiam. Audiui enim quosdam dicentes, si non inuenero euangelium in antiquis non credam. Talibus autem ego dico, quia mihi antiquitas Iesus Christus est, cui non obedire manifestus & irremissibilis interitus est. Principatus enim eius est crux & mors ipsius & resurrectio & fides, in omnibus ijs, in quibus uolo uos & nos in orationibus uestris iustificari. Qui non credit euangelio, omnibus simul nõ credit, qui non præiudicat antiquitati spiritus. Durum est enim contra stimulũ calcitrare, durum etiam Christo non credere, durum quoq; apostolorum prædicationẽ spernere. Boni enim sunt sacerdotes & sermonis ministri, melior autem est pontifex, cui credita sunt sancta sanctorum, cui soli cõmissa sunt secreta dei. Bona sunt etiam officia uirtutis dei, bonus quoq; spiritus sanctus, qui est super omnia sancta sanctissimus, & uerbi minister, sed super omnes sanctos sanctiss. est summus pontifex & princeps pontificum, qui est legatus & minister patris, & princeps legionũ militiæ cœlestis, per quem pater omnia fecit, atq; omnem prouidentiam gerit. Ipse enim est uia quæ ducit ad patrem, ipse est petra maceria, clauis, pastor, sacerdotium, ianua scientiæ & agnitionis, per quam introiuit Abraham, & Isaac & Iacob, Moses quoq; omnis chorus prophetarum, & columnæ mundi apostoli, & sponsa domini ecclesia pro qua sanguinem suum fudit ut eam redimeret. Omnia igitur hæc in unitate unius & unigeniti ueri dei. Quid autem præcipuũ habet euangeliũ? præsentiam aduentus saluatoris nostri Iesu Christi, passionem, sed & ipsam resurrectionem. Quæ enim prophetæ annunciauerũt dicentes, donec ueniat cui repositũ est & ipse erit expectatio gentium, Hæc in euangelio completa sunt, dicente domino, Pergite & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Omnia ergo bona sunt simul, lex, prophetæ & apostoli, omnis congregatio quæ per ipsos credidit. Solum autem restat ut nos inuicem diligamus, quoniam secundum orationem uestram & uiscera quæ habetis in domino Iesu, annunciatum est mihi pacificare ecclesiam, quæ est in Antiochia Syriæ. Decet enim uos tanquam ecclesiam dei ordinare episcopum ad mittendum illuc uisitationem dei, concedere eis in idipsum constitutis glorificare nomen dei. Beatus est in Christo Iesu, qui dignus effectus fuerit tali ministerio. Et uos quidem festinantes glorificamini in Christo. Volunt autem uobis quod nõ est omnibus impossibile pro nomine dei, quomodo & semper uicinæ ecclesiæ consueuerunt mittere uobis episcopos, præsbyteros, & diaconos. De Philone uero diacono uiro religioso à Cilicia qui nũc mihi ministrat in uerbo domini, unà cum Gaio & Agathopo uiro multũ electo, qui à Syria me sequitur, testificor uobis, quia renunciauerunt seculo, & martyrium consummare elegerunt. Et ego gratias ago pro uobis rogãs, ut suscipiatis eos in domino, ut & uos suscipiat Iesus Christus. Qui enim eos diffamauerunt redempti sunt in gratia Iesu Christi, qui non uult mortem peccatoris, sed pœnitentiam. Salutat uos dilectio fratrum qui sunt in Troia, unde & scribo uobis per Burgum, qui missus est simul ab Ephesijs & Smyrnæis ad uerbum honoris, quos Iesus Christus redimat, in quẽ sperant, carne & anima, spiritu & fide, dilectione & cõcordia. Incolumes estote in dño Iesu Christo cum omni spe nostra in spiritu sancto, Amen.

AD SMYRNENSES EX TROIA EPISTOLA VII.

Smyrna (ut scribit Hieronymus) ciuitas est Lyciæ prouinciæ in Asia, eamq; iuxta Ephesum inter Tracheam & Lepram actam ponit Strabo, unde Smyrnæi. Troia inter Propontidos fluenta & montem Idam sita, memoratur monti uicinius adiacens, Asiaticarum urbium uatum poëtarumq; monumentis famatissima.

Ignatius, qui & Theophorus, ecclesiæ patris altissimi & dilectissimi filij eius Iesu Christi misericordiã consecutæ, & gratia repletæ, in fide & dilectione fundatæ, & totius gratiæ deo decentissime sanctissimeq; sanctificatæ, quæ est in Smyrna, immaculatæ spiritu & uerbo dei, plurimam salutem.

GLorifico deum & patrem domini nostri Iesu Christi, qui per seipsum uos tantum illuminauit. Agnoui enim uos perfectos esse in fide immobili, tanquã clauis affixos cruci domini nostri Iesu Christi carne & spiritu, & confirmatos in charitate in sanguine Christi, & uere ad plenũ instructos in domino Iesu Christo filio dei primogenito totius creaturę, deo uerbo unigenito filio, qui est ex genere Dauid secundũ carnem ex Maria uirgine, baptizatus à Ioanne ut adimpleret omnis iustitia, qui conuersatus sancte sine peccato, sub Pontio Pilato & Herode tetracha uere clauis cõfixus est pro nobis in carne, à quo & nos redẽpti sumus per diuinã & beatã eius passionẽ, ut tollat secũ sibi coniunctos in secula per resurrectionẽ ad sanctos & fideles suos, siue ex Iudæis, siue ex gentibus in unũ corpus ecclesiæ suæ. Hæc enĩ omnia passus est pro nobis, & uere passus est, non putatiue, sed uere sicuti & resurrexit. Sed non ut quidam infideliũ erubescentes, plasmationẽ hominis & crucem & ipsam mortem dicunt, quasi putatiue & non uere suscepit corpus ex uirgine, & patatiue passus est, immemores illius qui dixit: Verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Et iterum: Soluite templũ hoc, & ego in triduo resuscitabo illud. Et in alio loco: Cum exaltatus fuero à terra omnia trahã ad meipsum. Ergo uerbum habitauit in carne, sapiẽtia enĩ ædificauit sibi domũ. Verbũ ergo templũ sui ipsius ab aduersarijs dissolutũ resuscitauit tertia die, uerbũ utiq; exaltata carne sua ueluti illo æneo serpente in eremo, attraxit ad se omnes ad salutẽ æternã. Ego autem non solũ natum eum & crucifixũ in corpore factum scio, sed etiam post resurrectionẽ in carne eum noui, & credo esse. Nam cum ad eos qui cum Petro erant uenisset, ait illis: Palpate me & uidete, quia non sum dæmoniũ incorporeum. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere, & Thomæ dixit: Inijce digitum tuum in fixurã clauorũ, & affer manum tuã & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Et statim crediderũt quia ipse erat Christus. Propter quod & Thomas ait illi: deus meus & dominus meus. Propterea ergo mortem cõtempserunt, parum ducentes esse iniurias & plagas & alia nõnulla propter ipsum sustinere. Nam & postq; ostendit se eis quia uere & non putatiue resurrexisset, manducauit cum eis & bibit. Et sic uidentib. eis assumptus est cum carne ad eum qui miserat illum in qua & iterũ uẽturus est cum gloria & uirtute, secundũ quod dictũ est ab angelis ad apostolos. Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodũ uidistis eum ascendentẽ in cœlum. Si ergo sine corpore dicunt eum uenturum esse in cõsummationem seculi, quomodo uisuri sunt eum illi qui cõpunxerunt in eum, cognoscẽtes plangent inter se? Nam incorporaliũ, neq; species neq; figura, sed neq; effigies quidem aliqua animalis formæ haberi poterit, in qua figurę clauorũ uel lanceæ foramen appareat propter simplicitatem naturæ. Hæc autem moneo uos charissimi, sciens quia & uos sic habetis, præcustodio autem uos à bestijs hominũ figuras habentibus, quas non solum deuitare sed etiam fugere oportet uos. Tantũ orate pro illis, ut forte pœniteant. Si enĩ putatiue in corpore fuit dñs, & putatiue crucifixus est, ergo & ei putatiue ego uinctus sum. Quare autẽ & meipsum tradidi ad mortem, ad ignem, ad gladium, ad bestias? Sed nõ putatiue, sed uere omnia sustineo propter Christum, ad cõpatiendum ei, ipso me confortãte, quia non est mihi tanta uirtus. Quem profecto quidã ignorantes negauerunt, & consentiunt, magis mendacio q̃ ueritati, quibus nec persuaserunt prophetæ neq; lex Mosi, sed nec nunc usq; euangeliũ, nec nostrę speciales passiones. Nam & de nobis hoc ipsum sentiunt. Quid enĩ me iuuat si me quis laudauerit, dñm autem meum blasphemauerit, si non eum cõfessus fuerit incarnatum esse deum? Hoc autem qui non dixerit, perfecte eum negat, sicut mortuũ baiulans. Nomina uero eorũ infidelia nõ mihi est nunc uisum scribere, sed neq; cõtingat mihi ut mentionẽ eorum faciam donec pœniteat! Nemo seipsum seducat. Si enim nõ crediderit Christum Iesum in carne fuisse conuersatũ, & confessus fuerit crucem eius, & passionem & sanguinẽ, quem effudit pro mundi salute, uitam æternã non consequet, siue rex, siue sacerdos, seu princeps, seu priuatus, seu dominus, siue seruus, seu uir, siue mulier, qui capit capiat, & qui audit audiat. Locus ergo & dignitas atq; diuitiæ neminẽ inflent, ignobilitas & paupertas nullũ humiliet. Sed cum his omnib. fides eius sit in deũ & in Christũ, & spes fruitionis futurorũ bonorũ cum dilectione quę est circa deum & circa proximum. Diliges enim dominũ deum tuum ex toto corde tuo, & proximũ tuum sicut teipsum. Sed & dominus dicit: Hæc est uita æterna ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christũ & illud Ioan. Mandatũ nouum do uobis ut diligatis inuicem. In his enĩ

duobus

duobus mãdatis tota lex pendet & prophetæ. Dicite ergo eis qui taliter docent, quomodo legem ponunt, incognitum esse patrem Christi pdicantes: Quomodo etiam, cum infidelem inimicitiã inuicem habent, dilectionẽ autem futurorũ negligunt, præsentia dissimulant, quæ uentura sunt, tanꝗ præsentia esse putãt, & tanꝗ somnia & phantasiã existimant, mandata contẽnunt, uiduam & orphanũ despiciunt, uinctum derident, resurrectionẽ negant: Huiusmodi omnes nepotes sunt illius inueterati malorũ spiritus qui & Adam per mulierẽ mandatũ transgredi persuasit, qui & Abel per Cain occidit, qui & Iob decipere conatus est, qui & Iehu filio Iosedech resistere tentauit, qui & apostolorũ fidem subuertere uoluit, & Iudæorũ multitudinẽ aduersus dñm suscitauit, qui & nunc operatʼ in filijs diffidentiæ, à quibus eruat nos dñs Iesus Christus, qui patrem deprecatus est ut non deficeret fides apostolorũ, non ꝗ non sufficeret custodire eam, sed gaudens de patris eminentia ipsum deprecatus est pro eis. Dignum est ergo à talibus abstinere, & neꝗ propriũ cum his neꝗ cõmune colloquiũ habere, sed intendere legi & prophetis, & euangelizãtibus uobis salutare uerbũ. Nefandas uero hæreses & schismata facientes fugite, sicut principatũ malorum. Omnes episcopũ sequimini sicut Christus Iesus patrem, præsbyteros sicut apostolos, diaconos autem ueneramini sicut dei mandato ministrãtes. Nemo præter episc. aliqd agat eorum quæ ad ecclesiã pertinent, firma eucharistia reputetʼ quæ ab episcopo cõcessa fuerit, ubi episc. præsens fuerit illuc & plebs congregetʼ, sicuti & ubi Christus est omnis cœlestis militia adest, tanquam principi militiæ uirtutis dñi, & ipse est dispensator totius intelligibilis naturę. Propterea non licet sine episc. neꝗ offerre, neꝗ sacrificiũ immolare, neꝗ missas celebrare. Sed si ei uisum fuerit secundũ beneplacitũ dei, tunc demũ tutum & firmum erit. Ergo omnia quecunꝗ agitis & facitis iam mutabilia sunt, ut corrigamus nos in deo cum tempus habemus pœnitendi. Quod eñi incertum est, non habet confessionẽ. Ecce enim homo (inquit) & opera eius cum eo. Sicut scriptũ est: Honora (inquit) fili deum & regem. Ego autem dico, honorate quidem deum & autorẽ omniũ & dñm, episc. autem tanquam principem sacerdotũ, imaginem dei ferentẽ, principatũ quidem secundũ deum, sacerdotium uero secundum Christum, & post hunc honorare oportet etiã regem. Nemo enim potior est deo, neꝗ similis ei, neꝗ episcopo honorabilior in ecclesia sacerdotiũ deo gerenti pro mundi salute, neque regi quis similis est in exercitu, pacem & beneuolentiam omnibus principibus cogitanti. Qui enim honorat episcopũ honorabitur à deo, & qui inhonorauerit eum, à deo inhonorabitʼ. Si enim quis contra regem insurgens, damnatione dignus est, quomodo ultionẽ euadere poterit qui præter episcopum aliquid egerit? Sacerdotium enim summa est omniũ bonorum, quæ in hominibus cõsistunt, quod si quis inhonorauerit, deum inhonorat & dñm Iesum Christum primogenitum totius creaturę, & solum natura principem sacerdotem dei. Omnia bene uobis ordinate, quæ mundata sunt in Christo. Layci diaconis subditi sint, diaconi pręsbyteris, pręsbiteri episcopo, episcopus Christo, sicut ipse patri. Secundũ quod uos me refecistis fratres, & uos dñs Iesus Christus. Absentẽ me & pręsentẽ dilexistis, retribuat uobis deus propter quẽ tãta in uincto eius ostendistis, & si quidem non sufficiens, sed tamen deuotio uestra grandis est. Si quis eñi honorauerit prophetã in nomine prophetæ, mercedem prophetę accipiet. Manifeste & qui honorat uinctũ Christi Iesu, mercedem martyrũ accipiet. Philoni & Gaio & Agathopo, qui me sequũtur in uerbo dei, qui sunt ministri Christi, bene fecistis suscipientes eos sicut ministros dei, qui & maximas gratias agunt dño pro uobis, quoniã refecistis eos omnib. modis. Nihil uobis reputabitʼ ad peccatũ de ijs quæ eis impendistis. Det uobis dñs inuenire misericordiã apud deũ in illa die, pro animabus uestris spiritus meus & uincula mea sint, quæ non spreuistis, & non erubuistis. Hęc est perfecta spes in Christo Iesu. Orationes uestræ appropinquauerũt ad Anthiochenã ecclesiã, cui & pacifici estis. Vnde & uinctus omnes saluto, & nõ sum dignus esse ultimus eorum. Sed secundũ dei uoluntatem dignus effectus sum, non ex mea prouidentia, sed ex gratia dei. Quam opto perfectã mihi tribui, ut per uestras orationes deum merear adipisci, ut opus uestrum perfectũ sit in cœlo & in terra. Decet ergo uos in honorẽ dei curã agere deo dignæ ecclesiæ dei quæ est in Syria, & gratulari eis, qui pacifici sunt, & perceperunt suam magnificentiã, & restituta est in corpore eorum. Sed mihi uisum est mittere illuc cum epistola, ut glorificent tranquillitatem quæ eis secundò contigit, & quietem. Ego uero merui portum tutissimũ orationibus uestris. Cum sitis perfecti, perfecta cogitate, sentite, sapite, uolentibus eñi uobis

bene agere, etiam deus paratus eſt uobis præſtare. Salutat uos dilectio fratrum ueſtrorũ quæ eſt in Troia, unde & ſcribo uobis per Burgum, quem miſiſtis mecum unà cum Ephesijs fratribus ueſtris, qui me refecit in omnibus, & debuerant quidem omnes imitari, quia exemplum eſt miniſterij dei, retribuet ei dominus gratiam in omnibus. Saluto deo dignũ epiſcopum ueſtrum Polycarpũ, & deo decentiſſimũ præsbiterum, & Chriſtophorus diaconus meus, & cõſeruus, & ſpecialiter & generaliter omnes in nomine domini Ieſu Chriſti, & in ſanguine ipſius, & in paſſione, & in reſurrectione carnali & ſpirituali, in unitate dei & ueſtra. Gratia uobis, & miſericordia, & pax, & patientia in omnibus in Chriſto. Saluto domos fratrum meorum cum uxoribus & filijs, ſed & uirgines & uiduas. Incolumes eſtote in uirtute dei patris. Salutat uos Philon cõdiaconus, qui eſt mecum. Saluto domum Graniæ, quam opto firmari in fide & deuotione carnali & ſpirituali. Saluto Alcem deſiderabile nomen mihi, & Daphnium ſpiritalem & bonum filium. Et omnes nominatim incolumes eſtote in gratia dei & domini noſtri Ieſu Chriſti, repleti ſpiritu ſancto & ſapientia ſancta atque diuina, Amen.

AD POLYCARPVM EPISCOPVM SMYRNENSIVM DE illuminatis, epiſtola VIII.

Ignatius epiſcopus Antiochiæ, qui & teſtis Ieſu Chriſti, Polycarpo epiſcopo Smyrnenſium.

SVſcipiens autẽ tuam ſententiã tanquã ſuper immobilem petrã fundatã, quoniã de ſidero promereri faciem tuam immaculatã, quam acquiſiui in domino, rogo te gratia dei qua inductus es, adijcere ad curſum tuum, & rogare omnes ut ſaluentur in Chriſto. Defende locum tuum in omni diligentia. Vnitatis curam habeto, qua nihil melius eſt. Omnes baiula, quomodo & te Chriſtus. Omnes ſuffer in dilectione, orationibus indeſinenter uaca, ampliorem prudentiam quam habes poſtula. Vigila inobdormibilem ſpiritum poſſidens. Secundum adiutoriũ dei loquere. Omnium infirmitates porta ut perfectus athleta, quomodo & dominus omniũ. Ipſe enim (inquit) infirmitates noſtras portauit, & languores noſtros abſtulit. Vbi enim magnus fuerit labor, ibi etiam maius lucrum eſt. Si bonos diſcipulos amaueris, non eſt tibi gratia, magis peſtiferos ſubiuga in manſuetudinẽ. Non omne enim uulnus uno emplaſtro curatur acredines atq; uehementias, embrocha compeſce. Aſtutus eſto ut ſerpens, & ſimplex ut columba. Propheta enim ex anima & corpore carnaliter & ſpiritaliter extas, ut omnia quæ oſtenſa fuerint in facie corrigas. Quæ autẽ tibi inuiſibilia fuerint pete ut tibi manifeſtent̃, ut tibi nihil reſtet ſed totius gratiæ abundans ſis. Tempus depoſcit te tanq; gubernatorẽ proſperũ petere, & ſicut naui periclitanti portum aptum ad ſalutem requirere. Sic & te dei athletã præſta, ut ueſtẽ incorruptionis, & uitam æternã percipias, pro qua & tu cõfidis in omnibus. Pro anima tua ego efficiar, & uincula mea quę dilexiſti. Qui ſe arbitrant̃ fide dignos eſſe & aliter docent, non te circumueniant, ſed ſta firmus ſicut incus, quæ percutitur. Magni enim athletæ eſt uapulare & uincere, maxime autem pro deo omnia oportet nos ſuſtinere, ut ipſe ſuſtineat nos in regno. Plurimum adde ad feſtinationẽ, continuanter curre, tempora cognoſce, ut in ipſis ſemper uincas. Hic eſt enim ſtadium, illic corona expectat Chriſtum filium dei, intemporalem in tempore, inuiſibilem natura, uiſibilem in carne, impalpabilem & intactum, ut corporeum uero propter nos & cõtrectabilem, impaſſibilem ut deum, paſſibilem uero propter nos ut hominem, Amen.

AD ANTIOCHENSES EX PHILIPPIS, EPISTOLA IX.

Antiochia ciuitas eſt Syriæ, prima Petri apoſtoli ſedes, prima in qua Chriſtiani (qui baptiſma ſuſcepiſſent) à Chriſto nuncupari cœperunt, in qua Paulus & Barnabas ordinati ſunt, quæ & poſtea diui Ignatij moderationibus credita eſt, à qua Antiochenſes.

Ignatius qui & Theophorus, eccleſiæ Antiochenſi miſericordiam à Chriſto conſecutæ, habitanti in Syria (quæ prima Chriſti cognomen accepit) quæ eſt in Antiochia, in deo patre & domino Ieſu Chriſto ſalutem.

LEuia mihi & inonoroſa fecit dominus uincula, cum didiciſſem pacificos uos eſſe, & in omni concordia carnali & ſpirituali uos traſigere. Rogo igitur uos ego uinctus in domino, digne ambulare in ea uocatione qua uocati eſtis, cuſtodiẽtes uos ab introeuntibus hæreſibus malignis, ad ſeductionẽ & perditionem conſentientium eis, intendere autem apoſtolorũ doctrinæ & legi atq; prophetis credere, omniumq;

Iudæorum

Iudęorũ aut Paganorũ errorẽ abijcere, & neq; deorum multitudinẽ admittere, neq; Chri
ſtum ad excuſationẽ unius dei negare, Moſe fideli famulo dei ad populũ dicente: Domi-
nus deus tuus deus unus eſt. Et unum atq; ſolum prædicãs deum, cõfeſſus eſt ſtatim etiam
dñm noſtrm dicens: Pluit dominus ſuper Sodomã & Gomorrã ignem & ſulphur à domi
no de cœlo. Et iterum: Et dixit deus: Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinẽ no-
ſtram. Er rurſum: Et fecit deus hominẽ, ad imagiuẽ dei fecit illum. Et paulo poſt: Ad ima
ginem dei fecit hominẽ. Et quia naſciturus erat homo, ſic ait, Prophetã ſuſcitabit uobis
dñs deus ueſter ſicut me. Nam & propbetæ ex perſona dei dixerunt: Ego deus primus
& ego poſt hęc, & pręter me non eſt deus. Hoc autem de patre omniũ dixeruut. De domi
no noſtro Ieſu Chriſto rurſum prophetæ proclamauerunt dicentes: Ecce puer natus eſt
nobis, & filius datus eſt nobis, cuius imperiũ eſt deſuper, & uocabitur (inquiunt) nomen,
eius magni conſilij angelus, ammirabilis cõſiliarius, deus fortis, poteſtatẽ habens, prin-
ceps pacis. Nam & de incarnatione eius ex uirgine dicunt. Ecce uirgo concipiet in utero
& pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Et de paſſione eius nihilominus adie
cerunt dicẽtes. Sicut ouis ad occiſionẽ ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſine uo
ce. Et iterum ipſe de ſeipſo referens dicit: Ego autem ſicut agnus innocens ductus ſum ad
immolandũ. Nam euangeliſtæ unũ ſolum teſtantes uerum deum eſſe patrem, etiã ea quę
ad dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ pertinent non prætermiſerunt, ſed potius exacte ſcripſe-
runt dicentes: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum,
hoc erat in principio apud deum, & omnia per ipſum facta ſunt & ſine ipſo factum eſt ni
hil. Sed & de incarnatione eius ſubiunxerunt dicentes: Et uerbum caro factum eſt, & ha-
bitauit in nobis. Et iterum: Liber (inquiũt) generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abra
hę. Apoſtoli quoq; Chriſti aſſerentes quia deus unus eſt, adiecerunt dicentes: Vnus deus
unus & mediator dei & hominũ. Et de incarnatione eius ac paſſione eius non erubuerũt,
ſed potius fiducialiter ſubiunxerunt dicẽtes: Homo Chriſtus Ieſus, qui dedit ſemetipſum
pro ſeculi uita. Omnis ergo qui unũ deum annũciat, intercipit aũt Chriſti diuinitatẽ, filius
eſt diaboli & inimicus omnis iuſticiæ. Qui aũt non confiteẽ Chriſtum filium eius eſſe qui
fecit mundũ, ſed alterius cuiuſdã incogniti pręter eum quẽ prędicat lex & prophetę, hic
organũ eſt ipſius diaboli. Quicunq; aũt incarnationẽ Chriſti recuſat, & crucem eius eru
beſcit, propter quam ego uinctus ſum, hic eſt Antichriſtus. Quicunq; uero purum homi
nem dicit eſſe Chriſtum, maledictus eſt ſecundũ dictũ prophetæ, nõ in deum fidens ſed in
hominẽ tantũ. Propterea & infructuoſus eſt quemadmodũ Thamariſcus quæ eſt in deſer
to. Hæc ſcribo uobis cum ſim Chriſti nouella oliuæ, non ignorans uos taliter ſapere, ſed
præcuſtodio uos ſicut pater filios ſuos. Videte ergo malignos operarios, inimicos crucis
Chriſti, quorum finis eſt interitus, quorum deus uenter eſt, quorum gloria in confuſione
eorum, uidete canes rapidos, ſerpẽtes ſuper pectus repẽtes, dracones, ſquamoſos, & aſpi
des, baſiliſcos, ſcorpiones. Hi enim ſunt thoẽs, uulpes, & ſimiæ, humana imitantes. Pauli
& Petri ſancti eſtis diſcipuli, nolite perdere depoſitum quod uobis cõmendauerunt. Me-
mẽtote digne beatiſſ. Enodij paſtoris ueſtri, qui primus uobis ab apoſtolis antiſtes ordi
natus eſt. Non cõfundamus patrẽ, ſed efficiamur certi filij & nõ adulterini. Scitis qualiter
cõuerſatus ſum inter uos. Quæ ergo p̃ſens dicebã uobis, hæc nũc & abſens ſcribo uobis.
Si quis non diligit dñm Ieſum, ſit anathema. Imitatores mei eſtote, pro animabus ueſtris
ego efficiar quando Chriſtũ meruero adipiſci. Memento te uinculorũ meorũ. Pręsbyteri
paſcite gregẽ qui uobis cõmiſſus eſt, donec oſtẽdat deus eũ q futurus eſt in uobis rector.
Ego aũt nunc feſtino ut Chriſtũ lucrifaciã. Diaconi agnoſcãt cuius ſint dignitatis, & ſtu
deant eſſe inculpabiles ut ſint Chriſti imitatores. Populus ſubditus ſit pręsbyteris & dia
conis, uirgines agnoſcant cui ſe coſecrauerũt, uiri diligant uxores, memores quia una uni
in principio creaturæ datæ ſunt in poſſeſſionẽ. Mulieres honorificent uiros ſuos ſicut car
nem ſuam, & non audeant proprio nomine eos uocare. Sciant autẽ ſolos uiros ſuos com
pares eſſe, quibus coniunctæ ſunt ſecundũ ordinationẽ dei. Parentes erudite filios erudi-
tione ſancta, filij honorate parentes ut bene ſit uobis & ſitis longęui ſuper terrã. Domini
nolite ſuperbe ſeruis uti, imitantes patientiſſimum Iob, dicentẽ, ſi praue iudicaui ſeruum
aut ancillam meam, iudicer ego ab eis, quid enim faciam ſi interrogationẽ fecerit dñs de
me: & cætera quę ſequunẽ bene noſtis. Serui nolite iracundiã in aliquo prouocare dños,
ne forte aliqui male faciant uobis, & uoſipſi uobis eritis rei. Nemo ocioſus manducet,

ne uagus & fornicarius efficiatur. Ebrietas, iracundia, inuidia, multiloquium, clamor, blasphemia non nominent in uobis. Viduæ non in delitijs agant, ne per luxuriã abijciant uerbũ. Cæsari subditi estote in ijs in quibus sine periculo est ipsa subiectio. Principes nolite exasperare, ne detis occasiones aduersum uos quærẽtibus eas. De maleficijs aũt & ueneficijs uel homicidio ex abundanti est scribere uobiscũ, quando hęc etiã in gentibus abominabile sit agere. Hæc aũt non sicut apostolus præcipio, sed sicut uester conseruus cõmemorans uobis. Saluto sanctum presbyterũ uestrũ. Saluto sanctos diaconos. & desiderabile mihi nomen eius, quẽ reseruaui post me in spiritu sancto, cum Christũ meruero adipisci, pro cuius anima ego efficiar. Saluto subdiaconos, lectores, cãtores, ostiarios, laborãtes, exorcistas, atq; confessores. Saluto custodes sanctarũ portarũ diaconissas quę sunt in Christo. Saluto susceptrices Christi uirgines, quas ego nutriui in dño Iesu. Saluto pudiciss. uirgines. Saluto plebem dñi à minimo usq; ad maximũ, & omnes sorores meas in domino. Saluto Cassianũ hospitem meum, & coniugẽ eius, & amabiles natos eius. Salutat uos Polycarpus digne decentiss. episcopus, qui & curã uestri gerit, cui & cõmendaui uos in domino, & omnis ecclesia Smyrnensiũ memor est uestri in oratione apud deum. Salutat uos Onesimus Ephesiorum pastor. Salutat uos Damas Magnesiæ episcopus. Salutat uos Polybius Trallianorũ antistes. Salutant uos Philon & Agathopus diaconi, qui me sequutur. Salutate inuicem in osculo sancto. Hæc autem à Philippis scribo uobis. Incolumes uos ille qui est solus unigenitus per illum qui ante secula natus est, spiritu & carne custodiat, & uideã uos in Christi regno. Saluto eum qui pro me futurus est princeps uester, quẽ & acquisiui in Christo. Incolumes estote deo & Christo illuminati spiritu san. Amẽ.

AD HERONEM ECCLESIAE ANTIOCHENAE DIACONVM, QVEM EI dominus ostendit sessurum in sede ipsius, ex Philippis, epistola X

Ignatius qui & Theophorus, deo honorabili, desiderabili, pudico, Christifero, spiritifero in fide & dilectione Heroni diacono Christi ministro dei, gratia & misericordia & pax ab omnipotente deo & Christo Iesu domino nostro unigenito filio eius, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut redimeret nos de hoc præsenti seculo in ligno, & saluos faceret in regnum suum cœleste.

ROgo te in domino adijcere ad cursum tuum, defendere dignitatem tuam, concordiæ quæ est ad sanctos curã gerere. Infirmiores suffer, ut adimpleas legem Christi. Ieiunijs & orationibus uaca, sed non ultra mensurã, ne teipsum dejcias. Vino & carnibus nõ ex toto abstineas, nõ ẽm ex toto sunt abominabiles. Bona (inquit) terræ comedetis, & carnes & holera manducabitis. Sed & uinum lætificat cor hominis, & oleum exhilarat, & panis confirmat. Sed & mensurate & ordinate, tanquã deo concedente. Quis enim mãducat aut quis bibit præter eum? Quoniã quicquid bonũ est, eius est, & quicquid optimũ, est ipsius. Lectioni intende, ut non solus ipse scias leges, sed etiã alijs eas expone, ut dei athleta. Nemo militans Christo implicat se negocijs secularibus, ut placeat ei cui se probauit. Sed nec ui athleta coronabitur, nisi legitime certauerit. Pro anima tua ego uinctus sum. Omnis igitur qui dixerit præter illa quæ tradita sunt, tametsi fide dignus sit, tametsi ieiunet, tametsi uirginitatem seruet, tametsi signa faciat, tametsi prophetet, lupus tibi appareat in grege ouium corruptionem operans. Si quis crucem negauerit, & passionem erubuerit, sit tibi tanquam aduersarius, tametsi substantiam suam pauperibus distribuat, tametsi montes trãsferat, tametsi corpus suum cõbustioni tradat, sit tibi execrabilis & abominabilis. Si quis infalsauerit legem & prophetas, quos Christus præsens adimpleuit, sit tibi tanquam Antichristus. Si qui hominem tantum dixerit dominum, Iudæus est Christi interfector. Viduas honora, quæ uere uiduæ sunt. Pupillos tuere. Deus est enim pater pupillorũ, & iudex uiduarũ. Sine episcopis nihil agas, sacerdotes enim sunt, tu uero minister sacerdotũ. Illi enim baptizant, sacerdotium agunt, ordinãt, manus imponunt, tu uero eis ministras, sicut sanctus Stephanus Iacobo, & cæteris præsbyteris in Hierosolymis. Congregationẽ noli negligere, nominatim omnes require. Nemo adolescentiã tuam contemnat, sed forma est fidelium in uerbo & conuersatione. Domesticos ne confundas, communis est enim nobis & ipsis natura. Mulieres noli execrari, ipsæ enim pariunt & nutriunt. Diligi ergo oportet eas generationis causa tantum in domino, quia sine muliere uir omnino generare non potest. Honorare ergo oportet eas, ut cooperatias generationis, quia neque uir sine muliere, neque mulier sine uiro

aliquando originẽ sortiri poterit,nisi in solis illis protoplastis,quia corpus Adæ ex quatuor elementis est factum,Eua uero de latere Adæ,gloriosum uero habitaculũ domini de sola uirgine. Execrabilis quidẽ uidetur legitima cõmixtio,sed deo cõdecens est ipsius generatio. Decebat enim opificẽ non secundũ humanã consuetudinẽ natiuitate uti,sed gloriose & noue,ut decebat nasci factorem. Superbiã fuge. Superbis enim deus resistit. Falsiloquium execrare,perdes enim omnes(inquit) qui loquuntur mendaciũ. Inuidiã caue,autor enim eius est diabolus, & successor ipsius Cain fratri inuidens, & de inuidia homicidium perpetrans. Sorores meas mone deum diligere, & solis uiris suis sufficere debere. Similiter fratres meos mone suis coniugibus sufficere debere. Virgines custodi, tanq̃ Christi sacramenta. Longanimis esto,& multus sis prudentia. Pauperibus secundũ quod habueris,benefacere ne neglexeris. Eleemosyna enim & fide purgantur peccata. Teipsum castum custodi tanquã dei habitaculum. Templum Christi constitutus,& organum spiritus sancti existẽs,scito quomodo te enutrierim. Et si minimus quidẽ sum,æmulator meus esto,& imitare conuersationẽ meam. Non enim glorior in mũdo,sed in domino. Heronẽ filium meum moneo,ut qui gloriatur,in domino glorietur,cuius & memini filij desiderabilis,cui custos fiat ille unigenitus deus & dominus Iesus Christus, non omnibus credere, neque de omnibus præsumere, ne quis te subinrret. Multi enim ministri sunt satanæ, & qui cito credit,leuis est corde. Memẽto dei & nunq̃ peccabis. Noli esse duplex animo in oratione tua,beatus est enim qui nõ dubitauerit. Credo ergo in patrẽ domini nostri Iesu Christi,& in unigenitũ filium eius,quia ostendit mihi Heronẽ in sede mea. Ergo adde ad cursum tuum,præcipio tibi coram deo qui est super omnia,& coram Christo præsente, & spiritu sancto,& coram ministrãtibus legionibus,custodi depositũ meum quod ego & dominus Christus cõmendauimus tibi. Et ne indignũ te iudicaueris eorum,quæ ostensa sunt mihi de te à domino. Cõmendo ergo tibi ecclesiã Antiochensiũ. Cõmendaui uos Polycarpo in dño Iesu Christo. Salutant te episcopi Onesimus, Vitus,Damas,Polybius,& omnes à Philippis,unde scripsi tibi. Saluta deo decẽies præsbyteros. Saluta sanctos condiaconos tuos, quos ego enutriui in domino in carne & spiritu. Saluta populũ domini à minimo usq; ad maximũ secundũ omnia quæ tibi cõmendo, sicut Moses Iesu duci exercitus,& non tibi uideaẽ onerosum quod dictum est de te, & si tales nõ sumus quales illi fuerunt,sed tamẽ oramus ut tales simus,quia filij Abrahæ sumus. Confortare ergo Hero potenter,& age uiriliter. Tu enim introduces,& educes ex hoc nunc populũ domini qui est in Antiochia,& non erit synagoga domini sicut oues non habentes pastorẽ. Saluta Cassianum hospitem meum,& illam pudicissimã eius coniugẽ,& dilectissimos filios eorum, quibus det deus inuenire misericordiã apud deum in illa die ministrationis quę est ad nos, quos & cõmendo tibi in Christo. Saluta eos qui sunt in Laodicia fideles omnes secundũ nomina in Christo. Eos qui sunt in Tarso noli negligere, sed assidue eis intende confirmans eos in euangelio. Marium episc. qui est in Neapoli secus Zarbo saluto in domino. Intende etiam pudicissimæ Marię filię meæ, quæ est abunde doctissima, & ei quæ in domo eius ecclesiæ,quæ facta est mihi pro anima mea exemplũ pijssimarũ mulierum. Sanum te, & in omnibus probabilem pater Christi æuo longiore per ipsum unigenitum suum custodiat ad utilitatem ecclesiæ. Incolumis in domino ora pro me,ut consummem,Amen.

AD EPHESIOS DE VNITATE EX SMYRNA, EPISTOLA XI

Ephesus ciuitas in Asia ab Amazonibus olim condita,sepulchro Ioannis euangelistæ dilectissimi apostoli celebris,à qua & Ephesij.

Ignatius, qui & Theophorus,benedictæ magnitudine repletæ dei patris, & prædestinatæ ante secula, ut sit semper in singulari gloria inconuertibilis & adunata,& electa in passione uera, in uoluntate dei patris & domini nostri Iesu Christi saluatoris, ecclesiæ beatitudine dignæ quæ est Ephesi in Asia, plurimam in Christo Iesu & immaculato gaudio,Salutem.

SVscepi uestrum in domino multum desiderabile nomen quod possidetis natura iusta secundũ fidem & dilectionem in Christo Iesu saluatore nostro, cum sitis imitatores humanitatis dei,ut uiuificati in sanguine Christi regenerationis,charitatis geminum opus cõsummate, audientes me de Syria uinctum pro Christo spe cõmuni cõfidentem orationibus uestris ut merear Romę bestijs dimicare, ut per martyriũ possim discipulus eius esse qui pro nobis seipsum obtulit deo hostiam & oblationem in odorem

bonæ

sed aliquanta indigna deo agentes, & contra doctrinam Christi sapientes, ad interitum suum sibimetipsis consentiunt, quos oportet uos tanquam bestias declinare. Iustus(inquit) declinãs euadet interitum, extraneus etenim atq; alienus erit ab impiorum perditione. Sunt igitur canes muti, non ualentes latrare, rabidi occulte, quos obseruare oportet, insanabilem languorem habentes. Medicus autem noster, est solus uerus deus unigenitus, & inuisibilis, dominus omnium, unigeniti pater & genitor. Habemus aurem medicũ etiam dominũ nostrum Iesum Christum ante secula filium unigenitũ, & in principio uerbum, postea uero & hominẽ ex Maria uirgine. Verbum enim(inquit) caro factum est, incorporalis in corpore, impassibilis incorpore passibili, immortalis in corpore mortali, ut ta in corruptione, ut de corruptione & morte liberet animas nostras, & sanet eas infusas morbo impietatis, & iniquis desiderijs. Nullus ergo ueſtrũ seducaẽ, quod & de uobis cõfido, homines etenim estis. Quando etenim nihil in uobis fuerit quod uos potuerit coinquinare, & tormentũ superinducere, secundũ deũ uiuetis, & erit Christi subiectio uestra, & ecclesiæ Ephesiorum, quæ est auxiliatrix, & multũ amabilis. Carnales enim spiritualia non possunt agere, neq; spirituales carnalia, sicut nec fides ea quæ sunt infidelitatis, neq; infidelitas ea quæ sunt fidei. Vos ergo repleti spiritu sancto, nihil carnale, sed omnia spiritualia agite. Vnusquisq; uestrum perfectus sit in Christo Iesu qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium. Agnoui enim aliquos ex uobis à uia ueritatis discedẽtes malam doctrinam habere alieni & nequissimi spiritus. Quibus non tribuistis secus uiam seminare zizania, obturantes aures ad non suscipiendum errorem qui ab ipsis est prædicatus, scientes quia huiusmodi spiritus est erroris, non ea quæ sunt Christi, sed sua loquens, falsiloquus etenim est. Sanctus autem spiritus non sua propria loquitur, sed ea quæ sunt Christi. Neq; Christus sua nunciat. Sermo (inquit) quem audistis nõ est meus, sed eius qui me misit. De spiritu sancto dicit. Non enim loquetur à se, sed quæcunq; audierit à me. De se autem patri: Ego te glorificaui super terram, opus perfeci quod dedisti mihi ut facerẽ, manifestaui nomen tuum hominibus. De spiritu sancto ait: Ille me glorificabit super terram, quia de meo accipiet & annunciabit uobis. Ergo uterq; eorũ ipsum glorificat, à quo & accepit quod faceret, & ipsum prædicat atq; eius uerba pronunciat. Erroris autem spiritus seipsum prædicat, sua prophetia dicens, sibi placẽs etenim est, & seipsum glorificat. Acerbus nanq; est, plenus existens falsiloquio, seductor, lubricus, superbus, arrogans, uerbosus, dissonus, immensuratus, nigriformis, tumidus, de cuius operationibus liberauit nos Iesus Christus, fundans nos super petram tanquam lapides electos (qui apti sunt ad ædificium dei patris, eleuati in altum à Christo qui pro nobis crucifixus est) confortatos spiritu sancto, in fide introductos, in spe & dilectione eleuatos à terra in cœlum, ambulantes immaculate. Beati enim(inquit) immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. Via enim sine errore est Iesus Christus, sicut ipse ait: Ego sum uia, ueritas & uita. Deducit autem hæc uia ad patrem. Nemo enim(inquit) ueniet ad patrem nisi per me. Beati ergo estis uos deiferi, Christiferi, spiritiferi, templiferi, in omnibus ornati in mandatis Iesu Christi, regnum sacerdotale, gens sancta, populus in acquisitionem. In quibus exultans, dignus effectus sum, per quos scribo, alloqui sanctos qui sunt Ephesi, fideles in Christo Iesu. Gaudeo enim in uobis quia uanitati non intenditis, neque ea quæ secundum carnem sunt diligitis, sed ea quæ secundum deum sunt. Sed pro alijs hominibus orate indesinenter. Est enim in illis spes, ut deum mereantur adipisci. Nunquid qui cadit (inquit) non adijciet ut resurgat? aut qui auertitur non conuertetur? Conuertimini ergo ad doctrinam, estote ministri dei, & os Christi. Dicit enim deus: Si abduxeritis preciosum ab indigno, os meum eritis. Estote ergo ad iracundias eorum humiles, renunciate blasphemijs eorum, uos uero orationi instate, illis errantibus uos stabiles estote radicati in fide. Vincite eorum ferocem consuetudinem per uestram mansuetudinem, & iracundiam per lenitatem. Beati enim(inquit) mites. Nam & Moses mansuetus supra omnes fuit, & Dauid mitis ualde. Propter quod Paulus monet dicens: Seruũ autem domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes, docibilẽ, patientẽ, cum omni modestia corripientẽ eos qui resistũt ueritati. Nolite festinare, ulcisci uolentes uos. Si reddidi retribuẽtibus mihi mala, fratres eos faciamus per mansuetudinẽ. Dicite itaq; his qui oderunt uos, fratres nostri estis, ut nomẽ dñi glorificeẽ. Imitemur scilicet dñm, cui cũ malediceretur non maledicebat, cum patereẽ non cõminabaẽ, cum crucifigeretur nõ cõtradicebat, sed pro inimicis suis orabat dicens:

Pater

Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Cui plus nocetur ampliora ſuſtineat. Beatus qui abiectus & reprobatus fuerit propter nomen domini, ipſe etenim uerus eſt Chriſti. Videte ne herba diaboli inueniat̃ in uobis, amara etenim eſt & ſalſa. Ergo ſobrij eſtote & caſti in Chriſto Ieſu, iam enim nouiſſima tẽpora ſunt. Revereamur & timeamus longanimitatem dei, & non ſimus diuitiarum aut utilium rerum appetitores. Futuram iracundiam plus timeamus quàm præſentem gratiam diligamus, præſens enim gratia eſt ut inueniamur in Chriſto Ieſu, & in ueritate uiuamus. Extra hoc autẽ, nec reſpirare oportet aliquando. Hæc eſt enim ſpes mea, hæc exultatio, hæ deniq; indeficientes diuitiæ. In quo & uincula mea à Syria Romam uſq; ſuffero ſpirituales margaritas, in quibus mihi contingat conſummari orationibus ueſtris, participem paſſionum Chriſti communem & mortis eius fieri & à mortuis reſurrectionis & uitæ æternæ, quàm mihi contingat percipere, ut in ſorte Epheſiorum Chriſtianorum inueniar. Qui & cum apoſtolis ſemper conuerſati ſunt in uirtute Ieſu Chriſti, Paulo, Ioanne & Timotheo fideliſſimo. Scio qui ſunt & quibus ſcribo. Ego itaq; minimus ſum, & ſupplex ſub periculis & iudicijs & longe cõſtitutus, uos uero conſecuti eſtis miſericordiam firmi in Chriſto. Traditus ſum autem propter deum generi interfectorum à ſanguine Abel iuſti ad ſanguinem Ignatij minimi. Pauli enim ſancti eſtis comminiſtri, & teſtimonium conſummatis eius qui eſt uas electionis. Sub ueſtigia eius merear inueniri & cæterorum ſanctorum, quando Ieſum Chriſtum meruero adipiſci, qui ſemper in ſuis orationibus memor ſit ueſtri. Feſtinate ergo frequenter accedere, ad euchariſtiam & gloriam dei. Quando enim aſſidue hoc ipſum agitur expelluntur poteſtates ſatanę, qui actus ſuos conuertit in ſagittas ignitas ad peccatum. Veſtra autem concordia & conſonãs fides, ipſius eſt interitus, & conſentaneis eius tormentum. Nihil enim melius eſt quàm pacem habere, in qua omne telum euacuatur aereorum & terreſtrium ſpirituũ. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinẽ, ſed aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Ergo nolite uos uulnerare in aliqua contagione diaboli, ſicuti & Paulus dicit, habentes in Chriſtum ſpem & dilectionem, quæ eſt principium uitæ & finis. Principium quidem eſt fides, finis uero eius eſt dilectio. Ambæ uero ſimul iunctæ in unitate ſactæ hominem dei perficiunt. Sed & reliqua omnia quæ in beneuolentia ſequũtur cõſummant. Nemo enim fidem annuncians debet peccare, neq; dilectionẽ poſſidens debet fratrem ſuum odire. Qui enim dixit, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ipſe iterum ait, & proximũ tuum ſicut teipſum. Qui enim annunciant eſſe Chriſtum, non ex ijs quæ dicunt tantummodo, ſed ex ijs quæ agunt agnoſcuntur. Ex fructu enim arbor cognoſcitur. Melius eſt eum igitur tacere & eſſe, quàm dicere & non eſſe, quia non in uerbo eſt regnum dei, ſed in uirtute. Corde enim creditur ad iuſtitiam, oris autem confeſſio fit ad ſalutem. Bonũ eſt igitur docere, ſed ſi fecerit ea quę dixerit. Qui docuerit & fecerit, hic magnus uocabit̃ in regno cœlorũ. Dominus autẽ noſter & deus Ieſus Chriſtus qui eſt filius dei uiui, primo uidelicet fecit & ſic docuit. ſicut teſtatur Lucas, cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. Nihil enim latet dominum, ſed etiam occulta noſtra coram ipſo ſunt. Omnia ergo faciamus tanquam ipſo in nobis habitante, ut ſimus eius templa, & ipſe habitet in nobis. Dominus itaque Chriſtus in uobis loquatur, ſicut & in Paulo, ſpiritus ſanctus nos doceat quæ ſunt Chriſti reſpondere. Adiuncti illi nolite errare fratres mei, & ne ſitis maſculorũ concubitores, qui huiuſmodi regnum dei non poſſidebũt. Qui enim habitacula corrumpunt, morti condẽnabuntur. Quomodo nõ magis qui Chriſti doctrinam diſrumpere conantur, ſempiternam damnationem percipient, propter crucem & mortem quam ſuſtinuit dominus Ieſus unigenitus dei filius? Cuius doctrinã quicunque deprauauerit, abiectus & pollutus in gehennã proijcietur. Similiter autem & omnis homo qui ſpreuerit quod à deo accepit condemnabitur. Qui imperitum paſtorẽ ſecutus fuerit, & falſam gloriam tanquam ueram ſuſceperit, particeps Chriſti eſſe non poterit. Quę enim ſocietas luci cum tenebris? aut Chriſto cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? aut templo dei cum idolis? Dico autem & ego, quæ cõmunicatio ueritati ad mendacium? aut quæ ſocietas iuſtitiæ cum iniuſticia? aut ueræ gloriæ cum falſa gloria? Propterea unguentum accepit deus in capite, ait eccleſia, ut fragret in incorruptione. Vnguentũ enim exinanitum nomen tuum, propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, attraxerunt te naribus, poſt te in odorem unguẽtorum tuorũ curremus. Ne ungũatur quis fœtore huius

ſeculi;

seculi, sancta dei ecclesia nõ captiuetur ab astutia illius, sicut mulier prima Eua. Quapropter cum simus rationabiles, non efficiamur stulti. Quare plantationem quam à deo per Christum accepimus, non custodimus sed in iudicium per ignorantiam incidimus, ignorantes gratiam quam accepimus, & nescientes perimus, quia Christi crux infidelibus quidem scandalum, fidelibus autem salus, & uita æterna. Vbi sapiens, ubi scriba, ubi conquisitor, ubi exultatio dictorum. Filius autem dei qui ante secula natus est, & omnia dispositione patris constituit, ipse in utero portatus est à Maria secundum dispositionem ex semine Dauid & spiritu sancto. Ecce enim (inquit) uirgo in utero cõcipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Ipse enim baptizatus est à Ioanne, ut fidelem faceret ordinationem quæ tradita est prophetis à deo, & latuit principem huius seculi uirginitas Mariæ, & partus eius similiter & mors domini. Tria mysteria clamaui in silẽtio. Dei enim opera nobis manifestata sunt. Stella in cœlo fulsit super omnes quæ ante ipsam erant. Et lux eius inæstimabilis & noua atq; peregrina apparuit uidentibus eam. Cætera uero sydera simul cum sole & luna, corusca facta sunt illi stellæ, illa uero superabat omnes splendore suo, & facta est perturbatio, unde fuisset illa nouitas quæ apparuerat. Hinc hebetata est sapientia huius mundi, iniquitas & malitia exterminabantur, maleficia adnullabantur, magica deridebantur, tenebræ & ignorantiæ dissipantur, & tyrãni principatus abolebantur, deo ut homine apparente, & homine sicut deo operante. Sed neq; primo gloria, neq; secundo puritas, sed illa ueritas & cõuersatio principatum accepit à deo, perfecta omnia in illo constabant, propter quod meditatus est mortis solutionem. State ergo fratres firmi in fide Iesu Christi, & in dilectione eius atq; resurrectione omnes. In omnibus enim his gratia. In eius nomine congregamini, cõmuniter in una fide dei patris & Christi filij eius unigeniti & primogeniti totius creationis, secundum carnem quidem ex gẽnere Dauid. Eruditi à paracleto, obedientes episcopo, & presbytero impreuaricabili sensu, frangentes panem qui est medicamentũ immortalitatis, antidotum non moriendi, sed uiuendi per Iesum Christum in deo, catharticum expellens malum, sit in uobis. Pro animabus uestris ego efficiar, & eius quem misistis in honorem domini ad Smyrnam, unde & scribo uobis, gratias agens domino, diligens Polycarpum quomodo & uos. Memores estote mei, sicut & uestri Iesus Christus qui est benedictus in secula. Orate pro ecclesia Antiochensiũ, quæ in Syria est, unde & uinctus ducor Romam, qui sum ultimus illorum fidelium, unde sum ultimus ego, dignusq; effectus in honorem dei has suffere catenas. Incolumes estote in deo patre & domino Iesu Christo, communi spe, in spiritu sancto, Amen.

AD ROMANOS DE SMYRNA PER EPHESIOS, EPISTOLA XII.

Roma (à qua & Romani) notior est quàm ut historiæ lucem requirat, Italicarũ urbium præclarissima, olim iam orbis caput, & urbs per excellentiam dicta. Et hæc pro communi argumento abunde dicta putentur.

Ignatius, qui & Theophorus, misericordiam consecutæ in magnitudine dei altissimi, patris Iesu Christi unigeniti eius filij, ecclesiæ sanctificatæ & illuminatæ in uoluntate dei (qui fecit omnia quæ sunt secundum fidem & dilectionẽ Iesu Christi dei & saluatoris nostri) quæ & præsidet in loco regionis Romanorum, deo dignæ, eminentia dignæ, beatitudine dignæ, laude dignæ, fide dignæ, fundatæ in dilectione & fide Christi, paternum nomen habenti, spiritiferæ, quam & saluto in nomine domini omnipotentis, & Iesu Christi filij eius qui est secundum carnem & spiritum, adunatis in mandatis eius, repletis gratia dei inseparabiliter, & ablutis ab omni alieno colore, atq; immaculatis, plurimam in deo patre & domino Iesu Christo, Salutem.

DEprecans deum obtinui ut uidere merear dignos uultus uestros sicut plurimũ optabam promereri. Vinctus enim in Christo Iesu spero uos salutare, si quidem fuerit uoluntas illius, qui dignum me faciat usque in finem propositum meum consummare. Illa uero principia bonę conuersationis sunt, siquidẽ per gratiam meruero sortem meam usq; in finem sine impedimento percipere. Timeo enim dilectionem uestram, ne ipsa me lædat, uobis enim facile est quod uultis facere, mihi autem difficile deum promereri, tamen potero si uos peperceritis mihi occasione amicitiæ carnalis. Nolo igitur uos homini placere, sed deo sicuti & complacuistis, nec enim ego habui aliquando tale tempus ut deum promeruissem. Ergo si & uos tacueritis de me, ego efficior dei. Si enim dilexeritis carnem meam, iterum forsitan absoluar. Multum enim mihi præstatis si me offeratis deo, cum iam altare paratum est ut in dilectione chorus effecti cante-

tis, deo patri in Chriſto Ieſu (quoniam epiſcopum Syriȩ dignum fecit Deus inueniri in occidente, ab oriente promittens ſuam paſſionem, martyrē bonum proficiſcentem de mundo ad deum) ut in ipſo oriar. Nunquam læſiſtis aliquem, alios docuiſtis. Ego autem rogo ut ſecundum illa firma quȩ docti eſtis ex omni uirtute optetis mihi ut non ſolum dicar ſed etiam inueniar Chriſtianus. Si autem inuentus fuero, & dici poſſum & tunc eſſe fidelis, quando mundo non comparuero, nihil enim de ijs quæ uidentur æternū eſt. Quæ enim uidentur (inquit) temporalia ſunt, quæ autem non uidentur æterna ſunt, non ſolum in opere, ſed etiam in magnitudine. Chriſtianitas eñ eſt quȩ oditur à mundo, amaī à Chriſto, quia non eſt ab hominib. ſed à deo. Si enim eſſetis (inquit) de mūdo, mundus quod ſuū erat diligeret. Nunc autem quia non eſtis de mundo, propterea odit uos mundus, ſed ego elegi uos, manere in me. Ego ſcribo omnibus eccleſijs, & omnib. mando, quia uolūtarie pro deo morior, ſi uos nō præpedieritis. Rogo itaq; uos ut nō fruſtra ſit in me dilectio ueſtra. Sinite me ut beſtiarū eſca ſim, per quam poſſum deū promereri. Triticū enim dei ſum, dentibus beſtiarū molar, ut poſſim panis dei mundus inueniri. Magis aūt blandiamini beſtijs, ut mihi ſepulchrū ſint, & nihil de meo corpore relinquant, ut non obdormiens grauis alicui inueniar. Non ſicut Petrus & Paulus prȩcipio uobis. Illi enim apoſtoli ſunt Ieſu Chriſti, ego autē uſq; nunc ſeruus, ſed ſi paſſus fuero, libertus ero Ieſu Chiiſti & reſurgā in eo liber. Nunc diſco uinctus nihil mundi cōcupiſcere, aut aliquod uanum. A Syria Romam uſq; cum beſtijs depugno per terram & mare, die ac nocte uinctus cum decem leopardis, hoc eſt cum militari cuſtodia, qui ex beneficijs peiores fiunt, in iniuſtitijs autem eorū magis edoceor, ſed nec in hoc quidem iuſtificor. Vtinam fruar beſtijs quæ mihi paratæ ſunt, quas & opto mihi ueloces eſſe ad meum interitum, & allici ut celerius me comedant, ne ſicut in alijs territæ ſint, & non eos tetigerunt. Et ſi ipſæ noluerint, ego ipſis uim ingeram, ego urgebo. Ignoſcite mihi, ego ſcio quid mihi expediat. Nūc incipio eſſe diſcipulus, nulli æmulor uiſibiliū & inuiſibiliū, ut Ieſum Chriſtū merear adipiſci, ignis, crux, beſtiarum'q; conſtātia, abſciſio, ſeparatio, cōfractio, diſſipatio'q; membrorū, interitus totius corporis, & flagella diaboli omnia in me ueniāt ut Ieſum Chriſtū merear adipiſci. Nihil me iuuant quæ ſunt mundi huius, neq; regnum temporale. Bonum enim mihi mori in Chriſto Ieſu, quàm regnare in finibus terræ. Quid enim prodeſt homini ſi uniuerſum mundum lucretur, animā uero ſuam perdat? Dominū namq; deſidero filium ueri dei, & patrē Ieſu Chriſti, ipſum utiq; quæro, & illum qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit. Ignoſcite mihi fratres, ne mihi impedimenta opponatis ad uitam, Ieſus eſt enim uita fideliū, ut ne uelitis me mori, quia uita mors eſt ſine Chriſto. Dei uolens eſſe, mundo non placeam. Sinite me puram lucem percipere, illuc perueniens homo dei ero. Concedite mihi ut ſim imitator paſſionum dei mei. Qui enim uult in ſeipſo habere, intelligat quod uolo, & compatiatur mihi ſciens quid ſit in me. Princeps enim mundi huius diripere me uult, & in iudicio dei mei dirumpere. Nemo ergo de præſentibus uobis auxilietur ei, magis autem mei adiutores eſtote, hoc eſt dei. Nolite dicere Ieſum Chriſtum mundum honorantes. Facinus in uobis non habitet, neq; ſi uos præſens rogauero, conſentiatis mihi, his autem cōſentite quæ ſcribo uobis. Viuus eñ uobis ſcribo deſiderans mori pro Chriſto. Meus eñ amor crucifixus eſt, & non eſt in me. Aqua autē alia uiua manet in me intrinſecus mihi dicens, ueni ad patrem, non comedā eſcam corruptionis, neq; uoluptates huius mundi deſidero, panem dei uolo, panem cœleſtē, panem uitæ, qui eſt caro Ieſu Chriſti filij dei uiui (qui natus eſt in nouiſſimo ex ſemine Dauid & Abrahæ) & potum uolo ſanguinem eius, qui eſt dilectio incorruptibilis, & uita æterna. Iam nolo ſecundū homines uiuere, hoc autem erit, ſi uos uolueritis, Chriſto crucifigor, quia iam ego non uiuo, uiuit uero in me Chriſtus. Per modica ſcripta rogo uos. ne mihi obſeruetis. Credite mihi quia Ieſum diligo, quoniam & ipſe dilexit me, & ſeipſum tradidit pro me. Quid retribuam ei pro omnibus quæ retribuit mihi? Ipſe autem Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, & ipſe dominus Ieſus Chriſtus manifeſtauit nobis hȩc omnia, quia uerum dico, & uos ſimul cōdeprecamini mecum ut laborem conſequar in ſpiritu ſancto. Non ſecundum carnem uobis ſcripſi, ſed ſecundū diſpoſitionem dei. Si autem paſſus fuero, dilexiſtis me. Sed ſi reprobatus fuero, odio me habuiſtis. Mementote in orationibus ueſtris illius qui pro me recturus eſt eccleſiam, quæ eſt in Syria. Credite in domino dicenti: Ego ſum paſtor bonus, qui uiſitauit eam, & ſit ueſtra in eo dilectio. Ego autem & erubeſco ex ipſis dici. Non enim ſum dignus eſſe ultimus au

purgamentū,ſed miſerabilis ſum nunc,donec deum merear adipiſci. Salutat uos ſpiritus meus,& dilectio eccleſiarū,quę me ſuſceperunt ſicut nomen Ieſu Chriſti.Habentes enim me non quaſi tranſeuntē uiam meam aſpiciebant,& per ciuitatē me deducebant.Hæc igitur ſcribo uobis de Smyrna,per Epbeſios beatitudine dignos. Eſt aūt mecum ſimul cum alijs Crocus deſiderabile mihi nomen ex ijs qui aduenerunt mihi d Syria ad Romā in gloria dei.Credo uos agnoſcere quę mihi mandaſtis adhuc proxime cōſtituto.Omnes enim digni ſunt deo,& apud uos me oportet requieſcete. Scripſi uobis hæc nono Kalendas ſeptembris.Incolumes eſtote uſque in finem in patientia Ieſu Chriſti,Amen

Epiſtolarum diui Ignatij martyris ſinis.

POLYCARPI MAR-TYRIS SMYRNAEORVM EPISCOPI, DISCIPVLI IOANNIS euangeliſtæ, ad Pbilippenſes epiſtola.

Polycarpus & qui cum eo ſunt præsbyteri, eccleſiæ dei quæ eſt Philippis, miſericordia uobis & pax'a deo omnipotente & Ieſu Chriſto ſaluatore noſtro abundet.



Ongratulatus ſum uobis magnifice in dño noſtro Ieſu Chriſto, ſuſcipiens imitabilia uerba dilectionis quam oſtendiſtis in illis qui præmiſſi ſunt uiris ſanctis,decoris uinculis connexis,quæ ſunt coronæ electæ deo,illius ueri regni,per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,& quia firmitas fidei ueſtrę à principio uſq; nunc permanet, & ſanctificať in domino Ieſu Cbriſto, qui ſuſtinuit pro peccatis noſtris uſque ad mortem, quem reſuſcitauit deus, diſſoluens dolores inferni,quem cum non uideritis nunc diligitis,in quem nunc non aſpicientes,creditis. Credentes autem,gaudebitis gaudio inenarrabili, & glorificato,in quo multi deſiderant introire, ſcientes quia gratia facti eſtis, non ex operibus, ſed in uoluntate dei per Ieſum Cbriſtum.Propter quod ſuccincti lumbos ueſtros,ſeruite domino cum timore & in ueritate dimiſſo inani uaniloquio & multo errore.Credite ergo in illum qui reſuſcitauit dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex mortuis,& dedit gloriam & ſedem in dextera ſua. Huic ſubiecta ſunt omnia, cœleſtia, & rerreſtria, & ſubterranea,cui omnis ſpiritus ſeruit, qui uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos.Huius ſanguinē requirit deus ab eis qui non crediderunt in eum qui & reſuſcitauit eum à mortuis,qui & nos reſuſcitaturus eſt ad uitam ſi fecerimus uoluntatem eius, & ambulauerimus in mandetis ipſius, & dilexerimus quæ & ipſe dilexit,auocantes nos ab omni iniuſtitia,hoc eſt à concupiſcentia,ab auaritia,à detractione,à falſo teſtimonio, nō reddentes malum pro malo, aut iniuriā pro iniuria, aut contumeliā pro cōtumelia,aut maledictū pro maledicto. Mementote quód dominus docens dixit:Nolita iudicare ne iudicemini,& dimittite & dimittetur uobis,miſeremini,& dominus miſerebitur ueſtri. Qua enim menſura menſi fueritis,remetietur eadem & uobis. Mementote & illius quod dictum eſt:Beati pauperes ſpiritu,& qui perſecutionē patiunť propter iuſtitiā,quoniā ipſorum eſt regnum cœlorū.Hęc autem fratres mei non à meipſo imperans ſcribo uobis de iuſtitia,ſed quoniā uos prouocaſtis.Propterea quia neq; ego neq; ſimilis alius mei poterit ſequi ſapientiā beati & glorioſi Pauli, qui fuit apud uos & uiſus eſt ſecundū faciem illis qui tunc erant hominib. qui docuit certiſſime atq; firmiſſime uerbum ueritatis,& qui abſens ſcripſit uobis epiſtolas,ad quas deflectimini ut poſſitis ædificari in fide quæ data eſt uobis,quæ eſt mater omniū noſtrum,ſubſequente ſpe,præcedene dilectione,quæ eſt in deo & in Chriſto,& in proximo.Si enim quis horum intrinſecus repletus fuerit mandatis iuſtitiæ,& habuerit dilectionē,longe ab omni peccato. Principiū omnium malorū eſt auaritia. Scitote autē quia nihil intulimus in hunc mundū, neq; auferre poſſumus. Armemur armis iuſtitiæ,& doceamus noſmetipſos primū ambulare in mandatis domini,& poſt hæc mulieres ueſtras in fide quę data eſt eis & dilectiōe,& caſtitate, amātes ſuos uiros in omni ueritate & charitate,diligētes omnes ęqualiter in omni cōtinētia. Et filios erudite in omni diſciplina,& timore dei.Viduæ uero pudicæ circa fidē dei interpellent inceſſanter pro omnibus,elongantes ſe ab omnibus diabolicis detractionib. & falſo teſtimonio,& ab omni malo,cognoſcentes ſeipſas, quia ſunt ſacrarium dei,quoniam omnia deus proſpicit,& nihil eum latet, neq; cogitatio,neq; cōſciētia, neq; aliquod

abditum cordis. Scientes autẽ quia deus non irridet̃, debemus digne in mandatis eius & gloria ambulare. Similiter diaconi inculpabiles ſint in conſpectu iuſtitiæ eius, ſicut dei & Chriſti miniſtri & non hominũ, nõ criminatores, neq; detractores, neq; auari, ſed omnia tolerantes, in omnibus miſericordes, diligentes in omnibus, ambulantes in ueritate domini, qui factus eſt miniſter omniũ. Huic ſi placeamus in hoc ſeculo, percipiemus ea quę futura ſunt ſecundũ quod repromiſit reſuſcitare nos à mortuis. Et ſi digne in eo conuerſati fuerimus, & ſi crediderimus conregnabimus cum eo. Iuuenes ſimiliter inculpabiles ſint in omnib. omnẽ ignorantiã præuidentes, refrenãtes ab omni malo. Bonum eſt em̃ abſcindi ab omnib. concupiſcentijs, quoniã omnis concupiſcentia aduerſus ſpiritũ militat, quia neq; fornicarij, neq; molles, neq; maſculorũ concubitores regnũ dei poſſidebunt, neq; illicita facientes. Propter quod abſtineri oportet ab omnibus his. Subiecti eſtote præsbyteris & diaconis ſicut deo & Chriſto. Virgines caſta conſcientia ambulate. Præsbyreri ſimplices ſint, in omnib. miſericordes, omnes ab errore cõuertentes, omnes infirmos uiſitantes, uiduas, pupillos, & pauperes non negligentes, ſed ſemper prouidentes bona coram deo & hominib. Abſtinete uos ab omni iracundia & iudicio iniuſto. Longe ab omni auaritia eſtote, non cito cõſentiatis aduerſus aliquẽ, ne pręuaricemur in iudicio, ſcientes quia debitores ſumus peccati. Si ergo deprecamur dominum ut nobis dimittat, debemus etiam nos dimittere. Ante conſpectum oculorum domini ſumus, & omnes oportet nos aſtare ante tribunal Chriſti, & unũquemq; pro ſe rationẽ reddere. Seruiamus ergo ei cum timore & reuerentia, ſecundũ quod euangelizauerunt nobis apoſtoli domini, & prophetæ annunciauerunt aduentũ domini noſtri Ieſu Chriſti. Zelantes bona, abſtinete ab ſcandalis & falſis fratribus, qui in uanum portãt nomẽ domini, qui obertare faciũt inanes homines. Omnis enim qui non confitet̃ Ieſum Chriſtũ in carne ueniſſe, hic Antichriſtus eſt. Et qui non confitet̃ myſterium crucis, è diabolo eſt. Et qui deuiauerit eloquia dñi ad propria deſideria, & dixerit neq; reſurrectionẽ neq; iudiciũ eſſe, hic primogenitus ſatanæ eſt. Propter quod relinquentes uanitates multorũ, & falſas doctrinas, ad illud q̃d traditũ nobis à principio uerbũ reuertamur. Sobrij ſimus in orationibus, ieiunia tolerãtes, & ſupplicationibus petentes omniũ proſperatorẽ dñm, ne nos inducat in tentationẽ, ſecundũ q̃d dicit dñs. Spiritus quidem promptus eſt, caro aũt infirma. Indeficienter aũt toleremus propter ſpem noſtrã & pignus iuſtitiæ q̃d eſt Chriſtus, qui ſuſtulit peccata noſtra in corpore ſuo lignum, qui peccatũ non fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius, ſed propter nos omnia ſuſtinuit ut uiuamus in ipſo. Imitatores ergo efficiamur tolerantiæ eius, & ſi paſſi fuerimus pro nomine eius. glorificemus eum, hoc em̃ iudiciũ poſuit de ſeipſo, & nos hoc credim⁹. Rogo igit̃ omnes uos inſiſtere uerbo iuſtitiæ & patientiæ, quam oculata fide uidiſtis, nõ ſolum in beatiſſ. illis Ignatio ſcilicet & Zozymo & Rufo, ſed in alijs qui ex uobis ſunt, & in Paulo, & in cæteris apoſtolis, confidentes quia hi omnes qui nõ in uacuum cucurrerunt, ſed in fide & iuſtitia, & ad debitũ ſibi locum cum dño, cui & conpaſſi ſunt, abierunt, quia non hoc ſeculũ dilexerũt, ſed eum qui pro ipſis & pro nobis mortuus eſt, & à deo reſuſcitatus. In his ergo ſtate, & domini exemplar ſequimini, firmi in fide & immutabiles fraternitatis amatores, diligentes inuicẽ in ueritate ſociati, mãſuetudinẽ domini alterutri præſtantes, nullum deſpicientes. Cum poteſtis beneſacere nolite differre, quia eleemoſyna de morte liberat. Omnes uobis inuicẽ ſubiecti eſtote, conuerſationẽ ueſtrã conſiderãtes irreprehenſibilẽ in gentibus, ut ex bonis operibus ueſtris & uos laudẽ accipiatis, & dominus in uobis non blaſphemet̃. Væh aũt illi per quem nomen dñi blaſphemat̃. Sobrietatem ergo docete omnes in qua & uos cõuerſamini. Nimis contriſtatus ſum pro Valente, qui præsbyter factus eſt aliquando apud uos, ꝙ ſic ignoretis locum qui datus eſt ei. Moneo itaq; uos ut abſtineatis ab auaritia, & ſitis caſti, ueraces. Abſtinete ab omni malo. Qui aũt in his non poteſt ſe gubernare, quomodo alij pronunciat hoc? Si quis non abſtinuerit ab auaritia, ab idololatria coinquinabit̃, & tanq̃ inter gentes iudicabit̃. Quis ignorat iudicium domini? An neſcimus quia ſancti mundũ iudicabunt? ſicut Paulus docet. Ego autẽ nihil tale ſenſi in uobis uel audiui, in quibus laborauit beatus Paul. qui eſtis in principio epiſtolæ eius, de uobis etenim gloriat̃ in omnibus eccleſijs, quæ deũ ſolæ tũc cognouerãt, Nos aũt nondum noueramus. Valde ergo fratres contriſtor pro illo & coniuge eius, quibus det dominus pœnitentiã ueſtrã. Sobrij eſtote & uos in hoc, & non ſicut inimicos tales exiſtimeris, ſed ſicut paſſibilia membra & errantia eos reuocate, ut omniũ ueſtrũ corpus ſaluetis, hoc enim agentes, uoſipſos ædificatis. Confido enim uos bene exercitatos

eſſe

esse in sacris literis, & nihil uos latet, mihi aūt non est cōcessum modo, ut his scripturis dictum est. Irascimini & nolite peccare. Et sol non occidat super iracundiā uestrā. Beatus q meminerit, quod ego credo esse in uobis. Deus autē & pater dñi nostri Iesu Christi, ipse sempiternus pōtifex dei filius Christus Iesus ædificet uos in fide & ueritate & omni mansuetudine & sine iracundia, in patientia & in longanimitate & tolerantia & castitate, & det uobis sortem & partē inter sanctos suos, & nobis uobiscū, & in omnib. qui sunt sub cœlo, qui credituri sunt in dñm nostrum Iesum Christū, & in ipsius patrē, qui resuscitauit eum a mortuis. Pro omnibus sanctis orate. Orate etiā pro regibus & potestatibus & principibus, atq; pro persequētibus & odientibus uos & pro inimicis crucis, ut fructus uester manifestus sit in omnibus, ut sitis in illo perfecti. Scripsistis mihi & uos & Ignatius, ut si quis uadit ad Syriā deferat literas meas, quas & dedero ad uos si habuerimus tēpus oportunum, siue ego seu legatus quem misero pro uobis. Epistolas sane Ignatij quæ trāsmissæ sunt uobis, habeo, & alias quantascunq; apud nos habuimus trāsmisimus uobis, secundū quod mandastis quæ sunt subiectę huic epistolæ, ex omnib. eīm uobis magnus erit profectus. Continēt eīm fidem, patientiā, & omnē ædificationē ad dñm nostrum pertinentē. Et de ipso Ignatio & de ipsis qui cum eo sunt q̄d certius agnoueritis significate. Hæc uobis scripsi per Crescentē, quē in præsentē diem cōmendaui uobis, & nunc cōmendo. Conuersatus est nobiscū inculpabiliter, credo q̄a uobiscū similiter. Sororē aūt eius habebitis cōmendatā, cum uenerit ad uos. Incolumes estote in dño Iesu Christo in gratia cum omnibus uestris, Amen.

DIVI DIONYSII

AREOPAGITAE EPISTOLA AD BEATISSIMVM Ioannem apostolum & euangelistam.

Ioanni Theologo & apostolo & euangelistæ in Pathmos insula relegato.



Saluto te sacram animā dilectissime, & est mihi istud ad te præ multis peculiarius. Exula dilectissime ueraciter ei qui uere amabilis ac desiderabilis & diligibilis est, nimiū dilecte. Quid mirum si Christus uera loquit̄ & iniqui discipulos ciuitatibus pellunt̄ illi ipsi sibi quæ merent̄ profecto tribuentes, dum a sanctis scelesti dirimunt̄ atq; recedūt, uisibilia ueraciter inuisibiliū manifestæ imagines sunt. Neq; eīm in seculis futurus auctor erit deus iustarū ab se separationum, sed ij qui prorsus se à deo sequestrarunt, quemadmodū & alios cernimus hic iam dei consortio & familiaritate beatos, q̄a cum sint ueritatis amatores, ab affectu omni materialiū rerū longiss. secedūt, & in omni libertate malorū omniū, & amore diuino bonorū uniuersorū pacē diligunt & sanctificationē, atq; ex præsenti uita futurę primitias sumunt, inter homines angelico more cōuersati, cū omni tranquillitate animi ac denominatione dei & sanctitate & uirtutibus reliqs. Et te quidē non adeo insanus sum ut arbitrer aliquid pati, imo & passiones corporis hac tantū in parte sentire credo, ut eas solum dijudices. Cæterū qui te iniurijs imperūt, & exilio relegare se euangelij solem putant non recte, eos iure culpans, cupio his omissis quæ in seipsos peragunt ad bonū conuertant̄, & te ad se attrahendo, fiāt participes luminis. Nos aūt nulla procella, nulla aduersitas priuabit Ioan. clarissimo radio, id quidem consecuturos memoria ac renouatione tuæ ueriss. Theologię. Post paululū uero (dicam eīm et si audax dictu uideatur) tibi charissima societate iūgemur. Ero autē prorsus dignior cui fides habeat̄, si (quę tibi præcognita sunt) quæ ex deo didici hæc loquar, quòd scilicet & ex Pathmi custodia dimittēdus es liber, & in Asiaticā terrā reuersurus, illicq; perages boni dei imitationes, easq; posteris trades.

DIVI DIONYSII EPISTOLA AD SAPIENTEM POLYCARPVM.

Dionysius Iesu Christi seruus, Polycarpo episcopo Salutem.

Non sum equidē mihi conscius aduersus Grecos seu alios quoslibet aliquando dixisse. Sufficere eīm arbitrabar bonis uiris, si id quod uerum est ipsum in seipso ut sese habeat & scire & eloqui possent. Hoc enim quid sit rite iuxta legem ueritatis ostenso, inuiolabiliterq; constāte, quodlibet quòd se aliter habeat, & ueritatem simulet, arguet̄, aliudq; esse, quàm id quod uere est, atq; omnino dissimile, & quòd illud magis uideat̄ esse quàm sit, deprehendetur. Itaq; superuacaneū est ueritatis prædicatorem contra hos illosue pugnare. Dicit eīm uete quisq; numisma habere se regium, & ha

bet ille fortaſſis quandã(ut ita dixerim)particulã, fallacemq́ꝫ ueritatis imaginẽ. Ac ſiquidem iſtud confutaueris, alius rurſum atqꝫ alius eadem de re pertinaci intentione contendet. Porro ipſa ueritatis ratione cõparata, & rite firmiterq́ꝫ cõſtante atqꝫ ita uim ſuam præferente, ut à nullo prorſus hominũ coargui poſſit, quicquid illud erit quod in aliquo diſſideat, nec ſe ita in omnibus habeat, ipſum ex ſeipſo inſuperabili ſtatu ueritatis obiectum detegitur atqꝫ proſternitᷣ. Hoc itaqꝫ inſtituto rite(ut mihi uideor) uſus non aduerſus Græcos, aut alios quoslibet diſſerere ſtatui, ſed ſatis eſſe putaui, ſi mihi ex diuina largitate cõtingeret primũ, ut de ueritate bene ſentirẽ, eamq́ꝫ probe tenerem, tum ut de ea quam noſſem uerba conuenienter facere poſſem. Tu autem aſſeueras ſophiſtã Apollophanem in me intorquere maledicta, & parricidã appellare, ut qui Græcorũ dictis atqꝫ ſententijs in eoſipſos parum iuſte utar. Atqui nos contra uerius obijcere poſſemus, Græcos potius aduerſus diuina, diuinis uti iniuſtiſſime, ac nefario ſcelere per ſapientiã dei diuinę religionis cultum euacuare moliri. Neqꝫ uero ego quicquã nunc de multitudinis opinione loquor, quæ poëtarum fictionibus carnaliter(ut ita dicam) & paſſibiliter ac perlibenter inhærens creaturę potius quàm creatori famulatur. Verum & ipſe Apollophanes, diuinis aduerſus diuina nefarie utitur. Nam per hanc rerum ſcientiam quæ ab ipſo philoſophia rite nominatur, & à Paulo beatiſſimo ſapientia dei appellatᷣ, ad autorem omniũ, & eiuſmodi quoqꝫ ſcientiæ parentẽ, oportebat uiros philoſophos ſubuehi. Ac ne aliorũ quàm ipſius opinionem contra inſtitutũ meum à ueritate deuiare conuincã, ſcire atqꝫ intelligere Apollophanes debuit cum ſapiẽs ſit nihil unquã cœleſtis ordinis ac motus immutari ulla ratione potuiſſe, niſi autorem ſuum à quo & ut eſſet accepit, & cuius maieſtatis potentia cõtinetur, in hoc ſe incitantẽ habuiſſet, qui, ut ſacra teſtantur eloquia, facit omnia & transfert. Qua ergo ratione non colit eum quem ex hoc quoqꝫ cognouimus ueraciter eſſe omniũ deum, admiraturq́ꝫ ipſius ineffabilem inæſtimabilemq́ꝫ uirtutem, per quam cuncta ſubſiſtunt? Quandoquidẽ ſol & luna per ſummã uim ſtatu omnino mirabili, unà cum cœlo ut eſſent prorſus immobiles, ipſius imperio paruerunt, atqꝫ ad diei totius menſurã in eiſdem ſignis omnia conſtiterunt. Erit autẽ profecto maius atqꝫ mirabilius, ſi alia atqꝫ etiam pręſtantiora quæ continent, ita ferri, quæ uero continentᷣ, non ſimul acta memorentur. Et cum item alia quædã dies ꝑpetuo lumine triplo ferme quàm ſolet maior effecta eſt, & cœlum intra uiginti horas, quem iam exegerat curſum retrogrediẽs repetit, digniſſimoq́ꝫ miraculo cõtrarijs orbitis tanta mora temporis remeat ſol, miro atqꝫ inſolito curſu motum illum annuum uaria temporũ dimenſione conſtantẽ intra decem horarum ſpatium contrahit, ipſumq́ꝫ totum rurſus intra decem alias nouam quandam tenens ſemitam, cõficit. Hoc profecto miraculũ Babylonios tũc merito terruit, & abſqꝫ pugna Ezechiæ ut qui deo putaretur æqualis, ac mortalibus cęteris uirtute præſtare, ſubiecit. Omitto quę in Aegypto magnifice contigere, & alia quædam ſigna alibi diuinitus facta. Sola hæc memoro quę cõmunia ſunt atqꝫ cœleſtia, & orbi toti atqꝫ omnibus nota. Sed forte dicturus Apollophanes eſt, hæc uera non eſſe. Ac iſtud quidem Perſarum ſacerdotũ monumentis reſeruata hiſtoria continet, magiq́ꝫ nunc, uſqꝫ triplicis mitri, id eſt ſolis memoriã celebrant. Verum liceat illi ſane his per ignorantiã, ſiue per hæſitationem fidem non accõmodare. Age itaqꝫ illum rurſus aggredere. Quid de illo qui tẽpore crucis dominicę factus eſt ſolis defectu, dicturus es? Eramus tunc ambo apud Heliopolim, amboq́ꝫ ſimul incidentẽ mirabiliter ſoli, lunę globum notabamus, non enim eiuſce coniunctionis tunc aderat tempus. Ipſamq́ꝫ rurſus ac hora nona ad ueſperam ad ſolis diametrũ ſupra naturę uires reſtitutã. In memoriã autem illius reuoca & aliud quiddam. Nempe enim ut ipſe nõ ignorat, eam lunæ incidentiam ab oriente cœpiſſe, & uſqꝫ ad ſolaris corporis finem perueniſſe, ac tum demũ reſiliſſe notauimus. Neqꝫ uero eadem ex parte ut aſſolet, & incidentia illa & repurgatio facta eſt, ſed ex aduerſo diametri. Hęc ſunt quæ tunc tẽporis contigere naturã profecto ſuperãtia, ac ſoli Chriſto poſſibilia, qui autor eſt omniũ, facitq́ꝫ magna & ſtupenda, quorũ non eſt numerus. Iſta illi ſi licuerit dicito. Ea ſi potes Apollophanes argue. Nempe enim pręſens unà tecum aſtiti, unaq́ꝫ aſpexi, ac dijudicaui omnia, dignaq́ꝫ ſum admiratione proſecutus. Deniqꝫ tũc neſcio quo afflatus ſpiritu ad diuinationẽ quoqꝫ prorupit Apollophanes, atqꝫ ad me cõuerſus, Hę, inquit, ò pręclare Dionyſi diuinarũ ſunt uiciſſitudines rerum. Iſta interim quantũ epiſtolaris patiebatur anguſtia dixiſſe ſufficiat. Potes autem ipſe ea etiam ſupplere quæ deſunt, ac deo perfecte offerre hominẽ cõpluribus in rebus ſapientem. Fortaſſe nõ dedignabitᷣ mãſuete atqꝫ humiliter diſcere ſapientiſſimã religiõis noſtrę ueritatẽ.

IVSTINI

IVSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS ADMONITORIVS GENTIVM LIBER, IOANNE FRANCISCO PICO, MIRANDVLAE DOMINO, INTERPRETE.



Dmonitionis erga uos meæ, uiri gentiles, initium sumens, deum deprecor, & mihi ea suppetere, quæ me deceat eloqui: & pariter uobis præstari, ut à priore contentione soluti, & ab errore maiorum liberati, ea quæ profutura sint in præsens deligatis: minime existimantes quicquã uos illis contumeliæ irrogaturos, si quæ contraria sunt ijs, quæ illi minus recte existimarunt, ea uobis nunc utilia uidebuntur. Exacta nanq; rerum perscrutatio, ea etiam ipsa, quæ sæpenumero recte se habere uisa sunt, alia omnino quàm prius apparuerant ostendit, quandoquidẽ ueritatem ipsam examinatio diligentior extorquet. Quoniã itaque nobis de uero dei cultu sermo proponitur, quo nihil antiquius existimatum ab ijs puto, qui tutò in primis uitam ducere curauerunt, iudicij illius formidine, quod post uitæ huius finem euenturũ est, quodq; maiores nostri, & legum positores, & Prophetæ diuinitus prædicarunt, sed & qui sapientes apud nos existimati: Neq; poëtæ duntaxat, uerumetiã Philosophi quos ueram diuinamq; sententiam nosse censuistis. Ante omnia mihi uidetur operæpretiũ, ut nostros uestrosq; diuini cultus præceptores examinemus, quinam, & quot, quibusue orti tempo ribus: ut qui ex progenitoribus suis religionem falsi nominis perceperunt, nunc saltem resipiscentes à uetere illo errore liberentur. Sed eñ clare dilucideq; ostensuri sumus, nos ipsos eam, quæ secundum est, patrum nostrorum religionem secutos. Quos nam igitur, uiri gentiles, uestræ religionis magistros esse dicitis? Poëtas ne? Atqui nil uobis proderit apud uiros poëtarum gnaros hoc ipsum effudisse: Norunt enim deorum generationem ab illis supra quàm dici possit, deridicule constitutam, quemadmodum licet ab Homero nobis discere, primo apud uos & præcellentissimo poëtarum: quippe qui dixerit generationem deorum ex aqua principium habuisse. Ita enim scripsit: *Poëtarum de dijs opiniones.*

Oceanum diuũm genesim, Thetymq; parentem.

Est præterea meminisse operæpretium, quæ de eo loquatur, quem illi deorum primum au tumant, & quem sæpenumero nuncupant hominumq; deũmq; parentẽ. Siquidem inquit:

Iuppiter humani dispensat munera belli.

Ipsum quoq; non belli solum in exercitu dispensatorem, sed eius etiam criminis, quod in Troianos filia ipsius periurio commisit, causam fuisse commemorat. Hunc ipsum & amore captum, & affectũ molestia, & plo rantem, & à dijs alijs insidias passum Homerus idem introducit, & aliquando super suo ipsius filio talia conquerentem:

Hei mihi, quandoquidem charum Sarpedona cogunt
Fata Menœciadæ forti succumbere dextræ.

Et aliquando pro Hectore:

O dij cura coquit, oculis dum mœnia circum
Errantem uideo, sequitur comminus hostis.

Quæ uero de alijs loquatur dijs, cum insidias in Iouem moliti sunt, nouerũt hij qui in eiusmodi uersus inciderunt.

Quondam cœlicolæ uinclis uincire tonantem
Constituunt, Iuno, Neptunus, & Attica Pallas.
Quod nisi terrores centum gemini Briarei
Ollis irruerent, fecissent uincula collo.

Sed & quæcunque de amatoria Iouis ipsius petulantia narrantur ab Homero oportunum est uobis suggerere ijsdem carminibus, quæ apud eum Iuppiter in Iunonem loquitur ad hanc sententiam:

Non ita me domitum recolo mortalis amore,

Siue deæ nemini perfusam pectore flammam
Non Ixioneæ flagrantem coniugis igne,
Acrisioneæ Danaës aut uulnera sensi,
Exarsi sed nec Phœnicis membra puellæ
Alcmenæ, aut Semeles Dircæi ad mœnia Thebes:
Non me sic Cereris, Latonæ ue impulit ardor,
Non quæ cura tui coniunx mihi deniq; sedit.

Vulnerati dij. Atqui arbitror consentaneum, ut deinceps ad memoriam reuocetis, quæ in Homerica poësi de alijs dijs, & quæ illi ab hominibus perpessi fuerint enarrentur. Martem nanq; & Venerem à Diomede uulneratos affirmat, aliorumq; deorum affectus enumerat: Ita enim nobis à Dione filiam consolante licet colligere, ad quam in hunc modum uerba facit:

Sustine nata precor, quid enim tolerauimus omnes
Cœlicolæ alternos hominum mea nata dolores?
Gradiuum fortisq; Ephialtea natus Alæo,
Atq; Othus pariter crudeli compede nectunt.
Trisq; decemq; iacit menses constrictus in ære.
Et quondam Iuno dextram persossa papillam est:
Amphitryoniadæ percussa tricuspide telo.
Nec non ueloci percussua Pluto sagitta,
Cum natus Iouis hic torua latus ægide tecti
Strauerat ad Pylioa iactatum uulnere campos.
Tunc Iouis ad solium gemebunda, & inclyta Olympi
Tecta abijt, tergum pulsa affligante sagitta.

Si autem ex aduerso reliquorum pugnæ deorum meminisse conueniat, id uobis uester hic poëta suggeret dicens:

Tantus cœlesti rumor percrebuit aula,
Cum sæua alterni ruerent in prælia diui.
Neptunum contra bellabat Phœbus Apollo,
Aduersus Martem certabat Pallas Athenæ,
Iunoni obstiterat bello Pharetrata Diana,
Latonam telis uolucer Cyllenius urget.

Hæc & similia de dijs uos Homerus edocuit: nec Homerus modo, sed etiam Hesiodus. Quapropter, si excellentissimis poëtarum fidem habetis, quibus deorum uestrorum genealogiæ conscriptæ sunt, necesse est uos aut eos tales existimare, aut eosdem credere omnino deos non esse. Quod si nec poëtis accedendum putatis, quoniam asseritis mendacia illis affingere licere: multaq; eos de dijs procul à ueritate fabulari, quosnam alios diuini cultus præceptores haberi putatis? aut quo pacto illos eum ipsum didicisse existimatis? fieri nanque minime potest, ut quæ tam magna sunt tamq; diuina, cognoscantur ab ijs qui prius illa ipsa ab optime consciis non didicerint. Allaturi profecto estis sapientes atque Philosophos: ad eos enim tanquam ad munitissimum præsidium confugere consueuistis, ubi quia poëtarum dogmata de dijs uobis ingesserit. Postquam igitur ab antiquioribus & primoribus decet exordiri, hinc initium sumens, uniuscuiusq; sententiam exponam, quæ ridiculosior multo est, quàm theologia poëtarũ. Thales itaq; Milesius, qui naturalem philosophiã primus exorsus est, rerum omnium principium aquam esse definiuit: Quippe qui dixerit ex aqua produci omnia, & in aquam rursus omnia resolui. Post hunc Anaximander ex eadem Mileto profectus, infinitum esse rerum omniũ principiũ affirmauit: Iam enim ex eo omnia gigni, atq; in idem uniuersa corrumpi. Tertius Anaximenes, & hic quoq; Milesius, aëra principiũ dixit uniuersi, ex quo rés fierent, & in quẽ eædem resoluerent. Metapontinus Heraclitus uniuersitatis principiũ ignem esse affirmauit, & generari ex igne omnia, quę in ignẽ quoq; finirentur. Anaxagoras Clazomenius rerum principia homiomerias, id est similares particulas esse dixit. Archelaus Apollodori filius Atheniensis, infinitũ aëra, & quæ illi adiacent raritatem, densitatemq; uniuersi esse principium asserit, qui omnes à Thalete quadam successione deducti, eam quam illi naturalem uocãt philosophiã aggressi sunt. Deinceps ue

Naturalis philosophiæ parens Thales.
Heraclitus.
Anaxagoras.
Archelaus.

Pythagoras.

Epicurus.

Empedocles.

luti ex alio fonte Pythagoras Mnisarchi Samius numeros commensurationesq́;, & quæ in ipsis sunt harmonias, principia nuncupat, quæq́; ex utrisq́; componuntur elementa. Ad hæc & unitatem & sine termino binarium. Epicurus Neocli filius Atheniensis, corpuscula ratione speculabilia rerum principia dicit esse, & ea quidem uacui expertia, ingenita & corrupta, tum nec frangi posse, neque ex partibus conflari. immutationi subiacere, proptereaq́; ratione spectabilia nuncupari. Empedocles Metoni Agrigentinus quatuor elementa, ignem, aëra, aquam, terram: duasq́; principales potestates, amicitiam & litem existennium rerum principia commentus est, quarum altera quidem uniat, altera uero diipertiat. Videte igitur, quæ nam eorum, qui apud uos sapientes appellantur, confusio suborta sit: eorum, inquam, quos præceptores religionis uestræ confitemini: Siquidẽ hij rerum omnium aquam principium esse definiunt, ignem illi, alij alia ex hijs quæ supra commemorata sunt. Quibus in rebus probabiles quasdam rationes adduxerũt, ut suum dogma confirmarent, idq́; ostenderent aliorum placitis esse præferendum. Hæc, inquam, ab hijs tradita sunt. Quomodo igitur, gentiles uiri, tutum fore putatis eis qui suæ consulunt saluti, ut arbitrentur se ab illis uerum dei cultum discere posse, qui sibijpsis nunquam persuadere potuerũt, ne alternas seditiones exercerent, néue pugnantes contrariasq́; sententias afferrẽt? Verũenimuero, qui à primario illo uetustoq́; errore desciscere noluerint, nequaquam ab hijs, quorum meminimus, sed à celeberrimis, consummataq́; uirtute Philosophis, Platone uidelicet & Aristotele, religionis normam se cepisse contendent: quos uerum perfectumq́; dei cultum didicisse uolunt. Ego autem eos qui talia memorant, libenter in primis rogarim, unde nam edoctos illos affirment? Impossibile est enim, qui adeo magna diuinaq́; à quibusdam conscijs non perceperint, eos aut illa nosse ipsos, aut eadem alios posse docere. Secundo loco & rectum & oportunum putamus, illorum examinare sententias, quas utiq́; nouerimus, ni alter alteri uidebitur aduersa proferre. Quod si hos ipsos minime inuicem consentire deprehendemus, fore puto, ut eorum facile nobis ignorantia dignoscatur. Sed enim Plato, ac si cœlitus descendisset, & uniuersa quæ in cœlis sunt diligenter conspexisset, supremum deum in ignea dicit esse substantia. Aristoteles autem in libro ad Alexandrũ Macedonem, suæ ipsius philosophiæ compendiariã quandam sententiã exponens, clare manifesteq́; Platonis opinionem euellit, affirmans deum in ignea substantia non contineri, sed quintum quoddam & æthereum corpus transmutationi minime obnoxium effingit, in quo deum reposuit, nõ ut alij, quos, inquit, male sentientes de deo ignea illum substantia collocasse. Deinceps ea, quam in Platonem effuderat, calumnia non cõtentus, Homerum qnem ille iam à sua republica tanquam mendacem repulerat, tertium, ut inquit, eorum à ueritate simulachrorum imitatorem, in confirmandis ijs, quæ de æthereo corpore asseruerat, in testimonium uocat: Scripsit enim sic: Igitur & Homerus inquit:

De Deo.

Platonis de dijs sententia.

Iupiter excepit nebulis & in æthere cœlum.

Cupiens Homeri testimonio fide dignam sui ipsius opinionem ostendere, ignarus tamen, quod si Homero utatur teste, ut se uera dixisse demonstret, multa eorũ quæ uera esse arbitratus est, falsa apparebunt. Thales enim Milesius, qui primus apud eos philosophãdi sumpsit initium, occasione de Homero sumpta, suas de principijs opiniones commentus est. Aristotele nanq́; dicente: deum & materiam rerum esse principia, apud eos omniũ antiquissimus Thales, uniuersitatis principium in aquam refert, ex qua omnia generent, & in quam uniuersa procumbant: coniectatus in primis, quod animalium omnium seminarium principium humidum est, deinceps, quod plantæ omnes humido aluntur, atq́; fructificant, eoq́; destitutæ protinus arescunt. Sed hijs coniecturis non cõtentus, Homerum tanquam idoneum cui fides habeatur, citat ita dicentem:

Thales Milesius aquã principium putat rerum.

Oceanus genesim qui cunctis omnibus affert.

Cur igitur Thales ita in illum iure non exclamat? Quam ob causam, ô Aristoteles, in destruendis Platonis opinionibus accedis Homero tanquam ueridico, nostram autem impugnaturus sententiam ueridicum nõ putas Homerũ? Quod item uestri isti ualde admirabiles Philosophi nihil inter se consentientes appareant, alijs etiã in rebus, ex ijs quoque dignosci facillimũ est. Nam tria rerum principia Plato posuit, deum, materiã, & speciem.

Platonis sententia de principijs rerum.

ciem. Deum quidem effectorem omnium: Materiem autem, quæ primæ rerum genera-
Aristoteles. tioni subiaceat, & illi ipsi ut creet occasionem subministret: Speciem uero, uniuscuiusque
faciundæ rei exemplar. Aristoteles eius principij, quam idæam seu speciem nuncupamus,
nullo pacto meminit. Duo autem statuit principia, deum & materiam. Plato rursus in pri
ma illa sphæra suprema cœlesti, & à planeta quasi dixeris inerrabili, primum deum & idæ
as collocat. Aristoteles uero post deum primarium non idæas, sed intelligibiles quos-
dam deos ipse cõstituit. At in hunc modum de rebus cœlestibus alterne dissentiũt, ut nos-
se deceat illos, quorum notitiæ res quæ in promptu nobis sunt, non patuerunt, de quibus
inuicem sibi aduersantur contradicuntq́ꝫ, eosdem non uideri dignos fide, ut cœlestia do-
Anima. ceant. Quod autem nec eorum sermo conueniat de anima humana re quidem præsenta-
nea, ex hijs utique manifestum, quæ cum uterque de illa disseruere. Plato quidem triparti-
tam illam arbitratur, cuius altera portio rationalis habeatur, irascibilis altera, tertia con-
cupiscibilis. Aristoteles uero minus communem animam constituit: in quo scilicet cor-
ruptibiles particulæ comprehendantur: Sed id solum quod ratione capax est animam es-
se dicit. Atqui Plato animam omnem immortalem clara uoce testatur: Aristoteles autem
ἐντελέχειαν illam nuncupans, non immortalem, sed mortalem esse uoluit. Et ab illo qui-
dem semper mobilis, ab Aristotele uero immobilis definitur, ut quæ omnem motionem
ipsa præueniat. Quibus in rebus aduersa pugnantiaq́ꝫ uicissim statuere redarguuntur. E-
nimuero si quis diligenter peculiares eorum opiniones considerare uoluerit, inueniet u-
tiqꝫ illos in eisdem ipsis non perstitisse. Siquidem Plato tria interdum rerum principia cõ
stituit, deum, materiam, idæas: interdum quatuor, adiecit enim animam uniuersi. Et rur-
sus cum ingeneratam materiem dixisset, eandem postea generatam asseruit: Et cum pro-
prium ideæ principium assignauisset, & per semet subsistere affirmauisset, mox illud in
intelligibilibus posuit. Cum item omne quod genitum est, corruptioni obnoxium an-
tea dixisset, aliqua postea illorum dicit posse non solui, neqꝫ corrumpi. Quid igitur causæ
est, ut non solum ad alterutrum, sed ad seipsos etiam tumultuentur, qui apud uos sapien-
tes existimãtur? Ob id uidelicet euenit, quod ab eis, qui nouerant, discere posthabentes,
sibimet persuadere maluerunt, proprio humanoq́ꝫ cõsilio cœlestia posse cognoscere, qui
nec ea quæ sunt in terris potuerunt. Cur quæso humanam animam uestrorum Philoso-
phorum alij in nobis, alij circa nos esse dixerunt? Et sane neque in hoc ipso conuenire sa-
tis curauerunt, sed ueluti propriam ignorationem differenter partientes, de ipsa quoque
De anima Phi anima tumultuari rixariq́ꝫ delegerunt. Eorum quippe nonnulli ignem dicunt esse animã,
losophorum hij aërem, illi mentem, alij motionem, euaporationẽ alij, potestatem alij fluẽtem ex astris,
pugna alij autem motiuum numerum, alteri aquam generationis effectricem. Et ut generatim di-
catur, inordinata quædam & male consona apud eos inoleuit opinio. Hoc solo bonis iu-
dicijs digna laude existimata, quod alterutros errabundos, nec hærẽtes ueritati redargue
re delegerunt. Postquam igitur fieri non potest, ut quicquam ueri cultus à uestris præce-
ptoribus condiscatis, cum satis idoneam suæ ignorantiæ fidem ob alternas rixas uobis ef-
fecerint, sequens puto, ut maioribus nostris accedatis, qui præceptoribus uestris lõge an
tiquiores sunt, quiq́ꝫ de propria nihil phantasia uos edocebunt, neque ab alterutris diuel-
lentur, nec inuicem quicquam demolientur, sed quam procul ab omni contentione, pro-
cul à rixa dei cognitionem suscepere, eandem uobis insinuabunt. Neque enim aut ipsa
natura, aut humana intelligentia magna adeo atqꝫ diuina hominibus cognouisse possi-
bile est, uerũ superne sanctis hominibus demisso dono, quibus opus non fuit aut arte, aut
ut litigiose ue differerent, sed seipsos diuini spiritus operationi puros exhiberẽt, ut diuinũ
illud cœlitus descendens plectrũ, quod uiris iustis tanqꝫ citharæ cuiusdã, aut lyræ instru-
mento utitur, cœlestiũ & diuinorũ cognitionẽ uobis reuelet. Quapropter ueluti ex uno
ore, unaq́ꝫ lingua, & de deo, & de creatione mũdi, & de hominis formatione, & de huma
næ animæ immotalitate, & de eo quod post hanc uitam futurũ est iudicio, deq́ꝫ omnibus
quorũ nobis cognitio necessaria est, consequẽter, & inter se cõsentientes nos edocuerũt:
quæ utique diuina dogmata diuersis & locis & temporibus præbuerunt. Incipiam igitur à
Mosis antiqui- Mose, qui apud nos est primus & legislator, & propheta, exponens primum tempora,
tas. quibus natus est, eorum etiam testimonijs utens, quos dignos existimatis quibus fides
habeatur. Neque enim ex diuinis solum, quæ apud nos habentur historijs, hoc ipsum
demonstrare

demonſtrare tentauerim, quandoquidem illis adhuc propter antiquum maiorum ueſtro-
rum errorem credere noluiſtis, ſed ex ueſtris & nihil à noſtra religione diſcordibus hiſto-
rijs: ut percipiatis, omnium ſiue hiſtoricorum, ſiue ſapientum, ſiue poëtarum, ſiue philo-
ſophorum, ſiue legum poſitorum, qui apud nos ſunt, primum noſtræ religionis magi-
ſtrum Moſen uetuſtiorem multo fuiſſe, ut gentilia nobis declarant monumenta. Tem-
poribus enim Ogigis & Inachi, quos pleriq; ueſtrorum terrigenas putauerunt, facta eſt
Moſis mentio ueluti ductoris & principis Iudaicæ nationis: eius namque Palemon in pri- *Palæmon.*
mo græcæ hiſtoriæ meminit, & Appion Poſsidonij tum in libro aduerſus Hebræos, rum *Appion.*
in quarto hiſtoriarum, referens tempeſtate Inachi regis Argiuorum Amaſide in Ægyp- *Ptolemæus.*
to regnante, Iudæos quibus præerat Moſes defeciſſe, ijsq; Ptolemæus Mindeſius conſen *Mindeſius.*
tit, qui res Aegyptias literarum monumentis commendauit: quiq; Athenienſium geſta *Hellanicus.*
conſcripſerunt, Hellanicus & Philocharus: qui res atticas ut Caſtor, & Tallus, & Po- *Philocharus.*
lyhiſtor Alexander: Amplius Ioſephus & Philon, qui Hebræorũ hiſtorias chartis man- *Caſtor.*
dauère, Moſis tanquam antiquiſſimi, longeq; uetuſtiſſimi Iudæorum principis memine- *Tallus.*
runt. Hic igitur Ioſephus antiquitatem uetuſtatemq; hiſtoriæ ex ipſa etiam librorum in- *Alexander Po*
ſcriptione monſtrandi cupidus, ipſam in hunc modum exorditur: Flauij Ioſephi iudaicæ *lyhiſtor.*
antiquitatis: ut qui uetuſtatem ipſam hiſtoriæ nomine Antiquitatis expreſſerit. Sed & *Ioſephus.*
Diodorus apud uos hiſtoricorum omnium probatiſſimus, qui bibliothecas compendio *Philo.*
concluſit, & triginta cõtinuos annos in Aſia atque Europa, ut ipſe ſcribit, ambienda con *Diodorus.*
ſumpſit, nec non plurima proprijs oculis hauſit, quadraginta ſuę hiſtorię libros reliquit:
Quorum primo cum retuliſſet, ſe à ſacerdotibus Aegyptijs didiciſſe antiquũ primumq;
legislatorem fuiſſe Moſen, ita de eo ijs ipſis uerbis mentionem fecit. Poſt antiquam apud
Aegyptios uitæ cõſtitutionẽ, quam deorum, heroumq; temporibus fuiſſe fabulantẽ, mul-
titudini dicunt perſuaſiſſe ſcriptis uti legibus, eiſdemq; gubernari Moſen, magno animo
uirum & probatiſſima uita celebratum. Idem paululum progreſſus, dum uellet antiquo- *Legulatores.*
rum legislarorum mentionem facere, primum citat Moſen, de quo hijs in hunc modum
uerbis ſcribit: Apud Iudæos quidem Moſen, quem uocant deum, ſiue ob admirabilem,
diuinamq; notionem, quam decernit hominum multitudini profuturam, ſiue ob excellen
tiam & poteſtatem, quibus uulgus ipſum ſuſceptæ legi libentius obſequitur. Secundum
inter legis poſitores Aegyptios Sauchnin fuiſſe commemorant, inſignem prudentia ui-
rum. Tertium Seſochoſin dicunt regem, qui non modo inter Aegyptios bellicis nego-
cijs præcelluerit, uerumetiam bellacem gentem legum poſitione frenauerit. Quartum
Bochorim ſtatuunt, & eundem regem, quem memoriæ prodiderunt & de modo regnan-
di, & de domeſtica diſpenſatione Aegyptijs præcepiſſe. Sextus dicitur Xerxis pater Da
rius Aegyptijs legibus addidiſſe. Hæc uiri gentiles de Moſis antiquitate literis manda
uère, qui alieni ſunt à noſtra religione, & ea ipſa ſe ab Aegyptijs ſacerdotibus didiciſſe re
tulerunt, apud quos non ſolum natus eſt Moſes, ſed etiam Aegyptia erudititione dignus *Moſes Aegy-*
eſt habitus: A filia enim regis in filij locum aſcitus, proptereaq; multa diligentia enutri- *ptia eruditio-*
tus eſt: quemadmodum hiſtoriographorum ſapientiſſimi Ioſephus & Philon memoriæ *ne præditus.*
prodiderunt, qui & eius uitam, & geſta, & generis dignitatem cõſcribendam ſumpſerunt.
Hij ipſi Iudæorum acta monumentis referentes, Moſen Chaldæo genere memorant ori-
undum: Nam cum eius maiores graſſante fame ex Phœnicia in Aegyptum migraſſent,
ibi hominem natum affirmant, quem ob excellentem uirtutem honorare deus propoſue-
rit, & ſuo generi principem legislatorem ac exercitus ducem præfecerit: cum uidelicet po
pulum Hebræorum ex Aegypto in propriam regionem reuerti. Huic itaque uiro deus
imprimis diuinum atque propheticum in ſanctos uiros deſcendentes donum elargitus
eſt, & primum noſtræ religionis futurum magiſtrum præparauit. Inde & prophetas reli-
quos, qui eodem præditi fuerunt dono, & eadem quoque nos edocuerunt. Hos ipſi no-
ſtræ religionis præceptores fuiſſe dicimus, nihil à propria & humana mente, ſed ex col-
lato ſuperne dono nos erudientes. Vos autem ubi ex antiquo patrum ueſtrorum erro-
re opinamini ijs ipſis obedire non oportere, quoſnam magiſtros ueſtræ religionis di-
gnos fide promitis? Fieri profecto non poteſt, quod ſæpius diximus, ut qui à deo magna
atque diuina à ſcientibua non didicerint, aut ipſi ſcire, aut recte alios docere poſſint.
Sed ubi ſatis res Philoſophorum ueſtrorum ex ijs quæ ſupra narrauimus redarguimus,

tanquam

tanquam omni ignorantia, omniq; nugacitate plenas, dimissis ipsis, sicuti & poëtas prius dimiseratis, ad oraculorum fallacias conuertimini: ita enim quosdam narrantes audiuimus. Reliquum igitur putauerim, ut quæ à uobis prius acceperam, eadem uobis in præsentia referam. Dum enim quispiam, ut ipsi dicitis, ab oraculo percunctaretur, qui iam olim religiosi uiri extitissent, in hunc modum oraculum respondisse fatemini:

Oraculum de ueris cultoribus.

Qui per se genitum Hebræi coluere tonantem,
Chaldæiq; simul Sophiam diuinaq; norunt.

Moses.

Quoniam igitur & ab oraculis uestris discere posse ueritatem putatis, & ex historijs pariter, quæ de Mosis uita conscriptæ sunt, ijsq; à nostra religione alienis, cognouistis Mosen ex Hebræo & Chaldæo genere cum Prophetis reliquis oriundū, nihil inopinabile existimabitis, si uirum hunc ex pio genere oriundum, & uitam agitantē dignam pietate religioneq; maiorum, magno hoc dono deus honorare destinauerit, eundemq; Prophetarumq; omnium primum ostenderit. Necessarium autem existimo rationem haberi temporum, quibus uestri floruere Philosophi, ut noscatis eam, quæ uobis istos attulit, ætatem recentiorem & propinquam admodum esse: Sic enim Mosis antiquitatem facilius cognoueritis. Ne autem de temporibus disserens, pluribus argumentis usus rem protrahere uidear, hinc puto mihi exordiendum esse: Socrates Platonis, Plato Aristotelis præceptor fuit. Hi autem Philippi & Alexandri Macedonis temporibus floruerunt, quemadmodum nobis Atheniensiū rhetores plane testantur, præsertimq; Demosthenis contra Philippum scriptæ orationes. Quod autem Aristoteles Alexandro dum regnaret cōuixerit, qui Alexandri ipsius gesta conscripserūt abunde manifestant. Facile ergo est undecunque colligere Mosis historiam, omni exotica historia longe antiquiorem. Minime nanque ignorare uos decet, nihil esse gentilibus historijs exacte mandatum ante Olympiadas, nec ullam antiquam extare conscriptionem, quæ aut Græcorum aut Barbarorum gesta significet, sola Prophetæ Mosis præcessit historia, quam afflatione diuina hebræis literis ipse præscripsit: Neque enim adhuc erant græcæ literæ, sicuti earum præceptores literarum declarant, asserentes, Cadmum ipsas ex Phœnicia primum attulisse & Græciæ tradidisse. Et primus inter uestros philosophos Plato testatur eas posterius inuentas: quippe qui in Timæo scripserit, Solonem inter sapientes sapientissimum ex Aegypto redeuntem, hæc ipsa Græciæ retulisse, quæ ipse ab Aegyptio sacerdote, nec sane uetusto, audiuerat ad se dicēte: O Solon, Solon Græci semper pueri estis: Nec apud Græcos senex quispiam. Et rursus: Omnes, inquit, quod ad animas pertinet, iuuenes estis, neque antiquam ullam opinionem, aut quicquam longæui temporis in illis habetis, nescitis autem multa secula mutis uobis peracta esse, ob id quod literis caruistis. Quapropter sciri conuenit omnem historiam fuisse græcis exaratam literis, quæ posterius inuentæ sunt, quibus utique literarum elementis, si quis recte memorari uoluerit, omnem inueniet conscriptionem memoriæ commendatam, siue antiquorum poëtarum, siue legislatorū, siue philosophorum aut rhetorum. Et ab ijs pariter historijs quæ foris sunt edocebitur, Ptolemæum Aegypti regem cum bibliothecam illam in Alexandria præparauisset, atque ut eam consummaret undecunque libros conduxisset, certiorem deinde factum antiquam historiam hebraicis conscriptam characteribus, summa diligentia aduersari, cognoscendorū uoluminum cupiditate adductum, uiris LXX. sapientibus, hebræam simul & græcam linguam edoctis, ab Hierosolymis accersitis, uolumina illa ut interpretarentur mandauisse. Vt autem ab omni perturbatione semoti citius interpretationis officio fungerentur, iussisse illis nō in urbe, sed ab ea procul septem stadijs intra Pharum paruas exędificari domunculas, interpretum numero pares, unicuique scilicet suam, ut eorum unusquisq; priuatim demandatum munus exequeretur. Adstantibus uero ministris præcepit, haberent quidem omnem in curandis illis diligentiam: prohiberent uero ne inuicem obseruarentur, ut & intrepretatio exactior, & consonantia simul comprehendi posset. Postquam autem cognouit LXX. uiros non solum eadem sententia, sed eisdē etiam dictionibus usos, & nec uerbo quidem alternam consonantiā interrupisse: sed eadem omnino, & de eisdem simul scripsisse: stupefactus, ac constanter credens interpretationem diuina uirtute confectam, omni quidem honore dignos interpretes, tanquam dei amicos perpendēs, multis donis affectos in patriam redire iussit: libros autem illos diuinos, ut decebat existimans, illic

Socrates. Plato. Aristoteles. Alexāder Magnus.

Ante Olympiadas nihil in historijs exacte scriptum.

Cadmus literarum inuentor.

Alexandrina bibliotheca.

LXX. interpretum consonantia.

illic repoſuit. Hæc uobis, gentiles uiri, non fabulæ, non fictæ hiſtoriæ inſtar attulimus, ſed quę Phari accolæ nobis tanquam patria nunciarunt, & quæ uidimus ipſi illa protulimus, qui in Alexandria cum eſſemus caſularũ ueſtigia in Pharo, ueluti reliquias cuſtodiri conſpeximus: quæ licet uobis ex alijs pleriſq; diſcere, & præcipue à ſapientibus atq; probatis uiris, Philone atq; Ioſepho, qui rem hanc hiſtoriæ mandauere. Si quis autem eorum e numero, quibus contradicendi ſtudium in uſu eſt, contendat libros hoſce non ad nos, ſed ad Iudęos pertinere: propterea quod in ſynagogis eorum uſque ad præſens adſeruentur, affirmetq; fruſtra nos religionis noſtrę cultum inde didiciſſe, ex eiſdem libris norit, eorũ doctrinam non illis ſed nobis conferre. Quod autem adhuc apud Iudæos cuſtodiantur, quæ noſtræ religioni uſui ſunt diuinæ rebus noſtris conſulentis prudentiæ opus exiſtimamus, ne ſi eos ex eccleſia duntaxat promeremus, anſam maleuolis calumniandi præbere mus: quæ illis uidelicet adimitur, cum ea ex Iudęorum ſynagoga proferimus. Quo fit ut ex ipſis quos illi cuſtodiunt libris, clare manifeſteq; appareat, doctrinã illam à ſanctis hominibus literis traditam, ad nos ipſos pertinere. Eſt igitur operæpretiũ, gentiles uiri, ut futuris proſpicientes, & illud quod non modo noſtri, ſed etiam alienigenæ prædicarunt, iudicium contemplantes, imprudenti maiorũ ueſtrorum errori nõ aſſentiamini: nec ſi quid illi uobis tradiderunt aberrantes id uerum putetis: ſed in periculum formidandæ infelicitatis oculos figentes, diligenter quæratis & perſcrutemini, quæ monumẽtis mandata ſunt ab illis, quos ut ipſi dicitis, magiſtros habetis: Multa enim eos, quanq; inuitos, diuina prouidentia hominibus conſulens, loqui de nobis coëgit: & maxime qui ad Aegyptum profecti, & à Moſe, & reliquis maioribus religionis emolumentum conſecuti ſunt. Neq; enĩ pleroſque ueſtrum latere puto, quos & Diodori, & aliorum docuit hiſtoria: quod & Orpheus uidelicet, & Homerus, & Solon, qui leges Athenienſibus ſcripſit: ſed & Pythagoras & Plato, & alij nonnulli in Aegypto fuere, qui ſimulac ab hiſtoria Moſis eruditi ſunt, illis ipſis contraria definiuere, quæ prius amplexati fuerant. Quæ enim poſtea primus, ut ita loquar, multi dei cultus ueſtri magiſter Orpheus, Muſæo filio, & reliquis legitimis auditoribus de uno & ſolo deo prædicarit, neceſſarium puto uobis ſuggeri: Ad hunc enim modum cecinit:

Iuſtinus caſularum LXX. interpretũ ueſtigia uidit.

Quos licet affabor, portis excludę prophanos,
Luciferę Phœbes Muſææ aduerte propago,
Vera loquar, quæ nota prius, quæ in pectore dudum
Conſerta. æternæ non præſtant munera uitæ:
Diuino aſſideas uerbo, quod conſpice ſemper:
Quod mentis nauem flectat: tu ſcande per arctum,
Et ſolum ſpectato ducem, qui præſidet orbi.
Is per ſe genitus, ſolus qui cuncta creauit,
Omnibus aſſiſtens: nemo eſt qui hunc uiderit unquam
Mortalis, ſed cuncta procul cernuntur ab ipſo,
Atq; malum. unde bonum, miſeris mortalibus infert,
Et rigidum bellum, lachrymas, ſæuosq; dolores:
Nec quicquam eſt aliud, non magni regis alumnum,
Quem neq; conſpicio tectum caligine denſa,
Mortales oculi quoniam mortalibus inſunt,
Atq; Iouem penitus non poſſunt cernere regem
Hic ſiquidem firmum ſortitus in æthere cœlum eſt,
Aureus huic thronus eſt, pedibus iacet arida tellus,
Et dextra Oceani uelocis littora cingit.
Hunc metuunt celſi montes, hunc flumina, pontus.
Iupiter & Pluto, Phœbus, Dionyſius unum eſt.
Sed cur bis loquimur? deus adſtat in omnibus unus.
Per cœlum iuro te, quod deus inclytus edit,
Perq; patris uocem primam, quam protulit ipſe.

Et rurſus alibi dicit:

In iuſiurandis autem ſic:

Quam quidem uocem dei uerbum nuncupat, per quod & cœlum & terram, & creaturam condidit uniuerſam, ſicut nos docent diuinæ ſanctorum hominum prophetiæ. Quibus cum & ipſe nonnihil operæ apud Aegyptios impendiſſet, didicit dei uerbo uniuer

D ſam

ſam creaturam conditam eſſe. Quapropter ubi dixerat:

Perq; patris primam uocem quam protulit ipſe: adiecit hæc & coniunxit:
Hac & conſilijs mundum firmauerat omnem.

Quo in loco uocis nomenclatura more poëtico uerbum expreſſit. Hoc autem ita ſe habere declarat, quod paulo ante interceſſerat:

Diuino aſſideas uerbo, quod conſpice ſemper.

Necnon oportunũ putauerim, ut memoriæ ſuccurrant, quæ de uno & ſolo deo priſca illa & ualde antiqua Sibylla ſuis uos oraculis edocuerit: cuius tanquam fatidicę & Plato, & Ariſtophanes, & alij pleriq; meminerunt, quæ quidem in hæc carmina uocem reſoluit:

Vnus enim deus eſt, ſolus, non editus, ingens,
Omnia conſpiciens, non uiſilis Induperator:
Quem moritura caro potis eſt comprendere nunquam. Deinde alicubi ſic:
Immortales enim calles deflexímus ipſi,
Necnon inſulſe manufacta ſacrauimus, atque
Idola infectos hominum teſtantia mores. Et rurſus alio loco in hunc modum:
Felices illi in terris omnino futuri,
Qui ſummum coluere deum, & laudare priuſquam
Deguſtent quicquam, freti pietate, putarunt
Qui mutos lapides, qui templa, altaria bruto
Sanguine quadrupedum fœdata, refellere diſcunt,
Vnius inq; dei laudem procumbere norunt.

Hæc illa quidem Sibylla cecinit. Homerus autem abuſus poëtica licẽtia, cum opinionem Orphei de pluralitate deorum in primis imitatus fuiſſet, fabuloſa quidem pleraq; ex eorũ multitudine meminit, ne Orphicę poëſi nõ ſuccinere uideretur, quam adeo ſibi propoſuerat imitandam, ut ex primo ipſius poëſis carmine ſuam ad illam conuenientiam ſignificarit: Cum enim ita Orpheus in principio ſui poëmatis dixiſſet:

Iam frugiferæ Cereris dea pande canenti. Ille ita:
Iram Pelidæ rigidi dea pande canenti.

Innuit eos primi Iliados carminis errores quos notat etiam Euſtathius interpres.

Deligens ut mihi quidem apparet, ita exordiri, ut etiam à poëtici metri ratione decideret, ne primus uideretur deorũ nominis meminiſſe. Paulo autem poſt & ſuam de uno deo opinionẽ aperte dilucideq; declarat, cum ex Phœnicis perſona ad Achillẽ quodã loco infit:

Nec ſi pollicitus deus ipſe auferre ſenectam,
Et mihi florentem circunfudiſſe iuuentam.

Ipſo enim pronomine deum uere exiſtentem expreſſit, & alibi quoque ex Vlyſſis perſona Græcorum multitudini loquitur:

Non plures numero, ſed princeps unicus eſto.

Verum huic quoq; bono contrarium malum opere ipſo declarare conſtituit, quando ex deorum multitudine, bella, lites, ſeditiones, alternas inſidias enarrauit. Quippe monarchiam ipſam inexpugnabilem eſſe cõtingit. Atq; hæc ab Homero deſumpta ſint. Quod ſi oportunum quoq; iudicaueritis, ut à ſcena quoq; de uno deo teſtimonia producamus, audite Sophoclem dicentem: Vnus reuera, unus eſt deus, qui terram ſtruxit & cœlum, qui maris nitentes undas, & uentorum minas mortales plurimi corde aberrantes, in animæ perniciem ſimulachra ſtruximus lignea, lapidea, uel auro tecta, uel elephãto: quibus feſtiuitates & ſacra fecimus, pie in hunc modum colere exiſtimantes. Hæc ita Sophocles. Pythagoras autem Mniſarchi, qui ſuæ dogmata philoſophiæ per myſtica ſymbola expoſuit, uti declarant hij, quibus eius uita conſcripta eſt, de uno deo ſenſiſſe uidetur ea, quæ digna ſua in Aegyptum profectione habeantur: Quippe cum rerum principiũ unitatẽ conſtituerit, & hanc ipſam omnium bonorũ cauſam exiſtimauerit, allegorice docuit, unum & ſolum eſſe deum. Hinc autem manifeſtum fiet, hæc ita ſe habere, quando & unitatem & unum non parum inuicem differre decreuit: Illam enim in intelligibilibus, hæc autem in numeris collocauit. Sin autem uos Pythagoræ ſententiam de uno deo clarius cognoſcendi cupido inceſſit, illam ipſam audite: ita enim ſe habet: Deus quidem unus eſt, neq; ut nonnulli ſuſpicantur, extra mundi ornatum, ſed in ipſo omnino eſt, atq; omnes uniuerſo in circulo generationes conſiderat. Annos omnes & ſecula temperat, poteſtates diſpenſat, & opifex omniũ quæ in cœlo ſunt, principiũ, illuminator, & pater omniũ: cunctorum

Vnitas Pythagoræ.

præterea quæ in circulo sunt mens, motus & uita. In hunc planè modū Pythagoras. Præterea Plato, ut uisum est, Mosis, aliorumq́ꝫ Prophetarum de uno deo demonstraturus doctrinam, quam dum esset in Aegypto percepit, sed ob ea nihilominus, quæ Socrati acciderant, ueritus ne in se Anytum quendam & Meletum excitaret, quibus apud Athenienses accusaret, asseuerantibus eum iniuste in deos agere, eos renuēs quos ciuitas recepisset, metu uidelicet cicutę, uarium quendam, & tectum inuolucris sermonē de dijs molitus est, quò eorum posset opinio stare, qui plures deos autumarent, eodemq́ꝫ pariter ijs assentiri, qui contraria illis arbitrarētur, sicuti facile est deprehendere ex ijs quæ scripta reliquit. Cum eñ antea statuisset, omne q̄d factū est oportere dissolui, postea deos factos asseuerat. Cum item rerum omniū principia deum & naturam esse uoluerit, necessariū est utiq́ꝫ eum affirmaturum, factos ex materia esse deos. Si autem de materia, ex qua malum quoq́ꝫ proficisci putauit, quales nam illos esse deos conueniret, qui de materia prodirent, sapientibus considerandum reliquit. Propterea nanq́ꝫ ingenitam materiā affirmauit, ne consequio dici uideretur, deum mali effectorē: de ijs enim dijs qui creati erant à deo ita dixerat: Dei deorū quorū ego creator sum: Eius uero dei q uere est, rectè meminisse uisus est. Qui eñ audiuerat deum Mosi in Aegypto dixisse: Ego sum existēs. Quando scilicet eū deus ad Hebræos missurus esset, hinc intellexit nullum sui peculiare nomen insinuasse: neque enim deo proprium nomen aptari potest: quippe cum nomina subiectis rebus, quæ uaria & diuersa sint, declarādis manifestandisq́ꝫ apponanī, deo autem neq́ꝫ quisquā fuit prior, qui nomen imponeret, neq́ꝫ ipse seipsum nominare oportere cōstituit, unus & solus existens, qui idem per suos Prophetas testatur inquiens: Ego primus, & ego postea, & præter me non est alius deus. Ob id igitur, ut supra dixi, proprij nominis alicuius deus non fecit mentionem, cum Mosen ad Hebręos destinasset, sed ui cuiusdam participij se unum & solum deum mysticè docuit: ego enim, inquit, sum existēs: ex opposito uidelicet seipsum distinguens existentem ab ijs qui non existunt, ut qui prius decepti fuerant, agnoscerent se non illis qui existunt, sed planè non existentibus applicuisse. Quoniam autem deus nouerat primos homines antiquæ parentum deceptionis meminisse, quam humani generis osor dęmon ludificandi gratia excogitauit: tum cum ita illos allocutus est: Si mihi credideritis, dei mandatum prætereuntes, eritis sicut dij: eos enim nominauit deos qui nō sunt, ut qui alios esse deos putassent, & seipsos quoq́ꝫ fieri posse deos existimarent. Propterea Mosen affatus est: Ego sum existens: Vt per hoc participium, existens, dei existentis, & eorum qui non sunt differentiam edoceret. Qui autem dæmoni decipienti homines crediderunt, ausiq́ꝫ propterea diuinis obaudire pręceptis, exierunt è paradiso, deorum quidem nomenclaturæ memores, uerum non satis edocti, an dij alij præter unum deum inuenirentur. Neque enim erat æquum, ut qui mandatum primum, alioqui obseruatu facile, non custodissent, erudirentur amplius, sed potius ut iusta pœna plecterentur. Vbi ergo de paradiso expulsi, arbitratiq́ꝫ sunt ob solam se inobedientiā eiectos: ignari alioqui id etiam fuisse in causa, quod eos qui non erant dij, deos esse crediderant, deorum nomen hominibus de se propagatis tradiderunt. Quo fit, ut prima isthæc de dijs mendax phantasia, à parente mendacij originem traxerit. Aduertens itaq́ꝫ deus falsam de pluralitate deorū opinionem, eamq́ꝫ ueluti pestilentem quempiam animæ morbum tollere cupiens: primum quidem apparēs Mosi, ad eum inquit: Ego sum existens: Oportebat enim, existimo, eum qui futurus erat Hebræi generis princeps & imperator, existentem deum ante omnia cognoscere. Quapropter huic primo apparens, eo modo quo fieri potest ut homini deus appareat, ad eum inquit: Ego sum existens. Dein illum ad Hebræos destinaturus in hunc modum illis dicere imperat: Existens misit me ad uos. Hæc igitur Plato cum in Aegypto didicisset, mirificè ijs delectatus est, quæ de uno deo tradita fuerant: Mosis tamen mentionē facere ob id, quod unum solumq́ꝫ deum edocuerat, sibi apud Athenienses tutum non putauit, ueritus Areopagum. Id autem quod à Mose benè scriptum perceperat, non tanquā illud ab eo didicisset, sed ueluti propria afferens opinione, in Timæo, opere quidem elaborato, & in quo theologiam tradere molitus est, idipsum de deo disseruit, quod & Moses: Ita nanq́ꝫ scribit. Est igitur ut mea fert opinio, diuidendum primo, quid est quod semper existit, & generatione caret: & quid illud est, quod quanquam factum sit, nondum tamen existit. An non quæso, gentiles uiri, conspicuis mentibus unum hoc idemq́ꝫ uidetur,

Deo non est proprium nomen.

Deus existens.

Adæ eiectio è paradiso.

Plato abstinuit à nomine Mosis.

Timæus Platonis.

ſolo dirempto articulo: Moſes enim, qui exiſtit, inquit: Plato uero, quod exiſtit. Quorũ utrunque ſemper exiſtenti deo cõuenire manifeſtum apparet. Ipſe enim eſt qui ſolus ſemper exiſtit, generatione carens. Quid autem illud ſit ab eo quod ſemper exiſtit è regione diſtinctum, de quo ille ait factum quidem, nunquam exiſtens, exacte conſiderandum eſt. Inueniemus enim ipſum clare manifeſtéq; dicentem, quod ingenitum eſt ſempiternum eſſe, genitos autem uel fabrefactos, ut ipſe de illis inquit: Dei deorum quorum ego creator, factos & pereuntes cenſebimus. Ita nanque dixit: Eſt igitur, ut opinor, diuidendum primo, quid eſt id quod abſque generatione ſemper exiſtit. Et quid illud quod factũ eſt, nunquam autem exiſtens. Quod enim intellectu cum ratione comprehenſum eſt, id ſemper exiſtit: Quod autem opinione cum ſenſu rationali cogitabile eſt, id fieri & perire dixeris, eſſe uero nequaquam. Hęc Platonis uerba, quibus mens emota non eſt, factorũ deorũ abolitionem & pernitiẽ prædicant. Huic aũt uobis neceſſariò mens adhibenda eſt, quod
Creator. Opificem deum, non Creatorem nuncupat, inter quæ multũ intereſt iuxta ipſius dogma
Opifex. Platonis: Creator enim nullo indigens alio, propria ui & poteſtate facit, quod faciendũ eſt: Opifex autem opificij poteſtatem ex materia deſumens, quod faciendum eſt efficit. Sed fortaſſe nonnulli, quibus mens non eſt à multorum deorum dogmate reſipiſcere, opificem ipſum ijs quos produxit dijs ita dixiſſe contendent: Quoniam eſtis geniti, immortales aut omnino indiſſolubiles eſſe non poteſtis: non ſoluemini autem, neque mortali, fato me ita uolente, ſubijciemini, maiorem & fortiorem multo nexum ſortiti. Hoc in loco Plato eos formidans, qui deorum pluralitatem amplexi ſunt, opificem ſuum ſibi ipſi contraria loquentem introducit: qui enim prius dixerat, corruptioni obnoxium eſſe omne quod factum eſt, nunc aduerſa atque pugnantia eundem ipſum aſſeuerantem refert: non ſentiens nullo pacto ſe poſſe mendacij crimẽ effugere. Aut enim mentiebatur prius, cum affirmabat corruptibile eſſe omne quod factum erat: aut nunc in illis enunciandis mentitur, quæ ſuperius à ſe dictis aduerſantur. Si enim omnino neceſſe, iuxta eam quam prius attulerat definitionem, omne quod factum eſt corrumpi, quo pacto dein concedit, quod neceſſariò nequit fieri, idipſum ut fiat euenire poſſe? Quamobrem uiſus eſt Plato incaſſum opifici ſuo in ijs quæ fieri non poſſunt, blandiri uoluiſſe, ut quos ſemel ob id quod ex materia facti eſſent corruptibiles futuros affirmarat, rurſum per ipſum indiſſolubiles, & corruptioni minime obnoxios annuntiaret: Atqui poteſtas materiæ, iuxta Platonis dogma, ingenita eſt, & ipſi opifici contemporanea & coæua: Quo fit ut conſentaneum ſit, eam ipſius uoluntati non aſſentiri: Ab illo enim qui non fecit, in illud quod factum non eſt, nulla uis atq; poteſtas. Quamobrem fieri nequit ut cogatur, utpote ab omni exteriori neceſſitate, ab omni peregrina iniuria libera. Ad hoc Plato cum reſpexiſſet, ita ſcriptum reliquit: Neceſſarium eſt, ne dicatur deum poſſe cogi. An uero à ſua republica propterea pepulit Homerum Plato, quod in legatione ad Achillem dixerat Phœnix:

Dei uertuntur & ipſi.

Hoc autem Homerus non de ipſo rege, & eo qui iuxta Platonem deorum opifex eſt, cecinit: ſed de nonnullis, quos multos eſſe Græci putauerunt, ut eſt nobis à Platone diſcere, ubi ait: Dei deorum. Vni autem primo deo aurea illa catena omnium imperium & poteſtatem Homerus attribuit, à cuius diuinitate cæteri tantum diſtarent dij, ut haberentur digni qui inter homines computarentur. Ab eodem Vlyſſes cõtra Hectorem ad Achillem loquens in hunc modum introducitur,

Ipſe hominesq; deosq;, Ioui confiſus, honore
Indignos retur, tumida circunfluus ira.

Quo in loco mihi uidetur Homerus, cum eadem quæ Plato in Aegypto didiciſſet, extra controuerſiam hoc ipſum innuiſſe, ut deo, qui exiſtit, fretus, eos qui non exiſtunt plane negligeret. Ipſe nanq; poëta alibi ui alterius dictionis, pronominis ſcilicet, deum ſignificat, quod pronomen participio æquiualeat, quo deum Plato exiſtentem dicit: Quo loco ait, quid eſt ſemper exiſtens generatione priuatum: neque enim temere mihi dictum uidetur à Phœnice:

Nec ſi pollicitus deus ipſe auferre ſenectam,
Et mihi florentem circunfudiſſe iuuentam.

Hoc

Hoc enim pronomen, ipse, existentem re uera deum significat. Idem quoq; asseuerat oraculum, quod uobis de Chaldæis & Hebræis allatum est: Nam percunctante nescio quo, qui nam forte uiri deum pute coluissent, ita respondisse illud asseueratis.

Qui per se gentium Hebræi coluere tonantem,
Chaldæiq; simul sophiam diuinaq; norunt.

Quo pacto igitur Plato Homero irascitur, affirmanti conuerti deos? Siquidem Homerum illud utilitatis gratia dixisse, manifestũ est ex hijs quæ ibi dicuntur: Eorum enim proprium est, qui precibus & sacrificijs dignum putant clementiam consequi, ut pœnitentia afficiantur eorum quæ peccauerunt, & in posterum cessent. Qui enim diuinitatem inconuertibilem existimarent, nequaquam deligerent à criminibus quæ commiserunt retrocedere: Quandoquidem ex pœnitentia nihil se utilitatis percepturos putarẽt. Qui fit ergo, ut Philosophus Plato condemnet Homerũ poëtam, asserentem uertibiles esse deos, cum ipse deorum opificem tam facile conuersum introduxerit? ut interdum quidem mortales deos, interdũ uero immortales eosdem affirmauerit? Nec de illis modo, sed de materia, ex qua (ut inquit) necessariò producti sunt dei, uaria loquatur, & aliquando ingenitam, aliquando genitam asseueret: Ignarus, quod in quibus Homerum accusat, in illa ipsemet impegisse conuincitur, cum dicat tam facile deorum opificem conuerti: Tametsi Homerus de ipso etiam deo contraria cecinerit: quippe qui eum scribat ita de seipso dixisse:

Nec reuocare datur, nec falli, aut sine carere,
Cum capite annuero fient mandata tonantis.

Sed hæc quidem inuitus, ut putauerim, Plato, formidans illos, qui deorum pluralitatem uenerantur, aliena dijs uidetur narrasse. *Plato è Mosè edoctus.* Quæ uero & à Mose, & à Prophetis de uno deo prædicta mystice fuerant, ea edoctus efferenda putat, pium affectantibus cultum, quid sentiat manifestans. Eo nanque delectatus quod Moses à deo susceperat: Ego sum existens, breuem dictionem participio expressam, multa cura speculandam recepit, cognouitq; deum, cum suam Mosi æternitatem significare uoluisset, dixisse: Ego sum existens. Quandoquidem hæc syllaba ὢν, id est existens, non unum duntaxat, sed tria innuit tempora, præteritum, præsens, atque futurum. Sic enim Plato ὢν, id est existens, ad futurum retulit tempus: *ὤν.* quippe qui dicat nondum existẽtem. Hoc autem quod dico, non dum, non in præteritum (ut nonnulli putant) sed in futurum tempus referri debet, quod è prophanorum monumentis planè constat. Plato igitur quasi cupiat nescientibus enarrare, quæ mystice atque occulte de æternitate dei per participium illud ὢν dicta fuerant, hijs maxime dictionibus utitur scribens: Deum etenim (quod est antiquum dogma) omnium principium, finem, & media continet. Quo in loco proculdubio legem Mosis antiquum dogma nuncupauit, à Mosis nomine abstinens, cicutæ formidine: *Moses Græcis inuisus.* Vtpote qui nouerat ipsius uiri doctrinam Græcis inuisam. Antiquitatis autem uerbo Mosen expressit, cuius legem & antiquam, & primam, tum ex Diodoro, tum ex reliquis historijs supra à nobis est demõstratum: Quando eum Diodorus legislatorum primum fuisse commemorat, non repertis adhuc Græcarum characteribus literarum, quibus illi in historijs conscribendis usi fuerunt. Admiretur autem nemo, si de æternitate dei commotus à Mose Plato ita scripsit, quem inuenies post deum uere existentem, mystice quoque rerum cognitionem Prophetis acceptam retulisse. Nam in Timæo de nonnullis principijs cum disputaret, ita disseruit: Ignis & aliorum corporum principium supposuimus, ita incedentes, ut necessariæ uisum est rationi conuenire. Quæ autem in hijs principia sunt, & deus, & quicunque iunctus est amicitia, superne cognouerunt. Sed quosnam alios dei amicos, præter Mosen & reliquos Prophetas existimat? In quorum prophetias cum incidisset, & illorum de iudicio sententiam perdidicisset, in primo de Republica libro ita exclamauit, dicens: Postquam autem eum processerit quispiam, ut prospiciat sibi moriendum esse, irruit in illum & timor, & cura rerum earum, quas antea non timuerat. Nanque ob ea quæ de inferis prædicantur, in quibus iniusti homines pœnas luant, ueretur se illic affligendum: Et quæ sibi fabulosa olim & ridicula uidebantur, tunc euertunt concutiuntq; animum, ne uera illa sint, expauescentem: hic idem uel senectæ debilitate, uel quia ijs quæ illic geruntur propior est, illa ipsa magis perspicit: Quo fit ut suspicione & pauore repleatur, necnon secum ratiocinetur atque consideret, num iniuste quempiam affecerit. Tum

si qua ante acta uitæ crimina menti se ingesserint, ueluti pueri cum de somno subito expergefiunt, formidat, & spe mala uitam ducit: Si enimuero nil mali in seipso conspexerit,

Dulcem uitam agüt soli boni.

Dulcis spes semper adhæret,
Atq; senum nutrix bona,

ut ait Pindarus. Comiter nanq; Socrates ille inquit eum qui iustus & sanctus est, dulcem uitam ipsorum perducere. Quo spes altrix senectutis dulce cor subleuet, quæ uersatilem mortalium mentem maxime gubernat. Hæc ille in primo suæ Reipublicæ libro. In decimo uero clare manifesteq; posuit, quæ à Prophetis de iudicio didicerat, sed ob Gentium pauorem non tanquã ab eis edoctus, eruditus autem ab aliquo, qui (ut sibi fingere libuit) surrexisset in bello, quiq; duodecimo tumulari die cum deberetur, pyræ impositus reuixisset, & quæ in inferno gererentur enarrasset, uerbis autem istis scriptum reliquit: Adstitisse alicui, qui à socio interrogaretur, ubi magnus ille Arideus esset. Hic autem Arideus

Arideus. cuiusdam urbis Pamphiliæ tyrannidem usurpauerat, patre sene, & fratre natu maiore trucidatis. Alia quoq; multa scelera, ut ferebatur, commiserat. Respondisse uero illum, non uenisse aut uenturum esse Arideum, & ijs uerbis adiecit: metuenda spectacula contemplati sumus, cum prope os in eo essemus ut reuerteremur, pateremurq; plurima, tum illum repente uidimus tyrannis plurimis permixtum. Erant & priuati simul, qui facinora enormia commisissent, qui dum redire conarentur, os illud non patiebatur, sed mugiebat, quoties eorum quispiã qui uenia indignus, semet flagitijs refarsisset, regredi moliretur, priusquam debitas pœnas dedisset. Ibi quoque adstiterant uiri truces, aspectu ignei, qui eosdem obseruato signo comprehensos ducebant. Arideum autem, & qui simul erant capite, pedibus, manibusq; truncatos, decorticatosq;, ac super tribulis reuolutos, iuxta uiam diuersos pertrahebant, ac spectantibus significabant, quorum id causa fieret, quodq; in tartarum proijciendi raptabãtur. Inter omnes uero timores, quos essent perpessi (quanq; hi essent & magni & plurimi) is, inquit, excellebat, qui de oris illius mugitu inferebatur, cum sursum remearent: contra eo silente nil ipsos pati regredientes memorabat. Huiuscemodi pœnas & flagella esse, atq; ijs opposita præmia narrabat. Qua in re mihi uidetur Plato non solum de iudicio sententiam à Prophetis didicisse, sed eam quoque quæ de resurrectione est à Gentibus minime credita. In eo enim, quod affirmauit animam unà cum corpore iudicari, nil aliud insinuauit, quàm sententiæ de resurrectione adstipulareẽ. Qui enim fieri potuit, ut Arideus & cæteri, qui corpus, cui caput & manus & pellis inest, reliquerant super terram, tanta in inferno flagella sustinerent: Neque enim manus, aut pedes, pellemue habere animam cõfitebuntur. Sed cum in Aegypto in Prophetarum libros incidisset, & dogmata de resurrectione corporum admisisset, docuit animam ipsam cum corpore iudicari. Nec Plato modo, uerum etiam Homerus apud Aegyptios hæc edoctus Tityon pariter expẽdere pœnas asseuerauit: Ita enim in eius Necyomantia Alcinoo Vlysses enarrat:

Tityus. Vidimus & Tityum celebrem Telluris alumnum,
Sisyphus. Expansumq; nouem corpus per iugera, cuius
Tantalus. Vtrinq; assidens contundit uiscera uultur.

Quæ non certe ad animam, sed ad corpus referri debent. Eodem modo & Sisyphum & Tantalum in corpore pœnas pati narrauit. Quod autem in Aegypto diuersatus Homerus fuerit, & multa ex ijs quæ ibi didicerit, ad suã poësim ipse cõuerterit, satis edocet Diodorus historicorum celebratissimus, qui asserit illum in Aegyptum profectum didicisse, quod poculum illud, cui Nepenthes nomen fecit, iræ malorumq; omniũ obliuionem afferens, accepisset Helena à Polydamna uxore Theonis, & in Spartam deuexisset, eodem pharmaco prodit Homerus usam Helenam, Menelai planctum sedasse coram Telemacho suscitatum. Idem ex Aegyptiorum historia Veneri cognomentum indidit Aureæ:

Venus aurea. Nouerat enim in Aegypto Veneris aureæ Lucum appellatum, & aureæ pariter Veneris pucrum nuncupatum. Quod si quispiam nosse aueat, cuius nam gratia isthæc nunc ad memoriam reuocarimus, id propterea fecisse nos discat, ut ostenderemus poëtã ipsum, multa ex diuina patrum nostrorum historia in suam poësim transtulisse, atq; in primis, creati mundi principium à Mose celebratum: ita enim scripsit Moses: In principio creauit deus

cœlum

cœlum & terram, deinde solem, & lunam, & stellas. Hæc in Aegypto didicit Homerus: & ijs quæ de mundi genesi scripta erant admodum oblectatus, Vulcanum introduxit sh Achillis scuto ceu quandam mundi geneseos imaginem deliniasse: Ita enim scripsit: *Homerus poësim suam Aegyptiacis disciplinis decorauit.*

Hic etenim ignipotens struxit, maria, æthera, terras,
Ardentem solem, plenæ quoque lumina lunæ,
Atque coronatum signis fulgentibus orbem.

Sed & paradisi quoque terrestris imaginem in horto Alcinoi ueluti adseruatam effinxit, quem semper floridum, & plenū fructibus, similitudine quadā ostendit, atque in hunc modum scripsit: *Alcinoi hortus*

Hic nemora emittunt procero è stipite flores,
Punicei fructus, & olentia mala, pyrique,
Et dulces ficus, & blandæ germina oliuæ,
Queis neque deperijt fructus, nec desinit unquam:
Non æstas hiemesque nocent: uerum aura Fauoni
Perpetuum spirans, hos profert, deijcit illos,
Atque pyrum ueteri, sic pomo poma senescunt,
Atque recens passis superaduenit uua racemis.
Ficubus adduntur ficus, & uinea diues
Frugiferum teneris germen radicibus effert.
Huic soboles Phœbi radijs contacta calescit.
Hanc manibus carpunt, ex illis musta tepescunt:
Illi deciduus flos, huic matura propinquat
Aetas, ut patulis refluat uindemia labris.

Cur nō uerba isthæc claram & manifestam eorum, quæ à primo Propheta Mose de paradiso dicta fuerant, imitationem ostendunt? Si quis uero turris ædificationem contemplari uoluerit, cuius structura tempestatis illius homines aditum sibi in cœlum parare posse putauerunt, certior utique fiet & hanc ipsam per Othum & Ephialtem allegoria quadam Poëtam imitatum: De illis enim ita cecinit:

Hij siquidem bellum decernunt impetu magno
Cœlicolis Ossam statuunt præponere Olympo,
Et folijs tremulum componere Pelion Ossæ,
Terrestris celsum ut reseraret semita cœlum.

Similiter quoque de humani generis hoste de cœlis proiecto, quem diuinæ scripturæ diabolum nuncupant (id enim nomenclaturæ à prima in hominis calumnia sortitus est) si quis exacte considerauerit, inueniet à Poëta mentionē factam: non quod eum proprio diaboli signarit nomine, sed ex pessima illius operatione cognomē indiderit: Quippe qui ἄτην, hoc est damnum appellauerit, id'que de cœlo ab ipsorum deo detrusum asseruerit. Et tanquam exacte memor uerborū, quæ de illo protulit Esaias Propheta, ita in sua poësi scriptum reliquit: *Diaboli nomē unde.*

Actutum comptis damnum cepisse capillis
Dicitur iratus, stabilem iuratus Auernum:
Nunquam stelligeros rediturum rursus in axes.
Sic fatus, celso Damnum detrusit Olympo.

Atqui & Plato post deum atque materiam tertij ponendi principij, quod speciem dixit, nō aliunde quàm à Mose sumpsisse occasionem uidetur. Nanque ideæ nomen ex Mosi uerbis percepit: minime tamen edoctus ab ijs qui nouerant: nihil enim eorum quæ à Mose dicta sunt, absque speculatione mystica clare cognosci unquā potest. Scripserat nimirū Moses ueluti ex persona dei ad se de tabernaculo loquentis: Sic autem facias mihi secundum omnia, quæ in monte monstrauero, exemplar tabernaculi. Atque iterum: Et constitues tabernaculum secundum exemplar omnium partium eius. Et rursum paulo post: Sic igitur facies secundum formam tibi in monte monstratam. In hæc igitur incidens Plato, & non ea qua decebat contemplatione suscipiens, autumauit speciem separabile quiddam esse, & rei sensibili præexistere: quod & rerum quæ fiunt exemplar sæpius appellauit. Quoniā uero de tabernaculo Mosis hoc litera significat, secundū speciē quæ ostensa tibi est in *Idea Platonis ex Mose.*

monte, ſic illud efficies, & in terra, item in cœlo, & in homine, ludificatus uidetur Plato, ut horum ſcilicet ideas eſſe putauerit. Nanque ubi ſcripſerat Moſes: In principio creauit deus cœlum & terram, & deinde ſubdiderat: Terra autem erat inuiſibilis & incompoſita, exiſtimauit hanc de qua loquit (terra autem erat) præexiſtentẽ terram dictam fuiſſe: quandoquidem ita diſſeruit: Terra autem erat inuiſibilis & incõpoſita. Illa autem de qua ſcriptum eſt; Fecit deus cœlum & terram: arbitratus eſt ipſam illum dicere terram, quæ à deo iuxta præexiſtentẽ ſpeciem condita fuiſſet: Pari pacto & de condito cœlo putauit. Id nanque quod creatũ fuit, cuiq; firmamenti nomen inditum eſt, ſenſibile factum opinatus eſt.
Pſal. 113. Aliud autem eſſe intelligibile, de quo Propheta dicat: Cœlum cœli domino, terrã autem dedit filijs hominum. Et ad hunc pariter modum arbitratur Plato de homine, cuius primo meminit Moſes. Dein poſt multa eorum quæ creata fuerunt, de hominis formatione mentionem fecit, ita ſcribens: Et fecit deus hominem, puluerem accipiens de terra. Autumauit igitur hominem, qui prius nominatus fuit, ei qui factus eſt præextitiſſe. Eum uero quem de terra poſterius formaſſet, ad ſpeciei præexiſtentis inſtar fabricatum. Quod autem de terra conditus homo ſit, ex antiqua diuinaq; hiſtoria nouit Homerus, ubi ſcribitur: Terra es, & in terram reuerteris. Quapropter Hectoris corpus exanime terram mutam nominauit: Alicubi enim ita loquitur aduerſus Achillem cadauer illius raptantem:

Mutā terra eſt corpus demortui.

Quid mutam laceras inſanis perfide terram?

Et rurſus Menelaum aliubi introducit dicentem, ijs qui non prompte acquieuerãt Hectori ad ſingulare certamen prouocanti:

Frigida uos omnes tellus diſſoluat, & unda.

Ipſos utiq; in antiquam ex terra fabricationem reſoluens. In Aegyto iſtæc à ueteribus hiſtorijs & Plato & Homerus edocti, ſuis elucubrationibus inſeruere. Sed unde nam quæſo
Currus Iouis. didicit retulitq; Plato, alato curru Iouem per cœlum duci, quàm à Prophetarum hiſtorijs? Quibus nouit de Cherubinis ita memoriæ mandatum: Et à domo egreſſa eſt gloria domini, & aſcendit ſuper Cherubim, & ſuſceperunt Cherubim alas ſuas, in quibus erant rotæ, & gloria domini erant in ipſis deſuper. Hinc magniloquus ille Plato commotus audacia, multa in hæc uerba clamauit: Magnus quidem in cœlo Iuppiter alatum currum impellit. Vnde nam iterum quæſo iſtæc deſumpſit ut ſcriberet, præterquàm à Moſe & à Prophetis? & unde nam rurſus oblata illi eſt occaſio, deum in ignea eſſe ſubſtãtia aſſeueran-
3. Regum 19. di? Nonne à tertia Regum hiſtoria? ubi ſcriptum eſt: Non in ſpiritu dominus, & poſt ſpiritum commotio: Non in commotione dominus, & poſt commotionem ignis: Non in igne dominus, & poſt ignem uox auræ lenis. Sed illa quidem contemplatione digna ſunt, & ſecundũ anagogen ab ijs qui addicti religioni ueræ ſunt examinanda. Plato uero cum ab hac cõtemplatione longe abeſſet, ipſiſq; nihilominus Prophetarũ uerbis acceſſiſſet, in ignea deum ſubſtantia collocauit. Quod ſi quis exacte etiam conſiderare uoluerit, de eo dono quod ſanctis uiris diuinitus confertur, quodq; ſanctum ſpiritum ſacri Prophetæ nuncupant, diſcet nimirũ ita à Platone eo in dialogo qui Memnon inſcribitur, alio quodam nomine prædicatum: ueritus enim in dei dono recolendo ſancti ſpiritus nomenclatura uti ne ſequi Prophetarum ſcilicet dogma uiſus, Gentiũ hoſtis euaderet. Idipſum profecto deſcendere diuinitus confitetur, ei tamen non ſancti ſpiritus, ſed uirtutis appellationem digne adſcribendam putauit. Sic nanq; ille ad Memnonẽ eo ipſo in dialogo, quo de reminiſcentia diſputatur, cum multa prius de uirtute quæſiſſet, & utrum doctrina, exercitatione ue compararet, an uero neq; huius neq; illius beneficio, ſed natura potius, aut alia quapiam ratione in homines proficiſceret? demum hijs ipſis uerbis ita decreuit. Si autem nos in præſentia tota ipſa diſputatione recte quęſiuimus, affirmamus uirtutem ipſam neq; natura, neq; doctrina, ſed diuino fato ijs, qui ea pollent ſine ratiocinatione congenitam.
Quæ ut exiſtimo, cum à Prophetis didiciſſet, in uirtutis nomen tranſtulit pari pacto, quẽadmodum Prophetæ ſacri unum eundemq; ſpiritum in ſeptem partiri dicũtur, ſic & ipſemet unam, & ipſam uirtutem quam nuncupat, eandem ſcribit in quatuor diuidi, nullo autem modo ſancti ſpiritus meminiſſe uolens, per allegoriam quampiam, quæ à Prophetis dicta fuerant dilucide nunciauit. Ita nanque in calce dialogi ad Memnonem: ob hanc, inquit, ratiocinationem ô Memnon, ſi quibus aduenit uirtus, diuino illa fato aduenire uidetur, hoc autem ex eo plane percipiemus, & quo nam modo illius compotes euadant homines, cum prius aggrediemur, quidnam ſit illa uirtus ſecundum ſeipſam percunctari.

Videtis

Videtis ne quo pacto donum superne descendens solum uirtutem nominet, & ad hæc dignum censeat inquisitione: utrum illud idem uirtutis nomine, aut alio quopiam nuncu pari deceat? utpote qui formidauerit aperte sancti spiritus nomine uti, ne secutus uideli cet Prophetarum dogma uideretur. Vnde nam iterum edoctus Plato cognouit tempus cum cœlo factum esse? de quo scripserat: Tempus cum cœlo factum est: ut quod unà fa cta essent, unà soluerentur, si unquam eorum solutio fieret. Nonne & hoc à diuina Mosis historia perdidicit? Nouit enim temporis generationē ex diebus, mensibus, & annis suæ principium constitutionis desumpsisse. Quoniā igitur dies, quæ unà cum cœlo facta est, omni tempori principiū præstitit, quandoquidē promulgauerat: & factus est dies unus. Hinc Plato omne tempus ex parte innuens, diem ipsum tempus appellat, ne ueluti Mosis affectator calumniam pateretur apud Athenienses, si diei uidelicet mentionem fecisse uidereť. Rursus unde nam cœli dissolutionem imaginatus est? nonne hoc ipsum à sacris Prophetis proditum existimauit? Quod si quispiam & de simulachris quoque dogmata scrutari uoluerit, unde nam uidelicet prodijt, ut qui primi deos uestros effinxerūt, eosdem formas hominum habere putauerint? comperiet & hoc ipsum eos ab historia diuina tra xisse, testāte Mosis scriptura: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostram. Ita enim suos deos effingere cœperunt, ueluti diceretur, hominum formam deo similem esse: autumantes de simili creari simile. Sed quamobrem nunc, uiri gentiles, horum men tionem feci? Vt cognoscatis, fieri non posse, ut religionem ueram ab illis addiscatis, qui ne in hijs quidem rebus quicquam synceri ex seipsis scribere potuerunt, in quibus à pro phanis sui generis hominibus collaudantur, quicq certa ueluti allegoria suis lucubratio nibus deprompserunt ea, quæ à Mose & reliquis Prophetis didicerunt. Tempus igitur, gentiles uiri, nunc expostulat, ut qui ab exoticis historijs didicistis, Mosen & reliquos Prophetas eorum omnium, qui apud uos sapientes existimari sunt, multo fuisse uetustiores: recedatis ab antiquo maiorum errore, & diuinis Prophetarū historijs occurratis: cog nituri ab eis uerum dei cultum, non artificiosi eloquij artibus, non persuasionum illece bris enunciatum: hoc enim illorum proprium, quos obfuscandæ ueritatis cupido perur get, sed pure atque simpliciter, nominibus quoq & uerbis, quęcunq se obtulerunt uten tur illi, & uobis ea proferēt, quæ sanctus in eos descendens spiritus afflauerit, in eos refun denda, quibus mens est religionem ueram percipere. Pudorem itaq omnē, uniuersumq errorem hominum, & imaginarium strepitum, & tumorem propellite, quibus eximias pu tatis inesse delitias, ea quæ uobis sunt profutura capessentes: Nulla enim aut uos ipsos, aut maiores uestros cōtumelia affeceritis, si nunc in contrariam illorum errori uiam uerti uolueritis, quos decens est nunc in inferno intempestiuam agentes præsentiam lamenta ri. Quod si fieri posset, ut quæ illic geruntť uobis exponerent, & quæ sibi uita functis con tigerunt, agnosceretis è quantis uos malis eripere curarent. Nunc autem postquam fieri ad præsens non potest, ut uos aut illinc ab illis, aut hic ab hijs erudiamini, qui iactant se hanc falsi nominis philosophiam colere: reliquum uobis est, ut eliminato progenitorum errore, sacrorum uirorū prophetias amplectamini. A quibus minime uobis postulandan da est elocutionis gloria: neque enim in uerbis, uerū in operibus res nostræ religionis uer santur: sed ea quærenda, quæ causæ nobis æternæ uitæ futura sunt. Qui enim frustra nomē philosophię perquisiuerunt, ut ignari refelluntť, sicut & ipsemet inuiti coguntur fateri, ob id quod non solum seditiones alternas exercuerunt, sed ipsorūmet opiniones aliter alias exposuerunt. Quod si philosophię terminū in ueritatis inuentione posuerunt, quomodo fieri, ut qui ueritatē ipsam assecuti non sunt, philosophiæ nomine digni censeantť? Quare si is, qui apud uos sapientium sapiētissimus Socrates, cui & oraculum uestrū, ut asseritis, adstipulatť dicens: cunctorū hominū Socrates sapientissimus: fatetur se nihil scire, quomo do hij qui inferiores sunt cœlestiū scientiam afferrent? Dicitur autē Socrates ob id sapien tiæ nomine honestatus, quod cæteri hominum cum ea scire se fingerent quæ ignorarent, ipse non erubuerit nihil se scire fateri. Ita enim ait: Videbar autem uel hac de causa sapien tissimus esse, quoniam quæ nescio eadem me puro nescire. Nemo autem existimet ironice Socratem ignorantiam simulasse: quoniam in disputationibus id sæpius agere consueue rit: ultima nanq dictio Apologiæ, quam edidit abiturus in carcerem, extra controuersiā declarat uere illum & exacte ignorantiā profiteri uoluisse. Ad hunc enim modum inquit

Plato à Prophetis multa hausit.

Philosophiæ professio

Socrates se nihil scire fatetur.

Ironia Socratis.

Sed iam hora est discedendi, mihi quidem morituro, uobis autem uicturis, utri aūt nostrū ad optabilius negocium proficiscant̄, ignotum est omnibus præterq̄ deo. Hanc nimirū extremā uocem in Areopago fundens Socrates, uestigia torsit ad carcerē, rerū apud nos occultarū cognitionē in solum referens deum. Posteriores uero, qui ne terrestria quidem nosse potuerunt, quæ in cœlo sunt ac si uidissent, scire ne profitebuntur? Aristoteles itaq; perspicacius Platone cœlestia contemplatus, non ut ille in ignea substantia deum constituit, sed in æthereo quinto elemēto eum esse decreuit: dignum esse arbitratus, ut sibi fides ob probatissimum elocutionis genus haberetur, nihilominus Euripi naturam, dum moraretur in Chalcide, cum percipere non potuisset, uiribus ob uerecundiam pudoremq; destitutus excessit ē uita. Nemo igitur sapiens primam sui ipsius salutem hanc eorum putet eloquentiam, sed iuxta ueterē illam historiā auribus ceram obdens, suaue illud & perturbans incōmodum, ueluti Syrenum cantus effugiat. Illi enim quos memorauimus, eloquentiam ueluti escam præ se ferentes, à uera pietate multos abducere curauerūt, eum imitati qui ausus est deorum pluralitatem primos homines edocere: quibus uos non hærere, sed sacrorum uirorum prophetijs accedere dignum censeo. Si qua uero uel desidia, uel maiorum superstitio hactenus uos prohibuit, ne prophetijs sanctorum uirorum audiretis, quibus facile disceretis unum & solum esse deum, quę prima est religionis uerę cognitio: saltem Orpheo credite, qui prius uos deorum pluralitatem edocuit, mox perfectam & oportunam palinodiā cecinit, illa constituens quæ paulo ante scripsimus. Credite & reliquis, qui de uno deo eadem chartis retulere: diuinæ siquidem prouidentiæ, cōsulentis nobis, opus extitit, ut inuiti homines uera testarentur, quæ de uno deo prophetæ locuti fuerant, ut ab omnibus scilicet multideitatis, ut ita loquar, dogma refutatū, occasionē uobis ueræ cognitionis præberet. Quibus ut ex parte rectum dei cultum condiscatis, facile præstabitur ex antiqua Sibylla, inspiratione quapiam per oracula uos edocēte, quæ nimirum Prophetarū doctrinæ proxima uidentur. Hanc autem ex Babylone profectā, & Berosi illius qui Chaldaicam scripsit historiā, filiam fuisse asseuerant: quæ dum in quandā partem Campaniæ concessisset, ibi in urbe, cui nomen Cumis, oracula cecinit, quæ sex passuū milibus distat à Baijs: quo in loco calidæ balneæ frequentant̄. Vidimus ipsi cū in urbe fuissemus, locum ubi maxima constructa erat basilica, ex uno lapide perpolita, opus quidē maximum, & omni dignū admiratione, illic eam oracula fudisse affirmant, qui hæc à maioribus suis ueluti patria susceperunt. Ostendebant aūt nobis in medio basilicæ uasa tria, ex eodem lapide fabrefacta, quibus aqua repletis lauaretur, & accepta stola in penitissimā eiusdē basilicæ partem eodem perpolito lapide ædificatā procederet: cuius in meditullio tribunal altum, thronumq; conscenderet, & inde redderet oracula. Huius autem Sibyllę ueluti fatidicæ cum multi alij, tum Plato meminit in Phædro: qui mihi uidet̄ cum in huius incidisset oracula, fatidicos diuinos existimasse: Quippe q̄ ea uiderit opere impleta, quæ ipsa lōge antea prædixisset. Quapropter in dialogo, qui Mēnon inscribit̄, admiratus oraculorū cantores, hisce uerbis eos laudauit. Ita em̄ scripsit: Recte itaq; eos, quos fatidicos nunc dicimus, diuinos uocauerimus: neq; em̄ hos frustra diuinos appellamus, & diuinare inspiratos, & deo possessos, cum & magna & multa uere prænuntiant, ignari eorum quæ proferunt: Clare manifesteq; ad Sibyllæ respexit oracula. Neq; enim illa ueluti poëtæ faciunt, castigandi & poliendi quę scripsisset potestatem habuit metricæ diligentiæ debitā sed afflationis tempore, quę ad predictionē spectabant, edebat, qua cessante eorum pariter memoria cessabat. Et hoc fuit in causa, ut Sibyllinorū uersuum mensura custodita nō fuerit: Ipsi enim dum Cumis essemus, id ipsum didicimus ab ijs, qui hæc enarrauerant, qui & ostenderunt ubi oracula cecinisset, & Lenticulam pariter ex ære fabrefactam, ubi reliquiæ illius adseruarentur. Inter alia uero plurima hoc retulerunt, quod à maioribus scilicet audiuerant, eos qui oracula excipiebant, plurimum ineruditos, à metri ratione multis in locis exorbitasse, hancq; assignant causam, cur multi illius uersus mensura debita carerant: tum uidelicet quod ipso afflatu destituta non recordaretur Sibylla, quæ prius effuderat, tum quod notarij ob inscitiam, ruditatemq; à metri ratione exciderent. Eapropter Platonem Sibyllæ oracula contemplatum, de fatidicis illud protulisse constat, cum & magna & multa prænuntiat eorum, quæ loquuntur nihil gnari eorum. Enimuero, uiri gentiles, quoniam non in poëticis mensuris res ueræ pietatis consistit, neque in ea quæ à uobis

Aristoteli Euripus mortis causa fuit.

Orpheus.

Sibylla Cumana Berosi filia.

Basilica Cumana ex uno lapide.

Fatidici.

Carmina Sibyllina.

uobis probatur eruditione, posthabentes & orationis & metri diligentiam, eis quæ protulit, sine cōtentione adhærentes, cognoscite quot nobis causa bonorū extiterit, cum manifeste & lucide saluatoris nostri Iesu Christi aduentum prædicauerit: Qui cum dei uerbū incircunscriptum esset potestate, assumpsit hominē secundū imaginem dei & similitudinē afformatum, & antiquorum patrum nobis religionem suggessit, quam cum hij, qui ab illis propagati sunt reliquissent, insidiosi dæmonis doctrina decepti, ad eorum qui dij nō sunt cultum declinauerūt. Si quis uero nos pauor perturbat, ut fidei de hominis afformatione non auscultetis, hijs assentiamini, quibus adhuc existimatis adhærendum esse. Cognoscite tandem quod apud uos est oraculum, dignum cuidam existimatū, quod pro hymno dei omnipotentis haberetur, cuius in medio ita positum est:

Quem primum finxit hominem, uocitauit Adamum.

Et hunc ipsum hymnum apud plerosq; scimus extare, qui nobis cogniti sunt, ad eorum redargutionem, qui ueritati, cui omnes testimonium perhibent, nolunt accedere. Itaq; gentiles uiri, ni mendacem falsorum deorum phantasiam saluti uestrę preponendam putatis, assentimini, ut dixi, uetustæ isti, antiquissimæq; Sibyllę, cuius uolumina toto terrarum orbe adseruari contingit, quæ superne afflata oraculis uos erudiet, quod qui dicuntur dij nō sunt. De saluatoris autē nostri Iesu Christi futuro aduentu, & de hijs omnibus, quæ is facturus est, manifeste prænuntiat, quorum notitia uobis necessaria quædam præexercitatio futura est sacrorū prophetias uirorū. Si quis uero putauerit ex antiquissimis illis, qui Philosophi nuncupantur, sese de deo quippiam didicisse, Acmonem & Hermetē audiat, illum quidem in suis lucubrationibus deum omnino absconditum appellantem: Hermetem uero plane ac manifeste pronuntiantē, deum intelligere arduum esse, eloqui uero illi etiam qui intellexerit omnino impossibile. Vndecunq; igit scire uos decet fieri non posse, ut ab hijs, quàm à solis Prophetis, qui nos diuina inspiratione erudiūt, uel deum uel diuinam religionem perdiscamus.

REVERENDO IN Christo patri, domino Ioanni, Abbati

in Heylsprun, domino & patrono suo, multum colendo, Vincentius Obsopœus, Salutem.



Edimus in lucem superiori anno, Reuerende in Christo Pater Ioannes &c. Patrone ornatissime, diui Marci heremitæ gnomas aliquot de lege Spirituali, quas cum per multis doctis & ingeniosis hominibus gratas fuisse animaduerterim, impulsus sum eiusdē farinæ etiam alias aliquot pblicare: quo pleniore subinde obsequio & beneficio omnes sanæ doctrinæ amantes demererer. Visum est ergo in præsentiarū hasce sancti Maximi quatuor de charitate Centurias in publicum ædere. Libellus est de ipso statim titulo acceptus & plausibilis, alteram Christianæ doctrinæ partem complectens, imo totam legem & Prophetas, ex duobus charitatis præceptis dependentes. Nemo enim ita gentilis est & impius, atq; ab omni Christiana doctrina auersus, ut mea coniectura fert, qui nesciat in fide & charitate omnē Christianorum doctrinā sitam & cōprehensam esse. Qua de re hoc loco plura uerba facere, pręsentis non est instituti, præsertim cum tot extent id ætatis à summis ingenijs de fide & charitate libelli eruditissimi. Cæterum charitatem esse duplicem, dei & proximi, uel pueris leuiter in Catechismo imbutis hoc tempore notum est. Has hoc libello uere Magnus ille Maximus (quē Gennadius inter uiros illustres cōmemorans, Tauriensis ecclesię episcopū fuisse scribit, cuius etiam apud D. Hieronymū inter scriptores ecclesiasticos fit mentio) omnibus punctis ac numeris descripsit, nulla non charitatis officia persequens, indicans etiā quæ affectus, quę uitia, quę cupiditates esse soleāt obstaculo, quo minus & deū ex toto corde, anima, uirtute, & proximū, ut nos ipsos diligam⁹. Quapropter multus est in domādis affectib. contēnendis tēporalibus, unde crebra nascit pręceptorū de charitate transgressio.

Multus

Multus eſt etiam in alijs quibuſpiam tradendis & ſcribendis, à charitate plane alienis & aproſdionyſis, nempe de Trinitate, de rerum diuinarum contemplationibus, ſed quæ cognita uiam ad charitatē ſternunt, hæc omnia prudens lector cum iudicio legendo iudicabit. Eſt ubi plus iuſto tribuat operibus, libero arbitrio, humanis uirtutibus, quæ tum demum uera & ſana cordato lectori credenda ſunt, cum à ſacris literis eadem non abhorrentia & diſcrepantia cōpererit. Nam ſanctorum Patrum ſcripta, etiam qualiumcunq; eatenus uera habēda ſunt, quatenus ad diuinæ ſcripturæ amuſſim exæquata ueritati diuinitus æditæ & inſpiratæ non reclamauerint. Omnipotentis dei uerbum omnium doctrinarum, Lydius lapis, quod aiunt, eſſe debet. Huius attritu & indice ſi quid non purū, purumq; aurum & argentū inuentum fuerit, adulterinum habeatur & inſyncerū, tantumq; illi tribuatur, quantum honoris humanum uerbum meretur. Hoc eſt, reputetur optimo dictum animo, modo teſtimoniorum fides, religio, & autoritas, quæ ſoli Chriſti uerbo debetur, in rebus ad conſcientiam pertinentibus, illi negetur. Ex his ergo omnibus qualicunq; ratione ſcriptis, quiſq; quod optimum eſt, quodq; ſibi ex uſu fore intelliget, excerpat, quibus aut ingenij cultum uberiorem faciat, aut ſuas contiones pleniores & ornatiores, imiteturq; apiculam è roſis & floribus multū & genere & colore, & odore, & uirtute diuerſiſſimis relicto ueneno mella ſublegentem. Multa pręclare docet, pleraq; ſcripturę loca pulcherrime explicat, de quibus omnibus lectoris eſto iudicium. Habet hic linguæ Græcæ ſtudioſus, quod cum fructu non mediocri poteſt legere, & hæc cauſa fuit, quæ mihi fere perpetua eſt, cur hunc libellum & Græcè & Latinè inuulgandum duxerim. Eſt qui Græca amat, eſt rurſus qui Latina deſyderat. Quod ergo extemporali meæ uerſioni deerit, hoc penſabit Græci ſermonis & exemplaris elegantia: meæ tenuitatis mihi ſum conſcius, neq; ēm Græcas literas Athenis aut Rhodi, aut in Creta, aut in Italia, ſed in media Germania hauſimus, idq; mutis magiſtris potiſſimū, nō ſine ſummo labore atq; uigilijs, maxima oppreſſi paupertate atq; inopia, ut ſemp res anguſta domi uirtuti meæ obſtitit. Dabit ergo candidus lector nobis benigne ueniam, ſi quibus in locis nos dormitantes ſenſerit, nam omnia iſta ſubito & ex tempore ac pene uerbū uerbo interpretati ſumus. Deerat ad accuratiorem cōmentationem & tempus & otium: quod omne ſibi & publica & priuata ſchola & res domeſticę odioſæ interpellatrices uendicant. Sed enim cum has de charitate Centurias publicare deliberatum & conſtitutum haberem, cogitaremq; quem meorum patronorum & amicorum hoc libello potiſſimū honeſtarē, tua paternitas primum mihi, quam dignam hoc mutuæ inter nos charitatis pignore iudicaui. Cui enim aptiori hoc munus offerri poſſit de charitate, quā ei qui omnes charitatis numeros implere ſoleat: quippe quē & charum omnes habeant, quiq; uiciſſim omnes ex animo charitate complectatur? Refriguit apud multos hoc extremo ſeculo charitas, plurimi ſunt apud quos ne ſcintilla quidē charitatis reſideat aut reluceat, cum tamen ſine fine de charitate garriant. Eius apud te ſolùm domicilium conſtitutum uideo, ſicut etiam aliarum uirtutū omnium manſionem certiſſimam. Nihil faſtus & tumoris tibi adiecit iſtius dignitatis ſublimitas, quæ alijs fere omnibus criſtas erigit, nec te cōiecit ad otium & ignauas delitias prælatura: neq; enim minori fide & diligentia etiamnum Chriſti ouiculas doctrina euangelica paſcis, quam cum in cœnobio priuatam perſonam agebas. Et hæc ueræ charitatis argumenta ſunt certiſſima. Mitto decentem in omnibus rebus modeſtiam, mitto literarum ſtudium, fauorē erga omnes ſtudioſos propenſiſſimum, eruditionem multam & uariam, ingenij ſolertiam ſingularèm, rerum multarum cognitionem & uſum mirificum, incredibilem prudentiā, inſignem comitatem, benignitatem, hoſpitalitatem, candorem, ſermonis ciuilitatem, & ſuauitatem, & leporem: pietate cum primis te excultum eſſe, & charitate mihi mirandū uenit, quibus qui ornatus eſt, non poteſt non etiam reliquarū uirtutum ornamento eſſe decoratus. Suſcipiat ergo tua Reuerenda paternitas, ſerena fronte quod offerimus, oblaturi adhuc multo plura id genus opuſcula, ſi hoc munuſculum æqui boniq; te facere intellexerimus. Venerabiles & ornatos uiros D. Ioannem Iubilate, patrem Priorem, & D. Sebaſtianū Vuagnerum, hominem μουσικώτατον ſaluere iubemus. Tua paternitas ualeat in Chriſto feliciter, & nos commendatos habeat. Ex Onoltzpachio, pridie Kalendas Iunij. Anno M. D. XXXI.

TOY

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ

ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΜΑΞΙΜΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΑ περὶ ἀγάπης.

πρόλογος πρὸς Ἐλπίδιον.

SANCTI PATRIS NOSTRI Maximi Centuriæ quatuor Capitulorum de Charitate, Interprete Vincentio Obsopœo.

Prologus ad Elpidium.

ΙΔΟΥ πρὸς τῷ περὶ ἀσκητικοῦ βίου λόγῳ, καὶ τὸν περὶ ἀγάπης λόγον πέπομφα τῇ σῇ τιμιότητι πάτερ ἐλπίδιε. ἐν ἰσαρίθμοις κεφαλαίοις τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ἑκατοντάσιν. οὐδὲν μὲν ἴσως ἄξιον τῆς σῆς προσδοκίας. τῆς δ' ἐγε ἡμετέρας δυνάμεως οὐκ ἔλαττον. πλὴν γινωσκέτω ἡ σὴ ἁγιωσύνη, ὅτι οὐδὲ ταῦτα εἰσὶ τῆς ἐμῆς γεώργια διανοίας. ἀλλὰ τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων διελθὼν λόγους. κἀκεῖθεν τὸν εἰς τὴν ὑπόθεσιν συντείνοντα νοῦν. καὶ ἐν ὀλίγοις πολλὰ κεφαλαιωδέστερον συναγαγὼν ἵνα εὐσύνοπτα γένωνται διὰ τὸ εὐμνημόνευτον, ἀπέσταλκα τῇ σῇ ὁσιότητι. παρακαλῶν, εὐγνωμόνως, ἀναγινώσκειν. καὶ μόνην θηρεύειν τὴν ἐν αὐτοῖς ὠφέλειαν. τὸ δὲ ἀκαλλὲς τῆς λέξεως, παραβλέπειν. καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ τῆς ἡμῶν μετριότητος, τῆς πάσης πνευματικῆς ὠφελείας ἐρήμου. παρακαλῶ δὲ καὶ τοῦτο, μὴ εἰς ὄχλησιν ἡγεῖσθαι τὰ γεγραμμένα. ἐπιταγὴν γὰρ πεπλήρωκα. λέγω δὲ τοῦτο, ἐπειδὴ οἱ λόγοις ἐνοχλοῦντες, πολλοί ἐσμεν σήμερον. οἱ δὲ ἔργοις παιδεύοντες ἢ καὶ παιδευόμενοι, πάνυ εἰσὶν ὀλίγοι. ἀλλὰ μᾶλλον ἐμπόνως προσέχειν ἑκάστῳ τῶν κεφαλαίων. οὐ πάντα γὰρ πᾶσιν ὡς οἶμαι εἰσὶν εὔληπτα. ἀλλὰ καὶ πολλῆς τὰ πολλὰ τοῖς πολλοῖς δεόμενα τῆς συνεξετάσεως. εἰ καὶ δοκεῖ ἁπλούστερον εἰρῆσθαι. ἴσως γὰρ ἄντι φανείη χρήσιμον τῇ ψυχῇ ἐξ αὐτῶν ἀνακαλυπτόμενον. ἀναφανήσεται δὲ πάντως θεοῦ χάριτι τῷ ἀπεριέργοις ἐννοίαις καὶ μετὰ φόβου θεοῦ καὶ ἀγάπης ἀναγινώσκοντι. τῷ δὲ μὴ ὠφελείας χάριν πνευματικῆς ἐντυγχάνοντι. ἢ τούτῳ τῷ πονήματι. ἢ καὶ ἄλλῳ οἱῳδήποτε ἀλλὰ τὰς λέξεις θηρεύειν πρὸς τὸ κακίζειν τὸν συγγραψάμενον. ἵνα σεαυτὸν ἐκείνου σοφώτερον δῆθεν ὡς οἰήσεως παραστήσῃ, οὐδὲν ὠφέλιμον οὐδαμόθεν οὐδέποτε ἀναφανήσεται.

ECCE ad eum sermonem quē de uitæ exercitio cōscripsi, & hunc de charitate cōpositum, tuæ Sanctitati misi pater Elpidi, æquali capitulorum numero, quatuor Euangelijs, totidem Centurijs respondentem, fortasse non admodum dignum tua expectatione, nostra tamē ingenij facultate non minorem. Verum tamen legat tua Sanctitas, quoniā neq; hęc nostrę commentationis fœtura est, sed perlustratis atq; excussis Sanctorum Patrum scriptis atq; sermonibus, & inde mente ad argumē tum intēta, paucis uerbis multa strictim & breuiter admodū collecta, ut & facilius legentium paterentur oculis, ac promptius memoriæ occurrerent, tuæ Sanctitati misi, orans atq; obsecrās, ut hæc qualiacūq; sint, benigne & gratanter legas ac solam, in illius utilitatem uenari digneris, cæterum uerborum ornatum & compositionis elegantiam contemnas, proq; nostra mediocritate preceris, quæ omnium spirituali utilitate uacua est. Quinetiā hoc à te contendo precibus, ne ista in lectorum defatigationē scripta putes: nos enim imperata fecimus. Hoc ideo dico, quod nostrū qui orationibus suis alios defatigant, hodie non parum multi sint: cæterum qui re ipsa docent aut docentur, perpauci admodum. Sed potius singulis capitibus legendis, attentum fac adhibeas animum. Neq; enim omīa ut opinor omnibus, intellectu & comprehensu sunt facilia, sed multā quæ multa sunt apud multos accurratam perscrutationem requirunt, tamensi simpliciter dicta uideantur. Fortasse enim utilitas quædam ex illis reuelata apparebit. Apparebit autē omnino Christo uolente, hæc incuriosa mente & cum timore dei ac charitate legentibus. Porrò autem qui in huius opusculi, aut alterius cuiuscunq; lectionem inciderit, nō hoc animo, ut ex ijs spiritualē aliquem fructum consequatur, sed ut dictiones uenetur ad probrose & malitiose flagellādum authorem, ut se ipse hoc longe prudentiorē ostendat, huic nihil utilitatis ex nulla re unquam apparebit.

ΠΡΩΤΗ ΕΚΑΤΟΝ-
ΤΑΣ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΑΓΑΠΗΣ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ,
τοῦ ἁγίου μαξίμου.

PRIMA CENTVRIA
Capitulorum de Charitate,
Maximi Confessoris.

Ἀγάπη μέν ἐστι, διάθεσις ψυχῆς ἀγαθή, καθ᾽ ἣν οὐδὲν τῶν ὄντων, τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως προτιμᾷ, ἀδύνατον δὲ εἰς ἕξιν ἐλθεῖν ταύτης τῆς ἀγάπης τὸν πρός τι τῶν ἐπιγείων ἔχοντα προσπάθειαν.

β Ἀγάπην μὲν τίκτει ἀπάθεια. ἀπάθειαν δέ, ἡ εἰς θεὸν ἐλπίς. τὴν δὲ ἐλπίδα, ὑπομονὴ καὶ μακροθυμία. ταύτης δέ, ἡ περιεκτικὴ ἐγκράτεια. ἐγκράτειαν δέ, ὁ τοῦ θεοῦ φόβος, τὸν δὲ φόβον, ἡ εἰς τὸν κύριον πίστις.

γ Ὁ πιστεύων τῷ κυρίῳ, φοβεῖται τὴν κόλασιν. ὁ δὲ φοβούμενος τὴν κόλασιν, ἐγκρατεύεται ἀπὸ τῶν παθῶν. ὁ δὲ ἐγκρατευόμενος ἀπὸ τῶν παθῶν, ὑπομένει τὰ θλιβερά. ὁ δὲ ὑπομένων τὰ θλιβερά, ἕξει εἰς θεὸν ἐλπίδα. ἡ δὲ εἰς θεὸν ἐλπίς, χωρίζει πάσης γηΐνης προσπαθείας τὸν νοῦν. ταύτης δὲ ὁ νοῦς χωρισθείς, ἕξει τὴν εἰς θεὸν ἀγάπην.

δ Ὁ ἀγαπῶν τὸν θεόν, πάντων τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγονότων προτιμᾷ τὴν γνῶσιν αὐτοῦ. καὶ ἀδιαλείπτως διὰ τοῦ πόθου, ταύτῃ προσκαρτερεῖ.

ε Εἰ πάντα τὰ ὄντα διὰ τοῦ θεοῦ καὶ διὰ τὸν θεὸν γέγονε. κρείττων δὲ ὁ θεὸς τῶν δι᾽ αὐτοῦ γεγονότων, ὁ καταλιμπάνων τὸν θεὸν καὶ τοῖς χείροσιν ἀσχολούμενος, δείκνυσιν ἑαυτὸν προτιμῶν τοῦ θεοῦ, τὰ δι᾽ αὐτοῦ γεγονότα.

ϛ Ὁ τῇ εἰς θεὸν ἀγάπῃ τὸν νοῦν ἔχων προσηλωμένον, πάντων τῶν ὁρωμένων καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος, ὡς ἀλλοτρίου καταφρονεῖ.

ζ Εἰ κρείττων τοῦ σώματος ἡ ψυχή. καὶ κρείττων τοῦ κόσμου ἀσυγκρίτως ὁ κτίσας αὐτὸν θεός, ὁ προτιμῶν τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα καὶ τοῦ θεοῦ, τὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ κτισθέντα κόσμον, οὐδὲν τῶν εἰδωλολατρούντων διενήνοχεν.

η Ὁ τὸν νοῦν τῆς εἰς θεὸν ἀγάπης καὶ προσεδρείας ἀποχωρίσας, καί τινι τῶν αἰσθητῶν προσδεδεμένον ἔχων. οὗτός ἐστιν ὁ προτιμῶν τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα. καὶ τοῦ κτίσαντος θεοῦ, τὰ ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγονότα.

Charitas boni animi adfectus & propositū est, cuius impulsu nihil in rebus humanis dei cognitioni anteponit. Impossibile autem est, ut aliquis charitatis habitum consequatur, qui rerum humanarum adfectibus adhuc detinetur.

2 Charitatem parit adfectuum carētia, adfectum carentiam spes quæ in deum est. Cæterum spem perseuerātia & longanimitas. Hanc autem adquisita temperātia, porro temperantiam timor dei, timorem uero fides quæ in Christum est.

3 Qui credit in Christum, pœnam pertimescit & supplicium. Qui autē metuit supplicium, ab adfectibus temperat. Cæterum qui ab adfectibus tēperat, patienter suffert adflictiones. Porrò autem adflictiones suffer ēs, spem in deum habebit. Spes uero in deum fixa, mētem ab omnibus terrenis adfectionibus segregat. At mens ab his segregats, charitatem erga deum obtinebit.

4 Qui deum diligit, omnibus ab eo factis & creatis, eiusdem cognitionem anteponit, cui etiam indesinenter, propter desyderium adhæret.

5 Quod si omnia quæcunq; existunt per deum, & propter deum facta sunt. Deus autem rebus per ipsum factis & conditis longe existit præstantior. Qui relinquit deum, ac uilioribus & deterioribus uacauerit, satis declarat seipsum deo anteponere ea quę per ipsum facta sunt.

6 Qui charitati erga deum cor affixum habuerit, omnia uisibilia atq; adeo ipsum corpus tanquam alienum contemnit.

7 Quod si anima corpore est melior, citraq; controuersiam, deus qui mundum fabricatus est, eo multo est præstantior, fit ut ille, qui animæ corpus, & deo mundum ab ipso creatum anteposuerit, nihil ab idololatris discrepet.

8 Qui mentem à charitate erga deum habenda, eiusq; præeminentia segragauerit, & alicui rerum uisibilium alligatam habuerit, ille est qui animæ corpus, & deo conditori res ab ipso conditas anteponit.

θ Εἰ ἡ ζωὴ τοῦ νοῦ ὁ φωτισμός ἐστι τῆς γνώσεως, τοῦτον δὲ ἡ εἰς θεὸν ἀγάπη τίκτει, καλῶς οὐδὲν τῆς θείας ἀγάπης εἴρηται μεῖζον.

ι Ὅταν διὰ τὸν ἔρωτα τῆς ἀγάπης πρὸς θεὸν ὁ νοῦς ἐκδημῇ, τότε οὔτε ἑαυτοῦ οὔτε τινὸς τῶν ὄντων παντάπασιν ἐπαισθάνεται. ὑπὸ γὰρ τοῦ θείου καὶ ἀπείρου φωτὸς καταλαμπόμενος ἀναισθητεῖ πρὸς πάντα τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα. καθάπερ καὶ ὁ αἰσθητὸς ὀφθαλμὸς πρὸς τοὺς ἀστέρας, τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος.

ια Πᾶσαι μὲν αἱ ἀρεταί, συνεργοῦσι τῷ νῷ πρὸς τὸν θεῖον ἔρωτα. πλέον δὲ πάντων ἡ καθαρὰ προσευχή. διὰ ταύτης γὰρ πρὸς τὸν θεὸν πτερούμενος, ἔξω γίνεται πάντων τῶν ὄντων.

ιβ Ὅταν διὰ τῆς ἀγάπης ὑπὸ τῆς θείας γνώσεως ὁ νοῦς ἁρπαγῇ, καὶ ἔξω γενόμενος τῶν ὄντων τῆς θείας ἐπαισθάνηται ἀπειρίας, τότε κατὰ τὸ θεῖον ἠσαΐαν ὑπὸ ἐκπλήξεως εἰς συναίσθησιν ἐλθὼν τῆς ἑαυτοῦ ταπεινώσεως, μετὰ διαθέσεως λέγει τὰ τοῦ προφήτου ῥήματα. ὢ τάλας ἐγὼ ὅτι κατανένυγμαι. ὅτι ἄνθρωπος ὢν καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος, ἐγὼ κατοικῶ. καὶ τὸν βασιλέα κύριον σαβαὼθ, εἶδον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου.

ιγ Ὁ ἀγαπῶν τὸν θεὸν, οὐ δύναται μὴ καὶ πάντα ἄνθρωπον ὡς ἑαυτὸν ἀγαπῆσαι, εἰ καὶ πρὸς τὰ πάθη δυσχεραίνει τῶν μήπω κεκαθαρμένων. διὸ καὶ τὴν ἐπιστροφὴν αὐτῶν βλέπων καὶ τὴν διόρθωσιν, ἀμετρήτῳ καὶ ἀνεκλαλήτῳ χαίρει χαρᾷ.

ιδ Ἀκάθαρτός ἐστι ψυχὴ, λογισμῶν ἐπιθυμίας καὶ μίσους πεπληρωμένη.

ιε Ὁ ἴχνος μίσους βλέπων ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ, διὰ οἷον δήποτε πταῖσμα πρὸς τὸν οἷον δήποτε ἄνθρωπον, ἀλλότριος τυγχάνει πάμπαν τῆς εἰς θεὸν ἀγάπης. διότι ἡ εἰς θεὸν ἀγάπη, τὸ εἰς τὸν ἄνθρωπον μίσους παντελῶς οὐκ ἀνέχεται.

ιϛ Ὁ ἀγαπῶν με φησὶν ὁ κύριος, τὰς ἐντολάς μου τηρήσει. αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. ὁ οὖν μὴ ἀγαπῶν τὸν πλησίον, τὴν ἐντολὴν οὐ τηρεῖ. ὁ δὲ τὴν ἐντολὴν μὴ τηρῶν, οὐδὲ τὸν κύριον ἀγαπῆσαι δύναται.

ιζ Μακάριος ἄνθρωπος ὁ πάντα ἄνθρωπον ἐξ ἴσου ἀγαπῆσαι δύναται.

ιη Μακάριος ἄνθρωπος ὁ μηδενὶ πράγματι φθαρτῷ ἢ προσκαίρῳ προσκείμενος.

ιθ Μακάριος ὁ νοῦς, ὁ πάντα τὰ ὄντα περάσας, καὶ τῆς θείας ὡραιότητος ἀδιαλείπτως κατατρυφῶν.

9 Si uita mentis illuminatio est cognitionis, hanc autem erga deum charitas parere soleat, diuina charitate nihil esse maius, praeclare dictum est.

10 Quando prae amore & desyderio charitatis, mens ad deum peregrinatur, tūc neque seipsum, nec aliam rem ullam earū quae sunt, omnino sentit. Siquidem dum diuino & immēso lumine illustratur, citra sensum agit, omnium earum rerum quae à deo creatae sunt. Quemadmodum illustratus oculus erga sydera Sole exoriente.

11 Omnes quidem uirtutes animo cooperantur, ad amorem diuinum, omniū autem maxime pura precatio. Huius enim adminiculo ad deum, quasi alis subleuatur, atque ita extra omnes res humanas constituitur.

12 Quando propter charitatem à diuina cognitione mēs rapta fuerit, atque extra res humanas constituta, diuinam & incomprehensibilem magnitudinem persenserit, tūc secundum diuinum Esaiam prae stupore in suae ipsius humilitatis cognitionem delata cum adfectu, prophetae uerba effatur, O miser ego, quod natus sum, quòd homo existens, & immunda labia habens, in medio populi immunda labia habentis, ego habitem, & regē dominū Sabaoth oculis meis uiderim.

13 Qui deum diligit, non potest non etiam omnem hominem ut se ipsum diligere: & si adfectus moleste ferat, à quibus nōdum prorsus est perpurgatus. Quare eorūdem cohertionem & emendationē uidens, immenso & inexplicabili gaudet gaudio.

14 Immunda est anima, quaecunque cogitationum concupiscentijs & odio impleta est.

15 Odij aut simulatis uestigium cernens in corde suo, propter quodcunque peccatum aduersus quemcunque hominem, omnibus modis alienus esse uidetur à charitate dei, propterea quòd nullo modo charitas, qua deus complectendus est, cum odio aut simultate aduersus hominem suscepta cohaerere possit.

16 Qui diligit me, inquit dominus, praecepta mea seruabit. Hoc autem praeceptum meum est, ut diligatis uos mutuo. Itaque qui non amat proximum suum, praeceptum Domini non seruat. Caeterum praeceptum non seruans, neque Dominum potest diligere.

17 Beatus est homo ille, qui omnem hominem ex aequo potest diligere.

18 Beatus est homo ille, qui nulli rei, aut negotio temporario & transitorio semet implicat.

19 Beatus est ille animus, qui omnibus rebus quae sunt post habitis, in sola diuina uenustate & elegantia indesinenter delitiatur.

κ Ὁ πρόνοιαν τῆς σαρκὸς εἰς ἐπιθυμίας ποιούμενος, καὶ μνησικακίαν διὰ πρόσκαιρα πρὸς τὸν πλησίον ἔχων ὁ τοιοῦτος λατρεύει τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα.

κα Ὁ ἀνήδονον καὶ ἄνοσον τὸ σῶμα διατηρῶν, σύνδουλον αὐτὸ ἔχει πρὸς τὴν τῶν κρειττόνων ὑπηρεσίαν.

κβ Ὁ φεύγων πάσας τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, πάσης ὕλης κοσμικῆς ἑαυτὸν ἀνώτερον καθίστησιν.

κγ Ὁ τὸν θεὸν ἀγαπῶν, καὶ τὸν πλησίον πάντως ἀγαπᾷ. ὁ δὲ τοιοῦτος χρήματα τηρεῖν οὐ δύναται. ἀλλ᾽ οἰκονομεῖ θεοπρεπῶς. ἑκάστῳ τῶν δεομένων παρέχων.

κδ Ὁ κατὰ μίμησιν θεοῦ τὴν ἐλεημοσύνην ποιούμενος, οὐκ οἶδε διαφορὰν πονηροῦ καὶ ἀγαθοῦ. δικαίου καὶ ἀδίκου ἐν τοῖς τοῦ σώματος ἀναγκαίοις ἀλλὰ πᾶσιν ἐξ ἴσου κατὰ τὴν χρείαν διανέμει. εἰ καὶ προτιμᾷ διὰ τὴν ἀγαθὴν προαίρεσιν τοῦ φαύλου τὸν ἐνάρετον.

κε Ὥσπερ ὁ θεὸς φύσει ὢν ἀγαθὸς καὶ ἀπαθής. πάντας μὲν ἐξ ἴσου ἀγαπᾷ ὡς ἔργα αὐτοῦ. ἀλλὰ τὸν μὲν ἐνάρετον, δοξάζει ὡς καὶ τὴν γνῶσιν οἰκειούμενον. τὸν δὲ φαῦλον. δι᾽ ἀγαθότητα ἐλεεῖ. καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ παιδεύων ἐπιστρέφει. οὕτω καὶ ὁ τῇ γνώμῃ ἀγαθὸς καὶ ἀπαθής, πάντας ἀνθρώπους ἐξ ἴσου ἀγαπᾷ, τὸν μὲν ἐνάρετον, διά τε τὴν φύσιν καὶ τὴν ἀγαθὴν προαίρεσιν. τὸν δὲ φαῦλον, διά τε τὴν φύσιν, καὶ τὴν συμπάθειαν ἐλεῶν ὡς ἄφρονα καὶ ἐν σκότει διαπορευόμενον.

κς Οὐ μόνον διὰ μεταδόσεως χρημάτων ἡ διάθεσις τῆς ἀγάπης γνωρίζεται, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον διὰ μεταδόσεως λόγου θεοῦ. καὶ σωματικῆς διακονίας.

κζ Ὁ τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων γνησίως ἀποταξάμενος. καὶ τῷ πλησίον διὰ τῆς ἀγάπης ἀνυποκρίτως δουλεύων, πάντως πάθους ταχέως ἐλευθεροῦται. καὶ τῆς θείας ἀγάπης καὶ γνώσεως μέτοχος καθίσταται.

κη Ὁ τὴν θείαν ἀγάπην ἐν ἑαυτῷ κτησάμενος, οὐ κοπιᾷ κατακολουθῶν ὀπίσω κυρίου τοῦ θεοῦ αὐτοῦ, κατὰ τὸν θεῖον Ἱερεμίαν ἀλλὰ πάντα πόνον ὀνειδισμόν τε καὶ ὕβριν φέρει γενναίως. μηδενὶ τὸ σύνολον κακὸν λογιζόμενος.

κθ Ὅταν ὑβρισθῇς παρά τινος. ἢ ἔν τινι ἐξουδενωθῇς, τότε πρόσεχε ἀπὸ τῶν λογισμῶν τῆς ὀργῆς. μήποτε τῆς ἀγάπης διὰ τῆς λύπης χωρίσαντες, ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ μίσους καταστήσωσιν.

20 Qui carnis prouidentiam uertit in concupiscentiam,& propter res temporaneas iniuriarum memor infensus est proximo,hic præ creatore creaturam colit.

21 Qui nullis uoluptatibus aut morbis obnoxium corpus seruauerit,conseruum il lud habet ad rem longe præstantiorum ser uitium.

22 Qui fugit omnes mundanas concu piscentias, omni mundana materia se ipse superiorem esse ostendit.

23 Qui deũ diligit,omnibus modis pro ximum quoq; diligit. Atqui eiusmodi cumu landarum pecuniarum rationẽ habere non potest,sed plane deo dignum dispensatorẽ agit,unicuiq; egentiũ benigne suppeditãs.

24 Qui deum emulando eleemosynã facit,non nouit discrimen mali & boni, iusti & iniusti,in his quæ necessaria sunt corpori,sed omnibus ex æquo prout exigit necessitas,largitur:tametsi anteponere soleat,tametsi improbo uirtute præditum, propter bonum propositum anteponere soleat.

25 Quemadmodum deus natura bonus existens,& omnibus carẽs adfectibus,omnes enim pariter & ex æquo diligit, ueluti suas creaturas, attamen uirtute præditum glorificat, ut eum qui sui cognitionẽ recte obseruat. Improbi uero propter suam bonitatem miseretur,eundemq; in hoc seculo castigans atq; instituens conuertit. Non secus facit qui animo bono & adfectibus uacuo præditus fuerit,omnes enim homines ex æquo amat,uirtute præditũ, propter naturam & bonum propositum,improbũ uero tum propter naturam & adfectum misericordiæ,ut amentem & uæcordem,& in tenebris ambulantem.

26 Non solum pecuniarum distributione & largitione charitatis adfectus cognoscitur,sed multo impensius & certius diuini Verbi distributione,ac corporalibus obsequijs.

27 Qui mundanis rebus atq; negotijs uere atq; ex animo renunciat, ac proximo charitatis obsequijs nulla hypocritica simulatione inseruit,ab omnibus adfectibus quàm primum liberatur,diuinæq; charitatis & cognitionis particeps efficitur.

28 Qui dei charitatem in se ipso possidet nulla mentis perturbatione laborat,sequens dominum deum suum,iuxta Esaiam prophetam,uerum omnem laborem , opprobrium, contumeliam,& iniuriam magno animo generose tolerat,nemini mortalium in uniuersum malum cogitans.

29 Quando ab aliquo contumelia iniuriose adfectus,aut aliqua in re contemptus fueris,tunc caue ab iracundiæ cogitationibus,ne per illas propter animi perturbationem atque tristitiam à charitate exclusus,in locum odij constituaris.

λ ὅταν

λ Ὅταν ἐφ' ὕβρει ἢ ἀτιμίᾳ πονήσῃς, γίνωσκε σεαυτὸν μεγάλως ὠφεληθέντα τῆς κενοδοξίας διὰ τὴν ἀτιμίαν ἀπό σου ἐκβληθείσης.

λα Ὥσπερ μνήμη πυρὸς οὐ θερμαίνει τὸ σῶμα, οὕτω πίστις ἄνευ ἀγάπης, οὐκ ἐνεργεῖ εἰς τὴν ψυχὴν τὸν τῆς γνώσεως φωτισμόν.

λβ Ὥσπερ τὸ φῶς τοῦ ἡλίου τὸν ὑγιῆ ὀφθαλμὸν εἰς ἑαυτὸ ἐφέλκεται, οὕτω καὶ ἡ γνῶσις τοῦ θεοῦ τὸν καθαρὸν νοῦν φυσικῶς διὰ τῆς ἀγάπης πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπᾶται.

λγ Νοῦς ἐστι καθαρός, ὁ ἀγνοίας χωρισθείς, καὶ ὑπὸ τοῦ θείου φωτὸς καταλαμπόμενος.

λδ Ψυχή ἐστι καθαρά, ἡ παθῶν ἐλευθερωθεῖσα, καὶ ὑπὸ τῆς θείας ἀγάπης, ἀδιαλείπτως εὐφραινομένη.

λε Πάθος ἐστὶ ψεκτόν, κίνησις ψυχῆς παρὰ φύσιν.

λς Ἀπάθεια ἐστὶν εἰρηνικὴ κατάστασις ψυχῆς καθ' ἣν δυσκίνητος γίνεται ψυχὴ πρὸς κακίαν.

λζ Ὁ τοὺς καρποὺς τῆς ἀγάπης διὰ σπουδῆς κτησάμενος, οὐ μετατίθεται ταύτης, κἂν μυρία πάσχῃ κακά. καὶ πειθέτω σε Στέφανος ὁ τοῦ Χριστοῦ μαθητής, καὶ οἱ κατ' αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν φονόντων εὐχόμενος, καὶ συγγνώμην παρ' αὐτοῦ ὡς ἀγνοοῦσιν αἰτούμενος.

λη Εἰ τῆς ἀγάπης ἐστὶ τὸ μακροθυμεῖν καὶ χρηστεύεσθαι, ὁ θυμομαχῶν καὶ πονηρευόμενος, ἀλλότριος δηλονότι τῆς ἀγάπης καθίσταται. ὁ δὲ τῆς ἀγάπης ἀλλότριος τοῦ θεοῦ ἐστὶν ἀλλότριος, εἴπερ ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστί.

λθ Μὴ εἴπητε φησὶν ὁ θεῖος Ἱερεμίας, ὅτι ναὸς κυρίου ἐστί. καὶ σὺ μὴ εἴπῃς ὅτι ἡ ψιλὴ πίστις ἡ εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, δύναταί με σῶσαι. ἀμήχανον γὰρ τοῦτο, ἐὰν μὴ καὶ τὴν ἀγάπην εἰς αὐτὸν διὰ τῶν ἔργων κτήσῃ, τὸ γὰρ ψιλῶς πιστεύειν, καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίσσουσι.

μ Ἔργον ἀγάπης ἐστὶν ἡ εἰς τὸν πλησίον ἐκ διαθέσεως εὐεργεσία, καὶ μακροθυμία καὶ ὑπομονή, καὶ τὸ μετὰ ὀρθοῦ λόγου χρῆσθαι τοῖς πράγμασι.

μα Ὁ ἀγαπῶν τὸν θεὸν οὐ λυπεῖ, οὐδὲ λυπεῖται πρός τινα, διὰ πρόσκαιρα. μίαν δὲ λύπην καὶ λυπεῖ καὶ λυπεῖται σωτήριον, ἣν ὁ μακάριος Παῦλος καὶ ἐλυπήθη καὶ ἐλύπησε τοὺς Κορινθίους.

μβ Ὁ ἀγαπῶν τὸν θεόν, ἀγγελικὸν βίον ἐπὶ γῆς ζῇ, νηστεύων καὶ ἀγρυπνῶν, ψάλλων καὶ προσευχόμενος, καὶ περὶ πάντας ἀνθρώπου, ἀεὶ καλὰ λογιζόμενος.

μγ Εἰ οὗτινός τις ἐπιθυμεῖ, τούτου καὶ τυχεῖν ἀγωνίζεται. πάντων δὲ τῶν ἀγαθῶν καὶ ἐπιθυμητῶν

30 Quoties aut ob acceptam iniuriam aut ignominiã, perturbato eris animo, tunc scias teipsum magno affectum esse commodo, inani ambitione & gloria per contemptum & ignominiam à te reiecta.

31 Quemadmodum ignis recordatio corpus non calefacit, sic fides sine charitate non operatur in anima cognitionis illuminationem.

32 Quemadmodum Solis lumẽ sanum oculum ad seipsum pertrahit, sic dei cognitio sanam mentem per charitatem naturaliter ad seipsam pertrahit.

33 Mens pura est, quę ab ignorãtia segregata, & à diuino lumine illustrata fuerit.

34 Anima pura est, quæ adfectibus liberata, dei charitate indesinenter exhilarat̃.

35 Adfectus est uituperabilis, motus animi præter naturam.

36 Adfectuum carentia pacatus est status animæ, secundum quem difficulter mouetur anima erga malitiam.

37 Qui charitatis fructus summo studio consecutus fuerit, nunquam illam deserturus est, & si infinita mala illi sufferenda sint. Ad hoc persuadeat te Stephanus Christi discipulus, quiq; eius exemplo sicut et ipse pro suis occisoribus precatus est, ac ueniam ab illo tanq̃ ignorantibus postulauit.

38 Si charitatis est esse lõganimum & benignum, consentaneum est iracunde sæuientem, aut impotenter indignantem, & malitiose agentem, alienum uidelicet à charitate fieri. Ceterum, qui à charitate alienus factus est, à deo alienatus est. Siquidẽ deus est ipsa charitas.

39 Ne dixeritis, inquit diuinus Hieremias, templum Domini estis, & tu ne dixeris, quòd nuda fides in dominum nostrũ Iesum Christum te seruare possit, nisi charitatem quoq; in illum per opera possederis. Siquidem nude credere nouerunt etiam dæmones, & contremiscunt.

40 Charitatis opus est, operosa & benigna in proximum, ex intimo adfectu animi beneficentia, & longanimitas & perseuerantia. Præterea recta cum ratione rerum usus.

41 Qui deum diligit, nulla tristitia quenquam afficit, neq; à quoquam afficitur, propter res temporaneas. Vna autem sed salurari tristitia afficit & afficitur, qua beatus Paulus cõtristatus est, & contristauit Corinthios.

42 Qui deum diligit, angelicam uitam in terra transigit, ieiunans & uigilans, psallens & orans, ac de omni homine bona quæq; semper reputans.

43 Si quod aliquis uehementer concupiscit, illud quoque omni conatu studet consequi, omnibus autem bonis & rebus desyderalibus longo interuallo diuinum

ἀγαπητότερον τὸ θεῖον, καὶ ἐπιθυμητότερον ἀσυγκρίτως. πᾶσαν ἄρα σπουδὴν ὀφείλομεν ἐνδείξασθαι, ἵνα τοῦ φύσει ἀγαθοῦ καὶ ἐπιθυμητοῦ τύχωμεν.

μδ Μὴ μολύνῃς τὴν σάρκα σου ἐν αἰσχραῖς πράξεσι. καὶ μὴ μιάνῃς τὴν ψυχὴν πονηροῖς λογισμοῖς καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ, ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ τὴν ἀγάπην φέρουσα.

με Αἴκιζε τὴν σάρκα σου ἀσιτίᾳ καὶ ἀγρυπνίᾳ. καὶ σχόλασον ἀόκνως ψαλμῳδίᾳ καὶ προσευχῇ καὶ ὁ ἁγιασμὸς τῆς σωφροσύνης ἐπὶ σὲ ἐπελεύσεται τὴν ἀγάπην φέρων.

μϛ Ὁ τῆς θείας καταξιωθεὶς γνώσεως, καὶ τὸν ταύτης φωτισμὸν διὰ τῆς ἀγάπης κτησάμενος, οὐ ῥιπισθήσεται ποτὲ ὑπὸ τοῦ τῆς κενοδοξίας πνεύματος.

μζ Ὁ δὲ ταύτης μήπω καταξιωθεὶς εὐχερῶς ὑπ' αὐτοῦ φέρεται. ἐὰν οὖν ὁ τοιοῦτος ἐν πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πραττομένοις πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέψῃ, ὡς δι' αὐτὸν πάντα ποιῶν, ῥᾳδίως σὺν θεῷ ἐκφεύξεται αὐτήν. Ὁ μήπω τυχὼν τῆς θείας γνώσεως τῆς διὰ ἀγάπης ἐνεργουμένης μέγα φρονεῖ, ἐπὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ κατὰ θεὸν πραττομένοις. ὁ δὲ ταύτης τυχεῖν καταξιωθεὶς, μετὰ διαθέσεως λέγει τὰ τοῦ πατριάρχου ἀβραὰμ ῥήματα. ἅπερ ἡνίκα τῆς θείας καταξιώθη ἐπιφανείας, καὶ εἶπεν. ἐγώ εἰμι γῆ καὶ σποδός.

μη Ὁ φοβούμενος τὸν κύριον, συνόμιλον ἀεὶ ἔχει, τὴν ταπεινοφροσύνην. καὶ διὰ τῶν ταύτης ἐνθυμημάτων, εἰς τὴν θείαν ἀγάπην καὶ εὐχαριστίαν ἔρχεται. μνημονεύει γὰρ τῆς κατὰ τὸν κόσμον προτέρας διαγωγῆς. καὶ τῶν ποικίλων παραπτωμάτων. καὶ τῶν ἐκ νεότητος, συμβάντων αὐτῷ πειρασμῶν. καὶ πῶς πάντων ἐκείνων ἐρρύσατο αὐτὸν ὁ κύριος. καὶ μετέστησεν ἀπὸ τῆς ἐμπαθοῦς ζωῆς, εἰς τὸν κατὰ θεὸν βίον. καὶ σὺν τῷ φόβῳ, προσλαμβάνεται καὶ τὴν ἀγάπην, εὐχαριστῶν ἀεὶ μετὰ ταπεινοφροσύνης πολλῆς τῷ εὐεργέτῃ καὶ κυβερνήτῃ τῆς ζωῆς ἡμῶν.

μθ Μὴ ῥυπώσῃς τὸν νοῦν σου, λογισμῶν ἀνεχόμενος ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ. ἵνα μὴ τῆς καθαρᾶς προσευχῆς ἐκπεσὼν, τῷ τῆς ἀκηδίας πνεύματι περιπέσῃς.

ν Τηνικαῦτα ὁ νοῦς τῆς πρὸς θεὸν παρρησίας ἐκπίπτει, ὁπηνίκα πονηροῖς ἢ ῥυπαροῖς λογισμοῖς συνόμιλος γίνεται.

να Ὁ μὲν ἄφρων ὑπὸ τῶν παθῶν ἀγόμενος, ὅτε μὲν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ κινούμενος ἐκταράσσεται, φεύγειν ἀλογίστως τοὺς ἀδελφοὺς ἐπείγεται. ὅτε δὲ πάλιν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἐκθερμαίνεται, μεταμελόμενος αὖθις, προστρέχων ἀπαντᾷ. ὁ δὲ φρόνιμος. ἐπ' ἀμφοτέρων τοὐναντίον ποιεῖ, ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ

numen desyderabilius est atq; præstantius, quantum studium nobis impendendũ est, ut id quod natura bonum est & desyderabile consequamur.

44 Ne contamines carnem tuam turpibus operibus neq; animam tuam coinquines prauis cogitationib. & pax dei ueniet super te, charitatem adducens.

54 Ne existimes absolutam affectionum carentiam te habere, re non præsenti. Qua apparente, si immobilis ad ipsam eius quę rei recordationem, postquam animum subierit, permanseris, tum scias teipsum eius fines ingressum esse. Verum tamen, ne hic quidem contemnas, quoniam uirtus certa mora perdurans affectiones interimit, at cuius nulla habetur ratio, ea eosdem iterũ excitat.

55 Qui Christum diligit, eundẽ quoque pro uirili imitari studet: nempe Christus hominibus benefacere non cessauit. Idemq́ multipliciter offensus ingratitudine & blasphemijs longanimitatem obtinuit. Cunque uerberaretur pro illis & occideretur, patienter omnia sustinuit, nemini prorsus male cogitãs. Hęc autem tria, charitatis erga proximum colendæ sunt opera, sine quibus qui dixerit se amare Christum ac regnum cœlorum consequuturum, seipsum decipit. Neq; enim qui dicit mihi, inquit, domine domine, ille intrabit in regnũ cœlorum, sed qui facit uoluntatem patris mei. Et iterũ: Qui diligit me præcepta mea seruabit. Et reliqua.

56 Vniuersus scopus præceptorum seruatoris nostri est, ut ab intemperantia & odio mentem liberet, & in ipsius charitatem & proximi nos inducat. Ex quibus nascitur lumen sanctæ cognitionis, quæ ociosa non est.

57 Particulari aliqua cognitione à deo dignatus, caue charitatem & temperantiam neglectui habeas. Illæ enim concupiscibilem partem expurgantes, uiam ad cognitionem subinde tibi planiorem faciunt.

58 Via ad cognitionem perducens est affectuum carentia & humilitas, citra quas nemo deum uidebit.

59 Quoniam ita comparatum est, ut cognitio inflatos reddat, charitas autem ædificet, coniunge cognitioni charitatem, & ca rebis omĩ superba inflatione, erisq́ spiritualis œconomus, cum temetipsum, tum omnes tibi appropinquantes ædificans.

60 Ex hoc fieri solet ut charitas ædificet, cum neq; inuidiæ morbo corripitur, neq; erga inuidentes exacerbatur animo, neq; quod inuidiæ obnoxium est per ostentationẽ publicat, neq; reputat seipsum consequutum esse. Et earum rerum quas nouit, imperitiam ingenue confiteatur. Sic fiet ut omnem fastum & insolentiam à mente abigat, ac semper in uberiori cognitione proficiat.

61 Cognitionem quodam ductu naturæ opinio consequitur, & inuidia in procœmijs maxime. Opinio quidem interne solum, inuidia uero & interne & externe. Interne aduersus cognitionem habentes, externe ab habentibus. Charitas ergo tria subuertit,

τὴν μὲν οἴησιν, ἐπειδὴ οὐ φυσιοῦται. τὸν δὲ ἔνδοθεν φθόνον, ἐπειδὴ οὐ ζηλοῖ. τὸν δὲ ἔξωθεν, ἐπειδὴ μακροθυμεῖ καὶ χρηστεύεται. ἀνάγκη οὖν τὸν ἔχοντα γνῶσιν προσλαβέσθαι καὶ τὴν ἀγάπην, ἵνα ἄτρωτον τὸν νοῦν ἐν παντὶ διαφυλάττῃ.

ξβ Ὁ τοῦ χαρίσματος τῆς γνώσεως καταξιωθείς, καὶ λύπην ἢ μνησικακίαν πρὸς ἄνθρωπον ἔχων ἢ μῖσος, ὅμοιός ἐστι τῷ ἀκάνθαις καὶ τριβόλοις τὸν νοῦν κατακεντοῦντι. διὸ ἀναγκαίως δεῖται ἡ γνῶσις τῆς ἀγάπης.

ξγ Μὴ ὅλην τὴν σχολήν σου περὶ τὴν σάρκα ἔχε. ἀλλὰ ὅρισον αὐτῇ τὴν κατὰ δύναμιν ἄσκησιν. καὶ ὅλον τὸν νοῦν σου, περὶ τὰ ἔνδον στρέψον. ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία, πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος. ἡ δὲ εὐσέβεια, πρὸς πάντα ἐστὶν ὠφέλιμος. καὶ τὰ ἑξῆς.

ξδ Ὁ ἀδιαλείπτως περὶ τὰ ἔνδον τὰς διατριβὰς ποιούμενος, σωφρονεῖ, μακροθυμεῖ, χρηστεύεται, ταπεινοφρονεῖ. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ θεωρεῖ. καὶ θεολογεῖ. καὶ προσεύχεται. καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει ὁ ἀπόστολος. πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ τὰ ἑξῆς.

ξε Ὁ τὴν πνευματικὴν ὁδὸν ὁδεύειν μὴ ἐπιστάμενος, τῶν ἐμπαθῶν νοημάτων, οὐ ποιεῖται φροντίδα. ἀλλ' ὅλην τὴν σχολὴν περὶ τὴν σάρκα ἔχει. καὶ ἢ γαστριμαργεῖ καὶ ἀκολασταίνει. λυπεῖταί τε καὶ ὀργίζεται καὶ μνησικακεῖ. καὶ ἐντεῦθεν τὸν νοῦν σκοτίζει, ἢ ἀμέτρως τῇ ἀσκήσει κέχρηται. καὶ θολοῖ τὴν διάνοιαν.

ξϛ Οὐδὲν τῶν ἐκ θεοῦ εἰς χρῆσιν ἡμῖν δοθέντων, ἀναιρεῖ ἡ γραφή. ἀλλὰ τὴν ἀμετρίαν κολάζει. καὶ τὴν ἀλογιστίαν διορθοῦται. οἷον, οὐ κωλύει ἐσθίειν. οὐ παιδοποιεῖν. οὐδὲ χρήματα ἔχειν καὶ ὀρθῶς διοικεῖν. ἀλλὰ κωλύει γαστριμαργεῖν. πορνεύειν. καὶ τὰ ἑξῆς. ἀλλ' οὐδὲ τὸ νοεῖν ταῦτα κωλύει. διὰ τοῦτο γὰρ γεγόνασιν. ἀλλὰ τὸ ἐμπαθῶς νοεῖν.

ξζ Τὰ μὲν τῶν ὑφ' ἡμῶν κατὰ θεὸν πραττομένων, κατ' ἐντολὴν πράττεται. τὰ δὲ, οὐ κατ' ἐντολὴν, ἀλλ' ὡς ἄν τις εἴποι, ἑκούσιον προσφοράν. οἷον κατ' ἐντολὴν μὲν, τὸ ἀγαπᾶν τὸν θεὸν καὶ τὸν πλησίον, τὸ ἀγαπᾶν τοὺς ἐχθρούς. τὸ μὴ μοιχεύειν καὶ φονεύειν. καὶ τὰ λοιπά. οὐ κατ' ἐντολὴν δὲ, τὸ παρθενεύειν. ἡ ἀγαμία. ἡ ἀκτημοσύνη. ἡ ἀναχώρησις. καὶ τὰ ἑξῆς. ταῦτα δώρων λόγον ἐπέχουσιν. ἵνα ἐάν τινας τῶν ἐντολῶν κατορθῶσαι διὰ ἀσθένειαν μὴ δυνηθῶμεν, διὰ τῶν δώρων, τὸν ἀγαθὸν ἡμῶν ἐξιλεωσώμεθα δεσπότην.

opinionem, quoniam non inflatur: inuidiā internam quoniam non est æmula. Externam quoque, quoniam longanimis est & benigna. Itaque necesse est eum qui cognitione est præditus, ut charitatem quoque suscipiat, quo mētem ab omni uulnere inuiolabilem per omnia conseruet.

62 Cognitionis dono dignatus, & dolorem aut ob iniuriarum memoriam ulcera tum erga aliquem animum obtinens, similis est spinis & tribulis amicum compungēti. Quapropter cognitio necessario charitati coniungenda est.

73 Ne omne otium tuum impēdas carni, sed definito illi quàm maximā potes exercitationem & totam mentem tuam ad interna conuerte. Siquidem corporalis exercitatio parum prodest, at pietas ad omnia est utilis, & reliqua.

64 Qui indesinenter in rebus internis peruestigandis & contemplandis uersatur, modestus est, lõganimis est, benignus est, humilis est. Quinetiam ipse seruit contemplationibus, & Theologiæ studio incumbit & precatur. Et hoc est quod inquit Apostolus: Spiritu ambulate, & cætera.

65 Spiritualem uiam ingredi nescius, cogitationes adfectus generantes nulla cura consyderat, uerum totam uacationē curandæ carni impendit, aut gulositati & crapulæ indulgens, aut intumescens arrogantia. Tristatur quoque & irascitur, & iniuriarum memor est. Et ex hoc mentem obnubilat, aut immoderata exercitatione utitur, ac mentem conturbat.

66 Nihil rerum à deo nobis inusum datarum scriptura tollit, sed immoderatum usum tollit & rationi non consentaneum emendat. Nimirum non prohibet edere, neque procreare liberos, neque opes possidere, neque recte rempublicam administrare, uerum crapulari prohibet, tum scortari, & reliqua. Quinetiam neque illa cogitare prohibet, nam in hoc ipsum res sunt conditæ, sed cum adfectu cogitare.

67 Quæ à nobis secundum deum fiunt, partim ex præcepto fiunt, partim non ex præcepto, sed quasi aliquis diceret uoluntaria oblatione ista fieri. Nimirum ex præcepto fit, ut deum & proximum diligamus, ut inimicos amemus, ne adulterium committamus, ne quem neci demus & id genus alia, quæ trāsgredientes condemnamur. Cæterum non ex præcepto est, uirginitas, cœlibatus, paupertas, uita heremitica, & id genus plura alia. Hæc donorum rationem habent, ut si qua præcepta ex infirmitate implere nequiuerimus, per dona optimum illum dominum placare studeamus.

ξη Ὁ τὴν ἀγαμίαν τιμῶν ἢ παρθενίαν, ἀναγκαίως ὀφείλει ἔχειν τὴν ὀσφὺν περιεζωσμένην, καὶ τὸν λύχνον καιόμενον διὰ προσευχῆς καὶ θεωρίας, καὶ ἀγάπης πνευματικῆς.

ξθ Τινὲς τῶν ἀδελφῶν, ἐκτὸς ἑαυτοὺς τῶν νομίζουσι, τῶν τοῦ ἁγίου πνεύματος χαρισμάτων. οὐ γὰρ ἴσασι διὰ τὴν ἀμέλειαν τῆς τῶν ἐντολῶν ἐργασίας, ὅτι ὁ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἀνόθευτον ἔχων πάντα τὰ θεῖα χαρίσματα συλλήβδην ἔχει ἐν ἑαυτῷ. ἐπειδὴ γὰρ τῆς εἰς αὐτὸν κατ' ἐνέργειαν ἀγάπης, διὰ τὴν ἀργίαν μακρὰν ἐσμέν. τῆς δεικνυούσης ἡμῖν τοὺς ἐν ἡμῖν θείους θησαυρούς, εἰκότως ἐκτὸς ἑαυτοὺς τῶν θείων νομίζομεν χαρισμάτων.

ο Εἰ ὁ Χριστὸς ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν κατοικεῖ διὰ τῆς πίστεως κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον. πάντες δὲ οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἐν αὐτῷ εἰσὶν ἀπόκρυφοι.
πάντες ἄρα οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς
γνώσεως ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν.
φανεροῦνται δὲ τῇ καρδίᾳ, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἑκάστου διὰ τῶν ἐντολῶν καθάρσεως.

οα Οὗτός ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ κεκρυμμένος τῆς καρδίας σου, ὃν οὔπω εὗρες διὰ τὴν ἀργίαν. εἰ γὰρ εὗρες, ἄρα ἂν πεπράκεις πάντα καὶ ἐκτήσω τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον. νῦν δὲ τὸν ἀγρὸν ἀφεὶς, τὰ πλησίον τοῦ ἀγροῦ περιέπεις. ἐν οἷς οὐδὲν ἄλλο εὑρίσκεται, πλὴν ἀκανθῶν καὶ τριβόλων.

οβ Διὰ τοῦτο λέγει ὁ σωτήρ. μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. τότε δὲ ὄψονται αὐτὸν καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ θησαυρούς, ὅτε διὰ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας, ἑαυτοὺς καθαίρουσι. καὶ τοσοῦτον πλέον, ὅσον τὴν κάθαρσιν ἐπιτείνουσι.

ογ Διὰ τοῦτο πάλιν λέγει, πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν καὶ δότε ἐλεημοσύνην. καὶ ἰδοὺ πάντα ὑμῖν καθαρὰ ἔσται. ὡς μηκέτι τοῖς περὶ τὸ σῶμα σχολάζουσι πράγμασι. ἀλλὰ τὸν νοῦν καθαίρειν σπευδόντων, ἀπὸ μίσους καὶ ἀκρασίας. ὃν καρδίαν ὀνομάζει ὁ κύριος. ταῦτα γὰρ τὸν νοῦν ῥυποῦντα, οὐκ ἐῶσι βλέπειν τὸν ἐν αὐτῷ κατοικοῦντα Χριστόν, διὰ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

οδ Ὁδοὺς ἡ γραφὴ τὰς ἀρετὰς ὀνομάζει. μείζων δὲ πασῶν τῶν ἀρετῶν, ἡ ἀγάπη καθέστηκε, διὰ τοῦτο λέγει ὁ ἀπόστολος. ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι. ὡς καταφρονεῖν πείθουσαν τῶν ὑλικῶν πραγμάτων, καὶ μηδὲν τῶν προσκαίρων, προτιμᾶν τῶν αἰωνίων.

οε Ἡ εἰς θεὸν ἀγάπη, ἀνθίσταται τῇ ἐπιθυμίᾳ. πείθει γὰρ τὸν νοῦν ἐγκρατεύεσθαι ἀπὸ τῶν ἡδονῶν. ἡ δὲ εἰς τὸν πλησίον, ἀνθίσταται τῷ θυμῷ. ποιεῖ γὰρ καταφρονεῖν δόξης καὶ χρημάτων. καὶ ταῦτα εἰσὶ τὰ δύο δηνάρια.

68 Qui cœlibatum aut uirginitatẽ honorat, ei neceſſe eſt, ut habeat lumbos præcinctos, & lucernam ardentem, per precationem & contemplationem, & ſpiritualem charitatem.

69 Quidam è fratribus exiſtimant ſe ipſos à ſpiritus ſancti donis alienos & immunes eſſe. Neque enim nouerunt per negligentiam operationis præceptorũ dei, quod qui legitimam in Chriſtum fidem habuerit, ille omnia diuina dona uno ſimul faſce comprehenſa in ſeipſo poſſideat. Quoniam charitate dei magna ſumus negligentia, quæ nobis diuinos theſauros in nobis oſtenderit abſconditos. Inde fit, ut non iniuria noſipſos extra om̃ia diuina dona eſſe exiſtimemus.

70 Si Chriſtus in cordibus noſtris per fidem habitat, ſecundum diuinum Apoſtolum: Omnes autem theſauri ſapientiæ & cognitionis in ipſo ſunt abſconditi. Omnes igitur theſauri ſapientiæ & cognitionis etiam in cordibus noſtris ſunt abſconditi. Manifeſtantur autem cordi ſecundum proportionẽ uniuſcuiuſque mũdationis p̃ præcepta.

71 Hic eſt theſaurus in agro cordis tui abſconditus, quem nõdum obſtante pigritia inueniſti. Nam ſi inueniſſes, haud dubie uendidiſſes omnia, & poſſediſſes agrum illum. Nunc autem relicto agro, quæ circa agrum ſunt, cõſectaris, in quibus nihil aliud inuenitur, niſi meræ ſpinæ & tribuli.

72 Eam ob cauſam dicit Saluator noſter: Beati mundo corde, quoniam ipſi deũ uidebunt. Tunc autem uidebunt, atque etiã in eo ipſo theſauros, cum per charitatem et temperantiam ſemetipſos mundauerunt. Atque hoc impenſius, quanto ipſi ſe diligentius mundauerint.

73 Propterea iterum dicit, uendite omnem ſubſtantiam ueſtram, et date eleemoſynam, & ecce omnia uobis munda erunt, tanquam nõ amplius rebus quæ ad corpus pertinent uacantibus, ſed ad mundandum ab odio & intemperantia animum properantibus. Hæc enim animum ſordibus contaminatum, non permittunt, ut Chriſtum in ipſis habitantem uideant, propter gratiam ſancti baptiſmatis.

74 Vias ſcriptura uirtutes nominat, omnium autem uirtutum maxima eſt charitas. Inde eſt quod dixit Apoſtolus, adhuc & excellentiorem uiam uobis oſtendam, quæ faciet, ut omnes res humanas contemnatis, ac temporaneis æterna bona præponatis.

75 Charitas erga Deum, reſiſtit concupiſcentiæ uoluptatum. Perſuadet enim animo uoluptatum temperantiam. At ea quæ eſt erga proximum, repugnat iracundiæ, inducit enim gloriæ & opum contemptum. Et hæc ſunt illi duo denarij,

ἅπερ ὁ σωτὴρ δέδωκε τῷ πανδοχεῖ, ἵνα σου ἐπιμέλειαν ποιήσηται. ἀλλὰ μὴ φανῇς ἀγνώμων τοῖς λῃσταῖς συνδυάζων. μήποτε πάλιν πληγῇς. καὶ οὐκέτι ἡμιθανὴς ἀλλὰ νεκρὸς εὑρεθήσῃ.

οϛ Κάθαιρε τὸν νοῦν σου ἀπὸ ὀργῆς καὶ μνησικακίας. καὶ τῶν αἰσχρῶν λογισμῶν. καὶ τότε δυνήσῃ γνῶναι τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐνοίκησιν.

οζ Τίς σε ἐφώτισεν εἰς τὴν πίστιν τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς τριάδος, ἢ τίς σοι ἐγνώρισε τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος. τίς δέ σε ἐδίδαξε, τοὺς περὶ ἀσωμάτων λόγους, ἢ τοὺς περὶ γενέσεως καὶ συντελείας τοῦ ὁρωμένου κόσμου, ἢ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως καὶ αἰωνίου ζωῆς, ἢ περὶ τῆς δόξης τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τῆς φοβερᾶς κρίσεως. οὐχὶ ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ ἡ ἐνοικοῦσα ἐν σοί. ἥτις ἐστὶν ὁ ἀρραβὼν τοῦ ἁγίου πνεύματος. τί μεῖζον ταύτης τῆς χάριτος. ἢ τί κρεῖττον ταύτης τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως. ἢ τί τῶν ἐπαγγελιῶν ὑψηλότερον. εἰ δὲ ἐσμὲν ἀργοὶ καὶ ἀμελεῖς. καὶ μὴ καθαίρομεν ἑαυτοὺς τῶν κωλυόντων ἡμᾶς. καὶ τὸν νοῦν ἡμῶν ἐκτυφλούντων παθῶν, ὥστε δύνασθαι καὶ τρανότερον ἡλίου τοὺς περὶ τούτου λόγους ὁρᾷν, ἑαυτοὺς αἰτιασώμεθα. καὶ μὴ τὴν τῆς χάριτος ἐνοίκησιν ἀρνησώμεθα.

οη Ὁ ἐπαγγειλάμενός σοι θεὸς τὰ αἰώνια ἀγαθά. καὶ τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος ἐν τῇ καρδίᾳ δεδωκώς, ἐνετείλατό σοι ἐπιμεληθῆναι σε τοῦ βίου, ἵνα ὁ ἔσω ἄνθρωπος τῶν παθῶν ἐλευθερωθείς, ἄρξηται ἀπεντεῦθεν τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσεως.

οθ Τῶν θείων καὶ ὑψηλῶν καταξιωθεὶς θεωρημάτων, σφόδρα ἐπιμελοῦ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας. ἵνα τὸ παθητικὸν ἀτάραχον διαφυλάττων, ἀνέκλειπτον ἔχῃς τὸ τῆς ψυχῆς φέγγος.

π Τὸ θυμικὸν τῆς ψυχῆς, ἀγάπῃ χαλίνωσον. καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν αὐτῆς, ἐγκρατείᾳ καταμάρανον. καὶ τὸν λογιστικὸν αὐτῆς, προσευχῇ πτέρωσον, καὶ τὸ φῶς τοῦ νοῦ, οὐκ ἀμαυροῦται ποτέ.

πα Τὰ τὴν ἀγάπην λύοντα εἰσὶ ταῦτα, οἷον, ἀτιμία, ζημία, συκοφαντία, ἢ εἰς πίστιν, ἢ εἰς βίον, δαρμοί. πληγαί καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ταῦτα ἢ αὐτῷ συμβαίνοντα. ἤ τινι τῶν αὐτοῦ συγγενῶν, ἢ φίλων, ὁ οὖν διά τι τούτων λύων τὴν ἀγάπην, οὔπω ἔγνωκεν ὁ σκοπὸς τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐντολῶν.

πβ Σπούδασον ὅσον δύνασαι πάντα ἄνθρωπον ἀγαπῆσαι, εἰ δὲ οὔπω δύνασαι, κἂν μηδένα μισήσῃς. οὐ δύνασαι δὲ οὐδὲ τοῦτο ποιῆσαι, ἐὰν μὴ τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων καταφρονήσῃς.

quos saluator noster dedit hospiti, ut sui curam haberet, sed ne appareas ingratus cum latronibus colludens, ne quando rursus cõcutiaris, & non amplius semimortuus, sed prorsus extinctus inueniaris.

76 Purga mentem tuam ab ira & iniuriarum reminiscentia, & fœdis cogitationibus, & tunc poteris cognoscere inhabitantem in te Christum.

77 Quis te illuminauit in fide sanctę et consubstantialis & adorandæ trinitatis? Aut quis te in cognitionem perduxit unius in sancta trinitate incarnati? Quis docuit te rerum incorporearum rationes? aut rationes de generatione & perfectione mundi? aut de resurrectione ex mortuis, & uita æterna? Aut de gloria regni celorum, & terribili iudicio? Nonne gratia Christi quæ in te habitat, quæ est arrabo Sancti spiritus. Quid maius hac gratia, aut quid hac sapientia & cognitione præstantius? aut quid promissis sublimius? Porrò autem si pigri & negligentes erimus, neque nos ipsos purgauerimus ab adfectibus, qui partim nobis obstãt, partim animum nostrum excæcãt, ut sole clarius de eo rationes intueri queamus, nosipsi accusemus, & gratiam in nobis habitantem non negemus.

78 Deus qui æterna bona tibi pollicitus est, & spiritus arrabonem in cor tuum dedit, præcepit tibi, ut uitæ rationem habeas, ut internus homo ab adfectionibus liberatus, in hoc seculo bonis frui incipiat.

79 Diuinis & sublimibus contemplationibus dignatus, magnam rationem charitatis & temperantiæ habendã puta, ut partem animæ adfectibus obnoxiam inconturbatam conseruans, indeficiẽtem animæ lucem habeas.

80 Animæ partem iracũdiæ obnoxiam charitate frenare uelis, & eiusdem concupiscibilem temperantia mollire. Et eius rationalem precatione in sublime tollas, ita futurum est, ut mentis tuæ lumen nunquam obscuretur.

81 Charitatem soluentia hæc ferè sunt, nempe ignominia, contemptus, illati damni iniuria, sycophantia, quæ fit, aut in fidem, aut in uitam, uerbera & uulnera, & alia. Et hæc, si aut ipsi acciderit, aut alicui cognatorum eius, aut amicorum. Quo circa, qui horum gratia charitatem soluit, nondum cognouit, qui nam scopus sit Christi præceptorum.

82 Stude, quoad eius fieri potest, omnem hominem diligere. Si autem hoc nondum poteris, cura secundum: sit, ut neminem odio habeas. Atqui ne hoc quidem poteris, nisi res humanas omnes ex æquo contempseris.

πγ Ὁ δύνα

πγ Ὁ δεῖνά ἐβλασφήμησε, μὴ μισήσῃς ἐκεῖνον, ἀλλὰ τὴν βλασφημίαν. καὶ τὸν βλασφημῆσαι παρασκευάσαντα δαίμονα. εἰ δὲ τὸν βλασφημήσαντα μισεῖς, ἄνθρωπον ἐμίσησας. καὶ τὴν ἐντολὴν παρέβης, καὶ ὅπερ ἐκεῖνος τῷ λόγῳ ἐποίησε, ποιεῖς σὺ τῷ ἔργῳ. εἰ δὲ τὴν ἐντολὴν φυλάττεις, τὰ τῆς ἀγάπης ἐπίδειξαι. καὶ εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἵνα τοῦ κακοῦ αὐτὸν ἀπαλλάξῃς.

πδ Οὐ θέλει ὁ Χριστὸς μῖσος ἔχειν πρὸς ἄνθρωπον, ἢ λύπην, ἢ ὀργὴν, ἢ μνησικακίαν τὸ σύνολον καθ' οἱονδήποτε τρόπον, ἢ οἱονδήποτε πρᾶγμα πρόσκαιρον, καὶ τοῦτο παντὶ βοῶσι τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια.

πε Πολλοί ἐσμεν οἱ λέγοντες, ὀλίγοι δὲ οἱ ποιοῦντες. ἀλλ' οὖν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, οὐδεὶς ὤφειλε νοθεύειν διὰ τὴν ἰδίαν ἀμέλειαν, ἀλλ' ὁμολογεῖν μὲν τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, μὴ ἀποκρύπτειν δὲ τὴν τοῦ θεοῦ ἀλήθειαν, ἵνα μὴ ὑπόδικοι γενώμεθα μετὰ τῆς τῶν ἐντολῶν παραβάσεως, καὶ τῆς τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ παρεξηγήσεως.

πϛ Ἀγάπη καὶ ἐγκράτεια, παθῶν τὴν ψυχὴν ἐλευθεροῦσιν. ἀνάγνωσις καὶ θεωρία, ἀγνοίας τὸν νοῦν ἀπαλλάττουσιν. ἡ δὲ τῆς προσευχῆς κατάστασις, αὐτῷ παρίστησιν αὐτὸν τῷ θεῷ.

πζ Ὅταν ἴδωσιν ἡμᾶς οἱ δαίμονες τῶν πραγμάτων τοῦ κόσμου καταφρονοῦντας, ἵνα μὴ δι' αὐτὰ τοὺς ἀνθρώπους μισήσωμεν καὶ τῆς ἀγάπης ἐκπέσωμεν, τότε συκοφαντίας καθ' ἡμῶν ἐγείρουσιν ἵνα τὴν λύπην μὴ φέροντες τοὺς συκοφαντήσαντας μισήσωμεν.

πη Οὐκ ἔστι πόνος ψυχῆς, βαρύτερος συκοφαντίας. κἄν τε εἰς πίστιν, κἄν τε εἰς βίον τις συκοφαντεῖται. καὶ οὐδεὶς ταύτης καταφρονεῖν δύναται, εἰ μὴ μόνος ὁ εἰς θεὸν ἀποβλεπόμενος. ὡς ἡ Σωσάννα, τὸν μόνον δυνάμενον καὶ τῶν ἀναγκῶν ῥύσασθαι, ὥσπερ κἀκείνην, καὶ τοὺς ἀνθρώπους πληροφορῆσαι, ὡς καὶ περὶ ἐκείνης. καὶ τὴν ψυχὴν τῇ ἐλπίδι παραμυθήσασθαι.

πθ Ὅσον εὔχῃ ἐκ τῆς ψυχῆς ὑπὲρ τοῦ συκοφαντήσαντος, τοσοῦτον καὶ ὁ θεὸς πληροφορεῖ τοὺς σκανδαλισθέντας.

ϟ Φύσει ἀγαθὸς μόνος ὁ θεός. καὶ γνώμῃ ἀγαθὸς, μόνος ὁ θεομίμητος. σκοπὸς γὰρ αὐτῷ δὴ τῷ φύσει ἀγαθῷ τοὺς πονηροὺς συνάψαι, ἵνα γένωνται ἀγαθοί. διὰ τοῦτο ὑπ' αὐτῶν λοιδορούμενος εὐλογεῖ. διωκόμενος ἀνέχεται. βλασφημούμενος παρακαλεῖ. φονευόμενος ὑπερεύχεται. πάντα ποιεῖ, ἵνα τοῦ σκοποῦ τῆς ἀγάπης μὴ ἐκπέσῃ.

83 Qui grauiter & enormiter blasphemauit, ne blasphemantem odio habeas, sed ipsam blasphemiam, & dæmonem autorem blasphemiæ. At si blasphemantem odio prosequutus fueris, hominem odio prosequutus es, & præceptum transgressus. Et quod ille uerbo fecit, hoc tu facis opere. Si uero præceptum seruas, quę charitatis sunt facito. Et si quid potes, fer illi suppetias, ut à malo liberetur.

84 Non uult Christus, ut ullum hominem odio habeas, aut aliquem iracundia, aut dolore, aut iniuriarum memoria prosequaris, male eidem cogitando quacunque de causa, aut ob qualemcunque rem temporalem. Et hoc passim quatuor clamant Euangelia.

85 Multi sumus qui dicimus, pauci qui facimus. Atqui sermonem dei nemo debebat adulterare propter suam neglĩgetiam. Sed suam ipsius imbecillitatem confiteri, nequaquam uero dei ueritatem abscondere, ne unà præcepta dei transgredientes, etiam uerbi diuini contemptus rei fiamus.

86 Charitas & temperantia animũ ab adfectionibus liberant. Lectio & contemplatio, mentem ab ignorantia alienant. At precationis sedulitas, ipsi deo eandem commendant.

87 Cum uiderint dæmones res mundanas nos habere contemptui, ut harum gratia homines odio non habeamus, atque à charitate excidamus, tunc clancularias & obtrectationes aduersus nos excitant, quo doloris impatientes, eos à quibus sycophantia adfecti sumus odio auersemur.

88 Non est labor animæ grauior, quàm sycophantia, siue quis ob fidem, siue ob uitam sycophãtias perpessus fuerit. Et nemo hanc potest contemnere, nisi ille solus, qui in Deum intentos habet oculos, ueluti Sosanna. Qui solus potest fidentes in se è periculis liberare, sicut & illos. Etiam homines certos facere, ueluti etiam de illa innocenter condemnata. Et animam bona spe consolari atque erigere.

89 Quo uehementius pro sycophantis & delatoribus precatus fueris, tãto magis etiam deus calumniæ scandalo offensos innocentiæ tuæ certiores faciet.

90 Natura solus deus bonus est animo, solus dei imitator. Siquidem eius scopus est, illi qui natura bonus est, improbos coniungere, ut etiam illi boni fiant. Quapropter ab illis probrose impetitus, benedicit. Insectationem patiens tolerat, blasphemias audiens cõsolatur. Si perimitur, orat pro occisoribus. Omnia facit, quo minus à scopo charitatis excidat.

ϛα Αἱ μὲν ἐντολαὶ τοῦ κυρίου, διδάσκουσιν ἡμᾶς τοῖς μέσοις εὐλόγως χρήσασθαι πράγμασι. ἡ δὲ εὔλογος τῶν μέσων χρῆσις, τὴν τῆς ψυχῆς καθαίρει κατάστασιν. τίκτει τὴν διάκρισιν. ἡ δὲ διάκρισις, τίκτει τὴν ἀπάθειαν, ἐξ ἧς τίκτεται, ἡ τελεία ἀγάπη.

ϛβ Οὔπω ἔχει τὴν ἀπάθειαν, ὁ διὰ συμβάσιν πειρασμοῦ, τὸ ἐλάττωμα τοῦ φίλου παραβλέπειν μὴ δυνάμενος. ἢ ὂν τυχὸν, ἢ δὲ εἶναι δοκοῦν. τὰ γὰρ ἐγκείμενα τῇ ψυχῇ πάθη ἐκταρασσόμενα, ἐκτυφλοῖ τὴν διάνοιαν. καὶ οὐκ ἐᾷ διαβλέψαι εἰς τὰς τῆς ἀληθείας αὐγάς. οὐδὲ διακρῖναι τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος. οὐκ ἄρα οὖν οὐδὲ τὴν τελείαν ἀγάπην ὁ τοιοῦτος ἐκτήσατο, τὴν ἔξω βάλλουσαν τὸν φόβον τῆς κρίσεως.

ϛγ Φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα. ἐπειδὴ τὰς τοῦ φίλου συμφορὰς, ἰδίας λογίζεται. καὶ συναποφέρει αὐτῷ μέχρι θανάτου κακοπαθῶν.

ϛδ Πολλοὶ μὲν οἱ φίλοι. ἀλλ᾽ ἐν καιρῷ εὐημερίας. ἐν δὲ καιρῷ πειρασμῶν, μόλις ἂν εὑρήσεις ἕνα.

ϛε Πάντα μὲν ἄνθρωπον, ἐκ ψυχῆς ἀγαπητέον. εἰς δὲ θεὸν μόνον τὴν ἐλπίδα θετέον καὶ ἐξ ὅλης ἰσχύος αὐτὸν θεραπευτέον. ἐφόσον γὰρ αὐτὸς ἡμᾶς συντηρεῖ, οἵ τε φίλοι πάντες ἡμᾶς περιέπουσι. καὶ οἱ ἐχθροὶ πάντες, πρὸς ἡμᾶς ἀδυνατοῦσιν. ἐπὰν δὲ αὐτὸς ἡμᾶς ἐγκαταλίπῃ, οἵ τε φίλοι πάντες, ἡμᾶς ἀποστρέφονται. καὶ οἱ ἐχθροὶ πάντες καθ᾽ ἡμῶν ἰσχύουσι.

ϛϛ Τέσσαρές εἰσι γενικοὶ ἐγκαταλείψεως τρόποι. ἡ μὲν, οἰκονομική, ὡς ἐπὶ τοῦ κυρίου. ἵνα διὰ τῆς δοκούσης ἐγκαταλείψεως, οἱ ἐγκαταλελειμμένοι σωθῶσιν. ἡ δὲ, πρὸς δοκιμήν. ὡς ἐπὶ τοῦ ἰὼβ καὶ ἰωσήφ, ἵνα ὁ μὲν, ἀνδρείας. ὁ δὲ σωφροσύνης στῆλαι ἀναφανῶσιν. ἡ δὲ, πρὸς παίδευσιν πνευματικὴν, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀποστόλου. ἵνα ταπεινοφρονῶν, τὴν ὑπερβολὴν φυλάξῃ τῆς χάριτος. ἡ δὲ κατὰ ἀποστροφὴν, ὡς ἐπὶ τῶν ἰουδαίων. ἵνα κολαζόμενοι πρὸς μετάνοιαν κατακαμφθῶσι. σωτήριοι δὲ πάντες οἱ τρόποι ὑπάρχουσι. καὶ τῆς θείας ἀγαθότητος καὶ φιλανθρωπίας ἀνάμεστοι.

ϛζ Μόνοι οἱ ἀκριβεῖς τῶν ἐντολῶν φύλακες. καὶ γνήσιοι τῶν θείων κριμάτων μύσται, τοὺς κατὰ συγχώρησιν θεοῦ πειραζομένους, οὐ καταλιμπάνουσι φίλους. οἱ δὲ τῶν ἐντολῶν καταφρονηταὶ, καὶ τῶν θείων κριμάτων ἀμύητοι, ὅταν μὲν ὁ φίλος εὐημερῇ, συναπολαύουσιν αὐτῷ. ἐπὰν δὲ πειραζόμενος κακοπαθῇ, καταλιμπάνουσιν αὐτὸν, εἰσὶ δὲ, ὅταν καὶ μετὰ τῶν ἐναντίων ἵστανται.

ϛη Οἱ μὲν τοῦ χριστοῦ φίλοι, πάντας ἀγαπῶσι γνησίως. οὐχ ὑπὸ πάντων δὲ ἀγαπῶνται.

91 Præcepta domini, docent nos rebus medijs recte uti. At rerum mediarum usus rectus & rationi consentaneus, animæ conditionem purgat, deq; se discrimen procreat. Discrimen autem adfectuum parit carentiam, ex qua deinceps perfecta charitas nascitur.

92 Ille nō caret adfectibus, qui propter incidentem tentationem amici defectū dissimulare nō potest, aut aliud aliquid, quod esse uidetur. Nam adfectus animæ incidentes, eundemq; cōturbantes, intellectum excæcant, & non sinunt ueritatis radios perspici, neque à deteriore quod melius est discernere. Proinde neq; talis perfectam charitatem consecutus est, omnem metum iudicij excludentem.

93 Amicus fidus res est incomparabilis, quoniam amici calamitates suas esse existimat, amicoq; compatiens usq; in mortē duram eius uicem & sortem unà tolerat.

94 Multi sunt amici, sed rebus secundis ac prosperis. Cæterum tentationis tempore, uix unum inuenies.

95 Omnis homo ex animo amandus est, in deum autem solum omnis spes & fiducia nostra collocanda, & ille tota uirtute & omni robore colendus. Quamdiu enim ille nos tuetur, & amicis omnibus curæ sumus, & inimici omnes ad inferendam nobis iniuriam sunt debiles. At ubi ille nos reliquerit, & amici omnes nos auersantur, & inimici omnes aduersus nos inualescunt.

96 Quatuor sunt rationes quibus deserimur, una est œconomica, ueluti in deo, ut ob desertionem quæ uidetur, derelicti seruentur. Altera probationis est, ueluti diuo Hiobo & Iosepho accidit, ut alter fortitudinis, alter temperantiæ columna declararetur. Tertia disciplinæ paternæ, quæ declarata est in Apostolo, ut humilitatem animi conseruans, charitatis excellentiam conseruaret. Quarta est auersionis seu odij, quę Iudæis accidit, ut adfecti supplitio ad resipiscentiam reflecterētur. Omnes autem hæ rationes salutares sunt, & diuinæ bonitatis ac humanitatis plenæ.

97 Soli diligentes præceptorum custodes & germani diuinorum iudiciorum mystæ, amicos qui diuina secessione tentantur, non deserunt. Porrò præceptorum contemptores, & qui diuinis iudicijs non sunt initiati, quamdiu amicus agit prospere, eius fœlicitate fruuntur. Vbi autem tentatus mala patitur, deserunt ipsum. Accidit etiam ut aliquoties, ad hostium & aduersariorum partes accedant.

98 Christi amici omnes amant ex animo, sed non perinde amantur ab omnibus.

οἱ δὲ

οἱ δὲ τοῦ κόσμου φίλοι, οὐδὲ πάντας ἀγαπῶσιν. οὐδὲ ὑπὸ πάντων ἀγαπῶνται. καὶ οἱ μὲν τοῦ χριστοῦ, μέχρι τέλους τὴν συνέχειαν τῆς ἀγάπης διατηροῦσιν. οἱ δὲ τοῦ κόσμου, μέχρις οὗ ἀλλήλοις διὰ τὸ κόσμου προσκρούσωσι.

ϙθ Φίλος πιστός, σκέπη κραταιά. ἐπειδὴ καὶ εὐημεροῦντι γὰρ φίλῳ σύμβουλός ἐστιν ἀγαθὸς καὶ συνεργὸς σύμψυχος, καὶ κακοπαθοῦντι ἀντιλήπτωρ γνησιώτατος καὶ ὑπέρμαχος συμπαθέστατος.

ρ Πολλοὶ μὲν πολλὰ περὶ ἀγάπης εἰρήκασιν. ἐν μόνοις δὲ τοῖς χριστοῦ μαθηταῖς ταύτην ζητήσας, εὑρήσεις. ἐπεὶ καὶ μόνοι αὐτοὶ εἶχον τὴν ἀληθινὴν ἀγάπην τῆς ἀγάπης διδάσκαλον. περὶ ἧς ἔλεγεν. ἐὰν ἔχω προφητείαν. καὶ εἰδῶ τὰ μυστήρια πάντα. καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι. ὁ οὖν κτησάμενος τὴν ἀγάπην, αὐτὸν τὸν θεὸν ἐκτήσατο. ἐπειδὴ ὁ θεός, ἀγάπη ἐστίν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Τέλος τῶν περὶ ἀγάπης κεφαλαίων τῆς τετάρτης ἑκατοντάδος.

At amici huius mundi, nec omnes amant, nec amantur ab omnibus. Et Christi quidē amici, usq; in finem amoris studium atq; sedulitatem constanter tuentur. At mundi amici, quam diu mutuus officiorum usus inter ipsos propter mundum consistit.

99 Fidus amicus, firma est protectio. Nam & amico prospere agenti, bonus est monitor & consiliarius, & cooperator ex animo feruiens. Et amico mala toleranti, adiutor deditissimus, & propugnator amantissimus.

100 Multi quidem multa de charitate dixerunt. In solis autem Christi discipulis illam quæsitam inuenies. Quoniam illi etiam soli ueram charitatem nempe charitatis Magistrum habuerunt. De qua dixit: Si habuero prophetiam, & sciuero omnia mysteria, & omnem cognitionem, charitatem autem nō habeo, nihil utilitatis capio. Charitatem ergo consequutus, ipsum deum cōsequutus est. Quoniam deus est charitas. Ipsi gloria in secula, Amen.

FINIS.

VENERANDIS ET NObilibus Dominis, Bernhardo, & Chunrado Adelmannis, de Adelmansfeldensis, Fratribus Canonicis Augustensis. Ioannes Oecolampadius. Salutem in Christo.

HAbetis hic dilectissimi Patroni aureolas Thalassij Monachi sentētias, quas ille quatuor ἑκατοντάσιν est complexus. Eas uestro nomine dedicauimus, idq; iure optimo. Equidem uix dum recte audieratis Thalassium quēdam de Charitate, continentia, ac regimine mentis scripsisse aliqua ut estis omnium Charitatis studiosissimi, dignissima mox censuistis, quæ latinis auribus communicarentur, & ut uobis in me primariū, tam patrocinij quâm amicitiæ ius est, licet causarer me alijs occupatum, hanc tamen lucubratiunculam primum uertendam, mihi iniunxistis. Deniq; nunc simul ac qualitercūq; absoluta est, ut reipub. & literariæ & Christianæ curatores estis præcipui, impellitis etiam uix reuisam in lucem extrudere. Quid igitur reliquum? nisi quod, ut omnium estis dignissimi, ita in huius operæ cuius autores fuistis, patronos quoq; præficiamini. Licuit uobis patronali iure, hanc mihi iniungere prouinciam? Liceat & mihi clientulari gratitudine, uos ut patronos agnoscere. Licuit uobis in demādando hoc munere, utilitatis publicæ respectu imperiose amicū requirere, liceat mihi eadem occasione, offerre quod uobis literatorum piorumq; calculis debetur. Non enim me latere potest, quantis uos fauoribus uincere conantur, quos cottidie officijs prosequi uos non desistitis. Iam de Thalassio, non admodum refert, quibus principibus quaúe fortuna uixerit, neq; ꝓpterea Tiresias quispiā ab inferis reuocandus. Tā præstantes etem̄ sunt sentētiæ illæ, ne possint aliūde quā à sacro pectore ꝓficisci. Quāuis em̄ sapiant monasticā simplicitatē, neq; Rhetorū flosculis picturatæ, neq; sophistarū fucis cærussatæ, doctæ tamen sunt & argutulæ, insuper graues, sanctę euangelicæ, atq; adeo θεολογικώταται. Enimuero in ea sentētia sum, quod nisi nomē suū tam artificiosa cura initialib. sententiarū literis insculpsisset, multis optimorū sanctissimorūq; doctorū nominib. ascitis & subinde uariatis, ꝙ in hoc genere fieri solet, sese uenditasset. Equidem sententiæ quæ uel Pythagoræ, uel Catonis,

tonis,uel Senecæ nomine,circumferűtur,falsis inscriptionibus sic sunt insignitæ. Et quid mirum?cum in ecclesiasticis libris.Ecclesiasticus & Sapientiæ liber,cum aliorum sint, nẽpe Philonis & Iesu Sidrach, nomenclaratura ueterum, classicorumq; autorum Salomonis dicantur. Vnde nobis satius fuerit,ab opere artificem,non ab artifice opus æstimare. Nonnunquam decimo mense prægnantes ualentulæ emortuos fœtus enituntur, nűquam autem inualidæ pronis mensibus diuturnos & felices pariunt.Cęterum ut mihi haud absque lucro fuit,in id operæ dieculas paucas insumpsisse.Ita lectorem modo una sit ipsi pietatis mica lectionis Thalassianæ pœnitere non poterit. Proinde neq; uobis molestum fuerit,uestro nomine libellum inuulgari,in quo uelut speculo uirtutes uestras contemplari licet.Mihi autem longe gratissimum si hac ratione,& uobis amplius commender,& compluribus uel aliqua ex parte prosim. Valete.Ex Monasterio diui Altonis,mense Septem.

THALASSII HVMILIS
Monachi, ad Paulum Presbyterum, de

sincera Charitate ac uera continentia, necnon de Regimine mentis Hecatontades quatuor Ioanne Oecolampadio Monacho Birgitano Interprete.

SPIRITALI FRATRI, ET DILECTO DOMINO PAVLO,

Thalassius,quietis monasticæ,ut apparet,re autem ipsa inanis gloriæ sectator.

HECATONTAS PRIMA.

Hecatontas circiter centum sententias cőplectitur.



AMor,si totus ordinetur in deum,amantes inter se & cum deo copulat.

Mens spiritali charitate locuples,nihil quod charitatem non deceat, de proximo cogitat.

Sub charitatis figmento hypocrisin occultat,qui ore probat,quod apud se uere nihili facit.

Nihil tam atrox,nihilq; tam ærumnosum intentare possunt inimici, quod nõ citra turbationem sufferet charitatem possidens.

Sola Charitas in unam ueramq; concordiam,deum & creaturam cogit.

Charitatem ueram possidens aduersus proximum,neq; suspiciones, neq; uerbum aliquod admittet.

Apud deum & homines honorem meretur,qui operam suam ad charitatis dissolutionem negat.

Charitatis non simulatæ proprium est,uerbum uerum è conscientia bona profectũ.

Sub beneuolentiæ habitu liuorem occultat,qui fratrem quasi ex alieno ore conuitijs lacessit.

Vt carnales uirtutes humanam,ita & spiritales dei gloriam contrahunt.

Charitas & continentia animam purificant,mentem uero puræ preces illustrant.

Vere potens uir est,qui & ab opere & scientia maliciam remouet.

Magnam apud deum gratiam inuenit,qui sedatis affectibus, cognitionem spiritaliũ adeptus est.

Si cogitationes animo infestas deesse cupis,stude continentiæ ac charitati in proximum.

Vt in tempore precum tuarum cuncta facessant offendicula,caue ab intemperantia & odio.

Vt in cœno aromata non inueniuntur,ita neq; charitatis suaueolentia in anima in iuriarum memori.

Irascentiæ & concupiscentiæ impera,& quantotius à malis cogitationib. eris alienus.

Inanẽ gloriã abolebis,opera occulte faciendo,superbiã uero neminẽ contemnendo.

Inanis

Inanis gloriæ comites sunt, simulatio & uanidicentia, superbiæ autem suspicio & inuidia.

Imperator censendus est, qui anima & corpore rationi subiectis, seipsum rexerit.

Sinceritas amici in tentatione ostenditur, quando scilicet in necessitate communicat.

Sensus muni & quieti assuefacito, cogitationes uero in pectore uersantes iustifica.

Cogitationibus, si tristitiam ferant, placide & absq; acerbatione occurras. Sin uoluptariæ fuerint & illecebrosæ, hostiliter erga eas afficiare.

Silentium, preces, charitas, & continentia, quadriiugi equi sunt, mentem in cœlum subuehentes.

Extenua carnem inedia & uigiliis, statimq; uoluptariarum cogitationum uulgus eliminabis.

Sicut fluit cæra à facie ignis, sic à timore dei impurior cogitatio.

Grande malum & incommodum animæ sapienti, si mens exprobrandæ perturbationi diutine immoretur.

Tristium, ærumnosorumq; euentuum plagas patienter sustine, talibus enim prudentia diuina te purificat.

Vbi materiam abieceris, mundoq; dixeris, uale. Reliquum, ut prauis & inanibus etiam cogitationibus renuncies.

Proprium mentis opus est uacare semper uerbis dei.

Vt dei opus est, regere mundum, ita & animæ gubernare corpus.

Qua spe occurremus Christo, adhuc corporeis uoluptatibus seruientes?

Aerumnarum, siue sponte assumptarum, siue diuina prouidentia inductarum tolerãtia & mœror concupiscentiam interimunt.

Auaricia per se mater est affectionum, quarum præsertim illecebrosarum nullus erit modus, si inualuerit.

Voluptatum penuria parens est tristitiæ, uoluptati uero nulla non perturbatio coniuncta est.

Qua mensura corpori metiris, diuersa tibi à deo remetietur.

Si multum uoluptatis corpori tu indulseris, parũ gratiarũ dispensabit tibi deus.

Diuinorum opera iudiciorum, sunt retributiones iustæ eorum, quæ per corpora sunt operata.

Immortalitatem parit uirtus ac scientia, contra earum priuatio mortis est mater.

Tristitia quæ sequundum deum est, libidines & concupiscentias conficit, quarum interitus animæ est resurrectio.

Imperturbabilitas est animam non moueri à quoquam malo, uerum hanc impossibile est assequi sine misericordia dei.

Saluator tam animi quam corporis est Christus, cuius uestigia sequi à malis reddit liberum.

Salutem uis assequi, renuncia uoluptatibus, amplectere charitatem ac continentiam una cum precum assiduitate.

Propria est imperturbabilitati uera discretio, iuxta quam in regula mensuraq; facito omnia.

Dominus noster & deus est Iesus Christus, quem si mens sequatur, non manet in tenebris.

Recollige mentem, & obserua cogitationes, & si quas offenderis, in affectiones noxias transire, ipsas expugna.

A tribus cogitationes accipimus, à memoria, sensibus & habitudine corporis, sed molestissimas affert memoria.

Sapientia præditus nouit rationes incorporeorum, & quod initiũ, & quis finis mũdi.

Actiuam uitam ne habeas neglectui, & illustrabitur mens tua. Ait enim: Thesauros inuisibiles & absconditos aperiam tibi.

Inuenit gratiam apud dominum, qui liberatus est ab affectionibus, insuper & ille misericordiam assequutus, qui scientiam meruit adipisci.

Mens perturbationibus nudata, cottidie luculentior euadit, & ad res quæ uere sunt cõtemplandas illustratur.

Vox animæ est cognitio sancta, quæ si cui defuerit, is imprudenter obambulabit in tenebris.

Imprudens est, qui in malitia uersatur, ipsum enim ignorantiæ tenebræ excipient.

Iesum amans, à malicia liberabitur, & ipsum sequendo, ueram uidebit scientiam.

Mens à perturbationibus libera, quæ considerat siue uigilet, siue dormiat corpore, uidet tenuius.

Menti in summum purificatæ, angusta sunt, omnia quæ sunt, semperq́ cupit esse extra omnia quæ sunt facta.

Beatus, &c. Sententia deerat exemplari.

Scrutatur uerba dei, qui eum colit. Inuenit autem qui operatur ueritatem.

Mens ueritatem inuenit, si à rectitudine dirigatur, amittit autē si ab affectione aliqua.

Vt deus sequundum essentiam nobis est incognitus, ita sequundum maiestatem est immensus.

Essentia quæ principio caret & fine, neq́ sapientia aliqua perscrutabilis est.

Salus omnis creaturæ est, optima creatoris circa ipsam prouidentia.

Suffulcit enim dominus omnes uacillantes, & in miserationibus confractos omnes erigit.

Christus uiuētium & mortuorum est iudex, ac iustus, unius cuiusq́ operis retributor.

Imperare uis animæ & corpori, ante omnia affectionum causas circumcide.

Adhibe uires animæ ad studia uirtutum, & ab omni affectionum uiolētia absolueris.

Concupiscentiarum impetus continentia refrenato, reliquos uero diuina spiritaliq́ charitate.

An quod etiā honesti sermones & uarij quietis amatores offendāt, uel quod tres mystici sensus eligendi sint, nempe moralis, allegoricus & anagogicus. Historico & literali non admodum deditum esse, mūdanas autē & scurriles omnino missas facere oporteat.

Silentium & præces maxima uirtutum arma sunt, mentem enim simul purificant, ac perspicatiorem reddunt.

Solum spirituale colloquium prodest, at cæteris omnibus silentium præferendū est.

In colloquio quinque troporum tres elige, quarto ne sis frequens, à quinto prorsus abstine.

Silentium amat, qui ad ea quæ huius mundi sunt, nō afficitur. Omnes autem homines amat, qui nihil humanum in eis amat.

Magistra uerax, conscientia est, cui quisquis auscultarit, absque scrupuli offendiculo permanet.

Illos solos conscientia sua non arguit, qui uel in uirtutum, uel in uitiorum fastigium peruenerunt.

Ingens imperturbantia subtiles efficit cogitatus, sublimis uero scientia ad ignotissima adducit.

Mœsticia ex uoluptatum defectu concepta, uituperabilis est, eas enim qui contempserit, inoffensus permanet ac iucundus.

Omnis tristitia, uoluptatis repressio est, etiam si de mundana sentias.

Dei regnum est bonitas ac sapientia, quas qui nactus, municeps est in cœlis.

Miser homo, qui in operibus suis corpus quam animam, & mundum quam deum maioris facit.

Aequalem in omnes charitatem possidet, qui bonis non inuidet, malorūq́ miseretur.

Quam uere idoneus, & utilis ad regendum, qui iam antea, animæ corporiq́ suo leges tulit.

Ille spiritualis est negociator, qui suauia prosperaq́ huius mundi propter futura ex æquo contemnit.

Anima affectionibus senuit, mens contemplatione.

Anima, charitate & temperantia firmatur, mens uero puris præcibus, ac spiritali contemplatione.

Cum sermonem utilem audis, non iudica dicentem, ne teipsum preciosa admonitione priues.

Iudicium prauum mala cogitat, & benefacta proximi infideliter narrando eleuat ac imminuit.

Ne credideris cogitatui mala de proximo cogitanti. Nam qui malum thesaurum habet, mala etiam cogitat.

Bonum

Bonum cor bonas cogitationes nutrit, qualem enim thesaurum habet, tales etiam habet cogitationes.

Habe rationem cogitationũ tuarum, maliciamq́ue fuge, ne obscura mente alia pro alijs uideas.

Iudęos ante oculos propone, teq́ue ipsum munias. Inuidia enim obcæcati, dominum & deum Beelzebulis nomine infamabant.

Suspiciones malę animum obfuscant, faciuntq́ue ut ea quæ extra uiam sunt, uideantur esse in uia.

Iuxta omnes uirtutes scaturiunt & uitia: inde est, quare mali uirtutes in malam partem interpretantur.

Mens, si in re aliqua diutius uel oblectetur, uel mœreat, statim in acediæ graue malum cadit.

Conscientia pura animã excitat, quã rursus usq́ue in terram, immũda cogitatio deijcit.

Si affectiones crebro dijudicentur & agitentur, expellitur inanis gloria, sin conficiantur, tota subuertitur.

Vis semel ab omnibus animi perturbationibus liberari, assuefacito te charitatis, continentiæ, & precibus.

Mens apud deũ morã faciens precando, affectiuas animæ uires à passionibus liberat.

Sicut deus omnibus quæ sunt dedit esse, ita & omnia prouidẽtia sua simul colligauit.

Et cum esset dñs, factus est seruus, summã erga creaturas prouidentiam declarauit.

Deus & uerbũ absq́ue sui cõuersione incarnatus, omni creaturę per carnem unitus est.

Rarum miraculum in cœlo & in terra, quia deus super terram, & homo in cœlis.

Vt homines angelis associarentur, & omni creaturæ diuinitas tribueretur.

Tam angelorum quàm hominum sanctificatio & deificatio est, sanctæ consubstantialis sq́ue trinitatis cognitio.

Peccatorum discessio libertatem ab affectionibus præstat, quàm qui nondum per gratiam assequutus, ab eo etiam peccata nondum discesserunt.

Homo enim minor mundus particeps est naturæ omniũ creaturarũ, & homo super opera manuum dei cõstitutus. Hominiq́ue ferũt omnia, ut de humana natura per incarnationẽ Christi exaltata, maiestas & diuinitas quędã etiã omni creaturæ accessisse dicitur.

SENTENTIARVM secundæ Hecatontatos.

Ora pro me frater dignißime, mala enim expecto grandia, & digna meis studijs, tristicias scilicet animi, & dolores corporis.

HECATONTAS SECVNDA.



Is semel à malis omnibus liberari, matri malorum Philautiæ renuncia. *Philautia amors sui ipsius.*

Animæ sanitas est imperturbantia & scientia, quam nemo uoluptatibus seruiens assequi potest.

Abstinentia cum patientia, & charitas cum longanimitate tam corporeas, quã animales uoluptates exiccant.

Principium malorũ animæ fuit philautia, Philautia autem amor est corporis.

Proprium est rationalis, ut rationi subdat, castigatumq́ue corpus in seruitutẽ redigat.

Iniuria sit rationali hominis parti, si subijciatur brutæ alteri & rationis experti, prudẽtiam suam insumendo ad explenda turpia desideria.

Malum rationalis animę opus est, reliquisse conditorem, & seruire corpori.

Iussus es, corpus ministri loco habere, non ut illius supra quam exigit natura, seruias cupiditatibus.

Amicitiæ erga corpus uincula rumpantur, & non indulgebis seruo. Non enim omnia necessitas requirit.

Include sensus, intra quietis præsidium, ne in sua desideria mentem distrahant.

Vt tibi quies & patientientia contingant in promptu tibi sint, temperantię, charitatis, precum, & lectionis arma fane multo fidissima.

Mens uoluptatum escis, quas ambit, inhiare non cessat, donec corpore in seruitutem redacto contemplationi uacet.

In præceptis seruandis desudandū est, ut ab animi affectionibus liberemur, in diuinis autem dogmatis, ut scientiam digne mereamur.

In impertu bantia & cognitione consistit animę tranquillitas, quam uoluptatū mancipijs contingere est impossibile.

In seruiutē coge corpus, uoluptatib. circūscriptis & liberabis mētē à graui seruitute.

Liber cōditus es, & in libertatē accersitus, pigeat igit impuris uoluptatibus seruire.

Cum mœsticijs & uoluptatibus desiderijsq; ac timoribus mentem dæmones per sensilia connexunt.

Timor domini desiderijs dominatur, & tristicia quæ secundum deum cōcupiscentias repellit.

Desiderium sapientiæ timorem despicit, cupiditas autem scientiæ uoluptates repellit & tristiciam.

Quatuor autem in scripturis traduntur, mandata, placita, minę & repromissiones.

Concupiscentias sistunt abstinentia & labor, minuunt autem quies ac diuinus amor.

Caue sis, ne fratrem uerbis ænigmaticis pungas, neque enim tu ferres si sic audires è diuerso.

Iram sistunt longanimitas & iniuriarū obliuio, minuunt autem charitas & cōpassio.

Cui scientia data est, datum est mentale lumen, quod si quis dehonestarit, pro eo tenebras uidebit.

Seruatio mandatorum dei parit imperturbantiam, imperturbantia autem animæ, custodit scientiam.

Sensilia duc sursum in cognitionē intellectualem, ab eis dimouendo sensus.

Naturalis & quę uidetur mulier, significat operatiuā animā ad quam si mens, quæ uir est accesserit, ex ea uirtutes parit.

Scrutare eloquia dei, & doce scientiā dei, eos qui pie ac desideranter ueritatē inquirūt.

Quod lux est uidentibus & uisis, hoc deus est intelligentibus & intellectis.

Visibile cœli firmamentum, fidei signat firmamentum, in quo omnes sancti ceu luminaria lucent.

Hierusalē est supercœlestis incorporearū rerū cōtēplatio, in qua uisio pacis spectat.

Actiuam uitam caue neglexeris, alioquin & scientia decresceret, hoc enim esset, orta fame in Aegyptum descendere.

Libertas spiritalis est à perturbationibus esse liberum, quę nulli absq; misericordia Iesu Christi contingit.

Terra repromissionis regnum est cœlorum, in quam mentem inducunt imperturbantia & scientia.

Aegyptus spiritalis est obtenebratio perturbationum in quam nemo nisi antea fame laboret descendit.

Aurem tuam spiritalibus sermonibus frequenter accommoda, & mentem ab immundis cogitationibus elongabis.

Solus deus natura bonus est ac sapiens, fit autem & mens participatione talis, modo studiosa sit.

Impera uentri, somno, irę, & linguę, & nunquam impinges ad lapidem pedem tuum.

Enitere, ut oēs homines ęqualiter diligas, affectionesq; omnes simul à te abiges.

Sensibilium rerum cōtemplatio communis est menti & sensui, intellectualium autem scientia soli menti conuenit.

Impossibile est mentem uacare intellectualibus, nisi amicitiam erga sensus & sensilia antea amputarit.

Sensus natura sensibilibus afficitur, sed cum circa ea distrahitur, distrahit & mens.

Coge sensus in mentis obsequiū, & non des ipsis occasionē, eam distrahendi.

Quando mentem sensibilibus uacare contingit, obsiste sensibus, & obiecta in mentem subduc.

Signū mētis circa intelligibilia occupatę est, floccifacere omnia quę sensus oblectāt.

Occupata mens in contēplatione eorum quæ sunt, solidam in eis uoluptatē experit.

Quando mens, unitatis scientia locupletata fuerit, tunc sensus omnino in seruitutem redactos tenet.

Prohibe

Prohibe mentem tuam circum sensilia uagari, ne desideriorum tristiciæq; fructus simul ex eis decerpat.

Quorum mens per omnia diuinis uacat, ijs & affectiuæ animæ uires diuina fiũt arma.

Impossibile est mentem scientia perfici, nisi prius affectiua animæ portio suis admoneatur uirtutibus.

Mens non antea erit peregrina eorũ quæ in hoc sunt mundo, nisi modis omnibus amicitiam erga sensus resecuerit.

Proprium est rationali portioni animæ uacare cognitioni dei, affectiuæ autem charitatem & continentiam amplexari.

Non potest mens rei sensili diu immorari, nisi omnino illi afficiatur.

Mens perfecta est, quam scientia perficit, anima uero uirtutibus roborata.

Mentis cum sensibus amicitia, eam facit mancipium corporearum uoluptatum.

Quando à uirtutibus suis affectiuæ uires mouentur, tunc etiam mens à scientię suę loco deturbatur.

Accepimus potestatem filios dei fieri, sed non erimus nisi affectiones exuerimus.

Nullus se putet filium dei factum, efficaciterq; deũ in se operari, si nondũ diuinos characteres intra se possederit.

Similitudo morum, uel bonorum, uel malorum filios facit, uel dei, uel satanæ.

Vir intelligens est, qui seipsum attendit, & accelerat ab omni inquinamẽto separari.

Obcæcata anima etiamdum uapulat, non sentit, benefactoremq; agnoscere renuit.

Sordida uestis è diuinis nuptijs eijcit, exteriorumq; tenebrarum participem facit.

Qui timet deum, sui ipsius curam gerit, & à prauo consortio se alienat.

Impossibile est misericordiam à deo assequi, eum qui seipsum negligit, & uoluptatibus seruit.

Neminem posse duobus dominis seruire, à Iesu dictum est, etiam si credere nolumus.

Anima affectionib. sordida, adeo obcæcata est, ut nisi secetur & urat. credere renuat.

Obduratos horrenda tormenta excipient, nam sine magnis laboribus mollesfieri nequeunt.

Vir intelligens sollicitam sui curam gerit, ultroq; susceptis laboribus eos quos inuitus ferret effugit.

Diligens animæ cura, in malorum sustinentia & humilitate consistit, propter eas ẽm deus peccata omnia condonat.

Sicut concupiscentiæ & iræ peccata multiplicant, ita continentia & humilitas easdem exinaniunt.

Conterit cor tristicia, quæ sequundum deum est, eam parit timor suppliciorum.

Tristicia quæ sequundum deum est corda purificat, & ab eis uoluptatũ inquinamenta elongat.

Patientia est, quando anima labores ultro deditaq; opera subit, ubi ea fuerit, inde in exilium abire uoluptatum amor cogitur.

Quoduis peccatum uoluptate committitur, remittitur autem per malorum sustinentiam & luctum.

Quisquis pœnitentiam agere per labores ultro susceptos renititur, is coactus in labores, qui iam prædefiniti sunt incidet, quos & inuitus feret.

Christus totius mundi saluator est, & pœnitentiam ijs qui eam acturi sunt in salutem concessit.

Præceptorum obseruantiam parit pœnitentia, pręceptorum uero obseruantia animę præstat purificationem.

Animam purificari, est eam ab affectionibus liberari. Ea autem libertas charitatẽ dei nobis parit.

Anima pura est, quæ deum diligit, mens uero pura quę ab ignorantia secessit.

Pro mãdatis Christi usq; ad mortẽ certa, per ea ẽm purificatus, ad uitam ingredieris.

Corpore ad ministerium mandatorum utere, seruans ipsum quantum fieri potest, sine morbo & luxu.

Carnis seditiones, ex negligentia precum, dietæ, honestæq; quietis oriuntur.

Formosos liberos formosa parit quies, nempe continentiã, charitatẽ, purasq; preces.

Lectio & precum puritas mentem purificant, animæ autem affectiuam partem charitas & continentia.

Aequalem continētiā semper obserua, ne per inæqualitatem in contraria incidas.

Ne præuariceris in teipsum, cum tibi ipsi legem statueris. Seipsum enim falsis rationibus palpans, seipsum seducit.

Occasus spiritales sunt, animæ perturbationib. inquietæ. Sol ēm iustitiæ illis occidit.

Filius dei quis est ob bonitatem & sapientiam, & potentiam, & iustitiam.

Maliciæ habitus morbus est animæ, mors autem per operationē peccati introducitℓ.

Paupertas spiritalis est consummata imperturbantia, quæ si menti conceditur, ab his quæ hic sunt secedit.

Consonas animæ uirtutes custodi, ex ipsis enim nascitur fructus iustitiæ.

Contemplationē eorum quæ mens concipit, aiunt, omnino incorporeorū esse, utpote quæ sit à materia formaq; abalienata.

Sicut quatuor elementa ex materia & forma, sic & corpora quæ ex ipsis sunt, ex ipsis etiam sunt constituta.

Verbum propter misericordiam caro factum, neque quod erat transmutauit, neque quod factum alterauit.

Vt ex deitate & humanitate, & in deitate & humanitate, sic ex duabus naturis, dicimus esse unum Christum.

Vnam hypostasin in Christo confitemur ex duabus naturis inseparabiliter unitis.

Inseparabilem unam Christi glorificamus hypostasin & citra omnem confusionem naturarum confitemur unionem.

Trium hypostasium, unamq; deitatis essentiā adoramus, eiusdemq; essentiæ sanctam trinitatem confitemur.

Proprietates trium hypostasium sunt paternitas, filiatio & processio. Et cōmunia tribus hypostasibus sunt essentia, natura, deitas, bonitas.

SENTENTIARVM tertiæ Hecatontados.

VERVNTAMEN PROPRIE MALA SVNT, NON QVAE CARNEM affligunt, animam purificant, sed quæ conscientiā quidē tristicia afficiunt, carnem uero titillant.

HECATONTAS TERTIA.

Bona, de eo quod natura bonum, cogita, sed & de omni homine sentias bene.

Verborum & operum, ac cogitationū rationem reddituri sumus in die iudicij.

Habitus uirtutis uel maliciæ impellit nos, ut bene uel male cogitemus, uel loquamur, uel operemur.

Mens cui affectiones imperant, cogitat quæ non decent. Quales autem cogitationes sint, produnt sermones & opera.

Malæ cogitationis dux est affectio, affectionis autor sensus, quo ut male utamur, in causa est mens.

Include igitur sensus, expugna phantasmata, & affectiones armis mandatorū diripe.

Malicia inueterata longa, opus habet exercitatione. Sole clarior ēm cōsuetudo haud subito immutatur.

Monastica uita, quam comitantur continentia ac charitas per patientiam & quietem facile quæ iniuncta sunt exequitur.

Mentem subinde iudica, ut precari, cogitationesq; in pectore obuersantes disperdere queas.

πονίοις. Virtutum meditatio, patientia opus habet ac longanimitas. Voluptatis enim amor, multa laboris assiduitate in exilium mittitur.

ἀπονίοις Facile huius meditationis labores exercebis, si ad mensuram & regulam opera tua perfeceris.

Aequalem

Aequalem piæ exercitationis mensuram in omnibus serua, & nisi ob inexcusabilē necessitatem regulam soluas minime.

Vt continentia & charitas purificant cogitationes, ita omnem superbiam tollunt contemplatio, precumq́ puritas.

Conscientiā puram faciunt labores monastici, quales sunt, ieiuniū, uigiliæ, patientia, & longanimitas. ἀοχησις.

Qui inexpectatarū tentationum plagas sustinenter fert, modestus & probatus, atq́ bonæ spei uir erit.

Patientia gaudet in ferendis laboribus animæ, consistitq́ in tentationibus, quæ uel sponte suscipiuntur, uel inuitis accidunt.

Tolerantia rerum grauium maliciam eliquat, constantia autem in finem usq́ perseuerans, omnino exterminat.

Plagæ immissæ sensus affligunt, sed uoluptas tristicia illata tollitur.

Quatuor sunt generales affectiones, quibus prudentia sapienter uicissim usa est.

Voluptatem enim tristicia superueniens frangit & contrahit, concupiscentiam uero metus uindictæ abolet.

Mens prudentis animā suā exercet, & corpus suū omni piæ exercitationi assuefacit.

Accelera, ut monachum te ostendas, non exteriorem hominē, sed interiorem ab affectionibus alienando.

Abdicatio prima est, ut quis ab operibus, secunda, ut ab affectionibus, tertia, ut ab ignorantia liber fiat.

Si quis uolet, facile à malis operibus alienus erit, sed nō item paruo labore ab eorundem affectionibus.

Si imperas cōcupiscentijs, cohibe & iram. Nam eadē de causa quis & ira cōturbabit.

An non liberati à cogitationibus quæ animam afficiunt, spirituali etiam ac pura oratione fruimur?

Magna equidē mens, quę ab affectionibus est libera & sequestrata est ab his quę sunt & in deo uersatur.

Sapiētiæ uacat, qui in tribus proficit, in mādatis scilicet, doctrinis, & in fide trinitatis.

Mens affectionibus exuta, inuenietur in tenuibus cogitationibus cōtemplatione horum quæ sunt, & lumine nullam referente speciem.

Occultæ sunt in animabus nostris affectiones pessimæ, deprehenduntur autem ubi opera in lucem prodierint.

Imperturbata manet aliquando mens, tranquillitatem aliquam particularem nacta, qua ndiu tamen absunt opera, probata non est.

Per tria, scilicet memoriam, habitudinem corporis, & sensus, ut prædictum est, cientur affectiones.

Mens, custoditis sensibus, & corporis habitudine, in obedientiam iustam firmata, bellum gerit aduersus solam memoriam.

A sensibus oriuntur affectiones, quoties continentia spiritalisq́ charitas absuerint.

Moderatum ieiunium, uigiliæ & psalmodiæ parabile corpus reddunt,

Corporis habitudinem tria in deterius alterant, nempe dietæ inordinatio, dein uirtutum immutatio, tandem & dæmonum infestatio.

Rerum memoriæ, quibus affectiones uitiantur, precibus, lectione, continentia ac charitate absoluuntur.

Sensus primum claude, & quietiores facito, & postea armis uirtutū aduersus ea, quæ memoriam infestant præliare.

Vt cogitationum abusus, malicia est earum, ita & operū abusus eorundē est malicia.

Tam cogitationum quàm operum abusus est eisdem non religiose aut iuste uti.

Affectiones turpes mentis uincula sunt, quibus in carnalibus operibus detinetur.

Perfectā trāquillitatē assequutus est, qui neq́ erga opa, neq́ operū memorias afficit.

Anima bona proximum suum beneficijs prosequitur, & si ingratum experiatur, longanimiter fert, quin etiam tolerat sustinenter, si ab eo quid patiatur.

Tam grauia mala sunt, prauæ cogitationes, ut nisi quis eis renunciet, sciētiam ueram non addiscet.

Christum audiens, seipsum ad lucem adducit. Sequens autem eam, seipsum emendat.

Iniuriarũ recordatio, lepra est animæ, quæ uel ex ignominia, uel damno, uel suspiciosis cogitationibus accidit.

Mentem inuidi excæcat dominus, iniuste enim de bonis proximi cogitat.

Obtrectatricis animæ lingua hasta est & tricuspis, nam & seipsam & audientẽ, quandoq; etiam eum cui obloquitur ledit.

Iniurias obliuiscitur, qui pro ijs qui se contristarunt orat, & ab iniuriarum recordatione alienus erit, si eosdem liberaliter donis prosequatur.

Odium erga proximũ, mors est animæ, eam fert & infert obtrectatoris lingua.

Acedia, negligentia est animæ. Anima autem nunc negligens est, quando studio uoluptatum dedita, morbida fuerit.

Qui Iesum diligit laboribus exercet semetipsum, quos cum tolerat, fugat acediam.

Monasticis laboribus firmatur anima, & cum omnia suo modo facit, abigitur acedia.

Qui uentri imperat, concupiscentias rabefacit, & cogitationibus fornicationũ, mentem suam seruire non sinit.

Mens continentis, templũ est spiritus sancti, gulosi aũt mens, coruorũ est domiciliũ.

Varietatem eduliorum appetere facit satietas, indigentia uero suauem facit siccum & decrustatum panem.

Alienus fit ab inuidia, qui ei cui inuiderat, in prosperitate congaudet, eumq; in periculis occultat.

Ab homine uitam negligenter agente procul abscedas, etiam si apud plerosq; magnum ipsius sit nomen.

Amicũ tibi para uirũ laboris patientẽ, & auidũ, & in lapsibus tuis p̃sidiũ inuenies.

Negligens multis dominis uenundatus est, & uersatur utcunq; duxerint.

Beneuolus tibi erit & amici loco tẽpore pacis, sed ut hostis tẽpore tentations impugnabit.

Antequam tribulationes moueãtur, ponit pro te animam suam, ubi autem motæ fuerint, tuam etiam animam tollit.

Terra inculta & deserta, spinis densescit, mens autem torpida immundis affectionib.

Mens prudens refrenat animam, castigat corpus, & affectiones sibi seruire facit

Gestus exteriores signa sunt motuum intrinsecus latentium, sicut ignotarum arborũ fructus producti.

Hypocritã arguunt uerba & opera, similiter & pseudoprophetã occultũ manifestãt.

Mens stulta animã suam non erudit, sed à charitate & continentia longe se separat.

Improbarum cogitationũ causa est malus habitus, ex inani gloria, & superbia, & arrogantia conflatus.

Vitijs iam memoratis peculiariter adhærent hypocrisis, dolus, uersutia, irrisio, ac improbissimum mendacium.

Prædictis etiam seruiunt, inuidia & contentio, furor ac ira, mœsticia, & uindictæ meditatio.

Hæc est uia negligenter agenriũ, & hic thesaurus qui intra me reconditus est.

Animam malorum sustinentia & humilitas saluant, & à prædictis affectionibus reddunt alienam.

Sermo utilis proprius est mẽti prudẽti, sed uirtuosum opus animę bonę peculiare est.

Mens illustrata sapientes profert sermones, anima autem munda diuinas contemplatur cogitationes.

Cogitationes studiosi sapientiã meditant̃, & uerba ipsius auditores illuminant.

Si in anima uirtutes fuerint, mens bonas cogitationes excolit, sin uitia insederint, malas parit.

Anima affectionibus referta, officina est malarum cogitationum, & ex hoc thesauro profert mala.

Bonus thesaurus est habitus uirtutis, & ex hoc mens bona, profert bona.

Mens diuina charitate afflata, bonas de deo cogitationes excolit, quæ autem amore suijpsius tenetur omnino diuersas.

Mens quæ à charitate in proximũ mouetur, bona de ipso incessanter cogitat, contra uero, quæ secus affecta est.

Bonarũ cogitationũ causę sunt uirtutes, uirtutũ autem pręcepta, cęterũ ut in effectum prodeant in causa est propositum.

Virtutes

Virtutes & uitia siue fiant, siue omittantur, quando uicissim cogitationes excitãt, bene uel male animam afficiunt.

Malarum cogitationũ causæ sunt uitia, uitiorũ inobedientia, inobediẽtiæ uero sensuũ deceptio, deceptionis autem sensuum, mentis negligentia circa sui securitatem.

Proficientes à suis dispositionibus, facile excidere possunt, siue bonæ sunt, siue malę. Perfectorum autem habitus circa utrunq; difficillime mouenť.

Robur animæ est habitus uirtutis, difficile mobilis & immobilis, quem assequutus di cat cum inuicto Paulo: Quis nos separabit à charitate Christi &c.

Antesignana omniũ affectionũ est philautia, postrema uero omnium superbia.

Ex affectionb. philautię tres generales cõcupiscentiarũ cogitationes trahũt originẽ.

Intellige cogitationes gastrimargiæ, inanis gloriæ, & auariciæ. Quas sequuntur omnes aliæ cogitationes affectionum, sed non omnes communiter.

Gulæ cogitationem sequitur fornicationis cogitatio, inanis autem gloriæ cogitationem, cogitatio superbię, reliquæ uero communiter ad tres.

Communiter ad tres sequuntur cogitationes tristiciæ, iræ, machinationis, inuidiæ, & acediæ, & cæterę.

Domine omnium Christe, libera nos ex omnibus perniciosis affectibus & ex cogitationibus quæ ex ipsis oriuntur.

Propter te facti sumus, ut in te delectemur positi in paradiso à te plantato.

Ignominiã autem hanc nostram nobis contraximus, quia prætulimus beatis illis delitijs has perniciosas.

Quare dignam in nobis mercedem accepimus, ęterna uita commutata pro morte.

Eia ergo domine sicut respexisti, ita in finem usq; respicias, & sicut homo factus es, ita salua nos omnes.

Venisti enim ut saluos nos faceres, quia perditi eramus, ne separes nos à parte saluandorum.

Resuscita animas, & salua corpora, purificans nos ab omni inquinamento.

Rumpe uincula affectionum nos detinentium, qui rupisti phalanges immundorum dæmonum.

Et libera nos à tyrannide ipsorum, ut tibi æterno lumini seruiamus soli.

Vt cum ex mortuis resurrexerimus, cum angelis beatam ac æternam & indissolubilem choream tripudiemus.

SENTENTIARVM quartæ Hecatontados.

Igitur precare continue ad dominum deum nostrum, ut simul nos liberet à malis, tam ab his quę proprie dicuntur, quàm ab his quæ improprie habentur mala.

HECATONTAS QTARTA.



Vi mentem ab amicitia ac adulatione carnis sequestrauit, uitali spiritu opera carnis mortificauit.

Ne putes mentem à carnis amicitia desciuisse, cum adhuc in his quæ carnis sunt propria occupetur.

Sicut carni proprij sunt sensus & sensilia, ita animæ intellectus, & quæ intellectu percipiuntur.

Abstrahe animam à sensibus & sensibilibus, & inuenieť mens in deo, & his quę mente percipiuntur.

Familiares deitati sunt mentales naturæ, solaq; mente perceptibiles. Sensus autem & sensilia in obsequium mentis creata sunt.

Ministrent tibi sensus & sensibilia, ad contemplationem spiritualium, & non contra tu sensibus, aut his, quæ ad carnale desiderium spectant.

Iussus es mactare opa corporis, ut uoluptatib. per labores emortuis animã resuscites.

Dominetur in te deus, dominusq́ esto sensuum tuorum, & ne deteriori tu melior potestatem in te dederis.

Sempiternus deus & immensus & indefinitus, sempiterna bona & immēsa ac ineffabilia, ijs qui se audierint pollicitus est.

Mentis proprium est in deo semper uersari, & cogitare de ipso, deq́ prouidentia ac terribilibus ipsius iudicijs.

Potestas tibi data est in utrumuis declinandi. Sis ergo meliori subditus, & deteriorē tibi subijcito.

Boni sunt sensus bona & sensilia, nam opera sunt boni dei, nullo tamē modo his quę mente percipiuntur conferuntur.

Prædicta autem, quæ cōmunia sunt omnibus in sancta trinitate, & per negationē attribuunt, magis propria iudicantur ijs quæ per affirmationē sunt dicta. At nō similiter in proprietatibus. Nam, ut prędictum, earum etiam aliquas per affirmationē, aliquas per negationem dicunt, ut genitum esse & similia. Nam innascibilitas singulari significato differt à natiuitate. Per illud enim significatur pater nō esse genitus, per hoc uero filius esse genitus.

Sicut absurdum est subesse bonum dominum improbo seruo, ita & absurdum, corruptibilis corporis mancipium esse rationalem mentem.

Mens nisi sensus moderetur, per eos in uaria mala ruet. Sensiliū enim illecebris inescata, maliciam sibijpsi pariet.

Qui sensibus imperat, muniat etiam memoriam, simulachra etiam per sensus concepta refricant affectiones.

Castiga corpus & sedulo precare, statimq́ ab occursaculis cogitationū liberaberis.

Verbis diuinis continue uaca, nam diligens in eis studium affectiones absumit.

Lectio & uigilię, precesq́ cum psalmodijs mentem sistunt, ne circa affectiones uagetur.

Sicut uer facit germinare plantas, ita imperturbantia menti concedit contemplare ea quæ sunt.

Mandata obserua, & inuenies pacem. Deum dilige, & scientiam assequeris.

Sententia in te lata est, ut in difficultatibus labore & sudore uultus tui panem scientiæ comedas.

Negligentia primum parentem nostrum fecit transgredi, & pro delitijs paradisi morti adiudicatus est.

Impera & tu Euæ, & à serpente caue, ne delusa, tibi quoq́ de ligno prębeat.

Sicut anima corpus secundum naturam uiuificat, ita & animam uirtus & scientia.

Mens opinione sua sibi sapiens uisa, nebula est sine aqua à spiritibus inanis gloriæ & superbiæ agitata.

Qui uanæ gloriæ dominatur, caueat sibi etiam à fornicatione, ne dum honores fugit, incidat in ignominias.

Ab inani gloria fugiens, ad deum respice. Quod si minus feceris, certum, uel in suspiciones, uel fornicationes incides.

Inanis gloriæ studium est ostentatio, superbiæ uero contemptus aliorum, & efferata insolentia.

Qui gulam fugit, caueat, ne quærat placere hominibus, pallorem uultus apparētem monstrare cupiens.

Pulchrum est ieiunium, modico frugaliq́ cibo gaudens, hominibus placere fugiens.

Quando usq́ ad uesperam ieiunas, caue ad satietatem usq́ implearis, ne uidelicet iterum extruas, quæ paulo ante destruxeras.

Quando non bibis uinum, etiam aqua ne implearis. Sin minus obtemperaris, fornicationi eandem materiam suppeditabis.

Superbia facit, diuino destitui auxilio, confidere in seipso, & inniti hominibus.

Duo remedia aduersus superbiæ mala proponuntur, quæ si quis accipere renuit, tertium longe acerbissimum habiturus est.

Superbiam tollunt precari cum lachrymis, contemnere neminem, deniq́ damna pręter uoluntatem accidentia.

Eruditio per tentationes uirga spiritalis est. Eum enim qui in superbia extollebatur, humiliter sentire docet.

Proprium

Proprium mentis opus est, ne cogitationem quidem ferre clam obtrectantem.

Sicut hortulanus nō eradicens zizanias, suffocat olera, ita & mens cogitationes nō purificans, disperdit labores.

Vir intelligentia prȩditus, consilijs paret, maxime patris spiritualis, ea quæ dei sunt consulentis.

Quem affectiones suæ perdiderũt, consilium non audit, sed & spiritualis eruditionis consilium respuit.

Qui consilium respuit uias suas non corrigit, sed per prȩrupta & præcipitia fertur.

Monachum uerum agit mens, quæ sensibus ita renunciauit, ne uidere quidem ferat cogitationem uoluptat a

Medicum agit mens, quæ sibijpsi medetur, & è quibus curata est, dein curat etiã alios.

Quære uirtutem, & inuentam serua, ne & uiuas turpiter, & moriaris miserabiliter.

Dominus noster Iesus Christus omnibus lumen præbuit, sed si sibi inobedientes fuerimus excœcamus nosipsos.

Ne paruam existimes uirtutis iacturã, propter eam enim mors in mundũ ingressa est.

Mandati obseruatio, mortuorum est resurrectio. Virtutem enim uita naturaliter subsequitur.

Mente per mãdati transgressionē emortua, necessario etiã mors corporis subsequit.

Sicut Adam in mortem incidit præuaricando. Ita & saluator obediendo mortem trucidauit.

Maliciam mortifica, ne mortuus non resurgas, & à breui morte in longam transeas.

Propter transgressionem Adæ, saluator homo factus est, ut soluta condemnatione, omnes exuscitet.

Euita in uitam transit, qui & affectus interemit, & ab ignorantia secessit.

Scrutare scripturas, & inuenies mandata, quod si feceris quȩ dicunt, ab affectionibua liber aberis.

Obedientia mandati, animæ præstat puritatem, purificatio autem animam luminis facit participem.

Lignum uitæ est scientia dei, cuius puri participes, permanent immortales.

Principium uitæ actiuæ fides est Christi, finis autem charitas dei.

Iesus est Christus dñs noster, & deus qui ut nos uiuificaret, fidem in se nobis cōcessit.

Qui ex anima & corpore & deitate nobis apparuit, ut animam & corpus ut deus ex morte redimat.

Fidem possideamus, ut ad charitatē è qua sciētiæ nascitur illustratio peruenire liceat.

Fidei possessione consequenter etiam habentur timor dei, abstinentia illecebrarum, tolerantia laborum, spēs in deum, mentis tranquillitas, charitas.

Ex charitate sincera nascitur naturalis scientia, quam theologiæ gratia summe expetenda subsequitur.

Mens affectionibus imperans, extra periculum & timorē est, creditq; deo, tam de his quæ interminatus est, quam quæ promisit.

Cui fides data est, cōtinentiam postulat, quæ aliquandiu custodita gignit patientiam habitum ad laborem impigrum.

Signum patientiæ est amor laborum, quibus freta mens, sperat assequi, quæ promissa sunt, & euadere quæ comminata.

Expectatio futurorum bonorum, mentem bonis expectatis coniungit, quibus immorando præsentium obliuiscitur.

Præsentia reijcit, qui gustauit speranda. Omne enim desiderium in hæc euacuatũ est.

Deus ipse est, qui futura bona pollicetur, cui si continens credat, futura quasi præsentia desiderat.

Signum est mentem in bonis, quæ sperantur uersari, si omnem prȩsentium memoriam abolet, & in cognitione futurorum dilatatur.

Bona est ueritas, quam docet deus ueritatis. Hortatur enim pluribus argumentis piã animam, ut hinc abeat.

Bona repromissionis hæreditatem accepturis, deposita super secula sunt, & ante omne seculum, supraq́ue mentem & rationem.

Adaptemus nos regulis ueræ pietatis, ne ab affectibus subuersi spe excidamus.

Iesus est Christus unus ex hæreditate, cuius etiam hæres futurus es.

Qui scientiam de ijs quę sunt à deo didicit, scripturæ de prædictis haud difficile credit.

Mentem ab affectionibus exutam, comperies a spiritu sancto cōuenienter ad omnia quę sperantur doceri.

Ad proportionem mentis purificatæ, anima diuinorum cognitionem recipit.

Qui ad iustam regulam corpus assuefecerit, in scientia uersabitur, per quam & amplius purificatur.

Mens quę in diuina philosophia exercere se incipit, à fide auspicatur, & transiens ea quę in medio interiacent, in summam desinit fidem.

Huius philosophiæ principiū timor sequens, finem uero charitas præuia considerati.

Mens quę à stabili fide exorditur, ultra omnem est philosophiam, definitq́ue in theologiam mentis, quam definiunt incōprehensibilē fidem, & incognitę rei contemplationē.

Verba quibus beati sanctiq́ue patres nostri de deo considerant & loquuntur, nō ex his quæ per ipsum sed quæ circa ipsum accipiunt.

Omnia autem uerba quæ circa deum intelligunt, uel per affirmationem, uel negationem dicta.

Essentia, deitas, bonitas, & quæcunq́ue alia affirmatiua, per affirmationem dicuntur, cęterum esse sine principio & immensum, & incircumscriptū, & quęcunq́ue negatiua per negationem dici intelliguntur.

Cum una sit sanctę trinitatis unitas, absconditor quàm ratione uel mente capi queat, prædicta tamen & similia aiunt, quę circa ipsam considerantur.

Sicut autem unam deitatem sanctæ trinitatis dicunt, ita & tres hypostases unius deitatis glorificant.

Intelligunt autem prędicta per negationem & affirmationem, ut communia sunt sanctę uniuscuiusq́ue essentię trinitati, absq́ue proprietatum denotatione, quatū nonnullas per affirmationem, nonnullas per negationem enunciant.

Appellant autem diuinarum hypostasium proprietates paternitatem, filiationē, processionem, & quæcunq́ue alia proprie dicuntur.

Hypostasin definiūt essentiam cum proprietatibus, ideo unaquæq́ue hypostasis habet quid commune essentię, & quid proprium hypostasis.

Prędicta autem communia omnibus in sancta trinitate, quę per negationem attribuuntur, magis propria iudicantur his, quę per affirmationem sunt dicta. At non similiter in proprietatibus. Nam earum etiam aliquas, ut prędictum est, per affirmationem, aliquas per negationem dicunt, ut genitum esse & similia. Etenim non esse genitum, singulari significato differt à genitum esse. Per hoc enim filius genitus esse significatur. Per illud uero, pater non esse genitus.

Verbis insuper & nominibus usi sunt, ad declarandas rationes, quibus ea quę circa essentiam sunt sanctę trinitatis, ut dictum est, considerātur, non ut ea, quæ ipsius sunt essentię declarent, eiusmodi enim nulla mente cognosci, nulloq́ue sermone eloqui possunt, sed soli trinitati sunt cognita.

Sicut autem dicunt unam essentiam trium hypostasium, sic & unius essentię confitentur sanctam trinitatem.

Enimuero patrem contemplantur sine principio, & principium, & sine principio quidem ut ingenitum. Principiū autem ut genitorem & eructatorem eorum, qui ex ipso nempe sempiterno, & in ipso existunt, filij inquam & spiritus sancti.

Vnitas apud ipsos ad trinitatem usq́ue promota manet unitas, & trinitas usq́ue ad unitatem iterum coacta manet trinitas, quod ualde admirabile est.

Intelligunt quidem omnęs filium & spiritum sanctum non carere quidem principio. Sempiternos autem. Et ideo non sine principio, quia ad principium & fontem referuntur patrem scilicet. Sempiternos uero, quod à sempiterno, ille per modum generationis, hic per modum processionis patri coexistit.

Vnam autem trinitatis deitatem inseparabilem custodiunt, & inconfusas tres hypostases unius deitatis discernunt.

Proprieta

Proprietates patris dicũt, nõ esse genitũ, & esse ab initio. Filij uero esse in principio, & esse genitum. At spiritus sancti, cum principio esse & procedere. Principiũ autem filij & spiritus sancti non temporale dicunt. Sed quomodo causam manifestant ex qua. Sicut ex sole lumẽ, & ex sempiterno existentiã habẽt. Ex ipsa ẽm scd'm essentiã, nõ post ipsam.

Proprietas item hypostaseon ab ipsis seruatur immobilis & stabilis, in'q alteram nõ cadens. Communitas uero essentiæ deitatis uidelicet inseparabilis.

Vnitatem in trinitate, & trinitatem in unitate confitentur, utpote, quæ separet insepa ratos, & coniungat separatos.

Principium autem unum omnium patrem scimus. Et principium quidem filij & spiri tus, ut genitorem & fontem coæternum coæternorum, & simul immensorum & indefini- torum, & unius essentiæ, & incircumscriptorũ. Principium uero creaturarũ, ut opificem & prospectorẽ, & iudicem, nempe per filium in spiritu sancto. Ex ipso enim ait & per ip- sum & in ipso omnia, ipsi gloria in secula.

Coæternus item dicunt patri, non tamen simul cum eo carentes principio. Et coæter nus quidem, ut coexistentes patri, ab immenso. Non carentes autem principio, quia non sine causa sunt. Ex ipso enim licet non post ipsum, sicut ex sole lumen, ut prædictum est. Dicunt autem & carentes principio, ut si quis de temporali principio loquatur ne subesse tẽpori putent, à quibus tempus cepit. Non carẽt igitur principio causali, carent autẽ prin cipio temporali. Quod ante omne seculum & tempus & super seculum & tempus, per quos & seculum & tempus, & quæ in seculo, & quæ in tempore, & quod patri, sicut præ- dictum est coæterni. Cum quibus ipsi sit gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

DIVI GREGORII Neocæsariensis episcopi, in Eccle siasten cõmentariolus, IOANNE OECOLAM- PADIO interprete.



IN hunc modum dicit Salomon ille, Dauid regis atq; prophetæ filius, tam regni gloria, quàm uaticinandi sapientia omniũ clarissimus, ad uniuersam ecclesiam dei. Quàm inania sunt nullius'q pensi, cuncta hominum stu- dia simulac negocia: neq; enim facile quis uel unam aliquã recensebit uti litatem concinnatã ex omnibus, quæ homines super terrã reptantes, tan- to corporum, animorum'q; molimine parturiunt. Et licet in his tempora- libus efficiant nihil, sed magis ab eis uincanẽ & fatigentur, ad cõtemplanda tamen super cœlestia generosiores mentis oculos attollere nolunt. Atqui transigitur interim ipsorũ uita; præterit optimus quisq; dies, transeunt anni tempora, transeunt & anni, sed & sol cursum suum intra designatos terminos perficit, & nunc tempora hæc fores pulsant, nũc illa sese latenter subducunt. Res autem ipsæ rectè comparãtur fluxui torrentiũ, qui in im- mensum maris profundũ ingenti strepitu incidunt. Sunt tamen quæ eadem manent sem per, ipsa scilicet quæ propter homines à deo sunt condita, qualia sunt nasci è tellure, uer- ti in terram, eandem perpetuò consistere terram, solem cum totam terram circumeat, per- fecto circulo ad eandem recurrere exitus sui metam: item flare uentos, tot'q; ac tantos am- nes se in pontum effundere, uentos'q; irruentes neq; cogere illum suos egredi sinus, neque ipsos suis aberrare legibus. Et ea quidem uti conducibilia nostrę huic uitæ sic fieri cõgrue bat. At quę ab hominibus elucubrata siue uerba siue opera, mensuram modum'q; nesci unt. Quàm frequens enim sermonũ stultæ'q; nugacitatis farrago? citra omnẽ tamen com- moditatem. Veruntamen ita se habet hominũ genus, audiendo narrando'q; fabulas, & re rum elabentiũ, quamuis incertis, aspectibus expleri nequit. Iam de operibus dic, erit'ne aliquid post nos, quod non superioribus quoq; seculis sit perfectũ? aut quod nouum illud hominum opus, quod non olim attentatum, modo memoria dignum sit? Ego sanè nihil uideo, quod quis uel recens uel nouum, uel priscis ignoratum iure dicat. Et omnes qui di- ligenter rem perpendunt mecum sentient, & inuenient quod quemadmodũ priora obli uione sunt occultata, ita & præsentia apud posteros tempore obscurabuntur.

Vanitas uanitatum &c. — *Generatio preterit.* — *Terra in æternum stat &c.* — *Cunctæ res difficiles &c.* — *Quid est quod fuit &c.*

Ego Ecclesiastes fui rex, etc. Neq; hęc nunc concionatorio munere fungēs, temere immeditatóue in medium affero: equidem cum mihi regni Hebræorū in Hierosolymis administratio fuerit credita, satis accurato studio comperta sunt omnia. Sanè diligenti indagatione animo aduerti maxime uariam esse rerum quæ in terris aguntur conditionem, didiciq; cum primis hominē ad laborē natū, plurimisq; frustra occupari. Animū eñ inferiora hęc omnia, graui, amarulento, & abominato spiritu distendunt. *Peruersi difficile corriguntur etc.* Atqueadeò ad tantam rerum deordinationē peruentum est, ne uel ad integrum boni statum mundus reparari, uel quantis absurditatibus humana negocia inuoluantur, possit cogitari. Mihi uero (reputanti mecum, quod maiori præ omnibus regibus qui ante me hic fuerunt, sapientia præditus essem, callerem'q; parabolarum mysteria, & rerum intelligerē naturas) uenit aliquando in mentem, si qua alia non uulgaris pateret uia illuc deducens, scilicet ut sapientiæ beneficijs scientiā, scientiæq; adminiculis laborē cōmodius assequerer. *Loquutus sum in corde etc.* *Cap. II. Dixi ergo in corde.* Hoc itaq; consilio firmato, in alio uiuendi genere uersaturus, decreui uacare delitijs, uariasq; experiri uoluptates. Statim autem probe intelligens esse etiam ea omnia uana, & risum qui temere admitti poterat coërcebā, & uoluptatem amara increpatione, temperantię studio, emendabam. *Cogitaui in corde meo etc.* Postea uero quam considerauí, quod animus posset naturam corporis, parentē illam ebrietatis & fluidam, quasi uinum diluere ac sistere: appetitū enim sobrietas in seruitutem deducit: mirum me incessit desiderium ut uiderem quidnam mortalibus contingere posset, quod reuera bonum, & in quo digne per hanc uitam occuparentur. Quocirca nihil omnium quæ admiratione digna censentur omisi, quod non tractarim. *Magnificaui opera mea etc.* Extructa stant in excelsum palatia., uineæ consitæ sunt, horti etiam ex omni genere fructiferarum arborum magna cura plantati. Piscinæ quoq; instructæ ad excipiendas aquas, quæ distributæ plantas largiter rigent. Insuper numeroso ministrorum ministrarumq; famulitio stipabar, quorum opera partim foris, partim domi & mecum utebar. Nec deerant animaliū quadrupedū armenta, plura eñi ac pecorosiora in mea quàm ullius ex priscis illis facultate bubilia ouiliaq; erant. Addo quod auri argentiq; gazæ affluebant. Satellites erant, tributumq; pendebant omnium reges. Plurimi item adolescentulorū adulescentularumq; chori suauissima carmina, quibus me oblectarent, modulabanī. In eandem etiam delitiarum partem institui cōuiuia, tamq; multos ex utroq; hominū genere pocillatores delegi, ut ne ipse quidem eos dinumerare possem. Tanta gloria omnes qui ante me regnauerunt in Hierosolymis antecellebam. *Sapientia quoque perseuerauit etc.* Verum quid deinde sit subsecutum, accipe. Sapientia imminuebatur paulatim, concupiscentiæq; parum sanę inualescebant crebrius. Nam ubi me quibuslibet oculorū illecebris, & cuiuis infreni pectoris impetui undecunq; illi irrueret permisi, nusq; aliò spectans q; unde uoluptatū spes aliqua affulgeret, tum me miserum omnifarijs delicijs, in quascunq; trahebat cupido, irretiui. Quin & in eam me miseriam reprobi illi cogitatus intrudebant, ut persuaderem mihi delitias uel per se bonas esse, uel officium meum decere. Porrò ut resipui, ut apertis oculis uidi quæ in manibus haberem, manifeste comperi, etiam illa uæsani spiritus opera minus feliciter succedere, esseq; in eis difficultatis malitiæq; plurimum, atq; adeò iam nihil in omnibus quæ homines cōmemorant, approbatione dignum, rationisq; iudicio amplectendū uidebatur. *Transiui ad contemplandam etc.* Collatis tamen inter se sapientiæ bonis, & insipientiæ malis, meritò admirabilē eum uirū prouūcio, qui aliquādo absurde acta uita, semetipsum corripiens, in quam decet uiam reuertit. Grande etenim sapientię insipientiæq; interstitiū, discrimenq; tantum, quantum diei est ac noctis. Nam qui uirtutem sectatur, similis est homini clare sursum & undequaq; cernenti, uiam illius fulgidissimo iubare illustrante. Contrà qui uitijs erroribusq; implicitus, comparandus est erranti in tenebris: cæcus enim est, & oculos illi tenebrosa opera sua effoderunt. *Et didici quod unus utriusque etc.* De uarietate etiā finis utriusq; in insipientia mea cogitanti mihi, occurrebat diuersum nihil. Dicebam autem, æquali sorte sapientē stultumq; mori. Sed his ego uerbis me ex stultorū numero esse declaraui, dignus qui insipientiæ recipiam mercedem. Quid boni ex his argutijs nascitur? uel qualis utilitas huius multiloquij, ubi nugacitatis fluenta quasi ex scatebris insipientiæ propelluntur? Nihil eñi dignius susceptu, quàm sapiēti insipientiq; cōmune fore nihil, neq; iuxta hominū memoriam, neq; iuxta dei retributionē. Etiam si nunc rerum omnium, quæ tamen adhuc ordiri uidenē, instaret finis, non tamen eundem cum sapiente finem sortiret insipiens. *Et idcirco tæduit etc.* Proinde merito exosam habeo omnem hanc uitam, quam terrestribus negocijs totus intentus, in eiusmodi uanitates insumpsi. Nam ut comprehensim dicam, omnes labores meos amaritudo

situdo resperſit, omniaq́; opera incōſiderato cōcitatioris animi impetu præcipitata ſunt.

Miſeri autem laborum meorum fructus, alteri (incertum ſapiens'ne ille an inſipiens fu-
turus ſit) obuenient. Cæterum ubi eos abiecerimus, tunc perſpicuū erit uera hominis bo-
na eſſe ſapientiæ theſauros, & fortitudinis peculium. Quod ſi hæc alicui curæ nō fuerint,
non tamen ideo ſecurus euader, iam enim pro bonis mala, pro iucundis aſpera, pro quie-
tis moleſta recepit. Siquidem diu noctuq́; ſemper urgentibus & animi & corporis labori-
bus, cor ſuum perpetuis & euanidis curis lancinat, ſeq́; moleſtis negocijs & turbellis tor-
quet ac diſcruciat. Igitur perfectum bonum non circa epulas potumq́; reſidet, quamuis
non aliunde nobis quàm à deo alimenta erogentur. Nihil enim ſaluti noſtræ ſeruiens ex-
tra ipſius eſt prouidentiam. Et bonus quidem uir ſapientiā à deo aſſequutus cœleſti læ-
titia potitur: improbus autem ſicubi affligatur à deo, laborat habendi auiditate inſatiabi-
li, opesq́; magis ac magis coaceruare ſtudet. Eum etiam qui à deo honoratus eſt, uel coram
ipſo omnium domino ignominia afficere audet, pollicendo inutilia dona. Doloſa enim
uanaq́; ſunt iſtius miſeræ animæ ſtudia. Porrò quantum mihi uidere licet, per hoc tempus
omnia maximeq́; contraria contingunt. Nata ſunt aliqua, dein emoriūtur: plantata ſunt,
dein ſubuertunt: quæ nunc curabilia, dein letalia: extruunt ædes, paulò poſt ſolo æquan-
tur: lachrymatur, paulò poſt ridetur: nunc luctus, dein tripudium. Nunc terrena quis con-
gregat, dein abijcit: & nunc inſano amore in mulierem exardeſcit, eandem dein aliquādo
capitali odio inſectatur. Nunc quis dedita opera quærit aliquid qualecūq; id ſit, dein illud
ipſum rurſum diſperdit: & nunc anxia ſeruat cuſtodia, quod dein faſtidiens ſponte pro-
fert. Nunc quis occidit, dein occiditur: locutus eſt quis, idem poſtea obticuit. Dilexit, nō
multò poſt odio habuit. Humanæ res bellorum motibus nunc turbantur nunc uacant, et
ſi quando bonæ feliceſq́; uidentur, ſubitò in aduerſas & ex cōfeſſo malas uergunt. Di-
camus igitur tam infructuoſis laboribus aliquando longum ualere, ſiquidem omnia hæc
mea ſententia ad exagitandos homines aculeis uenenatis armata ſunt. Et malignus dæ-
mon, qui ab initio mundi uſque ad finem nocendi ſemper eſt auidus, ringenti ore ſeculum
hoc circuit, & immodice cōtendit, ſi qua occaſione nacta creaturam dei perdere poſſit.
Propterea perſuaſum habeo maxima hominis bona, iucunditatē mentis, & bonorū ope-
rum actionem. Quanquam non inficias ierim ex deo eſſe, etiamſi temporalibus fruamur
modo per ea, duce iuſtitia, ducamur in cœleſtia intermorituraq́; nunquā opera, quæcunq;
deus adeo ſtabiliter obſeruanda præſcripſit, ne cuiquā quātuſcunq; is ſit, ex eis uel detra-
here uel addere quicquam fas eſſet. Reuerentia enim & admiratione digna ſunt. Itaq;
iuxta præſcientiam dei, ea quæ olim ſunt facta, nunc exiſtūt, & futura perinde certa ſunt,
atq; nunc ſint facta. Vnde indubitatum ſit eum qui iniuria afficitur, etiamnū uſum adiuto-
re deo. Ecce uidi in regionibus infernis barathrum ad ſontes & impios plectendos, & de-
licatam alteram regionem pijs deputatam. Quomodo ergo ego olim inſipiēter cenſui,
apud deum reputari, iudicariq; ſimiliter, nihil differre iuſte & iniuſte agere, ratione prædi-
tum uel brutum eſſe: ſed & nihil diſtare apud deum, hominū & iumentorum genera quia
omnibus ſine diſcrimine tempus diſpenſatur, & mors irrogatur, ſed diſcreta inter ſe ſola
uocis articulatione, cætera autem fermè eadem obuenire utriſq;, neq; eſſe iura mortis ſeue-
riora in alia animantia quàm in homines, quin & ſpiritum omnibus ſimilem, nihilq́; am-
plius in homine, ſed una ratione uana quæcunq; ex eadem terra conſtituta in eandem ſint
reditura, incertumq́; de animabus humanis an in altum ſubuolaturæ, & de reliquis bruto-
rum an deorſum ſint defluxuræ. Sicq́; mihi uidebatur nihil aliud bonū præter delitias &
fructum, qui ex præſentibus capitur. Non enim hominē ſi ſemel mortem guſtaret, ad illa
fruenda redire poſſe arbitrabar. Vbi autē ab huiuſcemodi cogitatibus memetipſum re-
duxi, conſiderabam & auerſabar præ nimio dolore tot calumniarū genera ab hominibus
fingi, propter quas pleriq; iniurijs affecti plorant & lamentantur, quia in extrema inopia
per uim aliorum deſtituuntur non modo auxilio ſuorum, ſed omni etiam conſolatione:
interim calumniatores tolluntur in ſublime, unde poſtea & ipſi corruant grauius. Inter
iniuſtos autem & impios, melius habent uita defuncti quàm ſuperſtites. Et utriuſq; con-
ditione potius eligeretur ſors eius qui futurus malus nondū natus eſt, neq; humanas mo-
leſtias attigit. Iam hoc exēplo meo colliqueſcit, ſi qui in uiros claros euadant, quanta eos
è proximis ſequatur inuidia, tametſi is qui maligni dæmonis ſtimulum illum in præcordijs
gerit, & ex aliena felicitate inconſolabilem mœrorem concipit, nihil aliud inde conſequa-

Rurſum deteſtatus ſum &c. — *Nónne melius eſt comedere &c.* — *Homini bono &c.* — *Cap. III. Omnia tempus habent.* — *Vidi afflictionem &c.* — *Et cognoui quod non eſſet &c.* — *Quod factum eſt permanet &c.* — *Et dixi in corde &c.* — *Cap. IIII. Verti me ad alia.* — *Et laudaui magis &c.* — *Rurſum cōtemplatus &c.*

tur, quàm quod suam ipsius animam unà cum corpore absumens discruciet ac edat. Vn-
de fit, ut qui sapiunt, satius putent alteram manũ implesse in ocio, & tranquillitate, quàm
Considerans reperi &c. ut ranq; in laboribus, subdoliq́; spiritus uersutia. Est & aliud quoddam inconueniens,
quod tamen scio non raro cõtingere. Sæpe uiro solitario, cui nec frater nec filius est, opes
multæ affluunt, ipse tamen ob deprauatos insatiabilis animi mores, nullã omnino sibipsi
quietem, recreationẽmue concedit. Blande illum rogarim, quanam de causa laboret, &
lucro studens uarijs perpetuisq́; solicitudinibus animũ discruciet, cum tamen si quod bo-
Melius est ergo duos. num obuiam fiat fugiat, & quod amplecti queat repellat. Quanto feliciores illo, qui fa-
miliaritatẽ cum aliquibus inierũt, e qua fructus optimos percipiũt. Nam cũ duo uiri in idẽ
negociũ incumbant, acciderítq; aliquid aduersi uni, is non longe requiret auxiliũ, habet
enim ad manum qui iuuet. Contrà, homini infeliciter agenti & refocillationis indigo, ca-
lamitas summa est solitudo. Contuberniones sanè, & qui in eodem cœnaculo uictitant, si
qua oriatur tempestas, statim eam sedant mutuis consolationibus, gemina nimirũ felicita-
te. Nam & per diem dicẽdi libertate festiui, & per noctẽ honesta hilaritate sunt securi. So-
litariam autẽ uitam trahens, horrendus sibipsi uiuit, neq; credet si quis persuadere conet̃,
Melior est puer pauper &c hominibus uel temere cõglobatis bene consultũ, funiculũq́; triplicẽ difficile rũpi. Ego
etiam magis probarim adolescentulũ pauperẽ & sapientem, quàm stolidum regem, licet
senem, cui nunq; uenit in animũ tantas fieri posse rerum nouationes, ut compeditorũ ali-
quis olim regno præficiatur, & ipse ex iniusto principatu iuste excidat. Nonnunq; enim
contingit eos qui tyrannidẽ insipientis antea tulerunt, sub prudentioris iuuenis modera-
mine respirare, & hilares agere: licet æquales sui & iuniores, & qui præter illum non no-
uerunt aliũ, seducti opinione peruersa & impetu spiritus contrarij, laudes ipsius prædica-
Custodi pedẽ tuum &c. cap. V. re nesciunt. Porrò in ecclesiæ negocijs principio uitæ tuæ rationẽ habeto, ut & ipse re-
ctus ambules, & pro insipientibus intercedas, qui fortè in posterũ recepto intellectu ma-
la opera uitare discent. Tum etiam perpulchrũ fuerit lingua parcè, pectore autem con-
Ne temere. stanter uti. Nam licet absurdis quibusdam motibus impelat̃ animus, dedecus tamẽ foret,
eos continuò effutire, moribúsue esse minus cõpositos. Licet enĩ longe à cœlo distemus,
quod diligẽter aduertendũ est, præsenti tamen auscultantíq; deo loquimur. Grauiter itaq;
loqui utilissimũ: ut enĩ uariarũ animi curarum assectæ sunt multiformes somniorũ phanta-
Si quid uouisti &c. siç, ita & imprudentiæ perpetua comes est loquacitas. Verum tu si quid uouendo promi-
seris, re præsta. Insipientiũ propria est leuitas, quare tu uerax esto, sciens quod longe me-
lius est nihil uouere, citráq; uotum aliquid facere, quàm omittere, ubi uoueris. Quin & o-
Ne dederis os tuum &c. ciosorum uerborũ omniũ abundantia tanquã coram deo fugienda. Quid in animo suo
reposuerit, sentiet res suas à deo & pendere & corrumpi: & sicut somniorũ, ita uerborum
maiorem partem esse euanidã, timorem q; dei in primis salutarem, tametsi ualde infreques
sit. Vnde nõ est q̃ quis mirec̃ si uideat pauperes calũnijs opprimi, iudicesq́; subdolis stro-
Quia excelso &c. phis circumueniri. Cauebis autem ne potentioribus tibi uideare maior, esto enim nunc
sis impunis, à futuris tamen imminentibusq́; terroribus non eximet te ęrũnosa hæc super-
Auarus non implebitur &c. bia. Iam sicut bona per rapinam parta possidere damnosissimum simul est ac scelestissi-
mũ, ita & uiro possidendarũ opum cupido nulla ex eis obueniet uel satietas, uel syncera
amicorum beneuolentia, quantumuis plurimũ argenti quod possessuri sunt ab eo expe-
Vbi multæ opes &c. ctent. Quippe hominis uani hoc fuerit. At boni, ut se accedentes lætos & ad despicien-
da omnia eiusmodi fortes reddat. Et profecto magnum quiddam censeri debet talibus cu-
ris non esse agglutinatũ. Ecce pauper quamuis seruus sit, nec habeat quo uentrem suum
expleat, placido tamen somno refocillatur, cum interim auaro, uigiliæ, cruciatusq́; animi
Est & alia infirmitas &c. quietem excludunt. Quid autem ineptius agitur, quàm dum repositis thesauris incuba-
tur, tantoq́; studio custoditur infinitorũ malorum occasio? Equidem necessarió corrum-
pent̃ & disperibunt aliquando diuitiæ illę, siue eas filij possideãt siue non, & diues ipse ue-
Et nihil auferet secum &c. lit nolit talis iterum in terram abibit, qualis olim cum nasceretur cõparuit. Sed & hoc
hominis augebit miseriã, quod uacuis manibus abiturus. Non enim cogitat futurũ uitæ
finem, natiuitati suæ simillimũ, neq; attendit cuiuis uentorũ impetui potius quàm sibi per
inutilia opera sua consultũ, dum sic uitam suam omnẽ in impijssimis desiderijs, & uæsanis
conatibus, & tristitijs, & infirmitatibus consumit: & ut summatim dicam, eiusmodi uiro
Hoc itaque uisum &c. dies sunt tenebræ, & uita luctus. Non autem negauerim etiam opes bonas esse, & non
reprobatas. Dei enim donum est, si homo læte perfruat̃ laboribus suis, modo opes illæ à
deo

deo sint concessæ, & non rapina acquisitæ. Talis enim neq; prauis desiderijs seruit, neque
mœroribus tabescit, bono in omnes est animo, & in munere diuino exultat, & omnē ui-
tam suam bonis operibus adornat. Nunc aliam molestiā frequentē & infestā mortali- *Cap. VI.*
bus sermone persequar. Respondet nōnunq; deus omnibus aliquorū hominū uotis, con *Est & aliud*
ceditq; eis facultates, honores, & quęcūq; alia animis cōcipiunt. Et ita inuenies uirū abun *malum &c.*
dantem omnibus, una tamen hac plaga diuinitus immissa, ne uel minimo fruat̃, sed alteri
potius reponat. Emigratis ex hac uita, neq; sibi neq; proximis fructum afferens. Ego e- *Hoc uanitas*
tiam hoc magnū argumentū certissimumq; indiciū extremæ puto ærumnositatis, quando *et miseria &c*
qui plurimorū filiorū appellatur pater, incolumis longo tempore uixerit, animā suam uir
tutibus impinguare adeò negligit, ne uel mortis quidem memoriā degustandā admittat.
Huius ego nec prolis numerositatē, nec annositatē mihi æmulando optarim, imò meliorē
aio conditionem intempestiui fœtus qui abortientis matris utero elapsus est, q̃ illius uiri.
Vt em̄ abortiuū uane aduenit, ita et absq; omni satietate & fructu clanculo abit, neq; mali
quippiam sole non aspecto attingit. Eius sanè sors leuior, quàm longæui illius, cui de bo-
nitate constat nihil, tametsi amborū idem finis sit mors. Insipienti posita est lex, ne con *Omnis labor*
cupiscentijs indulgeat, & propterea reprehendit̃. Sapiens ab eis sua spōte sibi temperat, *hominis &c.*
propter quod uitæ rectitudo, homini etiam inopia presso dux est itineris. Irritāt quorun-
dam oculos ferculorum spectacula, sed cum inane sit hoc uiuendi studium, perniciosæ il-
lecebræ animū in steriles occupationes trahunt. Vt autē satis nota quæ facta sunt, ita *Quis futurus*
non minus & hoc manifestū, homini nullas esse uires in ea quæ supra se, quāuis homines *est &c.*
nugas excogitant, & excolunt, quæ postea amplectentiū easdē insipientia, accipiūt incre
mentū. Inde tamē nihil aliud accedit cōmodi, quàm quod sciam desiderabilia quædā esse,
quæ homini in hac uita contingere possent. Dissimularet̃ forsan hoc, si eo contenta esset
immodica hominū solicitudo, uerū futura etiam post mortē curiosius rimat̃, seq; putat co
gnoscere. Enimuero nō tam corpori oleū, quàm grata est animæ bona memoria: & uitę *Cap. VII.*
exitus melior quàm ortus: & satius fuerit lugere quàm conuiuari, & adesse mœrentibus *Melius est no-*
quàm inebriatis. Qui em̄ finem suum rectè secum cogitarit, non tanto studio, quæ huius *men bonū &c.*
uitę sunt amplexabit̃. Sed & risu probatior est tēpestiua indignatio, quādoquidē alseue *Melior est ira*
ratione uultus corrigit̃ anima. Et hæc causa est, ob quam sapientū animæ contractæ sunt *risu &c.*
ac tetricę, insipientū uero elatæ & effusæ. Hinc etiam longe optabilius est, increpationē &
castigationē sapientis unius ferre, quàm totius chori improborū inseliciumq; hominū es-
se auditorem. Equidē crepitui spinarum plurimarū, lato igne ardentiū, insipientium risus
scitè cōparat̃. Est & alia miseria in humanis, summū, inquā, hoc malum Calumnia, quę *Sed & hoc ua*
sapientū maxime animabus insidiatur, generosam ac densam illam uirtutū syluā extirpa *nitas &c.*
re molitur. Sermo non in principio, sed cum ad calcē peruenerit laudandus est. Motum *ἐυσχέτιμ.*
probetur modestia, nō fastus aut supercilium. Furor & primus indignationis impetus co *ἀγαθῶμ.*
hibendus est, ne præceps in iram (cui stulti seruiūt) ferat̃. Errant autē qui asserunt pri *Melior finis*
scis meliorem uitam concessam, non intelligentes quantū à possessionibus opum, sapien *orationis &c.*
tia differat, quæ illis tanto sit clarior, quāto umbra sua splendidius apparet argentū. Non *Ne dicas quid*
enim uita nostra diuitiarum subsidio, sed sapiētia subsistit. Dic precor, quis tantam, tamq; *&c.*
sua uem dei prudentiam poterit enarrare? aut quis poterit reparare quæ iuste à deo uiden-
tur neglecta? Et ego olim nō rectè ambulans cognoui quomodo iustus in iustitia sua per
seuerans usq; ad mortem nō excidat, insidiosusq; & impius cum malitia sua cōmoriatur.

Porrò qui aut iustus est aut sapiens, ne uideatur sibiipsi oppidò & immodice iustus uel *Noli esse nimi-*
sapiens, ne fortè admisso peccato uno, cōsequenter pluribus implicetur. Noli esse audax *um iustus &c.*
uel temerarius, ne te mors ante diem rapiat. Bonum maximum est dei adiutorio niti, & sic
omne cauere peccatum. Abominabile etiam immaculata pollutis contingere manibus.
Atqui obedienti & timenti dominū, aduersa omnia licebit effugere. Nec tantum ualent *Sapientia con*
in ciuitate potentissimorū uirorum præsidia, quantū sapientia: ea solet nonnunquā etiam *fortauit &c.*
omittentibus facere quæ oportebat, ignoscere. Et quis est, qui non impingat alicubi?
Impiorum item sermonibus caue sis propies, ne si pestilentibus uerbis, tanquam innoxijs *Sed & cunctis*
improbi serui gerris, aurem securus accommodaueris, deinde ubi pectus tuum morsibus *sermonib &c.*
saucium fuerit, incipias & tu in plerisq; operibus cum maledictionibus recalcitrare, sicq;
subuerti. Omnia hæc mihi iam olim comperta. Sapientiam enim à deo assecutus eram:
sed eam heu quanto damno meo abieci: ad similem enim illi pristinæ, amplius pertingere *Cuncta tenta-*
ui &c.

non ualeo. In tantum spacium tamq́; immensum aufugit profundum, ne ulla sit eandem reparandi facultas. Deniq; in eam ductus sum desperationem, ne amplius requirerem neq; cogitarem quàm euanidæ forent impiorum lætitiæ, quàm friuola consilia, quamq́; ęgra uita. Cumq́; sic haberem, letali concupiscentia irretitus, in hoc ipsum uolutabrum incidi.

Et inueni amariorem morte &c. Expertus etiam sum mulierem esse mollem quandam terram, uel aliud tale quid. Cor em̃ ipsius quasi sagena prętereuntes cõcludit. Quod si manu sola contingat, tenet: sin amplexetur, uinculis trahit. A qua solus liberatur, qui deum habuit propitiũ, & ut inspectorem omnium obseruauit. At peccatis seruiens eam non effugiet. Equidem diligenti perscrutatione facta in mulieribus omnibus, neq; in una inueni sapientiam. Et in multis millibus uirum quis noscet sapientem, mulierem non item.

Solũmodo hoc inueni &c. Hoc autem cum primis cognoui, simplices hominũ animas à deo conditas, sed accersere sibi ipsis malum, cogitatus uarios, & quęstiones nunquam finiendas: & cum ad sapientiam indagandam sint nati, in uerbositatibus tamen ætatem omnem deterunt.

Cap. VIII. *Sapientia hominis lucet.* Sapientiæ iudiciũ ex luculento hominis uultu apparet, uelut & liuor impudens, statim ut uidetur aliquis, prodit dignum quem ipse inhabitet.

Ego os regis &c. Magna diligentia regis uerba attendenda sunt, sed iuramentũ per nomen dei modis omnibus fugiendũ. Sermonibus domini licet molestum quid imperantibus decet obedire, cauereq́; ab omni in eum blasphemia. Nam quamuis inferat tibi aliquid, nõ tamen tuum fuerit reprehẽdere, neq; cõtradicere decretis monarchæ uel regis. Nihilominus tamẽ in sacris præceptis perseuerare, & procul abesse à pestilẽtibus dictis, cõsultius & utilius.

Omni negocio &c. Equidem sapiens ante oculos semper habet iustum iudiciũ suo tempore futurũ, & prænoscit omnia humanę uitæ opera superne retributionem expectare. Verum quod nunc mali parum animo aduertunt nimium de hac uita soliciti, id citra controuersiam in futurum ignorabunt minime. Ignorantur sanè superuentura, è quibus nullum pro dignitate satis poterit annunciari: neq; ullus tam fortis, qui angelum animam suam separaturum à corpore prohibere queat: neq; ulla omnino uia inuenitur, qua hora mortis uel quomodolibet prorogetur: sicut & in medio prælio captis, omnia effugium negant, ita & tunc uniuersa hominis impietas emicabit.

Omnia hæc cõsideraui &c. Obstupesco itaq; quoties aspicio, quot & quanta in proximũ damna homines cõminiscuntur. Licet sciam impios nonnullos ex hac uita ante diem raptos, ne ceteris prępedimẽto essent, eo quod uanitati sese exposuerãt. Quia em̃ diuina prouidentia non subitò omnes plectit, ob longanimitatem qua malos tolerat, & non statim in delictis ulciscitur: idcirco uir impius nihil referre putat, si frequẽter & grauiter peccet, confidens se cum innocentibus euasurũ: sed non intelligit, quod etiam post multum temporis malum non latebit impunitum. Bonum ergo maximum est pie colere deum. Impius ubi exciderit à pietate, non diu abutetur stultitia sua.

Est & alia uanitas &c. Pessima autem & ementita opinio de iustis & iniustis sæpe homines depascitur, quandoquidẽ de utrisq; plerunq; sinistre suspicantur. Sæpe enim quis iustus est, & non apparet esse iustus: contrà, impius sæpe prudens habitus est. Quem ego errorem nimirum molestum interq́; præcipuos posuerim.

Laudaui igitur &c. Putabam autem aliquando bonum summum in esculentis, poculentisq́; situm, eumq́; deo gratiorem, qui licentiosius per omnem uitam ijs frueretur & refrigeraretur. Eamq́; lætitiã solam admirabar, atq; adeò nil aliud cogitabam, ne uel nocte uel die ab ulla re ad hominũ delitias inuenta me abducerem. Tandem ex ijs unum hoc comperi, neminẽ huius farinæ, ullo pacto, quantumuis laboret, ad bonum, quod uerè bonum est peruenturũ.

Cap. IX. *Sunt iusti ac sapientes &c.* Opinabar etiam tunc mea studia, digna esse mortalibus omnibus, & si sapiens quis, iustitiæ esset deditior, iniustitiæ subuersor, nulli inimicus, æquus (id q̃d deo gratissimũ) omnibus, is mihi uanitati studere & desipere uidebatur. Similiter existimabam eundem finem iusti & impij, boni & mali, puri & inquinati, deum placantis & non placantis. Item quod iniustus et bonus, iuramenti fidem, custodiens & frangens, in eundem tandem portum appulsuri essent. Et certus propè eram omnes pari fine consummandos.

Vnde & nunc corda &c. Etiamnum scio, quod eiuscemodi sunt insipientium cogitatus, errores, & deceptiones. Multa enim dicunt, nempe mortuos, omnino perire, & mortuo honoratiorẽ uiuũ, etiamsi in tenebris squalescat, uel ob utilitatem comparetur canis uitę ad leonis cadauer cõparatæ. Viuentes uel hoc unum scire sibi moriendum, mortuos uero planè nihil. Retributiones nulli repositas: ubi debitũ naturæ solutum fuerit, finem simul habituras inimicitias & amicitias erga defunctos. Eorum enim tam æmulatio defecit, quàm uita disparuit, & ut semel dicam, nihil ex rebus nostris commune futurum eis qui hinc migrarint. Posteaquã uero homo talium errorum

præstigijs

præstigijs fuerit incantatus, incipit consultare in hunc modum: Heus quid agis? cur non *Vade ergo & comede &c.*
magis delicijs uacas? cur non epulis expleris omnibus, & uino obrueris? An non uides
omnia hæc à deo concessa, ut citra prohibitionem cuiusquam ijs fruamur? uestibus indue
re nuper lotis, unguento caput perungito, mulierem hanc contemplare, sed & illam, ua-
nam hanc uitam in uanitatibus transmitte. Præter hæc enim tibi reliqui nihil erit tam hic
quàm post mortem. Fruere ergo præsentibus, neq; ab inferno tibi timendũ, in quem om- *Verti me ad aliud &c.*
nes proficisci dicimur, expers enim est sapientiæ sensusq;. Hæc quidem nugantur ua-
ni, ego autem sat scio, quod neq; qui perniciosissimi habent, cursum hunc magnũ perfi-
ciunt, neq; qui ualidi & terribiles hominibus existimati tam horrendo bello uincẽt. Sed
neq; in abundantia eduliorũ sapientia probat, neq; sapientiæ cum diuitijs cõmune aliquid
esse solet. Neq; assentior ijs qui omnibus eadem euenire putant. Equidem mihi ualde dor
mitare uidentur, qui talia cogitantes non reputant secum, quòd ueluti pisces & aues retia-
culo attracti miserè conterendi iustis puniuntur supplicijs. Iam ego sapientiam tanti fe *Hanc quoque sub sole &c.*
cerim, ut ciuitatulam à paucis habitatam, atq; magni regis manu obsessam, si modo uel u-
num sapientem tametsi pauperem habeat, frequentem magnamq; putem. Poterit enim il
le & ab hostibus & à bellicis machinis oppidum suum facere saluum. Et alij quidem sa-
pientem illum inopem non cognoscunt. Verum ego sapientiæ uirtutem longe præfero
potentiæ uulgari. Sapientia enim illius inde cõtemptibilis est, quia paupertati cohabitat:
sed non multò post audietur potentes & tyrannos desideriorum seruos alloquens ferro
ipso potentior futura. Contrà insipientia unius, etiamsi à plerisq; ut magnus celebretur,
periculum affert multis. Nam & muscæ si in unguentum cadant suffocatæ, tam unctio- *Cap. X.*
nem quàm unguenti faciem reddunt deformem. Inconueniens etiam est eandem rem sa
pientiæ insipientiæq; simul acceptam ferre. Sapientem semper ad dexteram inuenies bo- *Preciosior est sapientia &c.*
norum operum, stultum uero ad sinistram declinantem, nec unquam honestatis ducatu
in operibus suis utetur insipientia. Cogitatus enim eius uani sunt, stultitiaq; referti.
Quod si amice, bellum tibi moueat spiritus aduersarius, resistas ualide, certus, deum pro *Si spiritus &c.*
pitium etiam multitudini peccatorum ueniam posse dare. Opera autem tyranni & pa- *Est & malum &c.*
tris omnis malitię hęc sunt: Insipiẽtẽ in excelsum sublimari, diuitẽ humiliari sensu, seruos
peccatorũ in equis ferri, & uiros sanctos humiliter obambulare, uidereq; corã se impios
superbientes. At qui alteri insidiatur, nescit quòd sibiipsi primum & soli parat insidias, *Qui fodit foueam &c.*
Qui securum alterius demolitur pręsidium, in serpentis morsus passim incidet. Sed & qui
lapides extrahet sufferet laborem non paruum. Similiter & qui ligna scindet in armis suis
periclitabitur, turbabitur autem si ferrum manubrio exilierit. Nulli bene cedet, qui conue
het opes, & per iniustitiam adaugere quęrit potentiam breui duraturã. Occultum autem
serpentis morsum, incantatores non medicabuntur. Mali itaq; uani sunt, bonus uero bo-
na operatur, & sibi & proximo conducibilia. Stulto item sua garrulitas perniciosa est: li-
cet autem interdum os aperiat, stulte tamen orditur, statim finem facturus. Omnino suam
ipsemet declarat stultitiam. Impossibile uero homini est scire, uel etiam ab homine di- *Ignorat homo &c.*
scere, quæ ab initio fuerint, quæq; superuentura sint. Quis enim ille qui annunciet? Cæ-
terum homo qui in ciuitatem bonam concedere nescit, & oculorum suorum, & faciei af- *Labor stultorum &c.*
flictionem expectat. Ciuitati autem cuius rex puer, & cuius princeps crapulæ uacant, ma
la prædico. Sed beatam assero terram, in qua liberi filius imperat, & magistratus bonis in
tempore fruuntur. Piger & ociosus domum suam minorem faciunt, alios subsannant, *In pigritijs etc*
ingluuie sua abutuntur omnibus, argento quouis trahuntur, uili precio nihil non humi-
le & uile facere parati. Deniq; regi, principibus & magistratibus parendum per om- *In cogitatione &c.*
nia, ita ut ne dicto quidem illis quis aduersetur, aut uerbulum aliquod triste obmurmuret.
Timendum, ne si quid etiam solus dixeris, manifestetur aliquando. Magno enim & diui-
ti & unico regi, angeli ueloces & alati, spirituali simul & rationali fungentes ministerio,
deferent omnia. Iustum est, panem & cætera huius uitæ necessaria communicare homi- *Cap. XI.*
nibus, tametsi periturum uideatur beneficium, ac si quis in aquam proijciat panem. Ap- *Mitte panem &c.*
parebit autem procedente tempore non inutilem tibi fore misericordiã. Da autem libera
liter, & diuide pluribus, sua tamen cuiq;, nescies enim quid superueniens dies allaturus
sit. Ecce nubes aliquandiu pluuias suas cohibent interdum, quæ postea largum imbrem
super terram depluunt. Neque arbor ulla est, quæ semper stet. Eam enim licet homines
non succidant, uento tamen olim subuertetur. Multi sunt qui à cœlo futura uolunt præ

 noscere.

Qui obseruat uentum &c. noscere. At quis nubes respiciens, & uentum expectans, uel messem uel uentilationem ob persuasiunculam friuolam intermitteret? Sanè opera dei perinde nobis ignota sunt, ut fructus prægnantium, quos ignoramus quales futuri. Qui igitur in tempore sementem fecerit, fructus etiam comedet, quando tempus suum instabit, quamuis incertum quęnam
Dulce lumen &c. ex his quæ plantauimus meliora erunt, tametsi in bonum cedant omnia. Si autem quis secum ratiocinetur quàm pulcher sit sol, quàm suauis hæc uita, quàm iucundum in summa felicitate longæuum fieri, & quàm horrendū perpetuumq́ malum sit mors, nihil omnino afferens commodi, unde sentiat nos frui debere omnibus præsentibus, utcunq; uideantur suauia: insuper & adolescentibus consulat, sua ætate abuti, permittere animabus suis omnem uoluptatē, indulgere desiderijs, uiuere ut libet, spectare oblectantia, auersari autem quę non sunt eiusmodi. Ad quem ita dixerim: Insipienter agis ô tu quisquis es non expectans futurum in his omnibus dei iudicium. Mala res est intemperantia, libido autem & spurcitia damnum & iniuriam corporibus nostris afferunt. Adolescentiæ comes
Cap. XII. est insipientia, insipientia uero ducit ad interitum. Operæprecium igitur, ut cum adhuc
Memento creatoris tui &c. sis adolescens, deum timeas, priusquam miserijs obijciare, ueniatq́ ille magnus & terribilis dies domini, quando neque sol, neq; luna, neq; stellæ aliæ ultra fulgebunt, mouebuntur autē supernæ uirtutes, angeli custodes mūdi, in tempestate & turbatione illa uniuersi, ita ut quiescēt tunc tam uiri potentes, quàm mulieres operariæ, & fugiāt in tenebrosa domiciliorū penetralia, clausis ianuis omnibus, & si qua molendo occupata, prohibita fuerit timore nimio, gracili uocula ut auicula parua clamabit. Omnes autem impuræ mulieres in terram cadent. Similiter & ciuitates, & illarum sanguinarij magistratus uindictam superne expectabunt, urgente acerbissimo cruentissimoq́ illo tempore, quod erit ut amygdalus florens. Tunc ita frequentia aderunt supplicia, sicut multitudo locustarum aduolantium, & ita è medio abijcientur peccatores, ut nigra despicatissimaq́ capparis. Et bonus quidem uir in domum suam æternam gaudens proficiscitur. Improbi uero omnia suo
Antequàm rumpatur &c. luctu complebunt, neq; illis repositum argentū neq; probatum aurum proderit. Magnus enim fons comprehendet omnia, quousq; apud puteum stetit hydria & uehiculū rotæ, quàm contingit quandoq; elabi. Quum igitur cessabit cursus temporum per rotam, & uitæ per aquam signatus, & præterierit seculum urnam gerens, & iacuerint homines super terram, tum erit una salus si agnouerint animæ conditorem suum, & ad eum reuola-
Vanitas uanitatum &c. uerint. Dico igitur sicut & principio dixi, miram esse uanitatem qua occupantur homines, tamq́ superabundantem, ne quis eam totam animo queat complecti. Cæterum &
Cumq; esset sapientiss. &c. hic meus quamuis sapienter concionantis labor superuacaneus, apud populum illum iustitiæ negligentem, doctrinamq́ & curam respuentem. Ego quidem senior, longo iam usq; tempore transmisso, amore mysteriorum ueritatis non absq; labore inquisiui, ut inuenirem quæ placita essent deo. Comperi autem animos non minus sapientium admonitionibus excitari sopiriq́, qui si aculei clauiq́ corporibus infigantur. Vnde spero futuros,
His amplius &c. qui doctrinas illas sapientia plenas, sibiq́ à fideli pastore & præceptore creditas, posteris enarraturi sint multò uberius tamq́ cōsonanter, ut qui ex uno ore audiunt. At quid pluribus, cum multiloquij nulla sit utilitas? Sed nec tibi ô amice consuluerim, inutilia & quæ
Finem loquendi &c. minus conueniunt describere, cum in eis præter laborem nihil sit reliqui. Postremum, ex me quoq; cum epilogo finem petierit aliquis, eum ecce uobis & breuiter & manifeste annunciabo ô homines: Timendus ante omnia deus omnium dominus simulac inspector. Obseruanda item mandata ipsius, & persuasum habeat unusquisq;, omnia post hac iudicanda, & singulos iuxta merita operum suorum siue bona siue mala, retributionem accepturos.

FINIS.

Sancti

SANCTI GREGORII archiepiſcopi Neocæſarienſis, miraculis clari, de ijs, qui in captiuitate idolis ſacrata comederunt, & alia quędam commiſerunt, epiſtola Canonica.

DOMINO BERNHARDO & Chunrado Adelmannis de Adelmanſfelden, Auguſtę Vyndelicorum canonicis, genere, eruditione & uita conſpicuis, Oecolampadius S.



Vum claritudini ueſtræ, quæ me nuper inter amicos nedum clientulos adſcitũ, ſingulari facilitate proſequi cœpit, debeam multa, uelim plurima, ne modo nõnihil præſtem, aliquor ſanctorũ patrum Canones, ijs diebus à nobis qualicunq; latinitate donatos, nuncupatim dedico. In quibus etſi non tanta eloquij uenuſtas, religio tamen, ut cætera interim taceam, ſeueritas & priſca ſanctimonia copioſe ſpectanť. Eſt enĩ præſertim Gregorio & Petro, non minor autoritas apud Græcos, q̃ magnis illis & œcomenicis concilijs. Quam nimirum, ille cui θαυματουργοῦ cognomen, miraculis, hic, quẽ & ἱερομάρτυρα uocant, ſanguine, imò uterq; pura & euãgelica eruditione ſibi cõciliauit. Quamuis autem noſtra ſecula, priſcas horreant pœnitentias, bonę tamen menti proficuum fuerit, primęuę illius auſteritatis memorem, dignos potius fructus pœnitẽtię operari, quàm ſpem in uanis hominũ pollicitationibus, Semeiq́ue Neelamitę ſomnijs collocare. Gennadij etiam epiſtola, lectu digniſſima eſt, quę tam dilucide, tamq; ardẽter, letiferam illam Simoniæ peſtem inſectatur. Cęterũ nemo nobis iure ſuccenſebit, quod Latinis auribus ingeramus, quid alię nationes, quid alia ſecula amplexata ſint, ſiquidem iubet Apoſtolus, Δοκιμάζετε πάντα, τὸ καλὸν κατέχετε. Dogmatiſtę ſint alij, nobis modo interpretis officio fungentibus, munuſculum uel nihili, quod tamen non uſquequaq; diſpliciturum ſit, amicis patroniſq; nouis paraſſe permittant. Valete.

ARGVMENTVM.

GOthis & Boradis Pontũ deuaſtantibus, ut in bellis fieri aſſolet, captiui cibis interdictis ueſcebantur, mulieribus uis fiebat. Auari alienis opibus inhiabant, exulũ bona & prędia occupantes. Inuenta alij aut ſeruabant, aut reddituri mercedem inuentionis exigebant. De quibus à ſacerdote quodam conſultus, ſanctus ille Gregorius, hac epiſtola reſpondit.

CANON PRIMVS.



Aud graue piaculum eſt, Papa ſacratiſſime, ſi captiui edulia ſibi à dominis appoſita, comederint, pręſertim cum unus omnium ſermo ſit, barbaros, qui in has noſtras oras incurſionem fecerunt, idolis non feciſſe ſacra. Enimuero Apoſtolus ait: Edulia uentri, uenter edulijs, & hunc & illa deus abolebit. Quin & ſaluator noſter omnes cibos purificat. Non enim quod ingreditur, hominem reddit immũdum, ſed quod egreditur. Et de mulieribus captiuis, quę barbarorum atrocitate uitiatę ſunt, reſpondemus. Si uita alicuius, quę ambulat, ut ſcriptum eſt, poſt oculos fornicantes tanq; de inueterato fornicandi habitu ſuſpecta, fuerit condẽnata antea, id ipſum de ea per captiuitatis tempus, cenſendũ, neq; temere illi in precibus cõmunicandũ. Sin ante egregia uixerit cõtinentia, mundamq; & nulla ſuſpicionis labe infectã pręſe tulerit uitã, nunc uero uiolẽtiæ & neceſſitatis iniuria lapſa eſt, exemplũ habemus in puella Deuteronomij, cui nullũ imputať pecca-

tum mortis,neq; aliquid cōtinget, si cum ea, in agro inuenta, uimq; passa uir cōcubuerit. Equidem perinde ac si quis aduersus proximum suum insurgat, illiusq; occidat animam, talis & huius est causa. Clamauit puella,nec erat,qui adiumento illi esset.

CANON SECVNDVS.

De immodica habendi cupidine.

HAec quidem eiuscemodi sunt,auaritia autem periculosa est,nec facile una epistola citari possunt diuinæ literæ,quibus non modo rapina,sed omnis auaritia,alienorumq; per turpe lucrum contactus fugienda,& abhorrenda denunciantur. Et omnis qui eius farinæ est,ab ecclesia dei abdicat. Iam quod tēpestate huius incursionis subtanto ululatu, tantisq; lamētationibus audent aliqui existimare, tempus, quod cæteris affert perniciem,sibi lucro cedere,hominū planè est impiorū, osorumq; dei, etiam si non extremæ pessimorum. Vnde uisum est,eos omnes abdicandos, ne ira dei,super totum templum ueniat,primumq; super antistites, qui tales non inquirūt. Nam timeo sicut scriptura ait,ne impius secum perdat iustum. Fornicatio enim ait,& auaritia propter quæ uenit ira dei super filios inobedientiæ. Ne sitis ergo illorū comparticipes. Eratis enim aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino,sicut filij lucis ambulate. Nam fructus lucis in omni bonitate,& iustitia & ueritate,probantes quid sit gratum deo,&non cōmunicantes infructuosis tenebrarum operibus, imò & reprehendite. Quæ enim clanculò ab illis fiunt,fœdum est & dicere. Omnia autem quæ arguuntur,per lucem clarescunt. Talia quidem Apostolus. Porrò si pœnā luant,qui auaritiā tempore pacis exercuerunt, ipsoq; tempore iræ rursum ad auaritiam reuersi, ex sanguine perniciecq; afflictorū, aut captiuorum, aut occisorum lucrum faciunt, quid aliud expectandum, quàm quod sua auaritia iram & sibi & omni populo irritando coaceruent?

CANON TERTIVS.

AN non Achar filius Zare,in anathemate peccato peccauit,& super omnē cōgregationē Israel facta est ira? Et unus ille solus peccauit. Num solus mortuus est in peccato suo? Nos autē omne lucrum,quod non est nostrum,sed alienum,hoc tempore anathema existimare oportet. Et Achar,& ij qui nunc, ex direptione accipiunt. Ille autem ex ijs quæ hostium, ij uero ex ijs quæ fratrū sunt,pestilens lucrum faciūt.

CANON QVARTVS.

NEmo seipsum,tanquā inuenerit aliquid,decipiat. Neq; enim ex repertis lucrari quiddam licere testatur illud Deuteronomij. Si uideris uitulū fratris tui, aut ouem errantem in uia,ne despicias ea, sed fideliter reducas ea fratri tuo. Quod si non appropinquat frater tuus ad te,neq; noueris ipsum,coges ea in domo tua, eruntq; apud te,donec frater tuus ea requirat,sic facies de asino,& ueste,sicq; facies de omni quod amiserit frater tuus. Hæc Deuteronomium. In Exodo autem,non solum accurare reduci in domum domini sui iubentur, quæ sunt fratris, sed & quæ inimici. Cæterum, si tempore pacis à torpescente, delitijs uacante,& sua negligente,siue fratre,siue inimico, lucrum facere non licet, quanto magis à periclitante & inimicos fugiente, suaq; propter necessitatem relinquente?

CANON QVINTVS.

ATalij pro suis quę amisere, res alienas inuentas detinentes, seipsos decipiunt, ut cum à Boradis & Gothis prohibeantur, ab hostibus aliquid rapere, suos, hostes facti,inuadunt. Quamobrem Euphrosynum, fratrem,parisq; senectutis, ad uos misimus, ut secundū formam hic apud nos obseruatā, & quorū accusationes admittendæ,& qui à precibus excludendi sint, isthic similiter disponat.

CANON SEXTVS.

ANnunciatum est & nobis incredibile quiddam,quod in regione uestra factum sit, planè ab omnino impijs & infidelibus,nomē etiam ipsum domini ignorantibus, qui in tantam inhumanitatem & crudelitatem deuenerunt, ut captiuos, qui iam effugerant,ui detinuerint. Mittite aliquos in regionem, ne qui talia perpetrauerunt,fulmine tangantur.

CANON SEPTIMVS.

Qui in captiuitate diutina, iam inter barbaros connumerantur, facti & ipsi barbari, adeò, ut obliti se quoque Ponticos & Christianos, cognatos uel fune, uel ligno trucident, ignorantesq; barbaris uias & domos indicent, auditorio etiam excludantur, donec sanctis, anteq; eos sancto spiritu conuenientibus, communiter quid de ipsis, decernatur.

CANON OCTAVVS.

Alienas domos sub hac barbarorum incursione ingredi ausi, si accusati, conuictiq; fuerint, ne uel auditorio digni censeantur. Sin se expurgauerint, ablataq; restituerint, in ordine supplicum poenitentium statuantur.

CANON NONVS.

Qui in campo, aut in suis etiam ædibus, à barbaris quippiã relictum inuenerint, si accusati conuincant similiter cum supplicibus poenitẽtibusq; numerandi sunt. Quod si se excusarint restitutis inuentis, ad preces quoq; ut admittantur digni censeatur.

CANON DECIMVS.

Mandatum hoc impleturi, absq; omni turpi lucro impleant. Neq; indicij, neq; conseruationis, neq; inuentionis, uel quocunq; alio nomine mercedulam repetant.

CANON VNDECIMVS.

De quinq; poenitentium locis.

Πρόκλαυσις, extra portas oratorij est, ibi peccatorem stantem, à fidelibus qui ingrediuntur flagitare oportet, ut pro se orent. Ακρόασις intra portam est, in loco quem νάρθηκα uocant, ibi stat peccator post catechumenos, & inde egreditur. Ait enim, ubi audierit scripturas & doctrinas, eijciatur, nec dignus habeatur, qui precibus intersit. Υπόπτωσις intra portam templi ut stans cum catechumenis egrediatur. σύστασις, ut simul stet cum fidelibus, & non exeat cum catechumenis. Μέθεξις ad sanctificationes pertinet.

DIVI PETRI ARCHIEpiscopi & martyris Alexandrini, ex sermone de poenitentia Canones, de ijs qui tempore persecutionis à fide exciderunt & dein poenitentiam egerunt.

ARGVMENTVM.

Desertorum fidei uarijs generibus uariæ poenitentiæ præscribunt. Negauerunt aliqui Christũ, tracti ad iudices, post multa tormẽta, de quibus Canon primus. Aliqui in carceribus, sed sine tormentis, de ijs Canon 2. Dein alij sine tormentis & carceribus, qui tamen ad poenitenriã redierunt, eos recipit Canon tertius. Alij sine tormentis & carceribus à fide recesserunt, sed ad poenitentiã non redierunt, illos reijcit Canon quartus. Iterũ alij aut simulanter adorauerũt, aut seruos subornarũt, qui arguuntur Canone quinto, sexto & septimo. Præterea quidã exciderant à fide, & sponte redierunt in agonem, qui laudantur Canone octauo, & pro eis preces fiunt Canone undecimo. Sed reprehenduntur, qui temere periculis se ingerunt Canone nono & tredecimo. Qui pro se pecunias dederunt, nõ puniunt Canone duodecimo. Clericos qui semel exciderunt, ad ministerium altaris, amplius non admittit Canon decimus. Canon ultimus inter ueros confessores numerat, qui uincti & ui adacti adorarunt idola, & qui confessores ueri sint indicat.

CANON PRIMVS.



Vum iam quartũ à persecutione pascha agatur, id temporis, sat sit ijs, qui ad iudices adducti, custodijsq; mancipati, tormẽta curatu difficilia, flagella molesta, aliasq; multas graues necessitates pertulerunt, & dein per infirmitatem carnis desciuere. Tametsi ab initio suscepti non sint, ob grauem ruinam, quæ eos ne consummarẽt, præpedierat, ueruntamen cum diu multumq; repugnando certarint, neq; uoluntate, sed carnis imbecillitate proditi & destituti eo deuenerint, quandoquidem & in corporibus eorum stigmata Iesu monstrent, iamq; tertium annũ lugeant post reditũ, adijciendi adhuc ad poenitentiã eorũ, quadraginta

quadraginta alij dies, facta admonitione, quod, cum eos etiã dominus & saluator noster Iesus Christus, post baptismum ieiunasset, à diabolo tentatus sit. Per eos, ubi se amplius in pœnitentiæ operibus exercuerint, cõtinenterq́ sobrij fuerint, precibus inuigilent, meditentur item, quod dominus tentanti se, ut adoraret ipsum, dixerit uade post me satana, scriptum est enim, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

CANON SECVNDVS.

AT ijs qui cũ in uincula fuerint cõiecti, in carcere, ceu in obsidione, tribulationes et pedores sustinuerũt, & dein absq; discrimine tormentorũ, ob nimiã uiriũ inopiã, redacti sunt in seruitutẽ diaboli, excæcati item & saucij. Iis, inquã, sufficiat annus ad superius tẽpus pœnitẽtiæ, quandoquidẽ omnino & ipsi sese obtulerũt, ut pro nomine Christi affligerent. Qui etiã refocillationẽ quam à fratribus in carcere acceperãt, multifariã rependunt, cum se cupiãt ab amarissima diaboli captiuitate liberari, memores scilicet dicentis: Spiritus domini super me, cuius gratia unxit me, ad euangeliũ annũciandum pauperibus misit me, ut prædicem captiuis remissionẽ & cœcis uisum, ut dimittã saucios in remissione, & prædicem annum domini acceptum, & diem retributionis.

CANON TERTIVS.

VErum ijs qui sibi cauerũt, ne quid istiusmodi paterent, neq; fructum aliquẽ fidei præbuerũt, sed sponte sua, formidineq́; & timore instigati, ad iniquitatẽ defeciuerunt, & nunc ad pœnitentiã redeunt, illis necessarium est, congruã de sterili ficu parabolam accõmodare, sicut dominus ait: Ficum quidã in uineto suo plantauerat, & uenit ut fructum in ea quæreret, nulloq; inuento, ait ad uinitorẽ. Ecce tres anni, iam tum uenio, & fructum in hac ficu quæro, nullumq; inuenio. Excide eam, ad quid etiam terram occupat? at ille respondens ait, Domine sine illam etiam hoc anno, donec fodiam iuxta eam, & stercora adijciam, si forte fructum afferat, id si minus, in posterũ excides eam. Illo ante oculos proposito, magis usui erunt, si interuallo tanti temporis, dignum fructum pœnitentiæ attulerint.

CANON QVARTVS.

DEploratis autẽ, & obduratis, pellemq; Aethiopis quę nõ mutat, & uarias pardi maculas gerentibus, dicet illud de altera ficu, nullus ex te ultra erit fructus in seculum. Propterea statim exarescit. Adimpletur etiam in ipsis, quod ab Ecclesiaste dictum est. Peruersum nõ potest adornari, & defectus nõ poterit numerari, quando quod est peruersum, nisi prius correctũ fuerit, in numero haberi non potest. Et tandem eueniet eis, quod dictum est à propheta Esaia. Erenim uidebunt, inquit, membra hominum, qui in me præuaricati sunt. Vermis enim ipsorũ nõ morietur, & ignis ipsorum non restinguetur, & erunt in uisionẽ omni carni. Et sicut prædictũ ab eo. Iniusti sic fluctibus agitabuntur, & quiescere nequaq; poterunt. Non est gaudium impijs, dixit dominus.

CANON QVINTVS.

SImulatoribus autem, ad modum Dauid, qui se sacro morbo laborare finxit, ut mortem aufugeret, cum tamen eo malo non teneretur, ut ijs qui non clare subscribunt abnegationi, sed ob animi angustiam illudunt, sicut uersipelles argutiq; pueri, in stultis ludicris inimicorũ insidias fallere solent, quod aut aras prætereũt, aut manu scribunt, aut pro se gentiles subijciunt, tametsi cõfessores nonnulli, ut accepi, permiserũt, maxime cum iuxta multam ipsorum pietatem cauerint, ne ipsi autores fierent, tum ignis, tum suffitus, qui impuris dęmonibus fiunt. Cum igitur hæc per ignorantiã fecerint, nihilominus tamen in pœnitentia reuersionis semestre illis tempus iniungit. Sic equidẽ, imò, multo magis, utiles erunt, meditantes secum illud propheticum dictum, & dicentes: Puer natus est nobis filius, & datus nobis, cuius principatus super humerũ eius & uocabitur magni consilij nuncius. Sicut scitis in sexto mense cõceptum & alterum puerum, qui prę nunciauit ante faciem ingressus ipsius, pœnitentiam in remissionẽ peccatorum. Isq; conceptus est ad prædicandam pœnitentiam. Audimus enim utrunq; principio prædicantem non solum de pœnitentia, sed de regno cœlorũ, quod, uti didicimus, intra nos est, eo quod prope nos sit uerbum, quod credimus, in ore ipsorum, & corde ipsorum. De quo & illi admoniti discent, confiteri in ore suo, quod dominus Iesus, & credent in corde suo, quod deus ipsum excitauit ex mortuis, utpote qui audiant, quod corde creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem.

CANON SEXTVS.

QVi autem seruos Christianos in locum suum subornarunt. Serui quidem, tanquam subiecti, & quodammodo à dominis custodia uincti propter minas & timorem illorum in hoc mali abacti ad annū pœnitentiæ facta demonstrent, ut addiscāt deinceps serui Christi facere uoluntatē dei, & timere eū, præsertim cum audiāt, quod unusquisque, si quid benefecerit, illud feret à dño, siue seruus siue liber.

CANON SEPTIMVS.

QVod si liberi, tribus annis probent pœnitentia, & tanquam simulationis rei, & tanquam impellentes conseruos facere sacra. Quandoquidem audire apostolum neglexerint, qui uult, ut omissis minis, domini & conserui eadem faciant. Scientes ait, quod & uestri ipsorū dominus est in cœlis, neque personarū respectus aliquis apud eum est. Si autem unum dñm habemus apud quem non est respectus personarū, quoniā in omni & in omnibus est Christus, tam in barbaris quam scythis tam seruis quàm liberis, considerare debent quod eis prohibitum sit. Qui uoluerunt animas suas seruare, seruos ad idololatriam traxerunt, quos effugisse etiam ipsos liberos licuisset, si iustitiam & æquitatem illis fuissent impartiti.

CANON OCTAVVS.

QVi uero traditi exciderunt, deinde autem sua sponte redeunt in discrimen, confitentes se esse Christianos, coniectique sunt in custodiā post tormenta, rationabile est in exultatione cordis, eorum exēplo roborati, & cōmunicare in omnibus, tam precibus & susceptione corporis & sanguinis Christi, quàm adhortatione uerbi, ut constantius depugnantes, fiant & ipsi digni præmio supernæ uocationis. Etenim septies, ait scriptura, cadit iustus & resurgit. Quod si omnes qui exciderūt fecissent, perfectissimam, eamque corde manantem ostendissent pœnitentiam.

CANON NONVS.

ET qui tanquam ex somno, in discrimen à seipsis prosiliunt, ad hoc enitentes summo studio, ut rapiant, sibiipsis tentationē accersunt, nēpe pugnas cū mari & fluctuū crebra inundatione, imo & fratribus accensos peccantiū carbones admouent. Et ipsis cōmunicandū, uidelicet quod in nomine Christi hoc aggressi fuerint, etiam si omnes attēderint uerbis illius, qui docet, Orate ne intretis in tētationē. Et rursum in precibus, ut dicamus patri. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Fortassis autē ignorant etiā patremfamilias præceptorē nostrū sepenumero secessisse, ab ijs qui insidias parabant, fuisseque olim tempus, cum nō libere ambularet per eos. Et quando tēpus passionis eius appropinquauit, nō seipsum tradidit, sed expectauit donec uenirent cōtra eum cum gladijs & lignis. Dicit igitur ad eos: Tanquā ad latronē, existis cum gladijs & lignis, ut cōprehendatis me. Qui & tradiderūt ipsum, ut scriptum est, Pilato. Ad similitudinem ergo ipsius, qui pretergressa illius regula passi fuerint, recordentur diuinarū ipsius scripturarū, per quas nos cōfirmās in tribulationib. dicit: Attendite uobisipsis. Tradent em̄ uos in cōcilia, & in synagogis suis flagellabunt uos. Tradent, inquit, sed nō uos ipsi tradite. Et ad duces & reges ducemini, propter nomen meum, sed non uos ipsos ducite. Insuper in persecutionibus, propter nomen suum, profugere nos uult de loco ad locum. Quemadmodū iterum audimus eum dicentem. Et quando persequentur uos, de una ciuitate fugite in aliam, non uult nos transfugere ad satellites & lancearios diaboli, ne autores illis fiamus plurium homicidiorū, quasi cogentes eos, ut amplius exasperentur, & perpetrent mortifera facinora, sed uult ut expectemus & nostrā ipsorum agamus curam, uigilare item & orare, ne ingrediamur tentationē. Sic Stephanus primus ad uestigia eius martyriū in Hierosolymis suscepit, & raptus est à legis desertoribus, & ductus in concilium. Cum uero lapidibus peteret, glorificaretque in nomine Christi, obsecrabat & dicebat, domine ne statuas illis hoc peccatū. Sic Iacobus secundus, captus ab Herode, gladio capite plexus est. Sic præpositus apostolis Petrus, sæpe captus & custodiæ traditus, & dehonestatus. Postremō Romæ crucifixus est. Similiter & clariss. Paulus, cum sepe traditus & usque ad mortē periclitatus sit, multūque pugnarit, gloriatusque fuerit in crebris persecutionibus & tribulationibus, in eadem urbe, & ipse capite truncatus est. Qui ad laudum suarum catalogum ijs finijt, quod in Damasco sportula per murum dimissus sit nocte, effugeritque manus quærentis eum apprehendere. Institutum enim erat eis cum primis euangelizare

&

&docere uerbum dei, interimq; confirmabant fratres, ut in fide persisterent. Dicebant & hoc, quod permultas tribulationes oporteat ingredi in regnum dei. Quærebãt equidem non quod sibipsis conducibile esset, sed quod multis, ut salui fierent. Multaq; essent quæ facerent ad hæc, nisi ut apostolus ait, narrantibus nobis tempus defecturum esset.

CANON DECIMVS.

VNde ne clericos quidem se obijcientes, & desertores, denuoq; ad pugnã redeuntes, rationi consentaneum est in ministerio perseuerare, quod desertores ouilis dominici seipsos sugillarunt, quod nemo apostolorũ fecit. Etenim qui multas tribulationes exhausit, copiosamq; certaminũ palmam ostentauit beatus Paulus, quiq; perspectum habuit, quod melius esset dissolui & esse cum Christo, infert & dicit: Sed manere in carne magis necessariũ propter uos. Considerans enim, non quod sibi utile esset, sed quod multis ut saluarentur. Et magis necessarium putabat, adesse fratribus & illorum agere curam, quam suam ipsius quietem. Qui & docentem in doctrina, fideliũ exemplar esse uult. Qui in carcere cum adhuc sub iudice essent, desciuerũt, & denuo pugnarunt, omnino sunt insensati. Quomodo id officij repetũt, quod deseruerũt dum adhuc fratribus utiles esse potuissent. Quatenus irreprehensibiles, uenia digni erant de absurdo suo facinore. Verum enimuero posteaquã exciderunt, & tanquam ambitiose agentes, seipsos affecerunt ignominia, sacris amplius inseruire nequeunt. Ideo magis dent operã & curent in modestia, quomodo uanæ gloriæ uacui, uitam perficiant. Sufficiat autẽ illis communio, facta diligentia & administratione in utroq;, uidelicet in precibus & diuinis muneribus, tum ne contristati, dissolutionem huius uitæ ui arripiant, tum ne nõnulli qui exciderant, prætextum obtendant, quod propter formam duræ castigationis, animum abiecerint, qui se supra omnes confusione & opprobrio notabunt. Sicut ille qui posuit fundamentum, & non potuit consumare. Incipient enim ait omnes, qui prætergrediuntur illudere ipsi, ille homo fundamentum posuit & non potuit perficere.

CANON VNDECIMVS.

QVi primum, in ardore persecutionis à fide resilierũt, stantes dein apud tribunal, & uidentes sanctos martyres ad præmium supernæ uocationis festinare, honesta æmulatione alacres addiderũt se illis, libertateq; multa sunt usi, pſertim qđ aspicerent eos qui subuerterent & exciderent, propter quos subseruefacti intra se, & uoce undiq; adhortati, ad profligendum elatum & aduersarium, in hoc incubuerũt, ne ille sibi prudens uideatur, in ijs, quos uersutia sua uisus est in peius mutasse, tametsi nesciat, quod uincitur, ab ijs qui fortiter perferunt, spiculorum & flagellorum & tormenta, tum aciem gladij, tum ambustiones ignis, item & in aquas demersiones, nesciatq; orationes & deprecationes fieri, pro ijs qui à fide exciderũt, siue qui in custodia afflicti, & ob famem & sitim à fide desciscunt, siue qui extra carcerem in tribunali spiculis et flagellis torquentur, & dein per infirmitatem carnis deteriores reddunt. Dignum est conniuere, condolere, & compati, plorantibus & gementibus, super ijs, qui in certamine defecerunt, ob nimiam insidiosi diaboli atrocitatem, & super parentibus, aut filijs, aut fratribus, sed & illos in re nulla nocere. Scimus etenim aliena fide aliquos diuinę bonitatis factos participes, nempe in remissione peccatorum, & sanitate corporis, & in resurrectione mortuorũ. Memores itaq; multorum laborũ & ærumnarũ, quas ante in nomine Christi sustinuerunt, certe & quod pœnitudine ducuntur & deflent, quæ eis acciderunt, traduntq; se in perseueranti mortificatione corporis, etiamq; hoc in uita sua testati sunt, oramus & obsecramus, pro corũ propitiatione, cum alijs quæ ad hoc decent, per eum qui factus est nobis aduocatus apud patrem, qui propitiatur peccatis nostris. Et si quid, inquit, peccauit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

CANON DVODECIMVS.

IIs, qui pecuniam dederunt, ne modis omnibus afflictioni expositi essent, nihil culpæ imputari potest. Damnum enim & iacturam opum sustinuerunt, ne animam suam aut damno afficerent, aut perderent. Quod alij propter turpe lucrum non fecere, tametsi dominus dixerit. Quid lucri habebit homo, si totum mundum lucretur, animam autem suam aut damno afficiat aut perdat. Et nõ potestis deo seruire & mammonæ. Visi enĩ

sunt

sunt illis, quod deo seruiant, pecuniamq́ contempserint & fastidierint. Impleuerunt'q́ interim quod scribitur: redemptio animæ uiri, diuitiæ propriæ. Cum & in actis apostolorum legamus, raptos pro Paulo & Sila, in Thessalonica ad magistratus urbis, & absolutos, ubi accusati fuerant in multis propter nomen, & concitasse turbam & magistratus. Accepta autem satisfactione à Iasone, & à cæteris absoluerunt ipsos. Fratres autem statim per noctem dimiserunt Paulum & Silam in Berrœam.

CANON TREDECIMVS.

VNde ne illis quidem, qui relictis omnibus ob animæ suæ salutem secesserunt, imputandum, perinde ac propter eos alij detineantur. Etenim & in Epheso pro Paulo iterum Gaius & Aristarchus correpti in spectaculũ comites Pauli, & uolentem intrare ad populum, cum propter ipsum, qui persuaserat, & adduxerat turbam multam ad cultum dei seditio fuerat excitata, non permiserunt ipsum discipuli, ut legitur. Præterea & quidam principum Asianorum, cum essent amici illi, miserunt ad ipsum & rogauerunt, ne spectaculo se committeret. Si autem inepti quidam nugatores obstrepunt, synceriter attendentibus ei, qui dicit: Saluans salua tui ipsius animam, ne respexeris retro. Memores sint & præcipui apostolorũ Petri, qui in uincula coniectus, & traditus quatuor quaternionibus militum, qui ipsum custodirent, cum in nocte effugisset, & liberatus esset de manu sanguinarij Herodis, & omni expectatione populi Iudæorum, iuxta mandatum angeli domini. Facto enim die, ait scriptura, erat turbulentia nõ parua inter milites, quidnã factus esset Petrus. Herodes autem cum inquisiuisset eum, & non inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos ad supplicium duci, propter quos nihil causæ improperatur Petro, licebat enim eis fugam capessere. Quemadmodũ & omnibus pueris in Bethlehem, & cunctis finibus eius, si cognouissent parentes eorum, quod futurum erat. Qui interempti sunt à sanguinario Herode, eo quòd unum puellum quæreret ad perdendum, qui & secundum mandatum angeli domini effugit, iam tum incipiens statim prædari, & acriter diripere, iuxta appellationẽ nominis, ut scriptum est: Voca nomen eius, statim prædare, cito diripe, eo quod priusq́ sciat puer uocare patrem uel matrem, accipiet robur Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Magi igitur quasi in prædam dati, & direpti, submissi & honorifice adorarunt puellum, aperientesq́ thesauros suos, obtulerunt illi cõuenientissima & decentissima donaria, aurum thus & myrrhã tanquã regi & deo & homini. Vnde nec reuerti ad Herodem regem uoluerunt, adiuti prouidentia. Oraculo enim per somnum accepto, inquit, ne reflecterẽt ad Herodẽ, per aliam uiam redierunt in regionem suam. Quo uiso, cruentus Herodes, quod illusus esset à Magis excanduit ualde, missisq́ militibus, interemit omnes puellos in Bethlehem, & cunctis finibus eius à bimatu & infra, iuxta tempus, quod sciscitatus erat à Magis. Cum quibus & altero puello, qui ante illum genitus erat, quæsito ad mortem & non inuento, patrem eius Zachariam occidit, inter templum & altare, cum effugisset puer cum matre Elisabeth. In quo nihil quod reprehensione dignum erat, inuentum.

CANON DECIMVSQVARTVS.

CAeterum si qui uim multam patiantur, lupatumq́ & uincula in os accipiant, fortiterq́ persistant affectu fidei, & uinctis manibus adducãtur inuoluntarij ad prophanum sacrificium, sicut scripserunt mihi è uinculis beatissimi martyres ex ijs, qui in Libya, & alij cõministri huiuscemodi, maxime cum & reliqui fratres de illis testentur. Tales, inquam, possunt esse in ministerio, adlecti inter confessores. Nam & ipsi mortificati uarijs tormentis, nequiuerunt, aut loqui, aut sonare, aut mouere, quo resisterent ijs qui frustra ui adegerant. Non enim participes fuerunt abominationis eorum, sicut à comministris iterum accepi. Cooptabitur autem inter confessores, quisquis iuxta Timotheum administrauerit, obediens ei, qui dicit sectare iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende æternam uitam, in quam uocatus es, & confessus es bonam confessionem coram multis testibus.

FINIS.

GENNADII PATRIARchæ & synodi Constantinopolitanæ

epistola, in totum orbem missa ad omnes Metropolitanos, & Papam Romanum.



Pientissimo comministro ibidem, Gennadius, sanctaq́; Synodus in terrarum gubernatrice Constantinopoli noua Roma, constituta. Dominus noster & deus & saluator Iesus, cum sanctis discipulis suis, quos per uniuersum orbem, hominum doctores misit, euangelij prędicationem credidisset, præcepit manifeste, ut munus, quod abs se gratis accepissent, illud ipsi cæteris quoq; mortalibus gratis largirentur, proq́; illo neq; æs, neq; argentum, neq; aurum, neq; ullas alias facultates terrenas aut materiales possiderent. Cœlestibus enim & spiritualibus gratijs, terrena & caduca commutabilia non sunt. Id mandati, nō illis modo, sed & nobis pręcepit per illos, in quorum nos gradum & locum substituere dignatus est. Itaq; quemadmodum illi tum, ita & nos nunc diligenter custodire & tenere oportet. Hic sophismatis & argutijs ne utamur in tam apertis, talum periculosum hinc inde iactādo. Gratis, inquit, accepistis, gratis date, nō possidete æs, neq; argentum, neq; aurum in zonis uestris. Simplex & manifestus mandati huius sermo est. Nihil hic ambiguum, nihil hic supra captum nostrum, nulla hic opus sophistica enarratione. A me, inquit, accepistis sacerdotij dignitatem, pro qua si uel paruum uel magnum quid dependistis, si hæc uendita est à me, uenundate & uos eam alijs. Quod si gratis accepistis, date & uos gratis. Quid hoc mandato manifestius? quid obseruantibus magis utile? Profecto, uæ suspicātibus donum dei pecunijs uel possideri uel dari. Equidem tales, iuxta sententiam sancti Petri, amarulenti felle, & obærati iniustitiæ, à sua ipsorum comprehenduntur auaritia. Vnde sanctorum & beatorum, in sancto, magno, œcomenicoq́; Chalcedonensi concilio congregatorum, de eadem re, dominicę huic legi canon concinit, qui in hunc modum clare pronunciatus est. Si quis episcopus, per pecuniam ordinauerit, uenalemq́; fecerit inuendibilem gratiam, ordinaritq́; per pecuniam, episcopum, uel præsbyterum, uel diaconū, uel alium quempiam clero adnumeratorum, uel etiam pecunia promouerit dispensatorem, uel defensorem, uel æditum, uel quemcunq; alium ex clero, turpi lucro captus, & id fecisse conuictus fuerit de gradu suo periclitetur, & qui ordinatur, ex tali ordinatione uel promotione nundinatoria nihil assequatur, sed alienus sit à dignitate, & administratione quam pecunia nactus est. At qui tam illicitorum & turpium lucrorum conciliator fuerit, si clericus, suo excidat gradu, sin laicus, aut monachus anathemate mulctetur. Pulcherrima, ualdeq́; religiosa canonis huius à tam sanctis patribus lati sunt mādata, quę omneis insultus satanæ, & omnes conat⁹ diaboli, quos aduersus donū spirituale intētat, repellere & excindere possent. Nullo enim pacto ordinationis promotionē fieri uult per pecunias, quas neq; ab initiante, neq; ab initiato accipere licet, sed neq; ante tempus ordinationis, neq; per tempus ordinationis pro ordinatione, dari pecunias concedit. Omnino enim in hac causa, munerum acceptione interdixit. Quamuis autem manifeste prohibita hæc, deprehensi tamen sunt nonnulli, qui cum Galatis ob turpe lucrum, & auaritiam, salutaria hæc & optima mandata paruifaciant & transgrediantur. Quocirca nobis & sanctæ huic synodo, in hac terrarū gubernatrice noua Roma cōstitutæ, & operæprecium est uisum, ea iterum innouare, ut sine omni suspicione, sine omni excusatione, sine omni fraude excindatur impia & abominanda consuetudo, quæ nescio quo pacto in sanctissimas irruperit ecclesias. Vt præconio ordinandorum à pontificibus, uere citraq́; nundinatum habito, supernæ spiritus sancti affiet gratia. Et haud scio, an promotione facta, per pecunias, & non per manus purē initiantes, ordinando, contra huius mandati tenorem concedatur, & non magis contrahatur spiritus sancti gratia. Scias ergo modis omnibus pientissime Papa, omnem episcopum, uel presbyterum, uel alium quemuis, de quo Canon, etiam laicum, tali crimini obnoxium, cōmuni pontificum decreto & calculo damnatum, quomodo & præfatus Canon

diffiniuit. Scire etenim oportet, gratiam eſſe gratiam, neq; apud eam intercedere argentū. Sit igitur & eſt abdicatus, & omni ſacerdotali dignitate & miniſterio alienus, & maledi-ctioni anathematis ſubditus, quiſquis hāc gratiā, uel per pecuniā poſſideri exiſtimat, uel præſtare pecunijs pollicet̃, ſiue clericus, ſiue laicus, arguatúrue aut nō arguat̃ hoc facere. Non enī fieri poteſt, ut quæ coire non poſſunt, cōmittantur, aut deo cōſonet cum ſatana, aut huic ſeruientes, ſeruire & deo. Eſt etenim & hæc dominica, citráq; omnem controuerſiam ſententia, non poteſtis deo ſeruire & mammonę. Iiſce nos & cōſiſi, & pro uirili obe-dientes, autoritate eius, à quo hæc dicta ſunt, contra legis huius præuaricatores, hanccine ſtatuimus ſententiā. Curet autē & ſanctitas tua, uniuerſas tuas cuſtodias, tibíq; ſubiectos epiſcopos, nec non & alios omnes exemplaribus, de ea certiores reddi, ut in uno ſpiritu, animaq; una, omnes ſimul Chriſtiani idem profitentes, contra hoſtem communem ualea mus, adiutore deo, radicem auariciæ ab illo in nobis plantatam, cum omnibus malorum germinibus, ſimul excindere. Omnem fraternitatem, quæ tecum eſt ſalutamus. Saluus in domino, ora pro nobis pientiſſime frater.

Gennadius epiſcopus Conſtantinopolis nouæ Romæ.
Ioannes epiſcopus Metropolis Heracliæ.
Anaſtaſius epiſcopus Metropolis Ancyræ.
Eunomius epiſcopus Metropolis Nicomediæ.
Petrus epiſcopus Metropolis Nicææ.
Subſcripſerunt item & ſeptuaginta tres.

GENNADII ET SYNODI CONSTANTINOPOLITANAE epiſtolæ finis.

REVERENDO DOMI-no Thelamonio epiſcopo Tripolitano,

ſuffraganeóq; Baſilienſi, Oecolampadius ſalutem.



N conuiuio nuper ò pientiſſime pater, cum lautiora quędā & planè cœleſtia fercula περὶ μετανοίας proferres, incitaſti me, ut & Græciam conſulerem quid nam & ipſa de ijs quæ tam uaria, ne dicam tenuibus nixa ſtirpibus apud noſtros ferunt̃, olim ſenſerit. Et ecce Nicephori quē Chartophylacem uocant, epiſtola ad Theodoſium monachum Corinthium περὶ τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν in manus uenit. Eam hodie uerſam, tuæ præſtantiæ ἀντὶ ἰσώσιως, cum aliæ nobis Attagen phaſideſq; non ſint, tanquā peregrinas ultramarinaſq; alites, quas auere tum uidebare, mitto. Quæ & ſi ad palatum, guláṁq; multorum non ſunt futuræ, commendabunt tamen meum in te ſtudium. At tuum fuerit, ea aut cum Onocrotalis & Pygargis communes ducere, aut cum ſacrificalibus tuæ turibus benedicere. Vale.

EX EPISTOLA NICEphori Chartophylacis ad Theodoſium

Monachum, de ligandi ſoluendíq; poteſtate.



Igandi ſoluendíq; prouincia, pontificibus ipſis, à clementiſſimo deo noſtro demandata eſt. Siquidem ad Petrum ait: Quæcunq; ligaueris, ligata, & quæcunq; ſolueris, ſoluta erunt. Vnde olim omnes oportebat ad ipſos pontifices accedere, ſuáq; illis occulta prodere, & ſic uel reconciliationem uel repudium ferre. Ignoro autem, qui factum ſit, cur hæc minus obſeruentur, quamuis exiſtimem, pontifices negotij tędio, frequen

tiq; multitudinis turbulentia defatigatos, id operæ ad monachos transmisisse, ad eos scilicet qui uere probati sint, alijsq; ualeāt esse utiles. Nihil enim tale inexpertis & indoctis permiserunt. Equidem in aduersa corporis ualetudine, illum inquirimus, dicimusq; medicum, qui tam reipsa, quam uerbis male habentem curare queat. Itaq; non respiciemus in hunc uel illum, qui præter medici nomen nihil habeat medici, sed in eum qui sicut expedit, medicum præstare poterit. Porrò si quis expertus sit & frugi, & cum hoc sacerdotio fungatur, ad illum in primis accedendum, nam poterit indigo prodesse, accedentem se diligentius curare reconciliare item & corrigere. Puto autem nullum qui pie & caute, huius molesti temporis uitam agat, ex hoc ordine exautorandum. Cæterum qui talem accedit, omnino ipsum dirigat & instruat, ut recte dirigatur. Et is quanto diuinorum sacrorumq; Canonum peritior fuerit, hoc amplius instruet. Contra qui Canonum uigorem, & suam cuiusq; delicti mulctam ignorarit, is nulli ulla in re unquam usui esse poterit. Præterea qui fratrem, in se uno eodemq; die septies peccantem, uenia condonandum, suscipiendumq; diiudicarit, is lapsos, quamuis & sæpe & multum deliquerint, quo pacto repellet & abijcietc'mò spiritualibus increpationibus admonebit, utiliter cōsonet, uitam futurā, & æterna supplicia in memoriā reducet, unū cauebit ne indulgentius & citra omnē obiurgationem absoluat, fiatq; alienorū criminū particeps. Iam, si qui: peccauerant, lachrymis liquescant, ac continenter malorum suorum abalienationem meditentur, licet in eadem reincidant, suscipiendos tamen eos duxeris, congruumq; deputaueris locum. Penes te enim facultas est, & ut nosti, mensuram castigationis adhibeas. Eos autem qui hinc emigrant, in quocunq; fuerint peccato detenti, ne ligaueris, sed diuinorū purorumq; sacramentorum facito participes. Qui citra pactum polluti, gratias agant deo nostro, quod de faucibus diaboli liberati sunt. Parum in horum castigationem præscribere operæprecium. Non enim nostrum est definire, sed uoluntatis eorū qui mandatis parent. Tempus & si longum sit, non tamen amplius est, quàm correctio requirat, forte nihil omnino cōmodi correcto afferret. Vidimus autem & breui tempore, multos, multa absterisse, ac emendasse. Alioquin & si mensura temporis cui iniungatur, is tamē tandem declarabit, an digne admissus uel repudiatus fuerit, qui mandatis obtemperauerit.

OLYMPIODORI IN Ecclesiasten Salomonis enarratio,

Zenobio Acciaolo Florentino interprete.

PRAEFATIO.



Rerum certam cognitionem cum à deo Salomon accepisset, qui fuit filius Dauid non solum carnis progenie, sed imitatione uirtutis triplici ipsas diuisione partitus est, in marales scilicet, ac naturales, & eas quæ intellectu solo percipiūtur: ac morales quidem tradidit in Prouerbijs: naturales autem in Ecclesiastæ sententijs: intelligibiles uero in Canticocanticorum. Est tamen inuenire & in Ecclesiaste moralium interspersam doctrinam: & rerum naturalium in Prouerbijs: cum tamē suæ ac propriæ singulis discretæ sint. Canticum uero canticorum totum prorsus ubiq; de intellectualibus differit, spectatq; ad allegoricū sensum. Sed & in Ecclesiaste ac in Prouerbijs, est item inuenire quæ intellectualia sunt. Se uero ipsum Ecclesiasten, hoc est, concionatorem Salomon nominauit, tanquam cunctos mortales in ecclesiæ cœtum uocans & in concordiam nectens, ac in cōmuni physicam rerum speculationē tradens. Illud quoq; sciendum est, sapientem hunc nostrum Ecclesiasten modo è sua ipsius loqui persona, modo eius personam gerere, qui ea quæ in mundo sunt attonitus admiret. Atq; hæc quidem ut in preuio quodam prospectu dicta à nobis sint. Primum uero caput hęc ferme complectitur. Ecclesiastę genus narrat & dignitatem, tum uero & ciuitatem ipsam, in qua regia illi constituta erat. Decernit autem atq; ostendit quæcunq; in hoc mundo sunt, uanitatem esse: nō quod omnia damnet atq; accuset, uerum potius cōsilia hominū reprehendat, qui

qui in hoc mundo ſpem ſuam collocaſſe uidentur. Docet autem & de ſolis ipſius motu, primo quidem lectionis occurſu, phyſice loquens, cum tamen ad theologicā allegoriam ſua mens intentioq́; pertineat. Idem inquit & de fluminibus quæ in mare prorumpunt neque illud complent. Hinc uero etiam docet in rebus quas crearit deus, nihil eſſe recens ac nouum, ſed eas eum tueri locum, quem ab opifice deo ſemel ſortitæ ſunt. Neq; ueo oculū expleri poſſe aſpectu, neq; penitus ſcire homines prima præteritorū neq; futurorum poſtrema, laborioſamq́; occupationē filijs hominū deū dediſſe. Agere aūt homines quęcūq; agant nulla quidē neceſſitate, electione autē ſpiritus, hoc eſt propriæ libertatis. Quodq́; peruerſum eſt, donec in ſua prauitate perſiſtat, concinnari corrigiq́; non poſſe. Vt autem ſermoni ſuo fidem autoritatemq́; cōciliet, utpote qui omnia quę in mundo ſunt uana eſſe affirmat, docet ſe ſapientem, & regem, diuitemq́; fuiſſe, ut ita facilius in animos legentiū irrepat, uanitatem cuncta appellans. Docet etiam in multitudine ſapientiæ, multitudinē eſſe cognitionis, meminitq́; de mundi huius lętitia. Contenditq́; ſi fieri poſſit, ui rationalis ſubſtantię quę nobis ineſt, ſaluam fieri carnem.

CAPVT I.



Erba Eccleſiaſtæ filij David regis Iſraël in Hieruſalem: Vanitas uanitatum, omnia uanitas.

Verba.] Cuncta ſcilicet hæc uerba ſapientis Eccleſiaſtæ, erudientis nos aſpernari uitę huius uanitatem, auditorē conuertūt atq; hortantur ad uerbum fidei, quæ eſt in Chriſtum deum noſtrum.

Eccleſiaſtæ.] Tanquam in eccleſia dei, uerba ſapientię cuſtodiantur, Eccleſiaſten ſe Salomon nominauit.

Filij David.] Suum genus ac dignitatem refert Eccleſiaſtes, ut ad perſonę autoritatē animum conuertentes, promptiores reddamur ad doctrinam ſuſcipiendam.

Quod autem ſpectat ad latentem ſenſum, ita intellige. Dauid, interpretatur manu fortis. Manu autem fortis eſt omnia continens deus. Huius uero filius, dominus noſter Ieſus Chriſtus, uerus eſt Eccleſiaſtes, qui ex omnibus gentibus populisq́; duobus, unam ſibi fecit eccleſiam, quiq́; regnat in uero Iſraël. Iſraël nanq; interpretatur mens uidens deum, in uiſione pacis regiam ſedem habens, iuxta quod ſcriptum eſt: Et factus eſt in pace locus eius. Hieruſalem ſiquidem pro uiſione pacis accipitur. Ipſe igitur manifeſte nos docet uoluntatem hominum, quę circa mundana uerſatur, uanitatem eſſe: quam & diffuſius uanitatum uanitatem appellat.

Quid habet homo amplius in omni labore ſuo quo laborat ſub ſole.

Omnes quidem homines ſub eodem ſole uerſamur: eorum uero qui laborant, alij quidem uires intendunt ſuas, ob ea quę ſolem ſupereminēt, ut cœleſte regnum in hęreditatē accipiant: alij uero ob ea laborant, quę ſunt ſub ſole, ut inanem ſcilicet gloriam, uel pecunias, dignitatēmue acquirāt. Quid igitur, inquit, homine homo amplius habet in eo labore quo laborat ſub ſole, quādo omnes relicta pręſenti uita cōmunem mortem ſubimus?

Generatio præterit & generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat.

Eorum quę creata ſunt, alia quidem durāt abſq; ſucceſſione, cum pręſenti ſeculo ſimul extentia, ueluti cœlum, terra, aſtra, & ſol: alia uero corrumpuntur ac pereunt, ſed generis ſucceſſione ſeruantur, ut homines ſunt, ut aues, ut piſces ac plantę. Quid igitur homines laboratis circa terrena, quādo ipſa terra ſenſu carens elementū in longinquū tempus perdurat, uos autē ſecundum generationē peritis? Aut ita intellige. Terra quidem in æternum ſtat, accuſatrix ueſtri effecta, in qua nefaria opera perpetraſtis. Myſtico autem ſenſu: Generatio autem pręterit, Iudęorum ſcilicet eiecta & repulſa. Generatio uero aduenit, eorum ſcilicet qui in Chriſtum crediderunt. Sacra uero ſcriptura, terra nuncupatur: inſtar enim terrę immobilis eſt, fructus gignit, omnibus patet, ac omnes accipit, ueteriq; ac nouo teſtamento ſubnixa manet in ſeculum, immobiles habens & iuſtorum promiſſiones, & quę peccatoribus repoſita declarantur ſupplicia.

Oritur ſol & in locum ſuum aſpirat.

Certum ſolis curſum, diſpoſitumq́; oſtendit, ut nos ad illius contemplationē attollat, qui fabricatus eſt ſolem. Mouetur autem circulari motu, ut nonnulli arguunt ex uerbis Eſdrę ita dicentis: Magna eſt terra, & excelſum eſt cœlum, & uelox curſu eſt ſol, & uertitur 3.Eſd.4.

in circulo cœli, & in una die ad locum suum reuertitur. Quasi dicat: hic etiam sol quamlibet magnus, ad solem iustitiæ comparatus, uanitas est. Mystico autem sensu ita intellige: Oritur sol in cordibus fidelium, dirigens adhuc proficientes, ad ea quæ agenda sunt, sed & in ipsis occidit, quando altitudines sententiarum inquirunt, atque ita maius desiderium cognitionis illis accendit. Aliter. Oritur sol, unigenitum dei uerbum è paterno sinu: occidit in nouissimis diebus, ad occasum uitæ huius carne assumpta, suam quodammodo diuinitatem occultans. Ipsis quidem fidelibus, deus immutabiliter factus homo cognoscebatur, ab infidelibus autē simplex ac merus esse homo putabatur. Oritur insuper ex deipara Maria secundum carnem: occidit autem ad inferni ima descendens. Sed & rursus exoritur, à mortuis surgens. Quibuscunque autem modis hunc solem consideres, omnes fideles trahit ad regnum cœlorum, uerissime testatus: Cum autem exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum.

Ibi ipse oriens transit ad Notum, & flectitur ad Aquilonem.

Climata explicat quæ sol percurrit. Symbolice autē contemplando, poteris Notum intelligere qui à calida mundi regione spirat, pro insita hominibus rationali prudentia, quæ nequaquā torpet, sed quasi ignea feruensque est. Aquilonem uero pro fortitudine: est enim uentus hic acer & expeditus. Liben, pro temperātia, quæ infrigerat uoluptates corporis & exiccat. Apelioten uero seu subsolanū, pro ipsa iustitia, quæ per omnes cōmeat extenditurque uirtutes. Omnes igitur animæ regiones illustrans, interno splendore radiat sol iustitiæ. Aliter. Deus uerbum carne assumpta, uillas & ciuitates ad Notum constitutas ipse suis pedibus circuiuit. Per Apostolos autē, boreales plagas. E gentibus itaque ecclesiam cogregans, omnia demum collustrans, omne ad salutem conuertit.

Lustrans in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur.

Literali quidem sensu, spiritum uocat solem, propter motus uelocitatem. Nonnulli tamen è gentilium opinione ita exponunt: Quoniam ij putant solem animal prædictū esse animal. Mystico autem sensu, spiritus sanctus apostolis infusus, circuire illos terras omnes faciebat, & Euangelium prædicare. Sed & apostolos induxit, ut conuerso itinere redeuntes, eos inuiserēt quos prius in doctrina fidei erudierāt, ut in Act. apostol. plane inuenies.

Omnes torrentes intrant mare, & mare non redundat.

Psal. 13. Mos est diuinæ scripturę, ut omnes, pro plerisque accipiat, iuxta illud: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Neque enim iusti, neque prophetæ declinauerūt. Est igitur admirari sapientiam creatoris, quonam pacto hoc fiat, ut plerisque fluuijs mare intrantibus, ipsum tamen in terminis suis consistat. Mystice autē, flumina sunt apostoli, iuxta quod scriptum est: Et torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Mare autem intelligitur præsens uita, iuxta illud: Hoc mare magnum & spaciosum. Euangelici itaque apostolicique sermones, in dulcorem mutant huius uitæ salsedinem, uerum mare hoc nequaquam impletur: neque enim omnium fides est. Moraliter autem, quasi proposito exemplo, subinuit eos homines, qui inexplebilis auaritiæ morbo laborant. Insatiabile nanque illorum desiderium non expletur, quanquam more torrentum undique ad illos diuitię confluant. Psal. 35.

Amos 5. *Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant.*

Amos propheta inquit: Qui uocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ. Videtur itaque hoc loco physicas adducere rationes, quod uidelicet aqua maris à nubibus in de attracta, & in terrā effusa, faciat ipsos torrentes. Inquit igitur: E mari torrentes fluuijque exorti rursus in illud reuertuntur. Mystico autem intellectu: Ad locum unde apostoli exierunt, illuc fecerunt ut fideles conuerterentur, ad deum uidelicet, ut in lumine domini postea ambularent. Aliter. Qui è uirtute in uitium ac malitiam decidunt, torrentum ac fluuiorum more ex alto quodam loco in præceps, concauumque ac terrestre delabuntur. Possunt tamen & cum ad ipsum iam uitium peruenerint resipiscere, ad pœnitentiam redeuntes, & per conuersionē reuerti iterum in uiam, quæ perducit ad paradisum, unde homo primus eiectus fuit.

Cunctæ rationes difficiles, non poterit homo eas explicare sermone.

Rationes quæ de certa rerum cognitione afferendæ sunt, magnam difficultatē habent, eo quod non possunt homines quantumuis magna pollentes ingenij ui, rerum omnium absolutam

absolutam consequi cognitionem. Aliter. Omnes rationes, tam quæ ad seculare, quàm quæ ad diuinā sapientiam pertinēt, non sine labore tradi possunt: seculares tamen ac mundanæ scientię, plerunq; discentibus detrimentum adducunt. Scientia uero dei ac diuinus sermo, semper est utilis: quē tamē nō poterit homo pro dignitate explicare, licet alioquin prudens sit, nisi qui accepit donum doctrinæ, sapientiæq; sermonem. Aliter. Semper se rēdiuini uerbi doctores laborant, atque in angustia sunt, ac plerunq; ab ipsa doctrina retrahuntur, cum frustra se uideant operam insumere, ac laborem solum lucrari ob auditorū inobedientiam ac desidiam. Prędicationis itaque officium deterret eos, qui cum negligentia audiuntur. Aliter. Oportet prius facere, ac deinde alios docere. Labor est itaq; non uulgaris atque exiguus, sed ualde periculosus, quenquam alios ea docere, quæ prius ipse non fecerit. Quapropter homo perfectus ac prudens, cum rei magnitudinem contemplatur, ab ipsa prædicatione resilit ac retrahitur.

Non saturabitur oculus uisu, neque auris auditu implebitur.

Verba hæc secundum physicam rationem ita exponi possunt, uidelicet: Neque oculus uniuersam sensibilem creaturam, mundiq; machinam potest complecti, neq; cuiusquam mens omnes capere rationes atque sermones, qui de illa explicari possent: quia uidelicet deest homo, qui de ijs loquatur ac doceat. Aliter. Oculi hominū cum ualde agiles sint, ac quodammodo lubrici, ad concupiscentiam proni sunt, neque expleri possunt. Sed & qui pruritum aurium patiuntur, semper quidem res nouas discere gestiunt & affectant, nunquam tamen curant ad ueritatis notitiam peruenire. Quapropter & diuini uerbi præcones non laborant, ut aures oculosq; discentium modestos temperatosq; efficiant. Aliter. Audiendi sensus ac uidendi, principales regijq; sunt, ac cęterorum sensuū maxime rationales: proprias nanq; operationes, humanæ uitę perutiles ac necessarias, sine ulla satietate efficiunt. Gustus autem, odoratus ac tactus, citius fatigantur, ac tædio afficiunt.

Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est.

Creatarum rerum aliæ quidem alienæ sunt, id est semel creatæ, successionem non habituræ: ut sol, ut luna, ut quæ perpetuò durant. Aliæ uero per successionem conseruantur, quæ uidelicet sunt sub sole: ut animalia ipsa ac plantæ, quæ generationi subiacent & corruptioni. De huiusmodi ergo creaturis, quas successio seruat, habetur hic sermo: homo siquidem natus est olim, fuitq; ab initio, quo defuncto alius generatur. Item & planta fuit, planta enascitur.

Et non est aliquid recens sub sole, neque qui dicat ac loquatur, ecce hoc nouum est.

Iam præcesserunt in seculis quę fuerunt ante nos. Seculum quandoq; spacium uitæ humanę significat, iuxta illud: Non comedam carnem in seculū, id est in tota uita mea. Et alibi: Erit tibi seruus in seculum. Quandoq; autem perpetuam temporariam durationem mundi huius ab initio creationis usq; ad finem. Dicit ergo nihil esse nouum in successionibus hominū, animalium, ac plantarū. Aliter etiam. Qui probi officiosiq; fuerint in hac uita, in futuro seculo coronantur, puniuntur autem scelesti. Quid est igitur quod fuit? ipsum quod futurum est. Quasi dicat, officiose quispiam uixit, prēmia uirtutis accipiet: scelestè alius uixit, sui flagitij pœnas dabit. Quę igitur in futura uita & seculo nobis aduenient, prēmia illorum erunt quę in hac uita seculoq; pręcesserint. 1 Cor. 8. 1 Reg. 27.

Non est primus memoria, sed nec eorum quidem qui postremo futuri sunt erit recordatio, cum ijs qui futuri sunt in nouißimo.

Particularia singulorum hominum facta, quę in tota uita gesserunt, sunt quodammodo infinita, ut eorum meminisse nequaquā possimus. Sed neque scimus ea quę posteri ac uenturi facient, hoc est, ignoramus quę sigillatim cuncti homines ab initio mundi fecerint. Neque enim cum illis in uita fuimus, sed neq; eorum qui post nos futuri sunt cognitionē habemus. Vniuersalia enim fortasse quodāmodo possumus, particularia uero cuncta scire non possumus. Non est igitur primorū memoria, neq; in nouissimis futurorū. Aliter. Qui officiose uixerunt in hoc mundo, mox cœlestis regni præmium consequuti, non habent in sensu memoriam laborum, quos in præsenti uita pertulerunt: sed neq; sen-

su animoq; pecipiunt damnatorum pœnam: non erit itaq; ipsis memoria cum illis, qui fu-
turi sunt in nouissimis, hoc est eorũ qui tunc punient. Non quod ulla obliuio animas oc-
cupatura sit, sed quia ex pręsenti uoluptate, dolorum memoria cessabit, iuxta quod scri
ptum est: In die bonorum, obliuio est malorum.

Ego Ecclesiastes fui rex Israël in Hierusalem.

Quia nos adhortatur sensibilia cuncta despicere, facilius autẽ consilio illius creditur,
qui ea contẽnenda proponat, quę ipse possederit ac expertus fuerit, ideo suam nobis ex-
posuit dignitatem, ut cum attentione uerba sua accipiamus.

Et dedi cor meum ad quærendum & speculandum in sapientia de omnibus quæ sunt sub sole.

Et cum dei munere sapientiã accepissem, totam meam mentem dedi in consideratione
rerum quę sunt sub sole. Aduerte autẽ quod Ecclesiastes non contemplat inaccessibilia
quæ sunt super cœlum, sed quę sub sole sunt. Inquit igitur, non humana intelligentia spe-
culatus sum, sed sapientia utens, quę mihi dono dei tradita fuit.

Quoniam laboriosam distentionem dedit deus filijs hominum, ut occuparentur in ea.

Psal.4. Filios hominũ uocat, qui ad hęc terrena & uana hiant attoniti, iuxta illud quod in psal
mo legitur: Filij hominum usquequo graui corde? Vidi igitur in sapientia quod laborio-
sam occupationem dedit deus filijs hominum: ad magnã enim illorum utilitatem factum
est, quod in comparandis diuitijs, & in acquirenda inani gloria, ac etiam in ijs quę uentri
ac gulę gratificantur, summopere laborandũ sit. Si enim labores & angustias tantas subi
mus ac patimur, ut possideamus quę uana sunt, quõnã flagitij ac sceleris progrederemur,
si hęc ipsa ociosis nobis ultro aduenirent? Vtiliter igitur data est hominibus hęc diffici-
lis distentio uel occupatio. Si autem & ipsa uirtus cum labore perficitur, & hoc item ho-
mini perutile est. Si enim quoquò te uertas & circa bonum & circa malum laborare opor
tet, consequitur uero malum punitio, bonum autem fruitio uoluptasq; ineffabilis, sine ul-
la comparatione pręoptandus est labor & occupatio circa bonum. Præsertim uero offi-
ciosus uir qui uere uacat uirtuti, circa multa occupari non debet, iuxta illud Euangelij di-
Luc.10. ctum: Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima: paucis uero est opus, ac unum
est necessarium. Quo loco intelligit de præceptis, aut de charitate præcepta omnia conti-
nente. Vtiliter itaq; data est hominibus laboriosa atq; difficilis occupatio.

Vidi quæ fiunt cuncta sub sole, & ecce omnia uanitas, & electio spiritus.

Quæcunq;, inquit, faciunt homines, non quæ operant eorum bonorũ gratia quæ sunt
super solem, atq; cœlestium, sed eorum gratia quæ sunt sub sole, corruptibilium ac terre-
strium, omnia uidi quod uanitas sunt: præter enim hoc, quo elabuntur ac euanescunt, etiã
disponunt homines ad supplicia post præsentem uitam futura, quandoquidem nulla coa
cti necessitate hæc faciunt, sed præuia electione certoq; consilio. Spiritum uero hoc loco
animam intelligit rationalem, quæ liberi arbitrij potestate decorata est.

Quod deprauatum est, adornari non poterit: neq; quod deficit, poterit annumerari.

Si ex persona Ecclesiastæ uerba hæc accipis, ita intellige. Qui praue obliquatus est,
& in uitium cecidit, dum in peruersitate sua perdurat, uirtutem resumere non poterit. Sin
Psal.36. autem à uitio recedat, tunc uirtutẽ resumit, iuxta illud: Declina à malo, & fac bonum. Sed
neq; is, cui deficit gratia dei, donec est in hoc defectu, pœnitentiamq; nõ subit, potest in-
ter pios annumerari. Aliter. Fuerunt nonnulli qui dicerent, casu fortuito mundum fa-
ctum esse, ac imperfectum existere, ad quos Salomon se conuertit dicens: Quidnam de-
prehenditur in hoc mundo quod imperfectum sit atque peruersum, uel ita ut emendari il
lud oporteat? Quid uero etiam deficit in uniuerso mundo, ut addendũ annumerandumq;
sit? Quod si uerba hęc accipis ex illorum persona, qui perpendunt naturam hominum, &
qui dicunt quosdam esse ita natura peruersos ut emendari non possint, in multis redargui
mus eorum stultam opinionem. Nullus enim natura est malus. Igitur & Matthæus de te-
loneo ad Euangelistæ dignitatem uocatus est. Sed & plurima in hoc mundo, quæ ignaris
uidentur noxia & mala, ut serpentes, ut leones, & his similia, hominibus conducunt ad sa
lutaria pharmaca, & ut conuertantur prudentioresq; fiant animalium illorum exemplo
Prouerb.6. & comparatione, cum dici sibi audiunt: Vade ad formicam ô piger: necnon ut uerecun-
dia afficiantur, cum comparari illis se sentiunt, ut: Comparatus est iumentis insipientibus.

Nihil

Nihil est itaq; in hoc mundo malum, sed omnia commoda & utilia. Vidit enim deus, inquit scriptura, omnia quæcunque fecerat,& erant ualde bona. Ne igitur dicatis ô stulti, Quod prauum est concinnari non poterit,neque quod deest annumerari.

Locutus sum in corde meo dicens:ecce magnus effectus sum,& apposui sapientiam super omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem. & cor meum uidit multam sapientiam & cognitionem,parabolas & scientiam. Cognoui ego quod & hoc electio spiritus,quoniã in multitudine sapientiæ multitudo cognitionis: & qui addit cognitionẽ,addit dolorem.

Loqui aliquis dicitur in corde suo, cum mentem ad cogitandũ applicans secum disputat & ratiocinatur. Collegi itaq;, inquit,& subducta ratione apposuisse me uidi sapientiam,super omnes qui me præcesserunt natu. Apposui autem significat profectu magno auctam in eo fuisse sapientiam. Sapientia uero, cognitio diuinarũ humanarumq; rerum & causarum quæ ad easdem res pertinent. Cognitio uero est speculatio de natura rerum: & qui hac quidem præditi sunt cognitione, seseipsos erudiunt, atque ab ignoratione uindicant. Qui uero sermones sapientiæ discunt,alios quoque homines ueritatem subinde edocent. Sapientiam uero & cognitionem,non iam uanitatem esse dixit, sed spiritus electionem,monens nos nequaquam fati beneficio nasci, aut fieri homines sapientes,sed sapientiæ desiderio ac labore,petitamq; à domino deo sapientiam consequentes. Quod si quis adhuc scientiæ plus habere desiderat,addat,inquit,& studiosos labores. Aut etiam sic intellige. Qui adeptus scientiam cognitionemq; delinquit, longe amplius puniendus est:ideo qui addit cognitionem addit & dolorem. Cui autem sapientia sit amplior quàm ipsa cognitio siue scientia, meritò inquit in multitudine sapientiæ contineri multam cognitionem.

CAPVT II.



Ixi in corde meo: Age iam periculum faciam in letitia & in bonis,& ecce hoc quoq; uanitas. Risui dixi circuitum,& dixi,Letitiæ,quid ita hoc facis?

Mundana,inquit, gaudia mecum reputans, inspexi num quid haberent bo ni:& uidi demum quod lætari uel ob affluentiam diuitiarum, uel propter gloriam,aut aliquid eorum quæ in mundo sunt,mera est uanitas. Dixi autem huiusmodi lætitiæ(risum enim hic lætitiam intelligit) dixiq; huiusmodi gaudio: Circumuagare à me longius & absiste. Quid ita hoc facis?hoc est, quid me allicis ut huiusmodi rebus gaudeam? Etenim uanitas mera est,ac nihil penitus aliud,istis de rebus lætitia & uoluptas.

Et consideraui si cor meum traheret ut uinum carnem meum.

Poculum quod bibentes haurimus,à conspectu nostro tollitur & euanescit. Cõsideraui itaq; num in prosperitatibus mundanis uoluptatibusq; humana mens esse possit ita uirilis ac fortis,ut absumere ac delere ualeat quasi epotum uinum cõcupiscentias carnis.

Et cor meum præcessit in sapientia,& pollens in letitia, donec uiderem quale bonum filijs hominum,quod facient sub sole in numero dierum uitæ ipsorum.

Ecclesiastes noster cum à deo sapientiam accepisset, uimq; prudentiæ sicut arenã maris, acutissima mentis acie præditus,poterat quidem diuinos tractare sermones, ac magna loqui mysteria,quod ipsum sanè cernitur pulchre efficere. Poterat autem & ingenij acumine,ad quæcunq; libuisset commode uti. Sicut enim aliquis acuto præditus usu, eadem oculorum ui,modo ad honesta & necessaria utitur, modo & lasciuè abutitur,nulla quidem oculorum culpa & causa,sed affectu & intentione peccante: ita & is,cui deus mentẽ sapientia exornauit,si quidem ut decet dono dei utatur,res diuinas commode cõtemplatur:sin uero ad terrena deprimatur,elanguescit ac degenerat in dei dono, optime tamẽ ac perspicacissime terrena quoq; percipit,ac intellectu consequitur: neq; uero mentis acies, sed animi intentio,prout uel bene uel male dei dono utatur,digna laude uel uituperatione censetur. Dedi igitur,inquit cor meum hoc est mentem meam, & reputaui quale nam bonum esset in hominibus,et quid nam operari possunt,dum in hoc mundo sunt,ex quo perpetuam in hac uita lætitiam uoluptatemq; cõsequantur. Qualia itaq; sunt humana facinora contemplatus,& rationali quadam sapientia usus, dedit seipsum ad ea peragenda quæ subinde enumerat.

Magnificaui opus meũ, ædificaui mihi domos, plantaui mihi uineas, feci mihi hortos & paradisos, & plantaui in eis lignum omne fructus. Feci mihi piscinas aquarum ut rigarem ab eis syluam producentem ligna.

Magnificaui, inquit, factum meum, non opus dei, sed meumipsius: operibus enim dei nullus quicquam potest adijcere. Aedificaui mihi domos. In hebraico suo sermone commodam dictionem nactus, propriè ac perargutè locutus est: Domificaui mihi domum. Plantaui mihi uineas. Regia potestate usus, diuitiarumq́; copia, circa omne possessionum genus effusus est. Feci mihi hortos & pomaria. Hortus est oleribus cõsitus, pomarium uero uarijs plantis atq; arboribus, ideoq́; additur: Et plantaui in ipsis lignum fructiferum. Feci mihi piscinas aquarum, ut ex ipsis irrigarem syluam germinantem ligna. Splendide ac sumptuose pomaria concinnauit, procerasq́; arbores, quæ sponte quodammodo sua in montibus enascunt, ut palma, salices, quercus, ac piceas in pomarijs suis conseuit: ideoq́; meminit syluæ studio comparatæ, in qua irriganda magna aquarum copia opus erat.

Possedi seruos & ancillas, & uernæ nati sunt mihi.

Cum enim uernę minus sufficerẽt in familiari ac domestico ministerio, uenalitios quoque sibi seruos comparauit.

Possedi quoq; armenta & greges super omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem.

Superaui, inquit, omnes ante me reges, in armentis & gregibus, uel in reliquis omnibus quæ superius enumerauit: potest enim ad illa quoq; accõmodari.

Congregaui mihi aurum & argentum.

Quia multi stabilem quidem possessionem habere solent, repositis tamen pecunijs, addit & harum quoq; sibi fuisse copiam.

Et regum substantiam, & regionum.

Sed & reges, inquit, habui stipendiarios, ac tributa mihi soluentes: & fructiferas regiones, hoc est agros: regiones enim in sacra scriptura, fertiles agri intelliguntur, iuxta quod in euangelio legitur: Leuate oculos uestros & uidete regiones, quoniã albę sunt ad messem. Et hinc quoque, inquit, magnam habui rerum copiam.

Feci mihi cantores & cantatrices in delitijs filij hominis.

Sed neq; posthabui, inquit, ac neglexi demulcere cantibus aures meas: delectantur enim huiusmodi cantibus, non filij quidem dei, sed filij hominum.

Propinatores & propinatrices.

Vel ut ex uario propinantium aspectu, ac alternata mutatione, appetitum sibi ad pocula prouocaret, uel tanquam ualde mollis existens, ac mulierosi hominis ingenium exprimens.

Et magnificatus sum, & apposui super omnes qui fuerunt ante me in Hierusalẽ. Sapientia quoq; stabilis mihi fuit.

Adeo, inquit, exaltatus sum, ut in nullo unquam consilio rationeq́; aberrauerim.

Et omne quod appetiuerunt oculi mei, non abstuli illis, neq; probibui cor meum ab omni lætitia.

Inquit igitur: Omnem oculorum concupiscentiam & animæ appetitum circa uoluptatem (quam & lætitiam uocat) ad executionem perduxi.

Quoniam cor meum letatum est in omni labore meo.

Cunctis, inquit, studio ac electione susceptis laboribus, hanc cepi portionẽ ac sortem, quod illorum fruitionem consequutus sum, composq́; uotorum sum factus.

Et inspexi ego omnia opera mea quæ fecerant manus meæ, & laborem quem laboraui ut facerem, & ecce omnia uanitas, & electio spiritus.

Hæc, inquit, omnia operatus, per actiuas factiuasq́; facultates, inueni quod cuncta humana studia uanitas sunt, nihilq́; amplius lucro apponitur illis, qui laborant circa omnia quæ uidentur sub sole, eo quod omnes æque cõmunem subeant mortem, diuites simul ac pauperes. At qui laborant ob ea quæ sunt super solem, supplantãtes omnia quæ uiden-
Ioan. 10. tur, habẽt aliquid amplius, iuxta Saluatoris sententiã dicentis: Ego ueni ut uitam habeãt,
& abundantius habeant: quasi dicat, ut careant pœnis, & fruantur promissa beatitudine. Notandum quoq; quod qui student circa ea quæ uana sunt, & sese uoluptatibus tradunt,

excusare

excuſare non poſſunt carentis ratione fortunæ motum, neq; fati neceſſitatem: humanæ ſi quidem actiones proficiſcuntur ab electione, & ab inſita nobis libera poteſtate.

Et inſpexi ego ut uiderem ſapientiam & circuitum & ſtultitiam. Quoniam quis eſt homo qui ſequi poßit conſultationem quæcunq; hæc operata eſt?

Cum nobis ſpectandum propoſuerit auari hominis perſonam, circaq; terrenas ſubſtantias occupati, nunc nos conuertit ad ſapientiam: & comparatione propoſita, periculum facit quid inter ſe differant ſapientia & uoluptas, quam & errorem uocat, atq; circuitum: uel quod ad omnem uentum circumferantur bona iſta terrena, quę materiam ſuggerunt lætitiæ ac uoluptati, uel mutata ι litera in α, non περιφορὰν legemus, ſed παραφορὰν, hoc eſt, inſanam extaſin mentisq; exceſſum. Inſanire enim uidentur ac eſſe ſui obliti, qui in loco miſeriæ & lachrymarum, lætandum ſibi eſſe falſò exiſtimant. Inquit igitur: Quæramus an poſſit homo, qui elegerit ſibi ſecundum hanc ſtultitiam uiuere, complere ſua deſideria: hoc enim ſignificat, ſequi poſſit conſultationem. Mox autē inuenit homines perquàm raro fieri deſiderij ſui compotes: eapropter addidit: Quis eſt homo? quaſi dicat, rarus eſt ualde. Neque enim quicunq; diteſcere appetit, penitus hoc conſequitur: nec qui gloriæ cupidus eſt, uoti prorſus efficitur compos: & eadem ratione in cęteris ſeſe habet. Qui uero ſapientiam adamarit, deo duce feliciter ductus, ſequitur penitus conſultationem, hoc eſt, inueniet quod affectabat. Vel aliter. Attonitus erumpit in interrogationem: Quiſnam eſt, inquiens, homo, qui poſſit reſpicere ac conuerti à deſiderijs ſuis, & inſpicere motus electionis ſuæ finemq; propoſitum, ut dijudicet iterum, ſapienter uiuat an ſtulte? Aliter. Eleuatus, inquit, extra corpus & per ſapientiā uidens, quod poſt exitum huius uitæ nemo poteſt redire in uitam, & iterum frui eiſdem rebus, quas dum uiueret certo conſilio exercebat (quis enim perſæpe pro nullus accipitur) præpoſui ſapientiam ſtultitię.

Et uidi quod amplius eſſet ſapientiæ ſupra ſtultitiam, ſicut amplius eſt luci quàm tenebris.

Tenebræ ipſæ per priuationem lucis fiunt, ita ut lux quidem reuera exiſtat, tenebræ uero nihil penitus ſint. Ita, inquit, igitur eſt ſapientia ad ſtultitiam: opera enim ſtultitiæ tranſeunt, perpetuam punitionem conciliantia ſuis cultoribus: opera uero ſapientiæ in perpetuum durant, æternaq; cultores ſuos lætitia afficiunt. Quod autem, inquit, amplius ſapientiæ ſuper ſtultitiam, non eſt per comparationem dictum: quæ enim ſeſe mutuo tollunt ac deſtruunt, ſicut ſunt lux ipſa & tenebrę, inuicem non comparantur. Huius generis eſt ſapientia & ſtultitia. Non eſt itaque in genere malorum reponenda lætitia, ſed ob affectionem eligentis. Addidit illud Amplius, hoc eſt, ſine ulla comparatione multo melius facit qui ſapientiam præponit ſtultitiæ.

Oculi ſapientis in capite ipſius, ſtultus autem in tenebris ambulat.

Caput eminentia quædam eſt & ſuprema totius corporis pars, pedes uero infimi ſunt, terramq; contingentes. Quando itaq; præſidens intellectus purgatus fuerit, ſuperna ſpeculatur, non quæ ſunt ſuper terram, ac tunc in capite oculos uere habet. Quando uero mens ad terrena conuertitur, tunc in pedibus habere oculos uidetur, circa limum terræ occupata. Aliter. Caput eccleſiæ Chriſtus eſt, ad quem ſi ſapiens, dum ambulat, oculos intendit, ſicut & Chriſtus perambulauit, oculos habet in capite. Stultus autem ambulat in tenebris, ſemper declinans in terram, tenebricoſoq; caligat intellectu.

Et cognoui etiam ego, quod occurſus unus occurret omnibus ipſis. Et dixi ego in corde meo, ſicut occurrit ſtulto, occurret etiam mihi. Et ut quid ſapiens factus ſum?

Omnia ſecum meditans ſapiens noſter Eccleſiaſtes, quæ adferre aduerſarij contra ipſum poſſent, è propria loquitur perſona. Cum igitur inueniat multa & uaria, quæ communia omnibus ſunt, quæ occurſus appellat: qualia ſunt ægrotare, beneualere, diteſcere, paupertatem pati, & præcipue communem omnibus mortem: aduerſarij ſubiens perſonam, inquit. Si hæc communia ſunt ſtultis & ſapientibus, quæ utilitas demum erit ſuſcepiſſe labores officioſos & ſapientem fieri? Mox autē hoc refutato ſermone, oſtendit quale ſit nobis à ſapientia lucrum. Ait ergo:

Tunc abundanter locutus ſum in corde meo, quoniam ſtultus ex abundantia loquitur: quia & hoc uanitas.

Adducta stulti illatione, tanquā ex illius persona eandem nunc illationem per seipsum dissoluit. Inquit em̄: Et ego abundantius locutus sum in corde meo, quod uana & superflua est talis cogitatio, & insanæ mentis est talia uerba effundere. Stultus enim furore efferuens quæ temere cogitauit, per os effundit: quoniam stultus ex abundantia loquitur, hoc est, superfluente in ipso stultitia. Mox & causam docet, redarguens illationem stulti cum dicit:

Quoniam non est memoria sapientis cum stulto in seculum.

Etsi enim, inquit, quæ uaria & differētia sunt in hac uita, stultis æque ac sapientibus cōmunia sint, at in futuro tamen seculo sapiens erit in memoria æterna, & immortalem habet fruitionem: stulti uero memoria deletur, iuxta id quod est in psalmo: Perijt memoria illorum cum sonitu, hoc est, non sunt existimandi memoria digni.

Psal. 9.

Secundum quod aduenientibus diebus omnia obliuioni tradita sunt.

In uenturo, inquit, seculo, quæcunq; nobis in hac uita occurrerint, siue infirmitas, siue prospera ualetudo, siue diuitiæ, siue etiam paupertas, in obliuionē ibunt. Tum uero concludens solutionem inquit:

Et quomodo moritur sapiens sicut & stultus?

Quomodo, inquit, dicetis ô stulti quod propter communem omnibus mortem, nihil sapiens stulto plus habeat, quandoquidem sapientis memoria perpetua sit apud deum, stulti uero nequaquam. Si enim quæ in hac uita occurrunt omnia sunt communia, tamen in futura uita unumquenq; opera sua sequentur.

Et odio habui uitam, quoniam malum aduersum me facinus, quod factum est sub sole: quoniam omnia uanitas & electio spiritus.

Propterea, inquit sapiens, odio habui laboriosam uitam, & quem laboraui laborem meum, ob ea quæ sunt sub sole: malum enim facinus, laboriosam uitam peccatorum hominum intelligit. Hic autem sapiens odit impuram & impollutam uitam, & mensurā in perpetuum quærit. Et stulti subiens personam inquit: Quoniā malum aduersum me facinus quod factum est sub sole. Sapiens enim non testatur se laborare ob ea quæ sunt sub sole. Quanquam enim propter necessarios uitæ usus laboret etiam sapiens, non tamen principalem operam consumit circa hæc mundana atq; præsentia, sed laborat quod satis est ad necessaria uitæ: summum uero suum studium uirtuti impendit, transeuntia hæc & temporaria contemptui ducens, studens autem ea sibi comparare quæ sunt futura æterna quæq; sunt ab oculis nostris procul remota.

Et odio habui omnem laborem meum quem laboro sub sole, quoniam relinquam ipsum homini post me uenturo. Et quis scit sapiens ne sit futurus an stultus? & si dominabitur in omni labore meo quem laboraui, & in quo solicitus fui sub sole? & hoc etiam uanitas.

Prorsus sapiens noster laboriosam collectionem pecuniarum & possessionū, & huic impensum laborem, cum testatione odij, prudens, inquit, dictum. Primum quidem quod huiusmodi rerum possessio perpetuò non durat apud habentem, sed ipse quidem uitam egreditur, nihil secum portans: alter uero possidenda accipit, quæ ipse labore multo comparauit. Alterū etiam memorabile uerbum, inquit, quod uidelicet ignorat diues qualis successor suus futurus sit uita, intemperatē ne ac luxuriose uicturus, an prudenter ac sobriè diuitias expensurus. Tertium notatu dignum est, quod licet demum temperatū ac prudentem successorem futurum, ignoramus perpetuò ne sit futurus relictę hęreditatis possessor, cum pecunię ad alios atq; alios cōtinuè deuoluanť, multis uarijsq; casibus cōmutatæ. Inquit igitur: Licet concedamus prudentē fore hęredem, qui parcè relictis utatur, hoc ipsum quoque est uanitas. Quare autem hoc dicat, contemplandum nobis relinquit, quoniam uidelicet melius est nosipsos dum sumus in uita, dispensare diuitias nostras in pauperum ac egenorum necessitates, ut ita thesaurum habeamus indeficiētem in cœlis, quàm alios in hęreditatem transmittere, qualescunq; demum illos fore contingat.

Et conuersus sum ut renunciarem cordi meo in omni labore meo quem laboraui sub sole.

Detestans Ecclesiastes quę superius dicta sunt, conuertitur ad euangelicā uitam, quasi & ipse cum Petro apostolo Saluatori dicat: Ecce omnia reliquimus, & secuti sumus te. Subinde autem prædictam indignationis causam resumit, quam contra tempora concepit. Ait ergo:

Matth. 19.

Quoniam

Quoniam eſt homo, quoniam labor ipſius in ſapientia & ſcientia & in fortitudine, & homo ei qui non laborauit in ipſo dabit partem ipſius, & hoc etiam eſt uanitas, & magnum malum.

Quæ enim, inquit, utilitas homini in humana ſapientia & prudentia & fortitudine laboranti, & maligne ſe gerenti, hoc eſt, ſuarum rerum partem aliis non ponenti, ſed ſemper amplius ſuis bonis addenti? quandoquidem alius qui nihil in ea ſubſtantia laborarit, omnes ſuas diuitias accipit. Eſt autem & intelligere: Conuerſus ego ſum, ut renunciarem cordi meo in omni labore meo quem laboraui ſub ſole, cogitans quod alius quidem diuitias meas accipiet, ego uero curas laboremq́ ſubiero. Interpoſita uero illa uerba uidelicet: Quoniam eſt homo, quoniam labor ipſius in ſapientia & ſcientia & fortitudine, hoc ſignificant. Contempſi, inquit, laborare circa res uanas, rationibus colligens, quod eſt alter labor dignus laude, qui ſtabiles congregat uirtutum diuitias. Eſt autem huiuſmodi labor quem laborat homo, ut acquirat ſapientiam, ſcientiam, & fortitudinem. Hunc igitur laborem ego potiorem ducens, conuerſus ſum ut renunciarem cordi meo in omni labore quem laboraui ſub ſole, hoc eſt circa res uanas.

Quoniam fit homini in omni labore ſuo electio cordis ſui, pro eo quod ipſe laborat ſub ſole. Quoniam omnes dies eius in doloribus & in diſtentione animi ſui, neq; in nocte dormit cor ſuum: & hoc etiam uanitas eſt.

Aduenit, inquit, homini labor, quem laborat, ſiue bonus ſit ſiue malus, ab electione cõſilii. Quod ſi operam uirtutibus impendat, laudandus hic labor: ſin uero circa uitium occupetur, omnes illius dies tranſeunt in plenitudine dolorum, iracundiæ, occupationis ſolicitæ, ac uigiliarum. Hæc enim omnia conſequuntur eos, qui circa inane ſtudium uitæ huius uerſantur, quare & hoc etiam uanitas eſt.

Et non eſt homini bonum niſi quod comedit & bibit, & oſtendit animæ ſuæ bonum in labore ſuo. Et hoc etiam uidi ego quod eſt de manu dei. Quis enim ex ſeipſo bibit & comedit?

Quæ media, inquit, ſunt & indifferentia, nec mala per ſe, nec bona, ab ipſo deo hominibus tribuuntur, qualia ſunt diuitiæ, bona ualetudo, autoritas. Sumpta igitur aduerſarii perſona inquit Eccleſiaſtes: Quod ſi hæc dantur ab ipſo deo hominibus, nihil ergo in hominibus inuenietur boni præter edendi bibendiq́ uoluptatem. Tum uero ſoluens obiectionem, inquit:

Quod homini bono in conſpectu ſuo dedit ſcientiam, ſapientiam, & lætitiam: peccatori autem dedit occupationem addendi & congregandi, ut tradat ei qui eſt bonus in conſpectu dei. Quoniam & hoc uanitas eſt & electio ſpiritus.

Nolite, inquit, dicere ô inſani, quod tranſitoria & corruptibilis hæc cibariorum uoluptas bona ſit: homini enim bono deus ſcientiam & ſapientiam dedit, ut in iis lætetur in cõſpectu dei, hoc eſt, cuſtoditus & aſpectus à diuina prouidentia. Homini autem peccatori negocium dedit circa hæc ſenſibilia, ut laborãs & congregans affligatur. Quod ſi in hoc laborandi ſtudio & congregandi perſiſtat, & hoc ſane ipſum eſt uanitas & electio ſpiritus. Sciendum uero eſt, deum hanc dediſſe homini peccanti & congreganti occupationẽ, non ut peccet quidem ac congreget, ſed magis ut contemplatione ac tædio uanitatis mundanæ, in cognitionem ueniat laborioſę huius uitæ, deſideretq́ immortalem ac iucundam uitam, quæ in futuro ſeculo ſanctis in præmium danda eſt.

CAPVT III.

OMnibus eſt tempus, & occaſio eſt omni rei quæ ſub ſole eſt.

Rerum aliæ quidem temporariæ ſunt, aliæ uero æternę: ac æternę quidem inuiſibiles ſunt, ſupraq́ ſolem cõſtitutæ. Hic autem eſt ſermo de iis quæ ſunt ſub ſole ac tempori ſubiiciuntur, (quandoquidem & temporaliter eſſe cœperunt) ſuoq́ tempore, hoc eſt oportuno fiunt. Et tempus quidem ſpacium illud ſignificat, in quo fit aliquid: occaſionem uero dicimus commodum tempus ac oportunum aliquid faciendi. Poteſt itaque tempus & occaſio eſſe, ſed occaſio tamen tempus non eſt, ſed illa quam nanciſcimur rebus peragendis temporis oportunitas. Et cuncta quidem quæ fecit deus oportuno proueniunt tempore, ut æſtas, autumnus hyems, ac uer. Quæ uero homines facimus, laudabilia quidem ſunt ſi fiant tempore oportuno: ſin uero ante tempus fiant, aut

præter tempus, iure damnant. Oportuno quis tempore suæ cōmiscetur uxori, cum appetit filios procreare: præter tēpus uero, cum uoluptatis & cōcupiscētię causa hoc facit. Qui æstate seminat, ante tempus seminat: qui etiam hyeme ad messem sese accingit, præter tempus hoc ipsum aggreditur. Ediſciplina autem horum uerborum docemur, omni in re defectus uitare atq; excessus, eo quod res fermè omnes, hinc atq; hinc assistentes ac propinquas enormitates habeant. Nam qui deficit à medio fortitudinis statu, labitur in timiditatem: qui uero illum excesserit, audax efficitur. Potest itaq; & alia significatione accipi tempus, pro ipsa mediocritatis norma: occasio autē pro tempore oportuno. Nam qui & ad normam & suo tempore, actiones omnes suas moderet, hac ueluti regula & amussi utens, facile in omni uirtute consummatus euadet.

Tempus gignendi & tempus moriendi.

Sæpe contrariarū rerum distincta sunt tempora, contingit tamen quandoq; & eodem tempore utraq; fieri. Corporalis itaq; natiuitas & generatio aliud habet tempus, & aliud corporalis interitus: spiritualis uero natiuitas, per lauacrū regenerationis, unum & idem tempus habet cum morte. Nam qui renascuntur in diuino lauacro, consepulti sunt Christo in baptismate. Et corporaliter quidem nasci ac mori in nostra potestate non est, sed arbitrio dei & generamur & morimur. Spiritualis uero natiuitas & interitus pendet à nobis: opus enim est cum diuina operatione & gratia, nostra quoq; electione, ut moriamur quidem peccato, nascamur autem iustitiæ. Sapienter autem ac notanter Ecclesiastes à natiuitate cœpit, & morte & temporariæ huius uitæ nos admonens. Propterea enim & Moses, ut aiunt, primum quidem suum uolumen Genesin inscripsit. Exodum uero secundum nominauit, ut in historia figurate nobis hanc temporariam uitam describeret.

Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est.

Præter literæ sensibilem ac manifestum intellectum, mystice sic intellige. Sæpe quidem uno eodemq; tempore plantat aliquis & euellit, uidelicet cum euellit zizania, quę semina uit malus homo: plantat autē siue serit legitima uerbi semina, amputans uitium, inferens uirtutem. Sæpe uero hæc facit alio atq; alio tempore, ut cum Paulus abscindit fornicarium à communione ecclesiæ, plantat uero eundem, pœnitentia emendatum.

Tempus occidendi, & tempus sanandi.

Occidendi quidem peccatum, sanandi uero animam cuiq; suam, pœnitentiæ medicina. Huiusmodi uero actio, suo semper & oportuno fit tempore, præsertim uero nunc dum su-
2.Cor. 6. mus in præsenti uita, & in testamento gratiæ Paulo testante qui ait: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Corporalibus autem ita mysticum sensum accommodabis. Principi ac domino tempus est perdendi homicidam, curandi uero ac fouendi eum qui bene de se meritus fuerit, minusq; etiam ac clementius corrigendi eum qui leuius in se deliquerit.

Tempus destruendi & tempus ædificandi.

Diuina ædificatio diuiditur in practicam, theoricamq; uirtutem. Qui igitur officiose operatur & ex uirtute, moralem domum practicamq; ædificat. Qui uero spiritualia & inuisibilia contemplatur, speculatiuam sibi construit domum: atque is quidem utcunq; ædificat, domū nō manu factam semper sibi parat in cœlis. Qui pœnitentiā facit, demolit ac destruit anteactæ uitæ peccatū. Et bonum quidem nobis pulchrumq; est tolli procul à peccato, superædificari autem super fundamentum apostolorum & prophetarum.

Tempus est flendi & tempus ridendi.

Est tempus quoddam non secundum spacium temporis motusq; sumptum, sed à rebus ipsis. Nam qui non in profundo cordis, sed in superficie uultus fleuerit, audire poterit il-
Thren. 1. lud de se dici, quod dictum est olim de Hierusalem: Voce sua ferò lamentata est, & lachrymæ eius in maxillis eius. Qui uero decenter lachrymas fuderit, & tactus dolore cordis intrinseco pœnitentiam fecerit, exaudietur utiq; iuxta illud: Planctum planxit Hierusalem, clamorē lachrymarū tuarum quando uidit, misertus est tui. Et est etiam in tēpore spaciū significante, lugere in hac uita ut in futura rideamus. Nam & ob peccata, ac ruinā discipulorū uel fratrū oportunè lugemus: de profectu uero illorū meritò ridemus & exultam*.

Tempus

Tempus plangendi & tempus saltandi.

Plangunt se ac percutiunt, qui pœnitentiæ student: at uero saltant, qui præcincti sunt temperantia, excultiq; prudentia, immoti fortitudine, perfecti iustitia. Saltauit itaque Dauid in conspectu domini, sed non temere. Ideo & prophetæ facti uelut pueri in plateis ac foro uitæ huius, propter immunitatem maliciæ, infantilemq; simplicitatem dicebant Iudæis: Luximus uobis & non planxistis: hoc est, tristia uobis prædiximus, & pœnitentiam non egistis. Apostoli quoque ad eosdem dixerunt: Tibia uobis cecinimus & non saltastis: hoc est, regnum cœlorum annunciauimus, instar tibiæ sonoram uocem fundentes, neque tamen tripudium duxistis, neque præ lætitia doni huius saltastis. Hæc enim nos docet euangelica Saluatoris parabola. Matth. 11 Luc. 7.

Tempus iaciendi lapides, & tempus colligendi.

Qui mortaliter peccauit sine proposito emendationis & pœnitentiæ, eijcitur è spiritualis domo: qualis est lapis scabiosorum, de quo symbolice & figurate apud Mosen scribitur. Qui uero ita peccat ut curari uelit, colligitur per pœnitentiam in ædificationem Apostolorum & Prophetarum. Omnis itaque qui saxeo est corde, ducitur foras, præciosi uero lapides colliguntur. Lege etiam cautum erat lapidari adulteram. Et magister quidem lapidibus cædit discipulos peccantes, hoc est, correctiuis sermonibus. Cum uero satis illos erudierit ac reprehenderit, cessat à correctiuis sermonibus, colligitq; quos iactasse ui sus fuerat lapides. Leuit. 14. Leuit. 20.

Tempus amplectendi, & tempus longe fieri ab amplexibus.

Iuxta literam, tempus amplexandi propriam uxorem, quando tempus orationis non impediat, aliàue honesta necessitas. Tempus est inquam, licetq; id nobis facere, uel propter filios procreandos, uel ut consulamus fragilitati atque innocentiæ nostræ, ne uidelicet libidine succensos, callidus hostis ad adulterium nos prouocet. Tempus uero abstendi à cõplexibus, uel propter orationes deo fundẽdas, uel ut grauidæ uxori parcamus.

Aliter. Tempus amplectẽdi erat in principio creati orbis, ut multiplicãtes impleremus terram: nunc uero tempus abstendi à complexibus, qnandoquidẽ extrema hora diei nos occupauit, & ad finem seculorum mundus festinat. Spiritualiter uero ac mystice ita intellige. Honora sapientiam ut te amplectatur, atq; hic quidem complexus semper est oportunus. Cum uero in sacris scripturis, lex per leuam manum significetur, per dextram uero euangelica doctrina, ipsaq; mens nomine capitis innuatur, totius uero corporis appellatione intelligatur ecclesia: meritò canit sponsa in Cantico cãticorum: Leua eius sub capite meo, & dextera ipsius amplexabitur me, hoc est, ipsa quidem lex ad sapientiorum quorundam tantummodo peruenit intellectum, ipsumq; perficit: euangelica uero doctrina diuino quodam complexu totam ecclesiam comprehendit. Ab hoc quidem cõplexu, nullum unquam tempus est abstendi. Cum tamen arca iam fabricata esset, ac terris diluuia imminerent, tempus erat abesse procul à complexibus matrimonij: ideoq; hinc masculi, hinc uero fœminæ seorsum distinctæ intrarũt in arcam. Postquam uero aquæ diluuij iam resederant, Noë cum uxore sua exiuisse arcam narratur: tempus enim tunc erat coniugalis amplexus. Semper autem tempus est elongari à uitio & peccato, agglutinari autem deo illiq; perpetuò adhærere. Cant. 2.

Tempus quærendi & tempus perdendi.

Si literalem sonum ordinemq; inspicias, uidetur hæc sentẽtia ordine præpostero esse accipienda. Nemo enim quærit, nisi quod prius perdidit. Mystico tamen sensu nihil immutando lectionem, ita intelliges. Qui est in ignorantia constitutus, tempus tunc habet quærendi ueritatem: qua inuenta tempus aliud sibi aduenit, ut ignorantiæ perdat tenebras & relinquat. Aliter. Quærit aliquis animam suam, quæ perijt: ea uero inuenta ab errore resipiscens, debet quantum ad priorem spectat iniquitatem, perire prorsus ac mori. Ingruente uero martyrio tempus est perdendi animam, ut ipsam inueniamus.

Tempus custodiendi & tempus abijciendi.

Qui pecuniarum dispẽsator est, nouit quo tempore pecunias uel apud se custodiat uel expendat. Mystice autem, tempus est custodiendi sacram doctrinã, ne illam temere quibuscunq; nullo delectu habito profundamus. Tempus uero effundendi, cum dociles fuerint ac bene dispositi auditores. Oportet enim, inquit, abijcere argentũ meum trapezitis,

non autem sancta dare canibus, neque suibus margaritas. Aliter. Tempus est seruandi euangelica præcepta: idem quoque tempus est abijciendi legales umbras.

Tempus scindendi & tempus consuendi.

Qui ecclesiæ hostes aduersarios'q; conciliat, & ad unitatem catholicæ fidei perducit, ille proculdubio consuere dicitur: qui uero fornicantem cum uxore patris sui ab ecclesia eijcit, oportune hic scindit. Aliter. Qui coram domino per contritionē ac pœnitentiā cor suum discindit, seseipsum asSuit in ecclesia primogenitorum fidelium.

Tempus tacendi & tempus loquendi.

Qui in silentio & sub monasterij disciplina doctrinam sacram fuerit perdoctus, cum autoritatem consequutus fuerit loquendi ac prædicandi, tunc dominus illi præbet oportuno tempore linguam eruditionis, & cognoscat quando uerbum proponi oporteat: atq;
Exod.14. ita fit, ut tempore suo tunc loquat. Audituro eñ populo dicitur in ueteri lege: Audi Israel
Eccles.32. & tace. Senior autē prudens ita ad loquendū excitat: Loquere senex, tibi eñ hoc cōuenit.

Tempus amandi, & tempus odio prosequendi.

Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, magna cum dilectiōe Saluatoris pedes osculata, hoc est, semitas pietatis ac ueræ fidei ingressa, magno se prorsus odio ab iniquitate auertit, ut iam utriusq; rei atque effectus unum tempus idemq; fuerit. Aliter. Semper quidem anima in amore uersari debet, atq; in odio, ut amet quidem secundum opera sponsum su-
Cant.1. um, ac dicat: Osculetur me ab osculis oris sui, oderit autem inimicum hominē, hoc est diabolum, qui zizania seminat.

Tempus belli, & tempus pacis.

Qui bellum gerit contra spiritales nequitias, pacem cum deo habet. Et in hac quidem uita tempus est assidue pugnandi contra principatus & potestates. Qui uero palmā consequetur, deinde in futuro seculo lætabitur in delitijs, & in multitudine pacis.

Quid habet amplius homo in ijs quæ laborat?

Postquam ea persecutus est quæ ad actionū tempora occasionesq; pertinēt, iterum redit ad personam hominis contemplandam, docetq; laborantem circa res humanas nihil deniq; plus cæteris habiturū: quandoquidem & aduersa & prospera omnibus fermè communia sint, præcipue uero mortalis uitæ interitus. Solus itaq; sapiens qui hæc cognoscit, amplius nonnihil cæteris hominibus assequutus fuerit.

Vidi igitur occupationē quam dedit deus filijs hominum, ut occupētur in ea, omnia quæ fecit bona sunt in tempore suo.

Iam superius dictum est quod filijs quidem hominum, hoc est, secundum passionē carnis uiuentibus, sapientibus uero nequaquam, deus occupationes ac difficultates dedit: ut dum occupantur circa ea quę media quadam ratione indifferenter se habent, tam ad malū quàm ad bonum, penitus ad alteram partem, hoc est, ad iniquitatis uiam non delabantur. Omnia igitur media & indifferentia bona sunt, modo suo tempore exerceantur, & ad necessarios usus: sicuti est agrū colere, opibus cōparandis studere, bibere & comedere: atq; ut semel dicatur, operandi bonū tempus est semper, sicut cōtrà, semper tempus à flagitijs abstinendi. Aliter. Tempus hic appellat usum ipsarū rerum, hoc est cum quis rebus utitur quantum naturæ leges iuraq; permittunt. At itaq; Ecclesiastes: Contēplatus ego hominum mores, quo pacto uidelicet occupentur & conuertantur ab ijs quæ natura permittit, ad ea quę sunt præter naturam. Hæc, inquit, prudenter considerans, uidi quod natura quidem nihil est malum, sed omnia quę secundum naturam mouentur ac fiunt, per se bona sunt. Oculi enim boni sunt, qui sine praua intentione aliquid intuentur. Sed cum occupantur & conuertuntur à simplici operatione naturæ ad curiosa spectacula, non iam amplius boni sunt. Omnia igitur bona in tempore suo, hoc est, si secundum simplicem naturæ operationem, & iuxta quod decet usurpentur & fiant.

Et seculum tradidit deus in cordibus eorum, ut non inueniat homo opus quod fecit deus ab initio usque in finem.

Permisit, inquit, deus solicitos esse & occupari sapiētes mundi huius, ne si assidue tranquillo animo attendissent ad fabricam & structuram mundi huius, perspecta & cognita illius pulchritudine, uisibilia hæc deum esse, uel deos arbitrarentur. In multiplici tamen occupatione non reliquit illos sua prouidentia destitutos, sed humanæ naturæ communem mortis

mortis cogitationẽ adiunxit, ut scientes quod hic perpetuò futuri non sumus, æternę uitæ curam habeamus. Aliter. Seculum significat temporale spacium, complectiturq́ꝫ omnia quę in ipso fuerint, Inquit ergo: Deus filijs hominum seculi pręsentis dedit cognitionem, uidelicet quod tẽporale initiũ habuit cœlum & terram, & quęcunqꝫ conspicimus, & quod hęc ipsa tempore immutatur. Eorum uero quæ ante initium temporis fuerunt, quęq́ꝫ post hoc seculũ futura sunt, certam & manifestã scientiã non habemus, ideoq́ꝫ nobis dicitur ab alia scriptura: Altiora te ne quæsieris, & profundiora te ne scrutator. Eccles. 3.

Et cognoui quod non est bonum in ipsis, nisi lætari & facere bonum in uita sua.

Sapiens cognoscit quod natura bonũ est. Natura autẽ bonus solus est deus, qui omnia protulit ex sua ingenua bonitate. Qui tamen quantũ in se est, quãtumq́ꝫ sua facultas patitur, bonum operatur erga deum & proximum charitate seruata, hic ineffabili & uera lætatur lætitia. Cognoui igitur, inquit, quod nihil est boni in uita nisi hoc ipsum bonum operari, & in bona operatione lætari.

Et omnis homo qui comedit & bibit, & uidet bonum in omni labore suo, hoc donum dei est.

Sapiens quidem nouit quod bonũ est: omnis autem homo, hoc est, uulgaris, & in multitudine media sumptus, qui aberrat à cognitione ueri boni, cum uoluptate sola bonũ diffiniat & metiatur, comedere ac bibere bonum esse existimat. Et sanè manifestũ, quod sensibilium rerum copia, dei munere hominibus data est: non tamen ut concessis rebus abutamur, sed ut eas cõmunicemus in proximos liberales, deo gratias de acceptis muneribus exhibentes. Commiscuit autem hoc loco personas Ecclesiastes, eius scilicet qui uere sapiens, quod proprie bonum est cognoscit, & eius qui errore malo ductus, fallitur circa ipsius boni cognitionem.

Cognoui quod omnia quæcunqꝫ fecit deus, ipsa erunt in seculum: ad ea non est addere, & ab ipsis auferre non est, ut timeant faciem eius.

Rerum alię quidem uisui sunt obnoxiæ, alię uero uideri nõ possunt. Hic autẽ sermo habetur de uisibilibus rebus: & harum quidẽ aliæ semper eodem modo perdurant: ut terra, cœlum, sol, luna: alię uero per successionẽ seruantur in specie, ut homines, plantę, & similia. Noui igitur, inquit, quod non est apponere ad ea, quæ in mundi cõstitutione deus creauit, cum eiusmodi cõpositio perfecta sit & indeficiens. Sed neqꝫ ab ea quicquã ut superuacaneum est auferre. Qui uero ad speculationẽ mundi animũ adijciunt, rationesq́ꝫ singularum rerum quantum in se est, consequũtur, timore dei occupantur, attonitiq́ꝫ redduntur, autoris omniũ sapientiã demirantes. In omni itaqꝫ hominũ mente insitus est à natura dei timor, uel legitima quędam ratio, quæ ab ordine ac pulchritudine uniuersi, hominũ corda conuertit ad creatoris sapientiã cõtemplandã. Sciendũ uero est, hæc quę uidemus, esse ueluti symbola quędã ac signa spiritualiũ rerum. Quare si finem spectes ob quem facta sunt, omni prorsus carẽt defectu. Nam siue quid eorũ principaliter deus produxit, siue quid in secundas causas referendum est, non est eis apponere quicquã nec demere. Omnia igitur bona & pulchra, perfecta omnia sunt, ac necessaria dei opera.

Quod est factum, iam est, & quæ futura sunt, iam fuerunt: & deus quæret eum qui persecutionem patitur.

Si quid olim fuit, nunc etiam est. Homo fuit, homo & est: arbor fuit, arbor etiam est. Sed pari ratione fuerunt, & quę futura sunt. Homines futuri sunt post nos, & iam priores illis fuerunt alij. Deus autem quæret persecutione affectum, hoc est innocuum, qui alij persecutionem non inferat, & seruabit eum.

Et etiam uidi sub sole locum iudicij, ibi impius: & locum iusti, & ibi pius. Dixi ergo in corde meo: Simul iustum & impium iudicabit deus, quoniam suum tempus est omni operi.

Ab his sensibilibus ad spiritualia nos attollens, ait se prognosticè ac puro mentis intuitu contemplatum esse locum iudicij, qui repositus est impijs sub sole, quasi dicat infernum. Sed & locum iusti se uidisse cõmemorat. Addidit autem & ad locum iusti, particulã illam uidelicet, sub sole. Quod si secundũ literã simpliciter accipiatur, nulli dubium quin in paradiso, & in cœlis futuri sint iusti. Sin autem ad utrunqꝫ inferas illud, sub sole, ad iustum uidelicet atqꝫ ad impium, contemplatũ fuisse intellige eos qui nunc ex hac uita decedunt, qui nondum ad regna peruenerunt cœlorum. Digna sanè inquisitu res est, ubinam sub sole iusti uita functi collocentur. Constat autem quod in paradiso, cum dixerit Christus latroni, Hodie mecũ eris in paradiso. Sciendumq́ꝫ est quod literalis traditio paradi-

sum docet esse in terra. Nonnulli uero dixerunt quod paradisus etiam est in inferno, id est subterraneo loco: ad quam suam opinionē illud accōmodant euangelicū: Diues Lazarū uidit, ipse tamen in inferiore demersus, cum Lazarus eminentiore esset in loco, ubi esset Abraham. Verum quomodocunq; hæc se habeant, illud proculdubio constat, tum ex præsenti Ecclesiastæ nostri loco, tum ex omni sacra scriptura futuros pios in prosperitate ac pace, iniustos uero in supplicijs ac tormentis. Alijs autem placuit paradisum esse in cœlis. Bonus autem ac ingenuus Ecclesiastes, historiæ sensum potius consectabitur. Tum uero secundum examinans ita infert:

Dixi intra meipsum: Nunquid cum impio damnatur & iustus?

Hæc sanè uerba disquisitionem ambiguam habent, non absolutam affirmationem. Semel enim docuit alium esse locum iusti, alium impij, sed postea nos admonet & in metum adducit. cum deus sit omnes homines iudicaturus, nostrasq; res omnes diligenti examine discussurus. Inquit ergo:

Tempus erit omni rei & omni operi.

Hoc est, erit uniuersalis iudicij tempus. Mystico autem intellectu sic accipe. Vidi sub iustitiæ sole dominum Iesum Christum, qui scilicet uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Vidi inquam locum impij à sinistris uidelicet cōstitutum, & iusti item uidi locum qui est à dextris eius: & dixi in corde meo, quod deus omnes ad iudicium conuocabit, pro dignitate unicuiq; distribuēs, illud tempus definiens ac decernens, in quo nostra omnis actio & operatio districto examine perpendetur.

Ibi dixi ego in corde meo de sermone filiorum hominis, quod dijudicabit illos deus.

Matth. 12. Simile est hoc illi quod in euangelijs legitur: Omne uerbum ociosum quod loquentur homines, reddent de eo rationem in die iudicij. Intellige autem cum hoc loco dicit sermonem, subintelligi & internū mentis uerbum, occultamq; cogitationē, nam & de his quoque ratio à nobis diligens exigetur.

Et ut ostenderet quod ipsi iumenta sunt, & ut ostenderet occursus filiorum hominis, & occursum iumenti, occurrit enim æque his. Vt mors huius, ita & huius mors. Et spiritus est in cunctis, & nihil plus habuit homo quàm iumentū.

Propterea, inquit, uidi & consideraui rationes iudicij quod exercetur sub deo, ut ostendam hominibus, hoc est, ut homines doceam nihil eos à iumentis differre secundum corporis rationē, uitamq; illam, quæ tota corpori uacat & indulget. Eundemq; nanq; aërem cum brutis animantibus homines respiramus, eundemq; interitum subimus, & in his sanè rebus, homo iumento amplius nihil habet. Iumentorum itaq; brutalis uita, quæ Veneri indulget, uanitas mera est. Monet autem nos per hæc Ecclesiastes, ne corpori indulgeamus, sed animam quę prædita est ratione, uirtutibus excolamus: hac enim similes angelis sumus, cum uis ipsa sentiendi, nobis cum iumentis brutisq; animalibus sit communis.

Omnia pergunt in unum locum. De terra facta sunt, & omnia in terram reuertuntur. Et quis nouit spiritum filiorum hominis, & si ipse ascendat sursum, & si spiritus iumenti descendat ipse deorsum in terram.

Manichæi animas huc & illud transferri asserentes, immortales quidem illas esse aiunt, sed omnia subire corpora tam hominum quàm brutorū, reptilium quoq; ac plantarum. Nos Christiani, quos diuinæ scripturæ meliora erudiunt, iumenta accipimus pro ijs hominibus, qui non utentes munere rationis, comparantur iumentis insipientibus. Homines autem meritò illos esse cognoscimus, qui distincti à bestiali ritu uiuendi, secundum rationem se moderantur. Quis igitur scit, num ij qui apud multos uidentur prudentiores, in ipso iudicij tempore digni censebuntur regno cœlorum, an potius ad inferni barathrum demittentur? Quis item contrà illud scit, an qui carere quodāmodo ratione uidentur, occulto dei iudicio ad superna tollent? Quod enim rationalis anima sit immortalis, brutorum uero anima corpori immoriatur, cuiuis planè manifestum est, qui paulum modo rationis sit particeps. Aliter. Multis in locis Ecclesiastes uoluptuarij hominis personā subiens, conuenientes susceptæ personæ sermones loquit, quasi dicat, quis nouit quæ futura sunt? Edamus & bibamus, cras enim moriemur. Explicans autem Apostolus qualia sint quæ
1. Cor. 15. ad præsentem uitam pertinent, inquit: Si in hac uita in Christo tantum sperantes sumus,

miserabiliores

miserabiliores sumus omnibus hominibus. Vbiq; igitur Ecclesiastes per ænigmata nos erudiens, ad futuræ uitæ cogitationem transmittit.

Et uidi quod non est bonum, nisi cum letabitur homo in operibus suis. Quis enim adducet illum, ut uideat quæ post se futura sunt?

Si è persona uoluptuarij hominis intelligantur hæc uerba, ita intellige. Vidi, inquit, ego uoluptati addictus quod nihil sit boni in uita, præterquã lætari in suis operibus & uoluptatibus, & quod hæc portio est homini hęreditasq; cõcessa. Quę cũ uerba uoluptuarius temere effuderit, docet subinde Ecclesiastes unde sit, quod huiusmodi cogitationes huic hominum generi innascantur, quia uidelicet nemo illis potest intellectum cæcum habentibus ostendere, quę futura sunt eis post illas, quibus nunc fruũtur, uoluptates, ęterna scilicet tormenta suppliciaq; grauissima. Sin autem uerba eadem è persona sapientis dicta intelligantur, altior quidam ac nobilior illis inerit sensus. Non est, inquit, homini bonum excepta illa lætitia ac felicitate, quæ illum excipiet ex operibus quæ fecerit in hac uita. Actio enim ex qua lætitiã habere expectat, ipsa scilicet secundum uirtutem, hæc erit portio sua & sors. Eum nanque qui officiose non uixerit, non continget uita perfunctum redire huc amplius, ut per pœnitentiam emendet quæ perperam gessit.

CAPVT IIII.



T conuerti ego me, & uidi calumnias quæ fiunt sub sole. Et ecce fletus, *calumniam patientium, & non est qui eos consoletur, neq; potestas quæ liberet eos à manu calũniantiũ, & non est qui consoletur eos.*

Ad alia me, inquit, examinanda conuerti, & contemplatus homines, uidi calumniatores iniustos, & qui calumniam patiebantur lugentes ex infirmitate, eo quod nullus pro illis contra calũniantes uindictæ potentiã exerceret, atq; ita eos consolaretur. Calumniatores autem sunt, alij quidem in pecunijs, alij uero in opinionibus sectarum, sicut hęretici contra fideles. Quin & ipse princeps autorũq; malorũ diabolus, cum apostaticis potestatibus, assidue calumnias texunt, mendaciaq; moliuntur.

Et laudaui mortuos qui iam decesserunt, magis quàm eos qui uiuunt usque nunc. Et *felicior mihi utrisque, qui nondum natus est, nec uidit opus malum, quod paratur sub sole.*

Mortuos uiuis putat beatiores. Quid ita? Nempe quia iusti iam laborum omnium desiuerunt, peccatores autem lassati sunt in peccatis: utiliter itaque utrisq; mors communis aduenit. Mystico autem sensu ita intellige. Qui peccato mortui sunt, uiuentes in Christo, longe meliores sunt illis qui uiuunt in peccato. Tum sequitur: Et felix mihi super utrosque, qui nondum natus est, neq; nouit laboriosam hanc uitam, quam opus malum nominat. Ab ijs autem uerbis Ecclesiastæ quidam adducti sunt, ut dicerent animam præexistere ante corporis institutionem. Quomodo enim, inquit, uocari potest beatus ac felix, qui nihil scit? Quibus ita respondemus. Si quemadmodum ipsi dicitis, anima in corpus hoc detruditur, ut tanquam in carcerem coniecta corripiatur & castigetur, ob ea delicta quę antequam subiret corpus admisit, quomodo tunc felix esse poterat, cum peccaret neq; argueretur? Quem enim diligit dominus arguit, & castigat omnẽ filium quem suscipit. Si autem à deo diligi bonum est, si etiam bonum est corripi, descendit autẽ anima in corpus ut corripiatur, ergo bona erit corporea hęc uita, & in corpore hoc felicior erit anima illis, quæ antequã subirent corpus peccabant, neque dignæ habebantur correptione diuina. Facile est itaq; euertere illatã ab illis rationẽ. Neq; enim anima corporis constitutione prior existit: & Salomon feliciorẽ uocat utrisq; qui nondum natus fuerit, hoc est, qui in existentiam nullam uenerit, nihilq; fuerit: ut sermo hic cum domini uerbis prorsus conueniat: Bonum illi erat, si natus non fuisset homo ille. Hac autem absoluta quæstione, alia nos & quidem grauior quæstio suscipit. Si melius sit homini non natum ipsum esse quàm natum, ob malum igitur contigerit homini natum esse. Erit ergo malorum causa deus, qui hominem produxit in uitam. Quomodo itaque uidit deus cuncta quæ fecit, & ecce erant ualde bona? Cui quæstioni sic respondemus. Quod cum duas hoc loco personas attulerit noster Ecclesiastes, alteram quidem calumniam inferentis, alteram uero patientis, non simpliciter loquitur de calumnia patiente, sed lugentem illum inducit

Heb. 12.
Cyrillus in cap. 1. Ioan.
Matth. 14.

pro ijs quæ iniuste patitur. Verba igitur hic expressa non prodeunt à persona sapientis, aut fidelis hominis, sed eius qui in hoc mundo pacem habere percupiat. Philosopus enim neque si iniuste quid patiatur lachrymas fundit, quin lætatur potius & exultat, sicut & Apo
Hebr. 10. stolus scribit: Rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis. Cum itaque Ecclesiastes duas hoc loco personas induxerit, ad philosophiæ normam nequaquam se moderantes, quarum altera est inferentis, altera uero calumniã patientis, ac præ dolore nimio & ignorantia rerũ lachrymas effundentis, subiũxit quod in cõparatione horũ duorũ hominũ carentium philosophia, bonum sit in natura rerum non esse: quam sanè sententiam facile posset experientia ac exemplo nobis ueram ostendere. Si quis enim interrogaret sanctos Martyres, Apostolos, aut Prophetas, uel cũctos homines qui secundũ uirtutem uixerũt: Agite nobis hoc dicite sancti uiri, proposita uobis optione, uel nascendi autore deo, uel non nascendi, utram in partẽ propensiores fuissetis? Nonne ilico respõsuros putas? Gratias agimus deo nostro, qui secundũ bonitatem suam nos fecit, quiq; nos in uirtutis gymnasio uoluit decertare, ut has nobis æternæ gloriæ coronas plecteret & imponeret. Satis itaq; ostensum est, quod de peccatoribus & imperfectis hominibus loquitur Ecclesiastes.

Et uidi ego omnem laborẽ & omnem fortitudinẽ operis, quod æmulatio est homini, hoc uanitas & electio spiritus.

Fortitudo & industria digna uituperatione censetur, cum quis uires suas circa uanitates intendit, & uoti tamen compos efficitur. Zelus autem uituperabilis est, qui proximè uicinam habet inuidiam. Vidi igitur, inquit, laborem hominũ circa res uanas, & alios uidi homines illis inuidere. Vt, exempli gratia, iniuste aliquis diuitias sibi comparat, ecce alij statim huic inuidere incipiunt: uel ipsi similes consequi diuitias affectãtes, idem & ipsi studium æmulantur. Huiusmodi igitur occupatio hominum uanitas est, & ut sæpe iam diximus, electio spiritus.

Stultus complicuit manus suas, & comedit carnes suas.

Manus homini datæ sunt, ut illis opportuna sibi & conuenientia operetur. Ociosus itaque cessator, manus clausas & complicatas tenens, cum subinde pœnitentia tangitur, ac dolore distabescit, dicitur meritò carnes proprias deuorare. Mystico autem sensu, qui operationes suas nõ exercet in uirtutibus, carnes deuorat suas, cũ ipse sibi sit suppliciorũ mediator & tormentorum proxeneta. Aliter, Complicare, complecti ob dilectionem, & salutando blandiri. Stultus itaque cum diligat turpes suas operationes & amplectatur, proprias deuorat carnes, ipse sibi iustum supplicium parans.

Bona est plenitudo pugilli cum requie, super plenitudinem pugillorum duorum cum labore & electione spiritus.

Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. Mystico autem sensu, pugillus est indeficiens fides, quæ est in dominũ Iesum Christum. Duo autem pugilli intelligendi sunt, cum quis duobus dominis seruire studet, deo scilicet & mammonæ, & op
3. Reg. 18. probria illa pati quæ Propheta commemorat: Vsquequo claudicabis in utrunq; poplitem? Melius est ergo sine ulla controuersia quod hic prius ponitur. Aliter. Pugillus unus, unitas ipsa quæ materia caret: pugilli duo, materialia quæ diuidi possunt. Habetur preterea ipsa dualitas in scripturis sacris immunda atq; impura. Nam immũda animalia bina
Gen. 6. ingrediebantur in arcam Noë. Melius ergo est uanitatẽ sequi, ac officiosam uitam ducere cum quiete, hoc est sine inanis gloriæ fuco, quàm occupari circa dualitatẽ, hoc est, res materiales. Aliter. Contemplari possumus hominem fuisse olim pugillum, cum uidelicet deus puluerem de terra accipiens, ac ueluti pugillo concludens plasmauit hominem. Pugillus etiam fuit mulier: à latere nanque Adam costam manu deus apprehendens, Euam plasmauit. Melior ergo est cœlibatus pugillis duobus, hoc est, dualitate & copula coniugali. Quamuis enim coniugium damnandum non sit, cœlibatus certe laudabilis & molestia carens.

Et conuersus sum & uidi uanitatem sub sole.

In circuitũ, inquit, mouens oculos mentis meæ, nihil uidi eorum quæ huius mundi gratia fiunt ab hominibus, quod non uanitas mera sit. Per hæc autem uerba intellige significari nequitias hominum & peccata.

Est

Est unus, & non est secundus, nec filius nec frater: nec est finis in omni labore eius, nec oculus eius impletur diuitijs: & cui ego laboro, & fraudo animam meam bonis? hoc etiam uanitas est & occupatio mala.

Amplius, inquit, res humanas considerans uidi quosdam, qui ne legitimos habent hæredes, insatiabili affectu circa diuitias occupari, oculum habentes inexhaustum & inexplebilem. Quod cum satis contemplatus sit, introducit inexplebilem huius hominis personam ex auaritiæ pœnitētia ita loqui: Et cui ego laboro & fraudo animam meam bonis? Iure ergo & huic labori uanitatē attribuit. Aliter. Mystice sic intellige: Est unus. Vnum hoc loco accipit, qui seipsum tantummodo fouet ac diligit, qui ne habere quidem uelit filios ac fratres. Nam qui desiderio illorum tenetur, quamuis natura nullos affines & consanguineos habeat, quia tamen secundum dei præcepta charitatem sectatur, omnes homines quamuis externos, esse sibi filiorum loco putat & fratrum, iuxta illud: Esto orphanis tanquam pater, & tanquam maritus matri eorum. Hic itaq; unus ac solus, qui habere non curat filium neq; fratrem, laboriosa quadam electione uiuendi ac solicitudine fraudat animam suam bonis, neque ad futura attendens, neque in uita quicquam boni efficiens. Huic ergo & uanitas attribuitur.

Boni duo super unum, quibus est bonum precium in labore ipsorum.

Concordiam duorum in operibus bonis laudat, hæc nanque precium consequit̃ apud deum. Itaq; Saluator bene concordes Apostolos binos misit ante faciem suam. Eos uero qui turrim superbiæ fabricantes in malo opere conueniebant, dissipauit deus atq; dispersit. Mystice autem sic accipe. Laudabilis est & apud deum preciosa duorum (hoc est animæ corporisq;) in bono cōcordia. Quomodo autem meliores sint duo quàm unus, exemplo nunc proposito planè intelliges. Si corpus quidem uoluptatibus abstineat, & temperate se gerat, anima uero ipsa inani gloria capiat̃, irrita quodāmodo uanaq; redditur corporis temperantia. Rursusq; si anima quidem humilitatē colat, libidinetur autem corpus, animæ uana est humilitas. Vna enim parte compositi hominis delinquente, aut anima uidelicet aut corpore, necesse est & partem alteram comprehendi.

Bona itaque duorum copula & concordia, si cōueniant ad preciosam uirtutē, quoniam si cadant, unus eriget participem suum. Et uæ uni si cadat, neque sit alter ad illum erigendum.

Qui bonis de rebus conueniunt, mutuum sibi auxiliū præstant. Si enim accidat ut alter ex humana fragilitate omittat aliquid quod faciendum sit, alterius consilio emendabitur. Quod autem dicit, si cadat, non est accipiendum de ambobus eodem tempore, sed modo de hoc, modo de illo.

Et si dormierint duo, calor ipsis erit: unus autem quomodo calefict?

Ex eo quod corpori solet accidere, spiritualiter erudimur. Qui eñ simul cubant & dormiunt, magis quàm qui solus iaceat, calefiunt: ita etiam qui spiritualiter cōueniunt & concordant. Vbi eñ fuerint duo aut tres congregati in nomine meo, ibi & ego sum in medio ipsorum, dicit dñs, qui uidelicet sancti spiritus ignem caloremq; fidelibus suis gratificat. *Matth. 18.*

Et si quispiam præualuerit contra unum, duo resistent aduersus eum.

Iterum per ea quæ sensibiliter solent accidere, spiritualem nobis tradit doctrinã. Sicut eñ duo cōcordi animo uel per forū plateasq; ciuitatis ambulantes, uel per desertas eremi solitudines, tutius ac facilius repellunt irruentis contra se alterius impetum, ita & futurū intellige in spirituali pugna. Nam cum Ecclesiastes edocere nos uelit, quæ ad corpus animamq; pertineant (sicut etiam Paulus apostolus fecit, quo loco & ipse trium quæ homini insunt rerum mentionem facit, cum ait: Integer uester spiritus & anima conseruet̃) tria nobis latenter contemplanda proposuit, uidelicet quod si unus quispiã nobis insurgat, hoc est, superbia carnis, tunc anima spiritui amicè coniuncta, carnem cōpescit ac frenat, ut spiritualibus animæ motibus subijciatur, & pareat. Sciendū nanq; est (quod ad hunc locum pertinet) hominē tribus ex rebus constare, anima scilicet, corpore ac spiritu: non quod secundum substantiæ uim aliud sit spiritus, aliud anima, (neque enim duo rationalia insunt homini) sed quod ratione sola, ea seorsum considerantes, aliud esse spiritum dicamus, aliud animam. Vocamus enim spiritum, actum animæ ipsius, dexteriorem sublimioremq; uim, qui spiritus est idem, puto, qui & intellectus, siue ipsa mens, sicut in Esdræ libris accipi animaduertimus. Aut ita intellige. Spiritus est ipsum charisma spiritus, quod ani- *1. Thess. 5.*

mam

mam lætificat & illustrat, diuina nobis insufflatione transmissum. Itaq; si impollutum ser uemus quod nobis inest ad imaginem dei factum, integrum habemus charisma spirituale. Sin uero ad peccatorum semitas declinemus, donum sancti spiritus uiolamus in nobis. Hoc est, puto, quod Apostolus nos precatur manere integros sicut ab initio fuimus, im maculatum habentes corpus & animam, purumq; seruantes charisma spirituale. Aliter quoq; ita potest intelligi. Motus animæ diuiduntur in rationabilem, irascibilem, concupiscibilem. Si igitur tria hęc ex uirtute officioq; cōueniant, tunc secundū rectam naturę normam, ira excandescit contra malas affectiones ac dęmonas: concupiscentię ipsa uis potiora tantum desiderat: unde & Daniel uir concupiscentiarum uocabatur: rationalis autem pars omnia iuste moderatur, irascibilem uim concupiscibilemq; compescens. Sin autē contrà eueniat, ut prętet legem rationis, altera illarum uirium, uel ira scilicet, uel appetitus quod delectat persequatur, tunc duæ reliquæ partes concordi fœdere puritatē seruantes, ut rationalis puta concupiscendiq; uis, iracundiam deprimunt, ac sibi obedire cogunt: aut contrà, iracundia rationi adiuncta, concupiscentiam sedat. Ita ergo fit ut concordes duo, tertium reluctantem redigant in seruitutem.

Funiculus triplex non citò rumpetur.

Rursus Ecclesiastes exemplo triplicis funiculi ad spirituales nos euehit cōtemplationes: ac primum quidem charitatem nos docet, in concordiæ nexum nos uocans. Inquit ergo: Si anima, corpus & spiritus in bonum conueniant, non facile dissoluuntur ab hostis incursu. Aliter. Cum rationalis animæ uis, irascendi ac concupiscendi potentię unitatis puritatem custodiunt, animam seruant prorsus innoxiam. Aliter. Qui credunt in consubstantialem trinitatem patrem & filium & spiritum sanctum, à resistētibus hęreticis & aduersarijs expugnari non possunt.

Bonus est puer pauper & sapiens, super regem senem & stultum, qui nescit prouidere in posterum: quod & è carcere uinculisq; interdum quis egrediatur ad regnum, quodq; in regno ipsius natus sit pauper.

Pueri fermè non eo digni sunt honore quo senes, neque ita pauperem ueneramur ut regem. Comparans igitur Ecclesiastes stulticiam cum sapientia, quantum hęc ipsa præstet ostendit. Inquit enim longe potiorem esse puerum & pauperem, modo sit sapiens, eo qui sit senex & ornatus regia potestate, sed stultus. Amens enim non intelligit sapientiam è seruili quandoq; conditione atq; in uincula coniectum hominē ad fastigium regium euehere. Cuius rei exempla sumi poterūt ex Ioseph, quem dei munere insita sapientia, & adolescentem & pręcio coëmptum, & in carcerem detrusum, totius Aegypti gubernatorem constituit. Hęc eadem sapientia si regi insideat, modestiam tueri docet ac frugalitatem, ita ut regia dignitate qua pollet nequaquā extollatur, ac tumeat. Nam dei gratia & sui cognitione pauperem se esse intelligit, neq; in regno, neq; in diuitiarū copia paupertatis humilitatem deponit, ut beatus & ipse sit quemadmodū & pauperes spiritu. Aliter. Senescens ac stultus, Hebręorū populus dici potest. Cui qui iunior successit, in dei cognitionē populus ex gentibus conuocatus, uere sapiens, ac redemptus à diabolica seruitute, per fidem Christi saluatoris cōsequutus est regale sacerdotiū: spiritu quidem pauper, sed euangelica beatiudine decoratus. Exemplar autem ac dux huiusmodi pauperū ipse Christus est saluator noster, qui sapiētia quidem patris est dei, iuuenis autem si corporeę geniturę tempus consideres. Idem quoq; rex dignitate diuina, pauper factus propter nostram salutem, quanquam per se ditissimus. Euasit idem catenas mortis, & inferni carceremfregit ac soluit, suo nos erudiens exemplo mediocritatē sectari, cum dicit: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Matth. 11.

Vidi cunctos uiuentes, qui ambulant sub sole, cum adolescente secundo qui exurget pro eo. Non est terminus omni populo, omnibus inquā qui fuerunt ante eos. Et postremi non letabuntur in eo. Sed & hoc uanitas & electio spiritus.

Totus hic locus ad allegoricū intellectū mysticumq; pertinere putādus est: quandoquidē nullus est qui corporali intuitu cunctos possit uidere homines, qui ambulant sub sole. Cum uero mysticum sensum alij aliò referri contendant: nam adolescentem secundum alij Christum dominum uolunt intelligi, alij autē filium perditionis Antichristū: nos utranq; prosequemur expositionem. Vidi, inquit, cunctos iuuenes qui ambulant sub hoc uisibili sole, hoc est, ipsos peccatores, cum adolescēte secūdo, hoc est Antichristo, qui exurget

pro

pro ipſo domino uidelicet noſtro Ieſu Chriſto: & non erit finis multitudinis peccatorũ, eorum ſcilicet qui ab initio ſeculi præceſſerunt. Sed & poſtremi, qui temporibus antichriſti ſcilicet in eum credent, non lætabuntur in eo: neque enim ſeruare poteſt impietas adhærentes ſibi. Vt autem doceat hunc errorem infidelitatis non neceſſitate, nec caſu, ſed electione liberæ uoluntatis eſſe populis aduenturum, adiunxit dicens: Sed & hoc uanitas eſt & electio ſpiritus. Aliter. Vidiſſe ſe, inquit, ambulantes ſub iuſtitiæ ſole, omnes ſcilicet qui uere uiuunt ex fide cum adoleſcente ſecundo, qui proculdubio eſt ſaluator noſter homo de cœlo cœleſtis, qui nobis natus eſt ac ſurrexit pro adoleſcẽte primo Adam, qui fuit homo de terra terrenus. Et infiniti erant, inquit, ſub hoc ſole in anteriora progredientes, hoc eſt, ſecundum uiuentis fidei diſciplinam, præteritæ quidem uitę obliti, tanquã mortui peccato, tendentes autem de uirtute in uirtutem, ſemper oculos mentis ad propoſitam uitæ æternæ gloriam dirigentes. Sed qui nam ſunt poſtremi ipſorum, qui non delectabuntur in adoleſcente ſecundo domino noſtro Ieſu Chriſto? Nimirum uel Iudæi ſunt qui cum primi eſſent, facti ſunt nouiſſimi: uel qui in fine ſeculi credent in antichriſtum: uel generaliter omnes qui poſt primos officioſe pieꝗ uiuentes, ipſi cum ſenſus & uoluptatis illecebras conſectentur, meritò poſtremi ac nouiſſimi & habendi ſunt & uocãdi. Sed hos quoꝗ nouiſſimos oſtendit electione propriæ uoluntatis nõ gauiſuros eſſe in adoleſcente ſecundo, ideoꝗ tritum iam ſibi uerbum illud adduxit: Sed & hoc uanitas & electio ſpiritus. Sciendum eſt autem (quod ad prædictorum enarrationem pertinet) Adam hominem primum adoleſcentem uocari, ſub intellectu eius temporis, quo recens creatus erat adhuc in paradiſo uoluptatis, & uigore iuuentutis ſuæ ſtrenuus erat operando uirtutes. Vocatur adoleſcens & Chriſtus ſaluator, propter magnum robur diuinæ uirtutis. Vocatᷓ & antichriſtus, qui iuuenili temeritate feruidꝰ eſt in malo, robuſtusꝗ nequitiæ innouator.

Cuſtodi pedem tuum cum ingrederis in domum dei, & propinquus eſto ut audias.

Aequiuoca quadã ratione loquendi, exterioris hominis membra & de interiore dicuntur, ut oculus puta, manus, ac pes, & membra reliqua. Non tamen contrà contingit, ut interioris hominis partes de exteriore dici conſueuerint. Dicuntur enim pennę alęꝗ de anima, iuxta illud: Si dormiatis inter medios cleros, pennę columbę deargentatæ. Inquit ergo: Cuſtodi animæ tuæ pedem in omni opere tuo cum incedis, ut in cõſpectum uenias domus dei, hoc eſt cœleſtis Hieruſalẽ. Qui uero cuſtodit pedem animæ ſuæ, propè eſt ut audiat, hoc eſt, ut obediat uerbo diuinę pręceptionis, & proficiendo mãdata legis exequatᷓ. Quod ſi de corporali pede dictum intelligas, cuſtodi, inquit, totum corpus tuum (à parte enim totum ſignificauit) ne inſtrumentis eiſdem quibus in bono utimur, abutamur in malo, quaſi dicat: Ne quæſo pedibus eiſdem quibus templum dei frequentas, theatrales adito ludos, & obſcœna ſpectacula. De alijs quoꝗ humani corporis membris idem intelligẽ faciendum. Et profecto qui impolluto pede ſubeunt eccleſiam dei, debent ab impijs locis & prophanis ſe penitus, ut deo contrarijs, continere. Pſal. 67.

Super donum ſtultorum ſacrificium tuum, quia ignorant quid faciant mali.

Quia ſtulti quoꝗ nonnunꝗ munus offerunt deo, ut qui ex inani gloria eleemoſynã faciunt, ſicut & Cain, qui recte quidem offerebat, male autem diuidebat: ideo tuum, inquit, ſacrificiũ cum prudentia fiat & diſcretione. Inſipientes enim non intelligunt, quoties male offerunt, eo quod illorum zelus careat diſcretionis iudicio. Qui enim prudens ac ſciẽs operatur bonum, pari quoꝗ cognitione malum deuitat. Qui uero prius illud ignorat, facile & alterum ignorabit. Illud itaꝗ quod ait, Quia ignorant quid faciant mali, ita intellige: ignorantia occupãtur, & tenebris abteguntur mentes. Proprie autem ac diſtincte locutus eſt cum dicit, donum ſtultorum: ſacrificiũ uero prudentium tantũmodo intellexit.

CAPVT V.



E feſtines in ore tuo, neque properet cor tuum ad offerendum ſermonẽ in conſpectu dei: quoniam deus eſt in cœlo ſuperius, & tu inferius es in terra.

Promptã ad loquendum linguam corripiendã monet: tum uero quia è temerario ac prompto corde ipſi linguæ fatuę ſentẽtiæ quas efferat, ſuggeruntᷓ. Vt fontẽ quoꝗ ipſum ac caput obſtruat inſipiẽtiũ uerborũ, inqt: Ne properet cor tuũ efferre

uerbum

uerbum in conspectu dei. Quasi dicat: Quia deus ubiq; præsens, omnia perspicit, etiam deprehendens occultas animę cordisq; cogitationes, quanquam per sermonis indicium non emergant. Deus enim qui in altissima cœlorū specula sedem habet, quę in imo fiunt conspicit uniuersa. Aliter. Ne temere de diuinis mysterijs uerba profunde, neq; utcunque omnia quę in buccam ueniūt. Mortalis enim homo cum sis, ac graui corpore circum septus, & orbis infimus habitator, nequaquam potes inuisibilis dei substantiam supercœlestisq; comprehendere.

Idcirco sint pauci sermones tui.

Ob omnes causas superius dictas, sint tui sermones nō solum pauci numero, sed etiam diligenti examinatione perpensi.

Quoniam in multiudine tentationis aduenit somnium, & uox stulti in multitudine sermonum.

Si more prouerbij absolute ac libere hoc dictum putes, ita intellige. Sicut qui per diem multis tentationibus curisq; agitantur, per quietem subinde somnijs conturbantur, ita & stultus in multiloquio peccans, sua ipsius uoce arguitur. Aliter. Sicuti somnium dormientem quempiam uel ad auaritiam, uel ad libidinem tentans, euolat mox & irritum eua nescit, ut nihil eorum quę facere uidebatur certum esse contingat, ita & uox hominis stulti nihil utile commodumq; concludens, somnio uidetur esse persimilis, quasi dicat, somnijs comparatus stulti hominis sermo. Sin autem uelis Ecclesiasten quasi ratione confirmantem quę superius attulit, hęc uerba proferre, uidelicet, quoniam aduenit somnium in multitudine tentationis, & uox stulti in multitudine sermonum: ita accipies, ut quasi nos moneat dicens: Ne multiloquus esto ac nugax, neque stultitiam tibi insitam tuo pro fer sermone, quoniam multæ nugacibus adueniunt tentationes, quæ ipsos non interdiu solum uigilantes conturbent, sed per quietem quoq; dormientes exterreant.

Sicut uouisti uotum deo, ne moreris illud reddere, quoniam non est uoluntas in stultis. Tu igitur quæcunque uoueris redde.

Votum est, cum quid deo pollicemur nos reddituros. Vouemus autem deo & pollicemur non pecunias modo, sed abstinentiam uictus, & castitatem, & quę sunt generis eiusdem. Quia ergo stultos persępe pollicitorum pœnitentia subit ac dolor, nolentes uota persoluere, hortatur ut citò ac uelociter quę promisimus deo reddamus.

Melius est te non uouere, quàm post uotum promissa non reddere.

Malum est proculdubio ac detestabile si nihil unquam uelis deo tribuere: multo tamen est peius si pollicearis te deo quid daturum, neq; persoluas. Duobus igitur propositis malis, bonum dixit, quod minus est malum. Alio quoq; sensu intellige. Caue ne quid temere promittas in cōspectu dei, quia simulac reus uoti factus fueris, multitudo te circumueniet tentationum, quę persoluere promissionem impediat, ita ut ne dormiens quidem sine molestia sis futurus. Vt, exempli gratia, pecunias auarus quispiam uouit deo se redditurū, mox autem non interdiu solum torquetur & auocatur, rationibus hinc inde subductis, egestatem sibi ac pauperiem ante oculos ponens, sed (ut par est) dormiens, quoque eisdem imaginibus conturbatur, ne uota deo persoluat. Quanto autem supplicio torquēdi sint qui contemnunt uota complere, docent nos in Actibus apostolorum Anania & Saphira repentina morte sublati.

Ne dederis os tuum ut peccare facias carnem tuam.

Lingua si nugax fuerit, corpus totum coinquinat: præsertim uero si cum mulieribus incautus sermo commisceatur, carnem stimulat ad peccandum.

Ne dixeris ignorantiam esse in conspectu dei.

Cum effrena, inquit, lingua peccaueris, ad pœnitentiam redi, neq; consuetam prætende excusationem, quod imprudens nesciusq; peccaueris. Aliter. Qui in ipsa fece nequitię uolutantur, ita prudentiam dei negant & aspernantur, ut dicant dedignari deum curare ac scire quę hic ab hominibus scelera committantur. At tu nequaquam hęc dixeris: nihil enim latet oculos dei.

Ne fortè irascatur deus contra sermonem tuum, & destruat opera manuum tuarum.

Ne, inquit, ore tuo ac lingua peccaueris, ne & fructum bonorū operum tuorū amittas.

Iratus

Iratus enim deus contra temerarios sermones, delet è libro uitæ, si quid est quod uideamur nobis bene laudabiliterq́ꝫ fecisse. Aliter. Caue ne dicas, deus ignorat quæ ab hominibus perpetrantur. Irascitur enim talia dicentibus, necq́ꝫ approbat opera illorum. Simplices quoqꝫ & tardiores ingenij peccatores, nihilominus è medio tollit, aut paupertate eosdem plectit, illorum fortunas operaq́ꝫ corrumpens.

Quoniam in multitudine somniorum, ac uanitatum, copiaq́ꝫ sermonum. Tu deum time.

Tria simul ualde similia cõparauit, inania scilicet somniorũ phantasmata, uanos hominũ labores, & ineptã multiloquij loquacitatẽ. Somnij enim persimilia sunt nugacis hominis uerba: neque sanè multum à somnijs differunt irrita hominum studia. In multitudine igitur somniorum, hoc est, somniantium hominum frustráq́ꝫ laborantium, necnon uerba plurima effundentium, irascitur deus. Multitudinem autem hoc loco non simpliciter multiloquium intellige, sed ociosiloquiũ. Paulus enim loquens de regno dei, quamuis ad mediam usqꝫ noctem uerba produceret, nullo tamẽ auditores afficiebat fastidio. Qui autem multa quidem uerba profundat, rem uero ipsam de qua agitur minus facilem reddat, nihil fermè uidetur loquutus fuisse. Sed & qui ociose ac præter rem loquitur, in uerbo quoque uno nugax esse deprehenditur. Semel autem nobis cunctarum uirtutum obseruantiã sug gerens: Tu, inquit, deum time. Timor enim omnia excedit.

Si calumniam pauperis, & rapinam iudicij uideris in prouincia, ne mireris super hoc negocio, quoniã excelso excelsior est alius qui custodiam habet: & super ipsos alij quoqꝫ excelsi sunt, & superfluitas terræ.

Rapinam iudicij uocat, cum ditiores in prouincia & ciuitate largitionibus corrumpũt iudices ad iniqua iudicia. Aliter. Etiam rapinam iudiciorũ exercet, qui causas nihil ad se pertinentes, uiolenter sibi uendicat & extorquet. Ait ergo: Quotiescunqꝫ uideris calumnia & largitionibus inopes à potẽtioribus premi, ne admireris, hoc est, ita ob hanc ipsam rem indigneris, ut fluitare mundum sine ulla prouidentia suspiceris. Deus enim super omnes excelsus, omnia speculans & obseruans quæ ab ipsis patrantur, qui sibi uidentur excelsi, locupletes & gloriosi, reddet unicuiqꝫ pro suorum operum dignitate. Et super ipsos excelsi, hoc est, qui seseipsos inaniter iactant & magnifaciunt, nihil aliud fermè censendi sunt quàm superfluitas terræ, hoc est, inutilis terræ globus & massa, iuxta illud: Quid superbis, inquit, terra & cinis. Eccles. 10

Super omnes autem rex est dominus agri elaborati.

Generali quadam cõclusione utens, deus, inquit, instar uiridarij mundum sibi hunc excoluit & ornauit, & in eo dominatur ut agri dominus, cuius & assiduam prouidentiã gerit. Non itaqꝫ decet opinari mundum carere gubernatione regnantis, ob eas quæ inter homines fiunt iniquitates: imò reuocare mentem oportet. Quod cum mundus hic ager nuncupetur, iuxta euangelicam parabolam, deus hominem mundi huius regem dominumq́ꝫ constituit, sicut scriptum est: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Admonet itaqꝫ nos hoc loco Ecclesiastes dignitatis nostræ, ut debitam uenerationem deo exhibentes, qui nos regia honestauit corona, pie officioseq́ꝫ uiuamus. Aliter. Quandoquidẽ deus uniuersi huius mundi est dñs & possessor, ueluti agri cuiusdã diligentia summa elaborati, idcirco sedulo caueamus ne demoliamur uineã domini Sabaoth, aut iniquis actionibus, aut impijs dogmatis, aut perniciosis doctrinis. Omnibus enim præest, omnia speculatur agri dominus & possessor elaborati. Aliter. Diuina ipsa scriptura est uelut ager quidam ferax & odoratus, quasiq́ꝫ paradisus optimis arboribus cõsitus, habensq́ꝫ thesaurũ occultum. Par est autem ut qui hunc habere quærunt thesaurum, placere studeant regi domino agri huius, hoc est, deo omnipotenti. Placebunt autem, si cunctis mundi delicijs renunciauerint, & si neqꝫ Iudęorum more solum literę iacentis sensum consectantur, neqꝫ è cunctis etiam scripturæ uerbis allegorias & mysteria perscrutentur, ita ut tanquã inutilem posthabentes literæ ueritatem, plantas agri huius radicitus subruant & euellant, cum potius deceat fideliter quæ sunt scripta rimari, & duce spiritu ligonibus terram uersare. Ita nimirum deo placebimus agri huius domino, & spiritualem illi paradisum reddemus excultum. Psal. 8

Qui pecuniam diligit, pecunia non explebitur, & qui amauit fructus in multitudine ipsius, & hoc etiam uanitas.

Huius sententiæ posterior particula ita construenda est. Et qui amauit fructus, hoc est,

quicunque amauit sibiipsi, non autem communis utilitatis gratia congerere fructus, quasi dicat: Qui laborat auaritiæ morbo, siue pecuniam congerat siue fructus, nunquam explet plura semper affectans, ut potius pecuniarum dici seruus quàm dominus mereatur.

Multitudine bonorum multiplicati sunt qui comedunt ea. Et quæ uirtus ac fortitudo possidenti bona? Principatus enim est illi ut uideat oculis suis.

Symmachus interpres posteriorem particulam ita conuertit. Quæ enim uirilitas inest habenti ea bona, nisi ut tantùmodo ea spectet oculis suis? Sensus autem hic est. Inuenias qui summa animi ui, & corporis contentione flagitium aggrediatur, ut auarus solet, qui quacunque potest ratione pecunias cogit, estque fortitudo hæc strenuitasque damnanda. Qui uero sic impudenter auari sunt, hoc sibi tanquam bonum summum proponunt, ut inter pocula patinasque uersentur, & ut spectaculo fruantur quas congessere pecuniarũ. In multitudine ergo bonorum, hoc est, in affluentia pecuniarum quæ illis assidue multiplicatur, gestiunt non secus ac si bonis illis pecunijsque uescantur. Et quæ illis demum resultat utilitas ex huiusmodi strenuitate atque uirtute? Solo namque intuitu principatum gerit in pecunijs, auaritia tali correptus. Quasi dicat, nullo alio usu dominus est earum præterquam quod appositas contẽplatur. Aliter. Quibus legitimo honestatis iure opes atque diuitiæ augescunt, multiplicantur etiam qui illis utantur. Qui enim uere cupiunt probitate sibi augeri, multis, hoc est, pauperibus suas opes impertiunt. Vt itaque à tenacitate nos dehortetur, ad misericordiam uero conuertat, quid prodest, inquit, impudenti auaro ac tenaci sua turpis huiusmodi uirilitas & fortitudo, quæ oculorum solo intuitu pecunijs uti diuitijsque permittit?

Dulcis est somnus serui, siue parum comedat, siue multum: pleno autem diuitiarum non est qui sinat eum dormire.

Posita comparatione ostendit felicius euenire homini seruili cõditioni subiecto, quàm ei qui liber cum sit, auaritiæ tamen est seruus. Famulus enim securam uitam ducens, quocunque demum uictu alatur, dulci somno reficitur. At qui pecunijs seruit, herum habet importunum, qui dormire eum non sinit, curam scilicet augendi lucri anxietatibus plenam. Mystice autem: Qui deo famulantur æquo animo feruntur, atque lætantur de temporaria huius seculi uita in æternam transferri, quam uitæ præsentis translationẽ pulchre atque apposite uocauit somnum. Auaros autem nõ somnus excipit, sed horribilis mors, quæ non sinit eos quiescere, sed æterno tradit supplicio.

Est infirmitas quam uidi sub sole, diuitias conseruatas apud dominum in perniciem suam, & pereunt diuitiæ illæ in occupatione mala.

Omnes iniquitatis species, morbi sunt ipsius animæ. Adeò uero grauis est & intensus auaritiæ morbus, ut radix malorum omnium meritò nominetur. Inquit ergo: Vidi asseruatas opes in perniciem possidentis. Aut enim peregre proficiscens, perdit auarus diuitias, cum propter eas nonnunquã grassatorum insidias raptorumque patiatur: aut si cætera eua dat incõmoda, uita demum excedẽs pecunijs tunc priuatur. Planeque intelligit se pro incerta re atque instabili laborasse, ut quibus omnino cariturus erat pecunias cõgregaret: hoc enim significat cum dicit, in occupatione mala. Quia uero multi sub prætextu hęredum filiorum diuitias cumulant, meritò subiungit:

Et genuit filium, & nihil est in manu eius. Sicut egressus de uentre matris suæ nudus reuertetur, ut pergat sicut uenit.

Etsi auarus sub prætextu filiorum se excuset, tamen hunc monemus, ut nascentis sibi filioli manum inspiciat. Et cum inuenerit illum sine pecunijs de uẽtre matris in hunc mundum uenisse, rursus inspiciat morientis manum: etenim inueniet eum sicut nudus & inanis pecuniarũ uenit è matris utero, ita & pauperem subire sinum telluris ex hac uita commigrantem. Meritò ergo sequitur.

Et nihil accipiet in labore suo ut ueniat in manum ipsius, & hoc infirmitas mala. Sicut enim aduenit, ita & abibit. Quid ergo est illi amplius? laborat enim in uentum, & omnes dies in tenebris, in luctu & tristicia multa, in infirmitate & ira.

Si itaque neque auarus ipse, neque illius filius quem hæredem sibi instituit, neque hominum prorsus

num prorsus aliquis potest secum moriens efferre sensibilium facultatum, nonne infelicis animæ morbus est auaritia? Quid itaque laboras in uentum, cum sint diuitiæ prorsus instabiles, & aquatilis bullæ cum detumescit, persimiles? Sed & ipsa auaritia in tenebris elanguescit, hoc est in ignorantia & luctu. Auarus enim neque suipsius miseretur, cum parce ac uix congestis utatur, sed etiam tristi insuper iracundia stimulatur, & leui occasione in contentionē surgit & excādescit, anima graui ægritudine occupatus. Vide igitur quot auarum incommoda circumueniant, post quæ defunctum uita etiam tenebræ inferni suscipient, repulsum à conspectu dei, iusta illius ira seuerissime puniendum.

Ecce, uidi ego bonum, hoc est ut comedat quis & bibat & uideat bonum in omni labore suo quem laborat sub sole, in numero dierum uitæ suæ quos dedit ei deus. Diuitias enim dedit, substantias & potestatem ut comedat ex eis, & accipiat partem suam, & lætetur in labore suo: hoc est donū dei. Non enim recordabitur multis diebus uitæ suæ, eo quod deus occupet illum in lætitia cordis sui.

Auari personam miseriasq́; superius ostendit Ecclesiastes. Cumq́; uisus sit in eum grauiter irruisse, nunc uicissim aliam aggreditur curandi rationem, ut non inuehendo perterreat, sed ut blande ac sensim contrectando, si fieri possit, liberum metu, suspicionibus conciliet. Quia enim auarus sic malis affectionibus occupatur, ut simplicem uirtutis exactē medicinam ferre non possit, multa cum prudentia noster Ecclesiastes quę iucunda homini contingunt in uita, breuiter percurrendo, præceptis suis admiscet: atque ita mox docet non oportere uentri omnia & gulæ luxuriosius indulgere, cum breuis hoc in seculo nobis futura sit uita. Hortatur itaque, aliud intendens, auarum, ut dum uiuit suis utatur bonis, ita dissimulanter appositis uoluptatibus, abducere illum studens ab auaritiæ morbo. Inquit ergo: Bonū est tibi auare locuplex comedere, bibere ac lætari, donec ea meditaris quæ sunt sub sole. Sed profecto decet etiam te id cogitare, quod paucos ac numerabiles dies tibi ad uiuendum dederit deus. Tempus enim uitæ tibi concessæ secretū est tibi in sortem, terminusq́; descriptum. Cum itaque diuitias à deo acceperis, facultatemq́; illis utendi, cogita non solum ut comedas & bibas, sed ut portionem tuam sortemq́; accipias. Vide autem quàm sit admirabilis Ecclesiastæ nostri doctrina. Postquam enim blande permulcendo metū auaro suspicionemq́; imminuit, edendi scilicet ac bibendi uoluptate proposita, tunc sensim irrepit docens, non esse hanc sortem hominis, partemq́; propriam ut esculentis scilicet poculentisq́; perfruatur: Monet ergo ut partem sibi decentius decretam accipiat, hoc est, hęreditatem ac sortem quæ sit illi stabilis ac perpetuò duratura. Ea uero est, dispergere pauperibus opes suas, & de huiusmodi dispensatione solidā lætitiam capere. Hoc enim uere est donum dei, in eleemosynis & charitate pauperum uitam operamq́; consumere. Tunc uero ut magis illi persuadeat partem hanc sibi propriam capere, hoc est, bene uti suis diuitijs, ut ita stabiles illi fiant, reuocat illi in memoriam breuitatem uitæ huius cum dicit, quod non multos recordabitur dies uitæ suæ. Huiusmodi autem hominis occupatio in pauperibus subleuandis, & acceptissima est deo, & misericordis cor animamq́; lætificat. Et hæc quidem quę docuimus ab Ecclesiastæ adducta, nunc blande auaros adhortando, nunc contrà seuerius increpando, satisfuerint ad ipsius literæ ordinem sensumq́; explicandum. Qui uero diuinius ac sublimius loquentem potest audire Ecclesiasten, cum meminerit ad se pertinere illud Euangelij dictum: Qui habet aures audiendi audiat: idem profecto nouit qui solus sit bonus, unus enim bonus est deus. Idem quoque nouit, quod qui manducat carnem filij hominis, & bibit eius sanguinem, futurę felicitatis partem hic aliquam, fruitionemq́; accipit. Bene igitur operam insumit suam, uirtutesq́; exercet dum est sub sole, hoc, in pręsenti uita, secum animo deputans, quod deus numerabiles posuerit dies suos, neq́; deceat ne unum quidem illorum pati uacuum ac sterilem pręterire. Labor enim quem uirtuti homo impendit, proprie dicenda est hominis esse pars, quæ sola nimirum efficiet ut pars nostra sit deus, iuxta illud quod pater Ecclesiastę nostri canit in psalmo: Portio mea es domine. Et profecto hæ sunt illę diuitiæ, de quibus ait Apost. In omnibus diuites facti estis in ipso, in omni cognitione & sapientia. Nam qui hæc bona spiritualia bibit & comedit, & in his lætitiam suam ponit, planè intelligit quod hæc charismata dei sunt, auetq́; peruenire ad ęternam uitam. Temporariam uero hanc ut exigui spacij despicit & contemnit. Accidit enim hoc omnibus qui dei munere cir

Math. 13.
Math. 19.
Psal. 118.
1. Cor. 1.

ca spiritualia occupantur, & ad ea contemplanda mentem attollunt, ut mundana hęc omnia paruipendant. Si qui uero putant diuitias istas, sensibilesq́ue fortunas summũ esse hominis bonum, hi mihi paucis rogandi sunt: quid ita fit quod illas deus ęque cunctis hominibus non impartiat, cum tamen idem personarũ non sit acceptor? Atqui cernitur quæ uerè sunt bona, cunctis æque liberaliter effudisse, hoc est, liberum arbitrium, dispositionemq́ue ad exercendas obeundasq́ue uirtutes. Quapropter licet ad bene officioseq́ue uiuendum diuitiæ adminiculo esse possint, & uirtutes ipsas quandoq́ue ut præmia consequantur, non absolute tamen, neque suapte natura uel bonæ uel malæ dicendæ sunt & habendæ. Sed cum per se mediæ sunt, ac susq́ue deq́ue accipiantur, facile transeunt & immutantur in habitum bene illis maleue utentis.

CAPVT VI.



EST & malum quod uidi sub sole, & quidem frequens est apud homines. Vir cui dabit deus diuitias, substantiã & gloriam, & nõ est quod desit animæ suæ ex omnibus quæ cõcupiscet, ne tribuet ei potestatẽ deus ut comedat ex eo: nã uir extraneus uorabit illud, & hoc quoq; uanitas & infirmitas mala.

Literæ huius intellect⁹ rectà fertur in auaros & nimia parcitate astrictos. Quod autem inquit: Nec tribuet ei potestatem deus ut comedat ex eo, simi-
Rom. 1. le est illi quod ait Apostolus scribens ad Romanos: Tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Non quod deus ipse quenquam hominum cogat auaritiam intemperantiamue sectari, sed quod ea permittat quæ homines electione liberæ uoluntatis aggrediuntur, dum liberi arbitrij naturã facultatemq́ue conseruant. Mystico autem sensu ita intelligendũ. Sæpe accidit ut aliquis magnas sibi diuitias in dicẽdi copia, & in sciẽtia scripturarũ compararit, aliarumq́ue rerum cognitione: sed quia deinde fœtidas morum uerbis suis dissidet, ac doctrinæ, hinc fit ut qui in libros illius traditionesq́ue incidunt, magnã inde ipsi quidem utilitatem capiant, nihil uero ipse autor emolumenti perceperit, eo quod correspondentes uerbis mores non habuerit. De huiusmodi uiris intellexit Saluator, cum dixit: Quic-
Matth. 23. quid dixerint uobis facite, secundum uero opera eorum nolite facere. Aliter. Diues olim fuit populus Iudæorum, locupletatus lege, prophetis & sacerdotio: qui tamen ex dí uitijs fructum non cepit, morbo graui correptus, impieratis in Saluatorem suum commissæ, propterea uenerunt extremi, & bona sua comederũt, populus scilicet è Gentibus in
Ephes. 2. ecclesiam cõuocatus, de quo scriptum est: Qui alienati erant à gubernatione Israël, & externi à testamento promissionis.

Si genuerit quispiam centum liberos, & uixerit multos annos, & multitudo magna fuerint dies annorum eius, & anima illius non impleatur bonis substantiæ suæ, & sepultura illi non fuerit, ego dixerim quod melior illo sit abortiuus. In uanitate enim uenit, & pergit ad tenebras, & in tenebris occultabitur nomen eius, non uidit solem neque cognouit: requies huic super hunc.

Quod ait, si genuerit quispiam centum, per hyperbolen dictum intellige. Vtitur autem hoc loquendi modo scriptura, cum à paruo declinat in immensum aliquod. Hyperbole enim est sermo ueritatem excedens, ut aliquid expressius ante oculos ponat, sicut & Apo-
1. Cor. 13. stolus ait: Adhuc per excessum uobis ostendo. Si linguis angelorum loquar, & si habuero omnem scientiã, & cognouero cuncta mysteria, charitatẽ uero nõ habeam, nihil mihi prodest. Atqui sine charitate habere illa quæ recensuit, non est possibile. Sed quo pacto sit accipiendum quod dicit, ipse præueniens nos edocuit, cum dicit: Per hyperbolen uiam uobis ostendo. Dicit ergo Ecclesiastes: Quamuis ergo fœcundus in numero filiorũ quispiam fuerit, quod est impossibile: si uero etiam ad annosum uixerit senium, flagitiose autem, neque secundum uirtutem duxerit uitam, atque ita perdite, ut defunctus ne sepultura quidem dignus censeatur (quandoquidem & hoc ipsum persæpe contingit) facile dixerim tali homine longe meliorem esse abortiuum. Hic nanque homo uere in uanitatem uenit, & in tenebras pergit, ignorãtia uiuens, & nomen ipsius in tenebris occultabitur, cum delendus sit è libro uiuentium, neque dignus habendus sit iustitiæ sole. Quare autẽ abortiui fœtus, aut mortui enascantur, aut unum uiuant diem alterumue, explicare hoc loco non est cõsilium, sed potius inscrutabili diuinę prouidentię relinquendũ puto. Mystice autem quæ superius dicta sunt intellige. Apostolus quidem & ipse erat Iudas Iscario-
this,

this,& doctrinæ suæ uerbis multos genuit filios: sed quia subinde non impletus est bonis ut perseueraret in finem, sed conuersus est ad iniquitatem, repletusq; est potius spiritu satanæ: sepultura etiam caruit, hoc est, non immortuus fuit Saluatoris sepulturæ. Qui enim Christo consepulti sunt in baptismo, munusq; dei custodiunt in uirtute uiuentes, hi profecto & cum Christo resurgunt. Talis itaq; magister ac doctor qui multos quidem genuerit sua doctrina discipulos (hoc enim significat centenarius ille numerus) multumq; ætatis edocendo contriuerit, tali autem, quam modo diximus, sepultura dignus non habeatur, eo quod mortuus peccato & sepultus non fuerit, pergit dubio procul ad tenebras, neque uidebit iustitiæ solem. Paulus uero Apostolus, qui de seipso dicit: Nouissime autem omniũ tanquã abortiuo uisus est & mihi: sepultura dignus est habitus, qui & bonum certamen certauit, cupiens dissolui, & esse cum Christo. De illo autem qui male uixit, & Hieremias scribit: Sepultura asini sepelietur, hoc est, non habebitur dignus quiete hominum rationalium, cum passiones carnis consectatus instar pecorum uitam finierit. 1. Cor. 15. Hier. 22.

Et si mille annorum uixerit cursum, bona non cognouit. Nonne ad locum unum omnia pergunt?

Etiam si ad copiam filiorum, congestasq; diuitias hoc cuiquam dei munere accedat, ut mille annorum spacio sit in uita, non tendat autem ad uerum bonum, hoc est, ut secundũ uirtutem laudabiliter uiuat, quid sibi deniq; omnia illa prodeunt? Etenim in eundem pariter pergit locum, in quem abortiui pergunt, & qui acerba morte intercepti rapiuntur è uita. Terra est enim hic quoq;, & in terram ibit.

Omnis labor hominis in ore ipsius, sed anima eius non implebitur.

Quia superius de esculentis ac poculentis mẽtionem fecit, ne quis fortè suspicari possit ipsum uentris & gulæ illecebras attulisse, apte nunc inquit: Etsi homines ad indulgentiam uentris plurimos labores insumunt, nihil tamen eorum quæ gulæ gratificantur, ipsius animæ parit saturitatem: sed inanis penitus ac ieiuna persistit, cum sibi conueniens alimentum, uerbi scilicet ac uirtutum, ex inertia hominũ non accipiat. Aliter. Nequitia, imperfectum quid esse censetur. Anima ergo quæ huic annexa perdurat, semper aliquid profert flagitiosi, contumelias scilicet, iurgia, blasphemias, dolosa uerba. Neq; propterea tamen expletur, eo quod nequitia, sicut dixi, imperfecta, incompletaq; sit.

Quid enim est amplius sapienti quàm stulto? Quoniam nouit pauper ambulare in conspectu uitæ.

Quid habet, inquit, amplius sapiens ab ipso stulto? quasi respondere deceat. Multum fanè habet, atq; omnibus modis. Stultus enim sese uoluptatibus more pecudum mancipauit, sapiens uero pauper spiritu, iuxta euangelij dictum, ambulat coram uita, hoc est, per uirtutum semitas pergit, donec demum perueniat ad ultimum appetibile. Dissolui enim cupit & esse cum Christo, qui profecto est uita ęterna. Aliter. Populus stultus & insipiẽs Iudæorum, in ligno uitam suspendit. Gentilis uero populus olim pauper & uacuus gratia tum dei, ad crucifixum accurrit: ita profectus in cõspectum uitę salutaris, in dominum Iesum Christum, fide locupletatus est.

Melius est prospicere oculis, quàm ambulare iuxta uoluntatẽ animæ suæ. Sed & hoc uanitas est, & electio spiritus.

Inquit Apostolus: Animalis homo non percipit ea quę sunt spiritus. Est uero animalis homo, qui traditus appetitui sensitiuo semitas rationis egreditur. Et in Euangelio scriptũ est: Si oculus tuus lucidus fuerit, totum quoque corpus tuum lucidum erit: hoc est, si rationalis animæ uis, ipse scilicet intellectus, luce fuerit illustrata, appetitus sensitiui licentiam in ordinem suum rediget. Longe itaque melius est perspicaces habere oculos animæ ac rationis, luce Sancti spiritus illustratos, quàm pergere iuxta uoluntatem animę, hoc est, animalis hominis ritu, qui in tenebris ambulat. Neq; enim aliud iste homo cẽsendus est quàm uanitas & electio spiritus, cũ certa electione consilij animalis homo affectus sit, ad uanitatesq; commigrarit. Sed ex Euangelij uerbis, quæ nos ad huius loci comparationem attulimus, suboriri dubitatio potest, cum illic unius oculi tantum, hic uero duorum mentio facta sit. Dicimus autem, ibi quidem intellectum unius oculi appellatione signatum esse, hic uero spirituales operationes intellectus, practicam scilicet ac speculatiuam, oculorũ dualitate monstrari, quibus qui pie officioseq; utatur, perspicacem sanè habebit oculorum intuitum. Est prętetea & illud scitu dignissimũ, morẽ hunc esse diuinæ scripturæ, ut pro una 1. Cor. 2. Luc. 11

tantum potentia, totam animam nobis quandoq; proponat: ut à cõcupiscibili, cum dicit: Et comedet uuas donec impleat animam, hoc est, appetitum. Ab irascibili autem, cum dicit: Anima benedicta tota est simplex, homo autem iracundus caret pudore. Pro parte
1. Pet. 1. nanque irascibili ipsum totum, hoc est, animã protulit. Cum uero inquit, animas nostras sanctificari ad obedientiam ueritatis: quia rationalis tantum potentia sanctificationis est capax, ad hanc unam uim sensum intendens, totum ipsum, hoc est, animam nominauit. Quandoq; uero totum cum partibus suis animæ appellatione uult intelligi, ut cum dicit:
Rom. 13. Omnis anima potestatibus superioribus subdita sit. Hoc etiam loco ad rationalem aspiciens potentiam, quam dualitate oculorum expressit, longe melius esse ait homini spirituali quàm animali.

Si quid fuit, iam uocatum est nomen eius, & est cognitum quod est homo, & non poterit iudicari cum eo, qui fit fortis super eum: quoniam multa sunt uerba augentia uanitatem.

Multi sunt, inquit, sermones uanitatem multiplicantes, qui impudenter efferuntur contra prouidentiam dei. Sunt nanque permulti qui inconsultius quærant. Quare hunc deus paupertate oppressit hominem, huic uero contrà magnas opes diffudit? Cur hunc uenustum esse uoluit, hunc deformem? & quæ sunt huiusmodi curiosæ nugationes. Quas ut è medio tollat noster Ecclesiastes, ait omnium rerum quæ factæ sunt rationes, cur ita factæ sint, repositas esse apud autorem deum, qui tantæ est sapientiæ, ut non solum eas sciret esse futuras antequam fierent, sed earum quoq; nomina recondita haberet in præscientiæ suæ consilijs. Si quid enim deus in generationẽ produxit, huius & rationem & nomen comprehensum habuit apud seipsum. Cumitaq; multò ante præsciret quæ cuique homini utilia essent futura, ita deniq; unumquenq; produxit in uitam: cum inquam præsciret omnes hominis conditiones, quod mutabilis, quod mortalis, quod imbecillis erat futurus. Nullus itaque hominum ausit efferre uerba contra illum, qui nouit omnia antequã fiant, & conuenienti loco singula statuit iuxta sibi uni cognitas rationes. Non enim poterit quisquã iudicari, hoc est, contendere in iudicio cum fortissimo omnium: uincet enim proculdubio fortis, iuxta quod Dauid canit in psal. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.
Psal. 50.

CAPVT VII.



Quid est amplius homini? Quoniam quis nouit quid sit homini bonum? quid futurum est sibi? Et in umbra ea fecit. Quis enim homini nunciabit quid post eum futurum sub sole sit.

Non officiosam hominis uitam, sed uanam stultamq; carpit, cum dicit: Quid habet amplius homo qui circa uana & peritura occupatur? Dices'ne hunc habere coniugem? Verum cui satis constat ob eandem ipsam cõiugem doliturus nec ne sit? uel in adulterio deprehensam, aut alias afferentem doloris causas? An pecunias habere hunc dices? Atqui pecuniæ Iudam ad laqueum compulerunt. An uero potius uineam? Quasi non propter uineam sit Naboth insidias mortemq; perpessus. Quis enim homini nunciabit, quid illi sit euenturum donec est in hac uita? Præsens uero hæc autoritas nostri Ecclesiastę, omnem funditus euertit diuinandi superstitionem, uanasq; astrologorum nugas de hominum genituris. Nullus enim mortalium certam futurorum scientiam cõsequi potest. Vt uero etiam cocedamus homini cuncta ad uotum in hac uita cessura esse, illo tamen calculo hunc urgebimus, qui eum male urat & torqueat, numerabiles scilicet positos esse suæ uitæ dies, qui uelut umbra transcurrũt. Ex quo planè comprobatur, uiuendũ esse nobis secundũ uirtutem, mentis oculos erigentibus ad futuram uitam, mortis & umbratum immunem, de qua nobis abunde per Prophetas, Apostolos, & redemptorẽ mundi est traditum. Quæ enim uentura nobis in hoc mundo sint, penitus ignoramus. Quæ uero nobis reposita sint in futuro seculo, fide iam scimus, quod tormenta uidelicet peccatores, æterna uero gloria iustos accipiet.

Melius nomen bonum, oleo bono: & dies mortis super diem natiuitatis eius.

Symmachus pro eo quod legimus, super oleum bonum, transtulit, super unguentum bene olens. In unguento autem omnes hominum delicias significauit. Melius itaque est, inquit, ex officiosis actionibus laudabilis famæ fructum percipere, & exultare ob nomen suum scriptum in cœlis, propter uiuam bonorum operum fidem, quàm frui omnibus humanis

manis delicijs. Bonam etiam decernit esse transitus uitæ huius diem, super diem natiuitatis. Natalitius enim dies in turbulentum uitæ huius pelagus nos inducit, ubi draco latibulum suum posuit: trãsitus uero dies, è stadio nos edocuit. Et siquidem peccator fuerit qui decedit, peccare ultra iam desinit: qui uero fuerit iustus, uita perfruetur æterna. Mystice autem, melius est habere nomen bonum, hoc est, habere Christũ in portione ac sorte propter fidei christianæ sacramẽtũ, & uocari eius cognomine christianũ, quàm sine illius fide in eleemosynas facultates suas profundere. Multi nanque Gentilium quia hoc carent nomine, sine ulla utilitate ac fructu animę suæ fortunas suas erogant indigentibus. Si tamen hoc fecerint affectu misericordiæ moti, ipsi quoque in cognomen hoc sanctum aliquo pacto peruenient: sicut & Cornelius ipse uenit Centurio. Bona est etiam interitus dies, quia peccato mortui, Christo consepelimur, super diem uulgaris huius ac mundanæ natiuitatis, qua nos Adam pater primus in uitam progenuit.

Melius est ire ad domum luctus quàm ad domum conuiuij, propterea quod hic futurus est finis omnium hominum.

Luxuriæ maculas & desidiæ, quas anima contrahit è conuiuijs, etiam sanctus ille Iob cum secum tacite reputaret, sacrificia pro expiandis filijs offerebat: quanquam illi non malo consilio, sed tuendę gratia conuiuia inter se quasi cognatorum charistia celebrarent. Funebris uero luctus longe utilior est conuiuio. In eo nanque cõmunem fragilitatis humanæ conditionem reputantes, & orbatis compatimur, & errores proprios emendamus, ac in melius resipiscimus. Hoc enim significat quod statim subsequitur:

Et uiuens affert bonũ in mentem suam. Super risum bona est ira. In tristitia enim uultus, cor & animus emẽdabitur.

Irasci sine peccato, bonum laudabileq́ censetur: ut cum quis uel contra dęmonas, uel contra carnis passiones insurgit & excandescit: huiusmodi iram, hoc loco bonã appellat. Quæ autem nõ odio peccati, sed appetitu uindictę illatas ulcisciť iniurias, hęc damnanda est ira. Melius itaq; est hoc pacto irasci, quàm risu lento dissolui. Grauis enim uultus nec resolutus, correctionis est index, & ad solidum uirtutis gaudium animam parat. Aliter. Irasci quodammodo dici potest, qui seuera delinquentes corripit obiurgatione. Melius est ergo uel pręceptori uel domino subditos oratione graui coërcere, quàm per uisum atque blanditias pati illorũ mentes languescere. In uultus enim austeritate. quam hoc loco tristitiam nominat, & sibi melius cousulet, & subditos in uiam probitatis conuertet.

Cor sapientium in domo luctus, & cor stultorum in domo letitiæ.

Vir sapiens est funebri luctu secum animo deputans, sese natum de corruptibili carne, breui ex hac uita migraturum: mortales cæteros, qui eadem sunt nati conditione affectu pio prosequitur. Conuẽnit autem quæcunq; suis oculis obuersantur, ut casui mortiq́; subiecta. Stultus autem cum mentis hebetudine, solida putet esse quæ sunt in mundo, neq; illorum mutationem intelligat, proptereaq́; futuri exitus sit securus, delicijs effluit, uoluptatibus q́; indulget. Animaduerte autem quod initio te admonui, ac sæpe obiter repetiui, Ecclesiasten nostrum non ingenue quidem ex sententia sua loquentẽ, sed ex persona uoluptarij, quam nonnunquam ut sibi commodum est assumit, ita de patinis, poculisq́; differere, ut uideri possit ijs, qui non intelligunt obliquum sermonis ductum, uelut Epicureus quidam, bonum hominis uoluptate metiri. Sed animi sui consilium compluribus in locis planè ostendit, tum proxime à nobis loco exposito, ubi sapientis ait mentẽ uersari in domo luctus, stulti uero in domo lętitiæ.

Melius est audire correctionem sapientis, super uirum audientem carmen stultorum.

Hoc nanq; effœminat animum, sapientis uero correctio colligit & confirmat.

Quia sicut uox spinarum sub olla, ita risus stultorum.

Ebulliens, inquit, risus & cachinnatio spinis uidetur esse persimilis, quæ sub ollæ fundo strepitantes conflagrant. Primo quidem, quia sicut ille flagor ardentiũ spinarum planè percipitur auditu, quanquam oculis non cernatur, ita & immodestus cachinni sonus stultos facile prodit. Tum uero, inde à spinarum globo fumus attollitur. hic quoq; caligo quædam mentis ex huiusmodi risu cognoscitur. Ibi ollam spinæ succendunt, hic animam stulti risus peccati sorde non carens, igni parat æterno. Sapiens enim uix tenui ac modesto risu uultum resoluit.

Sed & hoc uanitas, quia calumnia uexat sapientem, & perdit cor uigoris eius.

Aliam uanitatis speciem nobis ante oculos ponit. Quem uero hic sapientem uocat? Si profectò accipiendũ putes, qui cum ceciderit non collidet in tentationibus, tunc ita intellige. Insipientes corde, qui non sunt dei gratia confirmati, non solum in seipsis, sed in dei prouidentia scandalum patiuntur, ita ut calumnijs ac blasphemijs abstinere non possint, quod uel deum intueri humana non putent, uel contemptu quodam humanarũ rerum pati, omnia temere immutari, cum sæpe uideant impios lætis exultare successibus, contrà autem iustos grauiter premi. Ad hoc pertinet illud, quod in psalmis cecinit Dauid: Penè effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos pacem peccatorum uidens. Sentis'ne quo modo animæ uires labefactus sit, & nescio quid ineptire uideatur. Sed quia perfectus erat sapiens ac Spiritu sancto plenus, statim subdidit nouissima, ad quæ peccatores demũ perueniant: Facti sunt in desolationem, subitò defecerunt, perierũt propter iniquitatẽ suam. Si uero sapientem pro eo accipias, qui nuper sacra imbutus sit doctrina, planè scito quod Neophyti huius, hæreticorum contagia & calumniæ & diabolicæ tentationes, & quæ modo retuli iustis impijs q́; contingere, facile poterunt animæ uigores infringere. Quod nisi mature ad se rediens conualescat, huic quoq; uanitatis sarcina insidebit.

Psal. 72.

Melior est finis orationis quàm principium.

Orationis, in qua agitur de uirtute, melior est finis principio: neq; enim solum cœpisse pulchrum est, sed multo magis rei cœptæ finem imposuisse.

Melior est longanimis, eo qui spiritu est elatus.

Superius est à nobis dictum, quæ contraria sint, in comparationem propriè dictam uenire non posse. Non itaque comparatiue ad amussim accipienda sunt quæ nunc tradit Ecclesiastes, sed discretis rationibus ita ut se habent reputanda. Inquit ergo sapientẽ ac longanimem bonum esse, illi autem qui per superbiam spiritus leuiter efferãt, deum resistere.

Ne sis uelox in spiritu tuo irasci, quoniam ira in sinu stultorum requiescet.

Ne sis uelox, id est, caueto ne malum iracundiæ cõcipias habitum, ita ut transeat in affectum cordis: sed si oporteat fortasse ex enata occasione nonnihil irasci, caue inquam ne in passionem ac peccatũ temere cadas. Ira enim quæ culpabilis est, habitat & quiescit in stultorum mente ac capite, quod hoc loco sinum uocauit, tanquam iræ sit receptaculum quoddam, sedesq́;. Aliter quoque: In sinu accipies, quasi dicat, ne stultorum more ac ratione carentium hominũ iram in sinu confoue, neue illi blandiendo indulge atq; adulare, quod profectò efficiunt, quo procliuiores sunt ad ulciscendum.

Ne dicas quid nam factum est quod priores dies fuerunt præsentibus meliores? Non enim sapienter de hac ipsa re interrogasti.

Quotidie sic stulti homines loqui solent. Dicunt enim: Patrum nostrorum temporibus illis priscis, loqui deus hominibus modo per Angelos, modo per Prophetas solebat: licebat antiquis patribus uxores multas accipere, multas diuitias possidere, quæ tamẽ nobis euãgelica lex coërcuit. Sunt præterea qui dicant, olim me deus auxilio suæ gratiæ protegebat, nunc uero me penitus solum dereliquit, ideoq; bona operari non possum. Hæc autem omnia sunt insipientium uerba. Est & alios ita blaterantes audire: Tempestate nostra mundus hic malis hominibus est refertus: alij sunt boni dies, alij uero mali. Cæterum qui duce uirtute suam moderatur uitam, de uita in uitam transit, ac de fide in fidem proficit operibus bonis, neque apud illum est aliqua dierum differentia: sed congruis rationibus nouit euertere, quas paulò ante adduximus, stultorum hominum quæstiones.

Bona est sapientia cum hæreditate, & amplius est uidentibus solem: quoniã sapientia est in umbra ipsius, sicut umbra argenti. Multa quoque cognitio sapientiæ uiuificabit habentem se.

Ille cui per dona spiritus datur sermo sapientiæ, habet proculdubio sapientiam cum hæreditate ac portione Sancti scilicet spiritus. Hic etiam copiam magnam habet cognitionis in uidendo sole hoc, quem luminare magnum uocamus. Neque enim pulchritudine attonitus illum cultulatriæ ueneratur ut deum, neq; in sola illius admiratione spectaculoq; cõsistit, sed ab hac solari luce, proportione quadã ducit ad autorẽ solis contemplandũ, atq; diuina superiori luce perfunditur. Præstat enim sapientia, quæcunq; argentum præstat, siue pecunia: eripit à periculis, extruit ciuitates, protegit habentem, accipitur enim umbra hoc loco pro ipsa protectione. Habet autem adhuc amplius sapientia, uiuificantẽ scilicet

cognitionem

cognitionem siue scientiam, dum persuadet uisibilia cuncta contemnere, solam uero suspicere uitam æternam. Aliter. Sapientia, inquit, cum hæreditate ac sorte, hoc est, fides cum operibus, amplius aliquid præstat habentibus se, quàm alijs qui mortuam sine operibus fidem habeant. Quid autem amplius præstat? Nempe solem ipsum: ad solem nanque iustitiæ, contuendum perueniunt, qui sunt præditi fide. Argentum uero in scripturis mystico sensu pro eloquio ipso accipitur. Sicut igitur enarratiuus & dilucidus sermo docet nos sapientiæ disciplinas, sic & umbra sapientiæ, hoc est, practica uirtus, quę introductio quædam est ac ueluti umbra, perducit nos ad perfectam sapientiam diuinarum scilicet rerum contemplationem & intellectum. Huiusmodi uero sapientiæ possessio, uitam nobis confert sempiternam. Per umbram itaque argenti, hoc est, uerborum enunciationem quę rerum quasi umbra quæpiam est, ad res ipsas & scientias peruenimus. Per sapientiæ uero umbram, hoc est, practicam uitam, quæ est ueluti præuia introductio ad theoricam, peruenimus ad contemplandam diuinarum rerum sublimitatem. Ita uero literam compones. Sapientia est in umbra ipsius, id est, sublimis contemplatio mysteriorum, est in practica uita ipsius possidentis: ac per hoc qui prius hanc habuerit umbram, habebit & mox sapientiam: sicut umbra argenti scilicet se habet ad sapientiæ disciplinas, hoc est, sicut uerba sunt præuia & inducunt ad sapientiæ disciplinas.

Vide opera dei, quoniam quis poterit adornare quem deus peruerterit in die prosperitatis eius?

Fuere permulti, qui uidentes enormitates rerum magnas cōtingere in uita mortalium, dum nolunt autorem malorum & iniustitię deum asserere, egregie se putarent illius partes tueri posse, si in aliud blasphemiæ genus ac stultitiæ laberentur. Dicebant enimneque à deo mundum creatum esse, neque ulla dei prouidentia gubernari. Si enim curam gereret deus humanarum rerum, cur, inquiunt, non omnes æque diuites statuisset? Cur ue non omnibus uegetam tribuisset ac prosperam corporis sanitatem? Hanc ut radicitus tollat opinionē noster Ecclesiastes, manifeste asserit esse deum mundi autorem, nec posse quenquam corrigere quę sint praue obliquata, illo excepto: ut claudos, puta, reuocare in sanitatem, & quę sunt generis eiusdem. Quod si uelis planè cognoscere omnia nobis in utilitatem nostram deum dispensare, adijce animum ad ea quæ protinus insequūtur, uidelicet:

Viue in bono, & intuere in die mali. Intuere (inquam) hoc enim congruum. Huic fecit deus de dissertatione, ut non inueniat homo post eum quicquam.

Viue, inquit, secundum uirtutem: hoc est enim, uiue in bono, & obserua cum tibi tentationes infortuniaque acciderint, ut uideas congrue ac oportune nec ne cuncta fecerit deus. Hanc uero humanorum casuum rationem pulchre nobis deus occuluit, quam & dissertationis nomine significauit Ecclesiastes, quod de huiusmodi rerum causis soleant homines inter se multiplices dissertationes afferre. Pulchre, inque, deus nobis illam occuluit, ne cognoscat homo quę sibi sunt euentura. Congrue uero deus atque apposite quod uidetur nobis malum adducit, post id, quod uisum est nobis bonum. Contraque nonnunquam bona malis superinducit, ut, exempli gratia, bene quis ualet, & hoc fruitur bono uiuens secundum uirtutem, pauloque mox in aduersam incidit ualetudinem, uel de opulento pauper efficitur. Et quid ita nobis hæc euentura non præuidemus? cur ue borum euentuum causas ignoramus? Nempe ad maiorem nostram commoditatem. Si enim quæ uentura nobis essent homines præsciremus, nullus dei nobis inesset metus, nulla religio. Hac autem perutili rerum ignoratione conclusi, cum ad singula pendeamus, & deum pio colimus metu, & cognoscimus ab eo, & quidem solo, nobis malorum omnium finem futurum. Nullus quippe potest, illo excepto, quod peruersum est in hominibus emendare. Consonum est itaque, quod esse uidetur dissonum, & ęquale est quod inæquale uidetur. Vnde omnes eodem pacto communique futurorum ignoratione commouentur ad timorem dei. Protinus uero subsequitur.

Omnia uidi in diebus uanitatis meæ.

Hæc, inquit, ut sapiens cōsideraui in diebus uanitatis. Vocat autē uanitatis dies præsentem uitā: primo quidē, quia uiuentes homines plerique quod fas piumque est, minus sequunt

Hec omnia tentaui in sapientia. Dixi sapiens efficiar, & ipsa procul elongata est à me multo magis quàm erat. Et alta profunditas, quis inueniet eam?

Cum spiritualium rerum & sensibilium cognitionem attigisset Ecclesiastes, & ex parte aliqua sapientiæ magna mysteria prospexisset, contemplatus illius patentissimũ pelagus, quod quãto ulterius quis processerit, tanto illi maiora spacia relinquunt, in eiusmodi uoces erupit. Quod & multo pòst uidemus Apostolo Paulo contigisse, cum ex admiratione proclamat: O altitudo diuitiarum scientiæ & sapientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Rom. 11.

Circuiui ego & cor meum, ut cognoscerem & considerarem & quærerem sapientiã, & rationẽ ut cognoscerem impietatem stulti, & turbulentiam, & errorem. & inuenio amariorem morte ipsam mulierem, quæ laqueus est uenatorius, & sagena cor ipsius. Bonum est uinculum ad manus ipsius. Qui est in conspectu dei, educetur ab ea, qui autem peccator est, comprehendetur in ipsa.

Vir sapiens cum ad intelligendum aliquid uires intendit, collecta mente omnia in circuitu rationibus lustrat, seseipsum suasq; facultates speculatur atque perpendit. Tum & obiectam rem, materiamq; intelligendam optime consulit, neq; prauo animi iudicio à ueritate aberrat. Neque item recta linea fertur ad sensibilia prospectanda, sed clausis sensuũ fenestris, ac recedens in suæ mentis penetralia deambulat in circuitu: ibi arcano reflexu in se rediens intellectus, sese speculatur ipsum, & quod intelligendum obijcitur. Hoc itaque pacto colligens meipsum, inquit Ecclesiastes, quæsiui scire quęnam esset mundanarum rerum sapientia, & eiusdem ratio: siue illam intelligat rationem quæ positis calculis numerisq; subducitur, ut in Arithmetica fit facultate: siue potius numeros genethliacis obseruationibus seruientes: aut simpliciter rationes omnes, quæ per numeros colliguntur à studiosis secularibus, gentilibusq; philosophis. Quæsiui ergo scire quænam hæc sit multorum sophistarum stulticia & turbatio, & inconstans error, mentisq; circumductio, & inueni demum hanc ipsorum sapientiam persimilem esse adulteræ mulieri. Sicut enim illa blandis sermonibus ac dolosis iuuenes lactat, ita & hæc stultos uenatur irretitos syllogismorũ laqueis & sagenis. Ac sicut illa molli contrectatione animam frangit, fractamq; deuincit, ita hæc mala eadem adducit titillanti orationis concentu. Peccator itaque sine ulla controuersia atque præsidio facile in illius captiuitatem protrahitur: pius uero ac fidelis auxilio dei suffultus, ab illius extrahitur laqueis. Asserit autem uel morte peiorem esse huiusmodi sapientiã, siue potius stulticiam dici oporteat: tantoq; nostræ animæ damnosiorem esse, quanto peius est morti animam tradere (quod hæc præstat sapientia) quàm eandem animam nexu corporis expedire, quod temporariæ mortis est munus.

Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes. Singillatim inspexi ut inuenirem rationem, quam quærebat & expectabat inuenire anima mea, neq; tamen inueni. Virum de mille unum inueni, & mulierem in his omnibus non inueni. Verũtamen hoc inueni, quod fecerit deus hominem prorsus rectum, ipsi uero sibi homines quæstiones multiplices, rationesq; compararint.

Totus hic locus sensu mystico ac morali exponendus est, ita uidelicet. Cum inspicerem, inquit, uniuersum genus muliebre, non sexu quidem corporeo, sed enerui ac effœminato ingenio muliebri, in nulla mulierum rationem inueni, quam quærebat anima mea, fortem scilicet uirilemq; rationem: huiusmodi nanq; rationem sapiens exigit ac requirit. Neque uero solum hoc mihi accidit in ijs qui mollitie eneruati, à uiris ad fœminas desciuerunt: sed quod grauius multo est, cum ad illos quoque inspiciendos me transtulissem, qui putabantur mulieres non esse, perquam rarum in his quoque inueni, qui uirili ingenio ac uirtute uerus esset uir, dicique mereret. Ex admiratione itaq; cum mecũ tacitus reputare cœpissem, unde hæc enormitas orta esset, inueni demũ q̃d deus omnes homines rectos protulerit, carentesq; prauitate, ipsi uero sua electione, in obliquas uiuendi rationes commigrarint, dissectiq; sint: ut alius quidem libidinibus, alius auaritię seruiat, alij passionibus alijs sint subiecti.

Caput

CAPUT VIII.



Vis nouit sapientes? & quis nouit uerbi solutionem? Sapientia hominis illuminabit faciem eius, & impudens uultu suo punietur.

Qui uere sapiens ipse non fuerit, neq; discretionis donum fuerit dei beneficio consequutus, non facile sapientem uerum discernet ab eo qui uideatur sapiens & non sit. Ille autẽ quem deus discretionis dono dignatus sit, noscit planè quid inter uerum sapientem, existimatumq; intersit: hic etiam potest soluere quæstiones, ac sermonum uertices explicare: hic profectò habet animæ suæ faciem luce magna conspicuã, iubare scilicet diuinæ sapientiæ illustratam. Qui uero nequaquam sapiens fuerit, effreno tamen uultu impudentiam præ se tulerit, hoc est, qui contentiosis sermonibus captiunculisq; sophisticis sese efferat, redargutus impudentiæ pœnas dabit, odioq; habebitur.

Os regis custodi, & de uerbo iuramenti dei ne studeas à facie eius ambulare.

Bonum quidem censetur homini, ut terreno regi ac mortali pareat subiectusq; sit. Bonum uero eidem est, si os regis omnium dei seruarit & custodierit, sicut & scripturæ nobis custodire præcipiunt. Est autem os regis dei custodire, diuina mysteria silentio occultare, neq; indignis ac prophanis auditoribus explicare. Bonum quoque est homini præcepta legis, quę suo deus ore pronũciauit, fideliter obseruare. Bonũ item est cauere ne iurãdo per deum, sacrosanctum illius nomen temerè ac leuiter usurpemus: nẽue etiam studeamus extra faciẽ dei ambulare, sed omnia nostra opera sic peragamus, ut deum ueteamur tanquam præsentem iudicem & inspectorem. Aliter quoque ita uerba hęc punctis distingues, uidelicet: Et de uerbo iuramenti dei nequaquam studueris & festinaueris, hoc est iuramenta ne frequentes ac temerè usurpato, sed à facie ipsius scilicet iuramenti ambulato, hoc est, absiste longius ac discede, neq; omnino sustine, ut iuramentũ in os tuũ admittas.

Nec consistas in sermone malo, quia omne quod uoluerit facit. Tanquam rex potestatem habens loquitur, & quis nam illi dicet, quid fecisti?

Simpliciter ac absolute bonum est, nullo mali genere animam occupare, neque consistere in ijs, quæ quouis modo male locuti sumus aut opinati: quia tamen subsequentia uerba de præceptis, ut uidere mox poteris, mentionem faciunt, ita intelliges quæ modo exponenda proposui, uidelicet, cum ille præceptorum legem tulerit, qui est omnium rex & dominus, autoritatẽ habens, neque propterea liceat cuiquã intercedere ac reluctari. Ne quęso ut peruicax contrariam tu legem præceptis feras, rationẽ curiosius perscrutando, quare hoc potius quàm illud præceperit obseruandum. Qui enim sic loquutus fuerit, malignitatis crimine non carebit. Tu uero stans in timore ac fide, cura ut quæ præcepta tibi sunt exequaris.

Qui custodiet præceptum, nesciet uerbum malum. Et tempus iudicij cognoscit cor sapientis, quoniam omni negocio est oportunitas temporis & iudicium.

Qui custodierit, inquit, dei præceptum, nesciet uerbum malum, hoc est, opus malum nõ faciet. Est enim duplex cognitio: altera quidem generica, in pura mentis intelligentia & notitia: altera uero quæ in actionem prodit atq; emergit, iuxta quod scriptum est: Cognouit Adam Euam uxorem suam: non quod prius illam nesciret, sed cum ad illius carnalẽ copulam accessisset, tũc illam dicitur exteriore quadam actionis notitia cognouisse. Qui ergo secundum hanc agendi cognitionem, præcepta custodit, ignorat proculdubio malũ, quia illud non operatur. Cæterum secundum priorem simplicem ac latẽtem in intellectu cognitionem, qui nouit bonum, nouit protinus & quid sit malum, cõtraq; bonum nouit, qui non ignarus fuerit mali (contrariorum enim eadem est cognitio) non usu quidem, sed sciendi ui ac facultate. Inquit ergo: Cum sapiens uir omnia suo tempore ac discrete faciat, in iudicioq; disponat, nouit affuturum uniuersalis iudicij tempus, in quo deus iudex iustas iustitias iudicabit, unicuiq; reddens pro dignitate.

Quoniam sciẽtia hominis multa est super eum, quia non est qui futurum cognoscat. Quo enim pacto futurũ sit, quis renunciabit ei?

Immensa cum sit ipsa scientia, premit hominem atq; obruit. Si enim uoluerit omnia scire, uasta mole irruens super eum, angit eius mentem ac suffocat. Sunt autem quædã necessaria

ceſſaria ad ſalutem, à quorum cognitione homo nequaquam repellitur: utputa hominem eſſe animal rationale, mortale, cuius anima ſit immortalis: eſſe bonis malisq́ue paratas repenſiones, & quæ demum ad eruditionem fidei ſpectant. Præterea uero creatum fuiſſe hominem ad imaginem dei, ſuiq́ue officij eſſe puram & immaculatam imaginem conſeruare. Quæ autem poſt ipſum futura ſint, ſolum ſcire deum, & eos duntaxat quibus idem deus uoluerit nota facere. Quia uero Eccleſiaſtes hoc loco ultimi iudicij potiſſimum mentionem facit, ita hæc omnia ad intellectum iudicij accõmodabis. Multa eſt ſcientia & immenſa de rationibus ſermonibusq́ue iudicij, neq; eſt qui homini certas unquam iudicij rationes renũciarit, hoc eſt, quo tempore, aut ubi locorum iudicium ſit futurũ, uel quo pacto deus uniuſcuiuſq; uitã moresq́ue diſquiret, aut quomodo qui hora undecima in uineam uenerũt, precium primi retributionis accipiant, aut quo dei iudicio ſibi approbantur boni, quos ipſi fortaſſe malos eſſe cenſuimus: contrà uero damnabiles deo ſunt, qui nobis eſſe probi uidebantur. Itaque propter hæc omnia, noli eſſe ſolicitus ac ſapere plus quàm oporteat, ne obſtupeſcas, ut ſuperius idem Eccleſiaſtes te monuit.

Non eſt homo qui poteſtatem habeat in ſpiritu, ut prohibere ſpiritum penitus poßit: neque eſt qui poteſtatem habeat in die mortis.

Spiritus ſignificatio late patet. Nam & ipſa anima ſpiritus nuncupatur: ipſe quoq; uentus & aër quem reſpiramus: & donum Sancti ſpiritus hac appellatione ſignificatur. Itaq; ſecundum prædicta omnia ſignificata, nullus ſanè eſt, qui poteſtatem habet ſuper ſpiritũ, ſolo deo excepto. Neque enim animare corpus, aut anima caſſum reddere, neque uentum impellere, ut Notum puta uel Aquilonem, neque infundere chariſma ſpiritus, aut reuocare, neq; item aërem uitare, tẽpetatum'ue efficere, alterius eſt cuiuſq; quam ſolius dei.

Non eſt itaque poteſtatem habens in ſpiritu, ut illum prohibere poßit, neque eſt poteſtatem habens in die mortis. Non eſt emißio uel nauigatio in die belli.

Verba hæc literaliter intellecta hæc ſonant. Bello ciuitatem ac prouinciam occupante, non eſt commodum neque tutum claſſes educere ac nauigare ad negocia externa. Myſtico autem intellectu ſic accipe. Quem deus iuſſerit mori in bello, non eſt qui extinctum emittat ſeu reuocet in hanc uitam. Aliter. Quando in iudicio quis incœperit conſciẽtiæ ſcelerum ſuorum bella ſentire, nequaquã poterit huiuſmodi preces effundere: Mitte me domine in uitam ut pœnitentiam ſubeam peccatorum. Sed neque qui articulo mortis animam agit, poteſt prçcari: Da mihi quæſo domine ut pœnitentiæ cauſa modicum quid adhuc uiuam. Nullus eſt itaq; poteſtatem hanc habens in die mortis.

Neque impietas ſaluum faciet ſibi ſubiectum.

Cum itaq; non ſit qui in die mortis poteſtatem habeat, neque ſit in die belli tuta nauigatio uel emißio, impietatem ſummo ſtudio euitemus.

Et omnia uidi ego.

Hæc ſe omnia uidiſſe affirmat Eccleſiaſtes, & cognouiſſe, ut tanquã conſcio rerum omnium atque experto, fidem dociles habeamus.

Et dedi mentem meam in omne opus quod factum eſt ſub ſole, ut uiderem quæcunq; potenter operatus eſt homo in hominem, ut ipſum damno moleſtiaq; afficeret. Et tunc uidi impios in ſepulchra inductos, etiam de loco ſancto.

Attente, inquit, applicui mentem meam, ut uiderem opera hominum, & quàm multiplici ratione homo homini damnum inferat: quia uero perſæpe homines ſcandalizantur, & iniquã rem putant eoſdẽ eſſe impios, qui & potentes fortunatiq; ſint, ideo profundius, inquit, ſuper hac re contemplatus ſum, & uidi demum poſtremam impiorum ruinam, cum ſcilicet non tantum corpore, ſed anima moriantur. Quod enim ait hoc loco, in ſepulchra inductos, in ſupplicia & tormenta intelligit. Eis uero qui in ſepulchra hęc inducantur, nihil potentia profuit, nihil quod habiti olim iuſti ſanctiq; fuerint, nihil quod in templo dei ſacra miniſteria muneraq; obiuerint. Docet itaque nos Eccleſiaſtes nequaquam ſcandalizari, propterea quod in hominum uita enormem ſtatuum diſſidentiam conditionumq; cernamus: cum contrà potius ſpectare debeamus ad eam quæ in futuro ſeculo eſt retributionem.

Et proceſſerunt & laudati ſunt in ciuitate, quod ita effeciſſent.

Qui uidebantur, inquit, esse pij ac sancti, cum tamen in impietate sua ambularent atque procederent, nihilominus laudem ab hominibus retulerunt, uel ignorãtibus illorum impietatem, uel eisdem callide adulantibus. Nihil uero illis profuit aut simulatæ species pietatis, aut adulantiũ laus. In uanitatem nanq; abijt hoc totum negociũ, quandoquidem in sepulchra miseri corruerunt. Quod autem ait, & hoc etiam uanitas, posset à superioribus distingui sententijs, & ad insequentes apte uersus transmitti, ut ita uidelicet legatur:

Et hoc etiam uanitas. Quia enim non est contradictio facientibus malum citò, propterea impletum est cor filiorum hominum in ipsis ut faciant malum.

Hoc est, inquit, quod uanitatem auxit & confirmauit, quia non sunt qui contradicant facientibus malum citò, neque qui eos coarguant, ut citò hic ad contradicentes referatur, significetq; sedulò ac uehementer contradicant, acriq; reprehensione compescant. Vel illud, citò, ad operantes malum referto, quasi uelociter ac studiose peccantes. Inquit ergo: Quia mali non arguũtur, sed potius laudibus & plausu efferuntur, idcirco impletum est, & in malo habitu stabilitum cor filiorum hominum, ut studeant operari mala. Apposite autem dixit filiorum hominum, filij enim dei mala non operantur.

Qui peccauit, operatus est malum ex tunc, & à iuuentute sua

Peccatum dolo ac fraude mala diaboli inuectũ est in orbem terrarũ, eapropter orationẽ dominicã cõcludimus orantes, sed libera nos à malo, hoc est, à diabolo. Qui ergo peccat, diaboli iussum exequitur & uoluntatem. Diabolus autem ex tunc, & à iuuentute sua, hoc est, ab initio, dux fuit & autor peccati. Aliter. Non est, inquit, recens peccatũ, sed peruetustum. Hinc est quod & Noë dicentem deum audiuit, consedisse iam & confirmatam fuisse hominum mentem, ut seduli essent in peccatis, ac uehementer operarentur malum. Iuuentutem autem hoc loco intellige, non quo ad ætatem, sed similitudine quadam, quo ad temerarios mores, & ritu iuuenum à rationis semita leuiter aberrantes: quos mores dici possunt habere diaboli, autores peccati, & qui uestigia illorum sectantur scelesti, peccatoresq; homines. Aliter. Qui habitum peccati iam contraxit, & iam proposuit in mente sua peccare, ex tunc peccare iam incipit, ex quo uoluntatis assensum præbuit, tametsi deinde multò post propositũ illud in actum producat, aut etiam nõ producat quod cogitauit, retardatus fortasse non electione immutati consilij, sed aliquo intercedente impedimento. Aliter. Qui peccat malumq; operatur, etsi nobis solũmodo innotescat cum flagitium patrat, tamen apud latens præscientiæ diuinæ iudicium, iampridem multoq; antequam nobis peccator appareret, reus esse cognoscebatur.

Et hoc ego noui, quod erit bonum timentibus deum, quomodocunq; timeant à facie eius: & bonum non erit impio, & non prolongabit dies in umbra, qui non timeat à facie dei.

Postquam satis coarguit uanitatem mundi huius, sanctum domini timorem ecclesiasticæ concioni conatur inserere. Cum enim uiuant in conspectu dei, caueantq; sibi in omni sua actione & cogitatu, tanquam deo iudice cuncta cernente, omnium bonorum operum & conceptuum deus illis causa existit: contrà uero, ipsi impio nullum est bonum. Quod autem ait, non prolongabit diem in umbra, ita intellige: peccator diu nõ erit in uita, quoniam uidelicet totum tempus uitæ suæ quantũuis longum sit, non reputauit esse umbram, sed solicito studio sibi comparare studuit quæ fluxa & temporaria sunt, tanquã essent perpetuò duratura. Vel aliter ita intellige. Quanquam peccator in præsenti uita per patientiam dei protegi quodammodo defendiq; uideatur potius quàm puniri, paulò tamẽ post, æternis supplicijs transmittetur.

Est uanitas quæ facta est super terram. Sunt iusti, quoniam peruenit ad eos tanquam opus iniustorũ, & sunt iniusti, quoniam peruenit ad eos tanquam opus iustorum. Hoc etiam dixi quod est uanitas.

Nunc Ecclesiastes personam eius inducit, qui è scandalo labitur in errorem, aitq;: Vidi iustos in hac uita ab ijs malis correptos, quæ potius impijs debebãtur, utputa ægritudine, paupertate, uel alio difficili casu adueniente. Contràq;, inquit, uidi quæ pijs deberẽtur, ad impios peruenisse: idcirco talis insipiens tanquam cõtemptor factus diuinæ prouidentiæ: & hoc, inquit, uanitas est. Sapiens autem uir euentus rerum prospiciens, & quæ singulis pro dignitate retribuantur, planè nouit atque intelligit deum nequaquam casu hæc permittere

mittere euenire: sed ut iusti maiori præmio coronentur, impij uero grauiori pœna torqueantur. Notanter autem hic quoque uanitatem supra terram uidisse se ait: in cœlo siquidem nihil est uani.

Et laudaui cum lætitia, quod non est bonum homini sub sole præterquàm quod comedat & bibat, & lætetur: & hoc ipsum adærit sibi in labore ipsius omnibus diebus uitæ suæ, quos sibi dedit deus sub sole. In quibus dedi cor meum, ut cognoscerem sapientiam, & uiderem occupationem quæ facta est super terram: quoniam die ac nocte non est qui uideat somnum oculis suis.

Si adhuc uoluptuariam personam loqui existimes, hæc in uoluptate ac usu sensibilium rerum gaudium hominis repositum ducit, atque metitur. Sin uero quia loquentem sibi proponat audire Ecclesiasten, statim percipiet quis sit uerus cibus ac potus, cum fideles Christiani iam in præsenti uita arrabonem spiritus acceperimus. Quod autem ait: Dedi cor meum ut cognoscerem sapientiam: noster Ecclesiastes acutissimo suæ mentis oculo contemplatus, intellexit ac uidit nullum hominem uacuum esse occupatione atque solicitudine, nullumque demum esse, qui somnum, hoc est, quietem uideat: sed ipsorum alij quidem officiose circa res diuinas occupati uersantur, alij uero inutiliter ac reprehensione dignissimi, circa perituras res student. Et iustus quidem hoc pacto non dat somnum oculis suis, neque palpebris suis dormitationem, sed uigilat: quoniam sibi nox processit, dies autem appropinquauit. Vigilat ergo, neque cadit in caliginem ignorantiæ, neque per diem, hoc est tempus prosperitatis, neque per noctem, hoc est tempus tentationis. Iniustus autem in perpetua iniquitate insequentem diei noctem coniungens, dulcem oculis somnum non capit, uel assidue cogitans quonam pacto consequatur quæ concupiscit, uel timens ne amittat quæ possidet.

Et uidi omnia opera dei, quoniam non poterit homo inuenire opus quod factum est sub sole, quantumcunque laborauerit homo ut quærat, & non inueniet. Et quæcunque dixerit sapiens se cognoscere, non poterit tamen inuenire.

Recondita illa dei cognitio, per quam facta sunt omnia, soli deo est nota. Nos autem mortales quicquid uel scribimus, uel loquimur, uel de his rebus intelligere nos arbitramur, ex parte cognoscimus participatione quadam suæ gratiæ illustrati. Nullus itaque neque secularis scientiæ neque diuinæ sapientiæ, uel mediocriter consultus, uel, quantum homini licet, perfecte eruditus, poterit omnium rerum certam habere cognitionem. Neque enim scire poterit substantias rerum, neque mensurã cœli, terræ, ac maris: aut quomodo hæc ipsa concreta coaluerint, quibusue adminiculis innixa consistant. Quod si forte quisquam sapiens uideatur probabiles rationes afferre, ipsam tamen intimam ueritatem inuenire prorsus non poterit.

CAPVT IX.



Mnia hæc transmisi in cor meum, & cor meum omnia hæc uidit, quod sint iusti atque iniusti, & opera ipsorum in manu dei.

Dixit superius quarum rerum cognitio sit abstrusa, ut nos auerteret ab inutili ac uana perquirendi solicitudine. Nunc autem proponit, qua in re satisfacere sibi possit sapientis intuitus & cognitio: quod uidelicet iusti sapientesque homines, unà cum operibus suis sub umbra dei & protectione suæ dextræ conquiescant. Neque enim permittit deus illos impetentiũ uiribus deuastari. Probi nanque homines & officiosa opera proteguntur à deo: at uero de impijs scriptum est: Et ipsi de manu tua repulsi sunt. Psal. 87.

Dilectionem & odium non est homo qui sciat: omnia ante faciem eius, uanitas in omnibus.

Symmachus pro eo quod nos attulimus, uanitas in omnibus, ita exposuit: Omnia incerta sunt in conspectu ipsorum: hoc est, nescit homo si quem nunc maxime odit, mutatis uicibus amicum & beneficum sit experturus: contraque an timendum sibi quandoque sit ab eo, quem nunc amore prosequitur. Altiori autem intellectu: Qui adhuc sapit quæ hominis sunt, neque plane deo se tradidit, nescit discreto iudicio quæ dilectione sunt digna, quæ odio. Ardua enim uirtus atque difficilis, amore est digna: odio autẽ prosequenda uoluptas, quæ de sensibilibus prouenit. Homo autem qui peruerse aberrat in intellectu rerum, facile sibi omnia quæ uana sunt, ante oculos ut bona proponit: deque ijs iudicat non ut ueritas habet, sed ut uoluptas subdola subministrat.

P 2 Euentus

Euentus unus iuſto & impio, bono & malo, mundo & immundo, ſacrificanti & non ſacrificanti: ſicut bonus, ſic & peccator, ſicut iurans, ſic qui iuſiurandum timet. Hoc malum eſt inter omnia quæ ſunt ſub ſole, quod uidelicet idem cunctis ſit euentus.

Sæpe ſuperius oſtenſum eſt, quod quæ media ſunt, ſuſq; deque habenda, per ſe nec bona nec mala, ut ægritudo, ut ſaniras, ur diuitiæ, ut paupertas, & quæ generis ſunt eiuſdẽ, iuſtis ac peccatoribus communia ſunt atque æque contingunt, quatenus ſcilicet hi quoque animalia ſunt morti ſubiecta. Quatenus autem rationales ſunt, plurimum ſanè inter ſeſe differunt: quandoquidem libera electione conſilij, alteri quidem quod pium faſq; eſt operantur, alteri uero ad impietatem feruntur. Auerte autem quod iurantẽ poſuerit inter peccatores. Quod autem malum uocarit cõmunionem illam, æqualitatemq; euentuum, ita intelligendum eſt, ut hęc uerba proferant è perſona prauè de rebus ipſis iudicante: cum propter æquales communesq; caſus, nihil opinetur ab impio iuſtum differre. Pariter enim urerque labores perpetitur, donec eſt ſub ſole: cæterum poſt huius uitæ curriculũ, unicuiq; redditur pro dignitate.

Ipſum quoq; cor filiorum hominis impletum eſt malicia, & circuitus in corde ipſorũ, & poſteriora ipſius ad mortuos. Quoniam quis cõmunicat ad omnes uiuentes?

Cor filiorum hominis impletum eſt malicia, huc & illuc in circuitu ambulant, neq; deſiſtunt unquã homines fatigari, donec ipſi quoque ad mortuos deueniant: nullus eſt enim qui perpetuam & indeciduam habere poſſit cum uiuentibus ſocietatem. Sed & ipſum, quicunq; is demum ſit omnibus, finis excipiet. Aliter. Filij hominis, hoc eſt, gregarij ac uulgares, uidentes communi quadam ſorte iuſtos iniuſtosq; uexari, implentur iniquitate atque malicia, & ipſorũ mens in flagitioſis laboribus circumfertur, donec prauis operibus mortui, mereantur inter uita iam functos adnumerari, cum nullam habeãt ſocietatẽ cum ijs qui uixerunt ſecundum uirtutem, qui nunc proprie ac uere uiuere dicendi ſunt, propterea quod ad repoſitam ſibi æternam uitam peruenerunt.

Eſt ſpes, quoniam melior eſt canis uiuens leone mortuo.

Mendicus qui uiuit ſecundum deum meliorẽ habet ſpem, quàm proteruus & arrogans, qui in peccato ſuo mortuus eſt. Aliter. Populus gentilis ueluti canis immundus, cum per fidem in eccleſiam uenerit, iam regeneratus in domino, meliorem ſpem habet quàm regius ille populus Iudæorum.

Viui norunt ſe morituros eſſe, mortui uero penitus nihil cognoſcunt.

Illi quorum intellectus humore uiuido irrigatur, cum ſecum reputant temporariũ uitæ huius curriculum, officioſe uiuunt, confirmati ſpe uitæ æternæ. Qui uero in peccato mortui ſunt, ignorantiæ nebula occupati, uiuunt ſine ratione pecorum more.

Neque eſt amplius illis precium, quoniam deſijt memoria ipſorum.

Quid enim precij ſit peccatoribus, quorum ne meminiſſe quidem dicitur deus? Nouit enim dominus eos ſolos, qui ſui ſunt. Hoc uero ad Iudaicum populum referendum eſt.

Amor quoque ipſorum & odium & zelus iam perierunt.

Qui in peccatis mortui ſunt, quorum eſt populus Iudæorũ, neque charitatem erga de-
Numer. 25. um habent, neque odium erga iniquitatem, neque poſſunt dicere iuxta illud Phinees: Ze-
lans zelaui ſuper dominum.

Neque habent partes in ſeculum, in omni opere quod ſub ſole eſt.

Iudæorum populus terram promiſſionis, quæ ſibi ſorte obtigit, amiſerunt. Ciuitatem quoque Hieruſalem ac ſacerdotij dignitatem, ita ut neq; in præſenti uita partem ſuam habeant ſuper terram.

Vade ergo & comede in letitia panẽ tuum, & bibe in corde bono uinũ tuum, quoniã approbauit deus opera tua.

Literali ſenſu, in lętitia & corde bono uti quis dicit bonis ſibi à deo cõceſſis, cum modeſte utitur & ad naturę neceſſitates: hic eſt ẽm proprius uſus rationalis creaturę: eapropter, inquit, panem tuum. Nam qui inexhauſta cupidine gulæ uentriq; deſeruiũt, pecorũ uitam potius conſectantur. Myſtico autem ſenſu, panis & uinum rationalis creaturæ ſunt ipſæ uirtutes, ex quibus animæ nutriuntur. Aliter. Verbum caro factum homines cohor

tatur,

tatur ad mysticam sui corporis participationē, cum propter nostram salutem carnem assumpserit. Approbat ergo hoc fieri, congaudet mysterijs, ritibus'que ecclesiæ.

In omni tempore candida sint uestimenta tua:

Hoc est, actiones & opera quæ uirtutis normam sequuntur, necnon tradita nobis indumenta per lauacri regenerationem, quæ proculdubio candide asseruantur per omne tempus quo à peccatorum sordibus abstinemus. Candida quoque habere dicitur uestimenta, qui lauat per singulas noctes lectum suum, & lachrymis suis stratū suum rigat, ita sordes peccatorum per pœnitentiam tergens.

Et oleum tuo in capite non deficiat.

Literali sensu, mites ac perhumanos uult esse eos, qui uirtutes exercent, ne scilicet extenuent ac decolorent facies suas ficta hypocrisis austeritate. Mystico autem intellectu, oleum duo hæc præstat, ut lumen scilicet tueatur, & defessa membra confirmet. Vtraque uero hæc affert unctio Sancti spiritus, mentem nanque fidelium illuminat, & in solida tranquillitate constituit. Hanc uero unctionem proculdubio habebimus, nisi ipsi Sancto spiritui molesti, ingratique resistamus. Aliter. Nostrum caput Christus nuncupatur in scripturis sanctis, qui sibiipsi collatas accepturus est quascunque pauperibus eleemosynas conferemus. Ne itaque desistamus caput hoc nostrum perungere oleo misericordiæ, hoc est, Christi pauperes & egenos misericordi affectu protegere.

Vitam cognosce cum uxore quam dilexisti omnibus diebus uitæ uanitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub sole, omnibus diebus uanitatis tuæ: quoniam hoc pars tua in uita tua & in labore tuo, quo tu laboras sub sole.

Verba hæc si absolute accipias, ita mystice intellige. Cum uxore dilecta, hoc est, Ecclesia, quæ sponsa est Christi: in hac siquidem inuenitur uita æterna. Quod si ad uxorem mariti cuiusque referas, tunc literali sensu nos admonebit, ut iuxta monogamiæ legem, uxore una contenti simus. Coniugalis nanque castitas & obseruantia, ipsa quoque nobis est æternæ uitæ conciliatrix. Vitam igitur cognosce, & uide cum uxore quam dilexisti, quasi dicat: Caue ne ab uxore decipiaris, sicut est Adam deceptus ab Eua uxore. Tu uero contrà stude, ut mutuæ societatis debiliorem partem, hoc est mulierem, in melius ipse conuertas, ad æternæ uitæ cognitionem. Mystico autem sensu, sapientia uxor nostra dicitur, cui si conuiuamus, æterna proculdubio uita perfruimur.

Quæcunque inuenerit manus tua ut faciat, quantum patitur facultas tua operare: quoniam neque opus, neque ratio, neque cognitio, neque sapientia est in inferno quò tu perrecturus es.

Hortatur nos ut omni contentione ac studio practicas aggrediamur uirtutes, non tamen supra facultatem elaborantes. Qui enim quod potest in his exercet, secundum congruam cognitionem uiuit, & dignus inuenitur scientiæ dono ac sapientiæ, quantum permittat deus, atque ad illius utilitatem impartiatur. In inferno autem cum practicæ operationes esse nō possint, quas medijs sensibus exercemus, qui ibi propter patrata flagitia sunt sepulti, non ualentes amplius practicas obire uirtutes. neque sapientes effici possunt, neque aliter officiosi ac probi: ad id enim tantummodo delati sunt in infernū, ut æternis torqueantur supplicijs.

Verti me & uidi sub sole, quia non esset leuibus cursus, neque bellum potentibus, neque sapientibus panis, neque diuitiæ prudentibus, neque scientibus gratia: quoniam tempus & casus continget omnibus ipsis, neque nouit homo tempus suum.

Verti me, inquit, hoc est, aliud contemplatus sum, quod uincere in cursu, brauiumque accipere non sit cuiuscunque leuis ac expediti ad currendum, neque omniū qui potentes sunt, egregium se ac inuictum præstare in bello, neque ad prudentes sapientesque uiros atque industrios diuitias deuolui, sed neque eos qui multa nouerunt, gratiam consequi. Casus enim omnibus communes contingunt, hoc est, incerti rerum euentus. Nihilque est hominibus unquam satis, nihil undique perfectum, nihil æquale, omnia'que ferè dissimili fine terminantur. Transeunt enim omnia & immutantur, inaccessis dei iudicijs. Sed neque homo, inquit, nouit tempus proprij finis, idcirco uigilare oportet, operarique uirtutes. Mystico autem sensu, quicunque sunt uirtute agiles atque expediti, qui'ue potentes, qui sapientes, qui

 diuites,

diuites, sibiipsis nequaquam debent cõfidere: contrà uero dicere id debent, quod uere sapientes testantur: Nisi dominus ædificauerit domũ, in uanum laborauerunt qui ædificant eam: debentq; deo ut autori, omnia referri. Vt enim ait Apostolus, neque uolentis est neque currentis, sed miserentis dei, brauium, uictoriamq; referre. Nam neque gratiam habet quispiam, quod multa cognoscat, nisi ex deo gratiam accipiat. Neque scire potest aduenientis sibi gratiæ tempus, nisi mente diuino lumine illustretur.

Sicut pisces capiuntur in rete malo, & sicut aues in laqueo, ita illaqueantur filij hominis in tempore malo, quando repente irruat super eos.

Rete malum est è multiplici uitio ac iniquitate contextum. Est siquidem & bonum rete, sagena scilicet è præceptis institutisq; tum antiquis, tum recentioribus saluatoris nostri contexta. Homines ergo, qui fluitans & instabile huius uitæ pelagus sulcant, uarias uoluptatum illecebras consectantes, quasi carentes ratione pisciculi, malis retibus implicantur. Illi quoque qui opinione uana scientię superbiunt & efferuntur, cum sibi uideantur excelsi esse atque aërambuli ueluti uolantes aues, dæmonum laqueis facile capiuntur, & incidunt in malũ tempus infernorũ suppliciorũ, cum repẽtinus interitus illis adueniat.

Et hoc etiam uidi, sapientiam sub sole: & meo quidem iudicio magna est ciuitas parua, & in ipsa pauci uiri, & ueniet super eam rex magnus, & circundabit eam & ædificabit munitiones magnas circa ipsam, & inueniet in ea uirum pauperem sapientem, & seruabit ciuitatem in sapientia sua, & homo non recordatus est uiri illius pauperis. Et dixi ego. Bona est sapientia super potentiam. Et sapientia pauperis nihil facta est, & uerba eius non sunt audita.

Locus hic ad personam scandalum patientis pertinet, qui tanquam secum loquens, uidisse se dicit magnam sapientiam sub sole, ciuitatem quampiam exiguam paucis inhabitatam hominibus: quam cum obsideret rex magnus, seruauit quidam ciuis pauper quidem, ueruntamẽ sapiens, cuius solerti consilio uicti fuerint arma obsidentis: ingratos uero fuisse ciues in pauperem illum. Solent enim plerunque homines beneficiorum immemores, consiliaq; pusillorum hominum, quanquam sint perutilia, paruifacere, cum tamẽ opulentis ac potẽtibus adulentur, eorumq; sermones laudibus in cœlum ferant. Sed ego, inquit sapiens, longe à uulgari opinione abhorrens, aliter dicam: sapientiam scilicet longe meliorem esse potentia. Atque hæc quidem ad literalem pertinent intellectum. Altiore autem mystico sensu ita intelliges. Parua ciuitas, est militans deo in terra Ecclesia: parua, inquam, comparatione eius quæ triumphat in cœlis. Pauci in hac ciuitate sunt uiri, sancti scilicet & electi dei. Magnus autem rex, iniquitatis caput, est diabolus. Hic assidue hanc circuit ciuitatem, ut illius ciues redigat in seruitutem. Pauper autem sapiens in hac ciuitate, cuius cõsilio ipsa seruatur, ipse est Christus dominus deus noster. Dicit enim ciui-
Ioan.16. bus suis sanctis: Confidite, ego uici mundum. Ac huius quidem pauperis uerba, à stultis gentilibus & perfidis Hebræis non audiuntur. Sapiens uero Ecclesiastes intelligens in spiritu, quod deus non per solam diuinitatis suæ potentiam & uirtutem, sed sapientię societate utens, uerbumq; caro factum, tyrannũ diabolum deiecturus esset, nullam sibi perfugi excusationẽ relinquens, ut sicut olim ipse antiquum uicerat hominem Adam, ita demum sub homine fractus corrueret nouo Adam. Propterea nũc afflatus spiritu, multò ante hoc mysterium patefecit, in hæc uerba prorumpens.

Sapientia melior est quàm potentia. uerba sapientũ audiuntur in quiete, plusquam clamor potentium in stultitia.

Locus hic non est accipiendus, quasi per comparationem dicatur: neque enim est comparare sapientiam cum stulticia. Fit enim comparatio inter similia, non inter contraria. Inquit ergo: Verba sapientum audiuntur in quiete, hoc est, cum auditores iucunde accipiunt quę dicuntur, fit requies quidem in mente ipsorum. Clamor uero stultorum dignus est qui damnetur, licet illi potentia magna polleant: anima enim quæ stultitia repleta est, cum clamore & turbulentia sermones profert sine quiete, ordine, ac cõstantia. Aliter. Apostoli sapientiæ ministri, auditorum mentes quietas ab omni passione sedatasq; reddebant: insipientium uero clamor Iudæorum, cum iniuste clamarent: Tolle tolle crucifige eum, & illos perdidit, & omnes q̃ huiusmodi acclamationib. assensus faciles præbuerũt.

Melior est sapientia quàm bellica instrumenta.

Melius

Melius est consilium cuiuscunque prudentis, quàm omne auxilium quod ab armis expectari possit. Mystice autem ostendit potentiam saluatoris nostri Iesu Christi, qui utique est sapientia. Huius enim uirtus, arma belli, hoc est, diabolum tartareasque phalanges euertit, omnesque species suæ iniquitatis ad debilitatem redegit.

Et peccator unus multa bona perdet.

Adam peccauit, & in omnem generis humani posteritatem, peccati labem mortemque transmisit, ipseque imaginem dei, ad quam factus fuerat, uiolauit, & uiolatores sibi similes quamplurimos propagauit. Vnus quicunque is demum sit, dum sese peccati sorde commaculat, & bona corrumpit, quæ sibi ex acquisitis uirtutibus insidebãt, & multos etiam malo exemplo ad imitationem inducit.

CAPVT X.



Vscæ mortificantes putrefaciunt apparatam olei suauitatem.

Apparatum oleum est unguentum, sicut & Aquila interpretatus est: musca uero impurum animal, quod putredines & ulcera insidendo exugit, appetitque laceræ cutis scissuras. Mortificat autem & corrumpit oleum unguentariũ musca, cum in illud temere proijcit: nam & ipsa immoritur, & oleũ uim extinguit. Iudæi ergo propriã uitam contemnentes, animæque salutẽ, uerè sunt muscæ mortificantes, cum suaue redolens uerbũ saluatoris Iesu Christi semper uitiare ac fœdare studuerint, semperque affectarint ansas calumniarũ arripere, quibus illum urgere possent. Parum sapientiæ preciosius est, quàm gloria magnę stultitiæ. Multi ẽ sua stultitia gloriam & laudem retulerunt, utputa qui dicendi facultate pollentes, iniustum clientibus patrociniũ præstant: qui ex opulentia clari ampliique habentur: uel qui seculari sapientia præditi, circa inutiles quæstiones uitam consumunt. Sed longo interuallo preciosior est habendus, qui ianuas & initium sapientię, quę est secundum deum, ingreditur, & in ea eruditur, incipitque eam libare, omnem stultorum gloriam paruipendens.

Cor sapientis in dextrum ipsius, & cor stulti in sinistrum ipsius.

Cor hoc loco pro intellectu ac mente accipi decet. Materiale enim cor & carneum, omnibus in ea parte corporis situm est, quam thoracis cratem appellant. Sapientis itaque intellectus semper in dextras uergit partes uirtutis ac laudabiles, stulti autem mens in sinistra fertur, & in ea quæ facile culpari possint.

Sed & cum stultus in uia ambulauerit, cumque cor ipsius retardetur ac desipiat, omnia sunt stultitia.

In hac uita quã uerè uiam dixeris, stultus perambulans, cum ad sinistra cor habeat, semper cessat ac posterior inuenitur: in uacuum enim pergit, nequaquã sibi proposito supernæ uocationis brauio. In anteriora itaque sese non extendit, nec properat ad finem: sed quamuis ad hæc ipsa pergere uideatur, medio in cursu deficiet, omnia imperfecte & sine ratione cogitans & aggrediens. Quod si ipsam adeat uiam iustificationum, uel, ut uerius dicam, adire se simulet, hoc est, diuinorum obseruantiam mandatorum, quia tamen illius mens flectitur ad sinistra, cessabit prorsus atque deficiet, ut neque quid præceptum sit intelligat, neque operetur iuxta legislatoris uoluntatem.

Si spiritus potestatẽ habentis ascenderit super te, locũ tuũ ne dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata magna.

Spiritus potestatem habentis est diabolus princeps mundi huius, & dominus filiorum inobedientiæ, qui nulla coacti necessitate, sed electione liberæ uoluntatis sese ultro subiecerunt illius dominationi atque tyrannidi. Inquit ergo: Si te ad supernæ patriæ beatitudinem cogitatione ac studijs erectum, irruens ex aduerso spiritus potestatem habentis, deturbare conetur ad inferiores semitas mundi huius, omnes illi aditus præclude, omnes obstrue sensuum operationes, ut neque per oculos, neque per aures, neque per linguam, neque aliunde admittatur. Primis nanque affectionũ sublatis principijs atque causis, nulli proifus orientẽ affectus. Quod si quid ad ipsa mentis penetralia callidus hostis ueneni transfuderit, tu tamẽ in uestigio tuo consistens, locum stationẽque ne deseras: ita ut tẽperantia munit⁹, procul libidines, stupraque repellas, odiumque coërceas charitate, stationesque singulas

uirtutum ſtrenue tuearis. Si enim cadas, ut negligẽtius reſiſtens permittas inſidere tibi ac requieſcere ſuper te ſpiritum poteſtatẽ habentis, multa & magna peccata ſuper animam tuam facile aggregabis. Aliter. Si animam tuam curaueris adhibita uirtutum diligentia, plurima ſedabis. Talis eſt enim uirtutum curatio, ut cohibere poſſit ſpiritũ habentis poteſtatem, ne te ſuperueniat & conculcet.

Eſt malum quod uidi ſub ſole, quaſi non ſpontaneum egreſſum ſit à facie potentis. Stultus traditus eſt ſublimitatibus magnis, & diuites in humilitate collocabuntur.

Literali ſenſu, aliam ſe uidiſſe ait iniquitatem in humanis rebus, principes ſcilicet uiros ac magiſtratus, inuitos quidẽ quaſi metu coactos maioris alicuius poteſtatis, eos qui ſtulti ſunt gloria honeſtare, fortunas uero locupletum ciuium populari ſectioni addicere inuita proſcriptione: ſæpe enim principes ciuitatis ac magiſtratus, regijs edictis contra uoluntatem ſuam obedire coguntur. Myſtico autem intellectu, ſponte ſua homines atq; electione ſemel uoluptatis uiam ingreſſi, inuiti mox facere plurima compelluntur, urgente eos diabolo, qui poteſtatem habet ſuper filios inobedientiæ, ut tanquam iniquam deteſtentur ac accuſent iuſtiſſimam dei prouidentiam, ita ſtulte interrogantes: Vt quid inſipientes in ſublimes dignitatum gradus conſpicui efferuntur? contrà uero qui honeſto loco nati gentilitijs polleant opibus, in paupertatem drjciuntur? Cum itaque cęci mortales ſponte primum noſtra uolentes, hauſto uoluptatis poculo ebrietatem cõtraxerimus, tum ſurripit ille callidus poteſtatem habens, ſubijcitq́; nobis quæ inuiti faciamus, ebrietatis nebula occupati: cuius generis ſunt libidinibus pollui, rixari, percutere. Neque enim qui ebrij fiunt, talia ſe facturos cogitant, ſed ebrij iam effecti, uel inuiti compellũtur ad huiuſmodi flagitia perpetranda: ita & uoluptatis ſtudio traditi, ſcandalizamur ſæpe de inacceſſis dei iudicijs, ac contra diuinam ſapientiam linguam temere exertamus.

Vidi ſeruos in equis, & principes quaſi ſeruos ambulare ſuper terram.

Vitæ mutabilitatem & conuerſionem nobis contemplandam proponit, ut à mundanis rebus incertis, ad ſtabilem illam cœleſtem beatitudinem nos conuertat.

Qui fodit foueam, incidet in eam.

Locus hic totus ſoli uacat myſtico intellectui, aliter enim ſemper hoc non contingit, ut qui foueam fodit in eam cadit. Inquit ergo: Peccator ſuam animam prius excruciat: qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam: & unuſquiſque ob ea quæ peccauerit, punie-
Num. 35. tur. Ipſe etiam Moſes legislator ita faciundum ſanxit in homicidam, uidelicet: Facite illi eo pacto quo is contra proximum ſuum malignatus eſt.

Et qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber.

Sepes animæ, lex eſt diuina, & metus, ueráq; legalium ſenſuum cognitio. Qui ergo legem dei contemnit, & diuina præuaricatur mandata, qui falſa cognitione decidit in peccatum, cuius opifex eſt ipſe callidus ſerpens, iſte incautus ac diuina caſſus gratia, morſus ſerpentis perpetietur.

Qui extrahit lapides dolebit, & affligetur in eis.

Qui ſibi domum uirtutibus extruit, lapides congregat, ac bene ædificat: qui uero uel ſocordia, uel uana elatione demolitur ac ſoluit quæ prius erant extructa, lapides aufert, angituŕq; miſer, dolet ac periclitatur. Aliter. Lapides ſancti apud prophetam Zachariam ſancti homines ſunt. Qui ergo huiuſmodi lapides eximit, hoc eſt, perſequitur ſanctos atque interficit, labore affligitur, hoc eſt, perniciẽ ſibi attrahit: ſicut Herodes fecit qui Ioannem Baptiſtam gladio percuſſit.

Ligna ſcindens periclitabitur in eis, ſi exciderit ferrum, & ipſe faciem conturbatus eſt, & fortitudines corroborabit, & ſuperflua robuſti ſapientia.

Per ſymbola & ſenſibilia, ad ſpiritualia nos perducit. Inquit ergo: Qui ſua fretus doctrina, ueluti ferro quodam utens, ſcindere ac cõminuere aggreditur diuinas ſcripturas, quaſi ligna quędam bene olentia: ſi fortè decidat & aberret ab intentione Spiritus ſancti, neq; ſecundũ legislatoris mentem recte ac fideliter eas interpretetur, ſed à ratione procul exorbitet, in magno eſt periculo, ne in pernicioſas hæreſes impingat, facieḿq; doctrinæ

ſuæ

ſuæ confundit & animas auditorum. Quod autem ait, & fortitudines corroborabit, ita intellige: hoc eſt, aduerſantes ualidiores efficiet: ex ijs enim erroribus, quos interpres aliquis ac magiſter in doctrina uerbi admiſerit, ualidiores aſſumunt uires, qui ex aduerſo loco ſecum diſputantes cõtendunt. Qui uero fortis extiterit in opere & ſermone, ita ut cum ſapientia eloquatur, habet omnino multum, atq; adeò omnino aliquid amplius quàm cæteri, ut ſcilicet in ſcindendis lignis nequaquam periclitetur. Nam qui tantũmodo potens fuerit in ſermone, ac uolubili prædìtus lingua, ſophiſticis aũt captiũculis abundet, uacuus diuina ſapientia, excidente ferro periclitabitur, in cædendis quæ ſuperius diximus lignis.

Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eſt amplius excantanti.

Qui clàm peccat, nec emiſſa uoce palàm ſuo de peccato gloriatur, ſiue is agendo perperam delinquat, ſiue in corde ſuo impium dogma hæreticumq; concipiat, poterit tamen in melius emendari, cum nondum ad effrenam peruenerit impudentiam. Neque ſanè nimium laborabit in eo reuocando, quicunq; ſalutari doctrina excantare aggrediatur uirus inferni ſerpentis. Aut ita intellige. Si peccati ſerpens mordeat in ſilentio, hoc eſt, ita ut peccator admiſſum ſcelus confiteri nolit, nullam poterit ſalutem præſtare qui ſancta excantatione curandum ſuſcipiat, ſua peccata non confitentem.

Verba oris ſapientis gratia, & labia ſtulti demergent ipſum. Initium uerborum oris ſui ſtultitia, & ultimus error eius malus: & ſtultus multiplicabit uerba.

Paulus Apoſtolus cupiens eos quos in fide erudiebat ſapientes eſſe, ita ad eos ſcribit: Sermo ueſter penitus ſit in gratia, ſale conditus. Sermo enim ſapientis neque auſterus eſt *Coloſſ. 4.* inhumanusúe, neque mollis & diſſolutus, ſed gratia multa conditus, ita ut pariter cohibeat, neque ſinat auditores diffluere. Labia uero ſtulti, hoc eſt uerba, mortem illi perniciemq; conciliant. Nam & ſuæ ipſius animæ noxius eſt ſtultus, & animas quoque auditorũ corrumpit. Demerſio enim de qua hic loquitur Eccleſiaſtes, ad æterna referenda eſt ſupplicia, iuxta illud: Præcipita domine, & diuide linguas eorum. Stultus uero cum inſipienter *Pſal. 54.* loqui incipiat, circumfertur & errat in ſtultitia cordis ſui, finemq; ſortitur malum. Sed & uerba, inquit, ſtultus multiplicat, hoc eſt, incaſſum blaterat & nugatur, ſiue multa loquatur, ſiue pauca. Multitudo enim hoc loco, pro nugacitate ponitur. Nam qui niſi boni loquiť, nihil utile, etiam in paucis uerbis nugatur. Quod ſi quid tamen interdum uideatur boni loquutus, cum deinde mores orationi non conſonent, & hic quoque nugatur, cum planè ignoret quid loquatur, quid'ue bene agendo comprobet & confirmet. Oportet enim eum qui bene dicat, prius facere, ac deinde alios edocere. Multiplicat ergo uerba, hoc eſt, ſiue multa ſiue pauca loquatur, ſuo illo ſermone importunus eſt ac moleſtus.

Neſcit homo quid factum fuerit, & quid futurum ſit poſt ipſum, quis renunciabit ei? Labor ſtultorum affliget eos, neſcit pergere in ciuitatem.

Et ſi multa iam nouerimus quæ facta ſunt ante nos, tradita nobis à ſanctis patribus per legentes qualia ſunt, in principio creauit deus cœlum & terram, & permulta alia: licet etiam per fidem ſciamus quæ ſunt futura, ut de iuſtis puta, atque iniuſtis, quod reſurgent, hi quidem in uitam, hi uero in mortem pœnamq; æternam: tamen omnia nequaquã ſcimus, ſed quædam: Ex parte enim cognoſcimus, inquit Paulus, & ex parte prophetamus. Quis *1. Cor. 13.* aũt nobis ea quę pòſt ſunt renunciabit? hoc eſt, futura, ut puta, num filios genituri ſimus, an genitos iam liberos amiſſuri, nobis'ne in patria, an apud exteros moriendum ſit, exiguóne ſpacio an contrà longinquo futuri ſimus in uita. Idcirco qui ſoliciti ſunt hęc reſcire, uel per auguria, uel per natalis obſeruationem diei, uel per mendaces alias huiuſmodi diuinationes, & qui cętera demum ſcire affectant, quorum habere certam cognitionem non poſſumus, in uanum laborant, inutilemq; ſibi deſumunt operam. Hæc autem fermè cuncta ſtultis contingunt, propterea quod minime norunt pergere in ciuitatem, hoc eſt, optimę ciuitatis normam ſibi ad uiuendum proponere, neq; perſequi uolunt eccleſię ſimplicem fidem, pulchramq; pergere in ciuitatem ſupercœleſtem ſcilicet Hieruſalem, cuius opifex & autor eſt deus.

Væ tibi ciuitas cuius rex iunior, & principes tui mane comedunt. Beata es terra, cuius rex filius liberorum, & principes tui ueſcuntur tempore ſuo in fortitudine, & non confundentur.

Literalis quidem ſenſus, miſeram cenſet ciuitatem, cuius rex inſtabiles habet mores iuuenum

uenum ritu, & cuius principes dimissis publicis negocijs curisq; ciuilibus, prima irrūpen te aurora poculis comessationibusq; indulgent. Nam qui mero & crapula sese infarciũt, quiq; leues sunt & parum sibi constantes, neq; regno, neque principatibus alijs gerendis sunt apti. Beatam uero iudicat regionẽ, cuius rex sit filius liberorum patrum, hoc est, qui sit officiose ac liberaliter educatus, quiq; probæ educationis mores conseruet, ut nihil penitus uelit, quod seruile sit, quod illiberale, quod turpe, & cuius principes regionis omni studio curant quæ ad commoda subditorum pertineant: modeste præterea, suoq; tempore uescuntur, non ijs quæ ad uentris & gulæ gratiam cõparentur, sed quæ uirile robur bonamq; ualetudinem pariant ac tueãtur, hoc est, quæ necessaria sint. Tales enim principes insitam pectoribus gerentes iustitiam, iustumq; iudicium iudicantes, nulla unquam ignominia confundentur. Mystico autẽ sensu ac morali, anima rationalis est ciuitas, huiusq; ciuitatis rex intellectus: qui si fuerit iuueniliter leuis atq; inconstans, motusq; suos quasi principes quosdam habuerit gulæ ac uoluptatibus indulgentes, uæ proculdubio adiunctum habebit: sin uero rex intellectus sacris enutriatur disciplinis, uerẽ filius est liberorum & motus habet rationum, qui congruo tempore omnia exequuntur, tam quæ ad corporis curam spectant, quàm quæ ad animæ faciunt mentisq; solertiã. Quod si ciuitas hæc & prouincia, quam animam nuncupamus, ita uiuat, ita se regat, bonisq; profectibus roboretur, nulla unquam turpi nota ignominiaq; fœdabitur.

In plenitudinibus humiliabitur contignatio, & in desidia manuum stillabit domus: in risu faciunt panem, & uinum lætificat uiuentes, & pecuniæ obediunt omnia.

In parabola nos erudit, hortans ne contemnamus operari bonum, ne spiritualis nostræ domus, hoc est, animæ, contignatio, id est firmæ ac connexæ rationes humilientur & corruant, ita ut domus ipsa perstiller, defluentibus undiq; uitijs conturbata, atq; ita si quas habebamus prius uirtutes, ex desidia & inertia amittamus. Oportet ergo assidue inspicere nostram hanc domum, neq; solum ea respectare quæ bene hactenus gessimus, sed oculos ad contignationem, hoc est, ad supremum finem erigere. Nam qui segnius sese habent ad capessendas uirtutes, ad solam uoluptatem oculos animumq; conuertunt, occupanturq; circa id quod hominum quamplurimi suaue lætumq; opinantur, palamq; iactant comparari pecunias oportere, cum argẽto dicant omnia subiecta. Aliter. Desides ociosiq; homines sinunt stillare domum suam: qui uero aguntur sanctis ecclesię institutis, pane quodam mystico uinoq; aluntur, cuius uirtute confirmati, dæmonis aduersantis insidias facile ridere possunt, scientes quod uniuersi mundi machina argento subiecta sit, hoc est, dei uerbo propter nos incarnato, quod argenti appellatione sacra uocat scriptura. Sciendum uero est quod nomine panis, omne siccum alimentum solet eadem scriptura designare: sicut & uinum uocat, aut aquam, quod insitam humiditatem habet. Hoc significare uoluit Moses, cum quadraginta diebus, quibus legem accepit, neq; panem, inquit, comedi, neq; bibi uinum, hoc est, neq; siccum, neq; humidum quicquam gustaui.

In conscientia tua regi ne imprecceris, & in secreto cubiculi tui ne imprecceris diuiti. Volucris enim cœli asportabit uocem tuam, & qui habet alas sermonem tuum renunciabit.

Volucrem cœli sunt qui putent esse animam ipsam, uel spiritum nobis insitum: habentem uero alas, aut spiritum sanctũ qui apparuit in columbæ specie, quiq; omnia complet, omnia nouit, aut ipsos sanctos angelos. Contrà uero nonnulli habentem alas, pro diabolo accipiendũ dicunt: uolucres uero cœli, parentes diaboli aëreas potestates. Secundum uero utranq; expositionem ita intellige. Ne regi, néue diuiti imprecceris, ac ne in penetralibus quidem. Tua nanq; maledicta excurrens fama deferet ad illius aures, cui tu malum imprecatus fueris. Imprecari uero quempiã dicimus, cum malum aliquod uel sibi, uel proximo aduenire uotis exposcit.

CAPVT XI.



Itte panem tuum super faciem aquæ, quia in multitudine dierum inuenies illum.

Esa. 58. Scriptum est: Frange esurienti panem tuum. Cæterum panis appellatione omne genus eleemosynæ designatur. Dicit ergo Ecclesiastes. Cum lachrymis & misericordi affectu facito eleemosynam: huius enim fructus tecum permanebit in seculum.

Alite

Aliter. Aquas pro hominum conuentiunculis & congregatione solet appellare scriptura, iuxta illud: Libera me de aquis multis & de manu filiorum alienorum. Inquit ergo: O tu quisquis es diuinæ legis interpres ac doctor, alimentū uerbi quod tibi gratia Spiritus sancti liberaliter dedit, sine ulla intermissione pauperibus & egenis imparti, prœmium ministerij huius relaturus, ut cum deo uerbo uincas iunctus in secula. Psal. 143.

Da partem ipsis septem, partem quoque dato & ipsis octo, quia ignoras quid futurum sit mali super terram.

Qui credit ueteri testamento, partem dedit ipsis septem, propter sabbati cultum qui in lege ueteri continetur, quicq; tunc spirituali sanctificatione perficitur, cum à peccatis desistimus ac requiescimus. Qui uero nouum recipit testamentum, partem suam dedit & ipsis octo. propter dominicam resurrectionem, quam octauo celebramus die, hoc est, sabbatum insequente, ut primo quodam initio resurrectionis seculiq; futuri. Inquit ergo: Recipe uetus ac nouum testamentum. Vel aliter. Nostræ huius uitæ tempus septem dierum numero designat. Inquit enim scriptura: Requieuit deus die septimo ab omni opere quod patrarat. Initium uero futuri seculi, octaua est dies, cuius symbolum nobis est dominica resurrectio. Quod ergo nos monet Ecclesiastes, hoc est: Modeste, inquit, uiue in præsenti seculo, & thesauriza tibi tibi per operum bonorum exequutionem, quæ ad futuræ uitæ bonum pertineant, atque ita partem ipsis septem dato, & ipsis octo. Aliter. Septem dona Spiritus numerat Esaias. Potest igitur christianus populus apposita quadam collatione per septenarium numerum designari, cum septem spiritualibus donis ditatus fuerit. Octonario autem numero designabitur populus Iudæorum, qui octauo die circuncisionis accepit signum. Inquit ergo: Confer eleemosynam in omnes homines. Quod autem inquit, quia non cognoscis quid mali futurum sit super terram, ad omnes potest accōmodari expositiones, quas modo attuli, ita uidelicet. Recipe duo testamenta, ut ignorantiæ pariter ac nequitiæ tenebras procul abs te repellas. Vel, modeste age quæ ad huius pertinent uitæ officia, cogitans assidue & de futuro seculo. Neque enim nosti quàm grauia reposita sint tormenta ijs, qui neque septenarijs partem suam dederunt neque octonarijs. Vel eleemosynam omnibus confer in cordis tui simplicitate: neque enim nosti, quis homi num uere indigeat, quis'ue simulata paupertate per auaritiam petat. Genes. 2.

Si repletæ fuerint nubes pluuia, in terram effundunt: & si decidat lignum ad austrum siue ad boream, in loco ubi ceciderit lignum ibi desidebit.

Prima quidem particula huius loci, literali sensu potest ad eleemosynam referri: quia sicut nubes iussu diuino imbrem super omnes homines spargunt, ita conuenit eleemosynam cunctis hominibus impartiri. Mystico autem & sublimiori sensu, nubes pro sanctis uiris accipiuntur, quorum unus fuit Moses, qui dicit: Expectetur ut pluuia eloquium meum. Sancti ergo repleti diuino uerbo, quale scilicet factum ad Osee, sanctosq; alios effundunt fœcundum imbrem, non super solam Iudæam, sed & in omnem terram in quam exiuit sonus eorum. Et hæc quidem de prima particula loci huius, quæ ad pluuiam pertinet. Ligna uero in scripturis sacris significātur modo iustos uiros, modo etiam peccatores. Auster autem accipitur pro illustri loco ac lucido, uel pro uerissima illa luce, quę est Iesus Christus dominus deus noster. Contrà uero Boreas pro caliginoso ac tenebrarum pleno accipitur loco, proq; ipso diabolo, qui in tenebris habitat. In quocunq; igitur loco seu illustri seu tenebroso, hoc est, siue in turpi scelerum statione, siue in honesta uirtutum'deprehendatur homo cum moritur, in eo gradu atq; ordine permanet in æternum. Nam uel requiescit in lumine felicitatis æternæ cum iustis & Christo domino, uel in tenebris crucia tur cum iniquis, & principe mundi huius diabolo. Deut. 32.

Qui obseruat uentum non seminat, & qui considerat nubes non metet. Sicut non est qui sciat quæ uia sit spiritus, neque quomodo compingantur ossa in uentre prægnantis, ita non cognosces opera dei quodcunq; facturus est.

Qui uentos obseruant, sationi minus incumbunt. Plerunque enim contingit, ut qui hodie perflat uentus, crastina die sit quieturus: aut contrà bacchaturus sit die crastina, qui hodie conquiescit: hodie cum pluat, cras erit aër serenus. Non oportet ergo uentos obseruare, sed spe bona sationē facere, deo confidentes autori bonorum omniū. Nam si prę obseruatione nubium ac uentorū differamus sationis tempus, irritam deinde messem experiemur.

ac fortis, & qui tutò possit atque intrepide contra diaboli colluctationes in campum descendere, aptum exuere antiquum hominem, nouumque induere, qui sit ad imaginem dei sactus. Hic autem qui ambulat immaculatus in semitis cordis sui, hoc est, animam in tuto loco constituens mentemque purificans, habet utique & puros sui corporis sensus, redditurque aptissimus ad mirabiles pulchritudines contemplandas, lætitiam summam percipiens in spirituali adolescentia, internaque mentis perspicua uisione. Quia uero mascula nomenclatura persæpe scriptura utitur in his locis, in quibus fœminas æque ac uiros ad uirtutē hortatur, sciendum est quod à principaliori parte ac sexu orationem aggreditur, mulieris nanque caput est uir: una uero utriusque animæ est substantia, & unum sumus omnes in domino, cum fœminei sexus uirilisque differentia ad corpus solum pertineat. Quare etsi hoc loco adolescentem solum uideas adhortationem accipere, sub huius tamē adhortationis lege fœminas putato æque ac uiros ipsos cōprehendi. Verba quoque illa Pauli apostoli, quibus inquit: Despondi uos uno uiro uirginem castam exhibere Christo: tam ad uiros pertinere quàm ad mulieres existimato. Et cognosce in his omnib. quod ducet te deus in iudicio. 2.Cor.11.

CAPVT XII.



T remoue iram à corde tuo, & abducito malignitatem à carne tua, quoniam iuuentus & amentia uanitas. Et memento creatoris tui in diebus adolescentiæ tuæ, antequam ueniant dies afflictionis & anni, in quibus dices, non est uoluntas mea in eis.

Hoc loco in memoriam nobis reuocat diuinum iudicium, loquiturque tanquam autoritatem habens: Remoue iram à corde tuo. Potes enim cum sis præditus ratione, iracundiam frenare. Malignitatem uero carnis, accipit pro omni peccato. Nam & Apostolus opera carnis uocat opera peccati. Præcipua uero malignitas carnis est ipsa libido. Passiones uero quas dicimus, sunt motus inconstantis animi ac iuuenilis. Animo autem iuuenili amentia ferè plerunque annexa est, quæ nihil est aliud quàm mera uanitas. Inquit ergo: Si uelis exuere hunc iuuenilem animum, & petulantis superbiæ motum freno compescere, indelebilem dei memoriam conseruato. Dies autem adolescentiæ, præsentis uitæ dies significant: uerè stultitiæ dies, si ad perfectionem comparentur futuræ uitæ. Si enim in præsenti uita memoriam dei abieceris, incumbit tibi tempus punitionis, quod diem uocat afflictionis, cum peccatores tunc puniendi sint, & tunc dices, non est uoluntas mea in ipsis. Nullus enim cum torquetur, tormentis carere nollet. Qui ergo in hac uita non secutus domini præcepta, sed suas cupiditates, ex amentia & animi imperfectione facit ea quæ uult, in tempore punitionis torquetur ita ut non uult.

Antequam obtenebrescat sol & lumen & luna & stellæ, & reuertantur retro nubes à pluuia, in die in qua commouebuntur custodes domus, & in obliquum deprauati fuerint uiri fortitudinis, & cessauerint molentes, quoniam ad paucitatem redactæ fuerint, & obtenebrescent quæ aspiciunt per foramina, & occludent ianuas in platea in infirmitate uocis molentis.

Audiui quempiam qui uerba loci huius putaret ad particularem uniuscuiusque interitum pertinere: alium qui ad uniuersalem mundi consumptionem, alium item qui ad altiorem sensum referret: quæ omnia paucis omnino uobis explicabo. Orationem conuertit Ecclesiastes ad eum quem admonendum suscepit, aitque: Rationem habeto tuæ salutis, eamque curato diligenter, donec uti potes libero uoluntatis arbitrio, integrumque tibi est ad uirtutē accedere. Post hanc etenim uitam tibi accidet nō sicuti uis, sed torqueberis sicuti nō uis. Rationem itaque tui habeto ante obitus diem, antequam scilicet tibi sol obtenebrescat, et luna & stellæ: huiuscemodi enim tenebræ unicuique contingunt in extremo uitæ obitu. Tu itaque curato salutem tuam, priusquam in aquam terramque soluaris. Corpus enim hoc nostrum quod ueluti nubes quædam uidetur animæ superincumbere ac superpositum esse, defunctis nobis in similia elementa resoluitur, aquam scilicet atque aërem. In ipso etiam mortis die domus, hoc est, animæ custodes commouentur, & obliquum declinant, ac remittuntur quæ prius rectæ ac intensæ fuerant rationis uires, quæ hoc loco uiri fortitudinis nuncupantur: dolent enim ac conturbantur in ipso formidabili à corpore nostro exitu. Possunt & custodes domus intelligi, corporis nostri materiales oculi ac sensibiles, qui in mortis articulo contuendi uires extingui sentiunt. Tunc etiam molentes ociosi sunt, hoc est, dentes ipsi ac molares, qui inditos oris cibos molunt atque comminunt, non quod

prorsus numero pauci fiant, sed quia ad paucitatem uirtutis officijq; deueniant. Pupillæ quoque oculorum, quæ ueluti per foramina quædam prospiciunt, tenebris obducuntur, cum meatus omnes & operationum uiæ, quibus usi sumus in uita, penitus occluduntur. Incipit enim tunc homo tenui uocis filo ac infirmo loqui, cum in extremo respirat, uoce uix ægreq; & per dentes resonante. Prius itaque quàm te hæc mortis incōmoda comprehendant, cura ut in officiosis, opererisq; uirtutem. Aliter ad uniuersalem mundi finem ita hæc accommodare poteris. Sicuti per uerbum dei creatura mundi creata est, ita & diuino iussu quandoq; resoluetur. Cum enim ad seculorum finem mundus peruenerit, superuacuus erit usus luminariū: tunc pluuia opus non erit quæ irriget terram, sed nubes quodammodo à pluuia retro conuertent, hoc est, pluuiā nullam dabunt: uel cum pluuia pariter soluentur & euanescent, cum neque nubium neque imbrium usus aliquis sit futurus: uel tunc in aliud ministerium domino deo obedient, uehicula fortasse gestandis sanctis effecta. Tunc & custodes domus commouebuntur, hoc est sancti, fortitudinis uiri hoc loco nuncupati, qui tunc in obliquum paulisper declinabunt & recedent, propter antichristum: non quod penitus rectitudinem iustitiæ remissuri sint aut casuri. Ipsi enim sunt custodes ecclesiæ & mundi huius, quorum præsidio consistit & conseruatur. Tunc & molentes redigentur ad paucitatem. Molentes pro ipsis Iudæis accipiendi sunt, qui tanquam in pistrino molentes, graue legis iugum laboriosumq; pertrahunt. Redigentur autem ad paucitatem, quia præter paucos, cæteri omnes ad fidem Christi cōuersi erunt. Tunc enim saluus erit omnis Israël, hoc est, plurimi ex Israël. Tunc pauci illi qui ad fidem Christi non accesserint, qui nunc dici possunt modicum quid per foramina literæ legalis aspicere, cœcitate ultima caligabunt & tenebrescent, cum in ipso errore penitus fuerint confirmati, & uiuentes in obstinatione & contumacia, ianuam salutis sibijpsis occluserint. Plateam uero siue forum pro præsenti uita intellige. Illud autem patiuntur Iudæi quod superius dictum est, eo quod permanserint contumaces in infirmitate uocis molentis, hoc est, legalis literæ. Grauis enim lex est, atque etiam debilis & infirma, cum iustificare neminem

Rom. 8. nem possit, sicut & Apostolus inquit: Infirmitas enim legis, in qua infirmata est propter carnem, & quæ sequuntur.

Et consurget ad uocem passerculi uel auiculæ, & humiliabuntur omnes filiæ cantici, & ab altitudine uidebunt & stupore in uia.

Hoc loco sapiens noster Ecclesiastes loquitur de extremo iudicij die, quando mortui consurgent in iussu & uoce tubæ archangeli. Iussu autem passeris, hoc est, uerbi, quod carneum corpus assumpsit, qui propter solitariam suam in cruce mansionem de seipso di

Psal. 101. xit per Prophetam Dauid: Factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tunc humiliabuntur filiæ cantici, hoc est, animæ rationales mortalium hominum, quæ in delicijs & in uoce organi & cantus suauitate, musicisq; instrumētis oblectatæ nimium fuerint. Aut animas intellige falsa docentium magistrorum ac mendaciū prophetarum, quæ sonora uolubilitate uerborum quasi dulci quodam cantico, perniciosa uoluptate occuparint aures & animum auditorū. Sed & ipsæ Iudęorum animæ, quæ filię sunt cantici prophetarum, humiliabuntur, quoniam non audierunt canentes Prophetas & uocantes eas ad fidem Christi: si

Esa. 5. cut ceeinit Esaias: Cantabo dilecto canticum dilecti: & quę sunt generis eiusdem. Omnes itaque prædictæ peccatorum animæ, sed fortasse & iustorum animæ admirabuntur & obstupescent, quando adducentur in uiam iudicij, & uidebunt ex alto uenientē in nubibus filium hominis in gloria patris sui.

Florebit amygdalus, & pinguescet locusta, & dissipabitur capparis.

Cant. 2. Cum præsentem uitam animo Salomon reputaret, in Cantico canticorum inquit: Hyems transijt: tristitiam uitæ huius ac turbulentiam denotans. Ver autem nominauit futuram in splendore gloriæ uitam iustorum. Sequitur enim: Flores uisi sunt in terra nostra. Idem ergo nunc sibi in mentem uenit, atque ait, quod tunc in gloria resurrectionis florebit amygdalus, pinguescet locusta, & aperietur capparis (ita enim alius interpres exposuit.) hæc autem omnia uere ipso proueniunt. Ait ergo, futurā uitā uerno tempori esse maxime comparandam. Aliter. Qui agriculturæ sunt periti, aiunt ante cæteras arbores efflorere amygdalum, & reliquarum postremā folia exuere, ut uideatur quodāmodo frondibus uirere perpetuis. Scimus autem nuces amygdalas triplices esse. Nam extrinsecus uiridem calicem ligneæ testæ, siue duriori putamini impositum habent, cui nucleus inest,

quem comedimus. Talis uero est homo è corpore, anima, spirituque compositus. Inquit ergo: Tunc florebunt iusti sicut amygdali, habentes in uigore & gloria, corpus, animam & spiritum. Aliter. Virga Aaron quam germinasse credimus, nuces protulit, gerens signū saluatoris domini Iesu Christi, qui uirga fuit egressus è radice Iesse. Ait ergo quod in futuro seculo facer florebit sermo dignis auditoribus, perfectam tribuens doctrinam. Iustis igitur in gaudio constitutis, locusta pinguescet, hoc est peccatorum corpora depascetur infernus, ita ut pinguescere uideatur. Locusta enim hoc loco supplicium figurat & pœnam, quia & locustis deus Aegyptios deuastauit. In hoc itaque statu rebus constitutis, florentibus inquam iustis, peccatoribus autem traditis ad æternum supplicium, dissipatur capparis & euanescit. Quæ cum amarorem quendam & salsedinem habeat, anxietatem figurat solicitudinemque peccati. Ipsum uero peccatum, priuatio quædam cum sit, neque reuera subsistat, in nihilum redigetur atque cessabit, cum homines exacto iudicio, amplius in hoc mundo peccaturi non sint.

Quoniam iuit homo in domum æternitatis suæ.

Inquit Propheta Dauid: Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est: non perpetuā habitationem, sed incolatum uocans præsentem uitam. Tunc ergo, inquit, commigrans homo è præsenti incolatu, in æternam suam domum, hoc est futurum seculum perueniet. Psal. 119.

Et circumierunt in foro plangentes.

Tunc & qui fuerunt in hac uita peccatores, plorabunt & se percutient. Forum uero siue platea præsens dicitur uita, propter crebras rerum uices ac mutationes.

Antequam euertatur funiculus argenti.

Orationem conuertit ad auditorem quem admonendum susceperat, aitque: Cura adolescens ut pijs operibus tuaque probitate seuerum uenturum iudicem tibi placabilem reddas atque demulceas, antequam per supremam iudicij flammam deleantur huius mundi diuitiæ, funiculusque auaritiæ scindatur, qui materiam præbet omnibus peccatis ad homines implicandos: radix enim malorum omnium auaritia perhibetur. Antequam igitur excedas ab hac uita in qua uiget dolosa pecunia & auaritiæ studium, dispone omnes operationes tuas, ut securus iudicij futuri egredi possis.

Et antequam conteratur flos auri.

Florem auri pulchritudinem intellige, uel arcam repositoriumue in quo aurum repositum asseruamus. Ait ergo: Antequam pręciosa mundi huius supellex dispereat, accede ad uirtutem. Aliter. Argentū plurimis in scripturæ locis pro diuino sermone accipitur, aurum uero pro intellectu ac mente. Thecā uero auri intelligimus nostrū cerebrum. Ita igitur uerba hæc expones. Antequam transeat tibi doctrina sacræ scripturæ, quæ instar triplicis funiculi ac flagelli, malas nostras affectiones uitiaque depellit, dum potes cerebrum tuum purgare, doneque es in uita, multam tui rationem habeto.

Et antequam conteratur hydria super fontem.

Hoc loco Ecclesiastes noster philosophatur de massa ac globo humani corporis. Ne quis enim putaret hoc corpus nostrum, quod in morte resoluitur in nihilum, perpetuò abiturum esse, symbolice nobis ostendit suam reparabilem perennitatem. Sicut enim hydria iuxta fontem atrita, aqua non perit, nec euanescit, sed in fontem suum reuertitur, rursusque cum quis uoluerit aquam poterit haurire de fonte: ita & corpus quod in elementa resoluitur, in fontem suum, terram uidelicet ipsam redit, paratū iterum in membra componi, quando autor ille uoluerit, qui ab initio illud plasmauit. Aliter. Aqua hydriæ in fonte non perit, sed ad suam plenitudinē integritatemque accedit, in fonte ipso existentem. Quando igitur quod ex parte euacuatum fuerit, iuxta Apostolum, tunc ueniet quod perfectum est. Particularis itaque hæc nostra cognitio, quæ nunc nobis inest, tunc perfectionem suam accipiens erit uelut aqua hydriæ, ad plenitudinem fontis deueniens, fonti parte tunc addita, qua fons prius carebat.

Et antequam conuoluatur rota super lacum.

Alijs eandem sententiā uerbis expressit. Conuolui enim rotam super lacum, est rotam conuoluendo infringi ac decidere in lacum siue cisternam unà cum aqua ipsa, quam figu-

ri suo

li suo operi superinfuderũt. Rotam enim hoc loco accipit cisternæ uel puteo appositam, qua figuli solent aquam exhaurire. Similiter autem hic quoque aquam intelligit in lacum deferri, sicut superius suum in fontem. Aliter. Rota accipitur pro nostra hac uita, ob ip
Psal. 28. sas reuolutiones ac motus, iuxta illud: Vox tonitrui tui in rota. Inquit ergo: Antequã rota huius uitæ nos secum præcipites deuoluat in lacum. propriam curemus salutem. Lacus
Psal. 39. uero pro inferno accipitur, iuxta quod alibi dicitur: Saluasti me de lacu inferiori, & à descendentibus in lacum.

Et antequam reuertatur puluis in terram sicut erat.

Corpus nanque nostrum in affine sibi elementum terram soluitur, iuxta illud: Terra
Gen. 3. es, & in terram reuerteris.

Et spiritus reuertatur ad deum qui dedit illum.

Spiritus si cum animæ uocabulo coniunctus legatur, potiorẽ animæ uim, hoc est, intellectum mentemq́ significat. Sin uero ita simpliciter & absolute positum inuenias, sine ulla mentione animæ, sicut hoc loco ponitur, pro anima ipsa positus intelligitur. Inquit ergo: Cum in terram corpus resoluitur, anima reuertitur ad deum, redditura rationem rerum quas gessit in uita creatori suo. Neque enim de terra plasmata est anima nostra rationalis, sed talis existit, qualem solus ille nouit, qui eam creauit. Nostroq́ huic terreno corpori colligatur, sicut etiam & à corpore educitur, cum illi soli placuerit, qui eam corpori colligauit.

Vanitas uanitatum dixit Ecclesiastes, omnia uanitas, & amplius: quod fuerit ipse Ecclesiastes sapiens, & docuerit hominem scientiam. Et auris inuestigabit elegantiam parabolarum.

Repetit hoc loco quem superius persæpe usurpauit sermonem, asseritq́ omnia quæcunq́ sunt in mundo uanitatem esse, se uero ipsum nonnihil amplius quàm cęteros homines accepisse, hoc est, egregię ac singularis sapientiæ propriam possessionem: sola nanq́ sapientia solius est sapientis possessio. Ait præterea se hanc sapientiæ possessionem sine inuidia cæteris communicasse hominibus, tam uidelicet ea tradentem quæ ad sensibilium rerum spectant cognitionem, quàm ea quæ materia seiuncta intellectu solo percipiuntur. Tum subinfert, quod qui purgatam habuerit aurem, qualem uidelicet ille qui dicit: Apposuit mihi aurem ut audirem: poterit facile inuestigare elegantias scientiarum, quæ in prouerbijs continentur. Aut aliter ita intellige. Qui habuerit elegantem aurem ornatam inauribus uerbi diuini, qualem habuit Rebecca, quę accepit inaures à puero seu seruo Abraham, hic poterit audire atque percipere quæ parabolice traduntur.

Multum quæsiuit Ecclesiastes ut inueniret sermones uoluntatis: & scriptos rectitudinis sermones ueritatis. Verba sapientum sicut stimuli boum, & sicut claui igniti, quæ ex constitutionibus tradita sunt à pastore uno, & super fluum ex ipsis.

Sermones uoluntatis intelligit conformes sermones uoluntati diuinæ, quos quisquis sequutus homo fuerit, percipiet gloriã uitæ, ac felicitatis æternæ. Vel sermones intelligit
Psal. 39. mysteria continentes, de quibus ait Saluator in psalmis Dauid: Vt facerem uoluntatem tuam deus meus uolui. Voluntas aũt fuit patris, ut unigenitus filius suus humanã carnem assumeret. Voluntatis itaque diuinæ sermones, ipsiusq́ sapientiæ, quæ & rectitudo & ueritas iure optimo nuncupatur, quæsiui. inquit noster Ecclesiastes, ex ijs monumentis, quæ scripta Prophetæ nobis reliquerunt. Neque enim satis est tantummodo uoluisse, nisi & multo quoque studio perquiramus. Qui enim quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Hæc igitur cum quæsisset Ecclesiastes, cognouit quod uerba prophetarũ pieq́ de deo sentientium patrum, sunt persimilia stimulis boum. Sicut enim stimuli boues pungunt, urgentq́ aratro sulcum proscindere, ita & theologorum uerba excitant nos, qui spe bona aramus, proscindere sulcum spiritualem: ut cum purgatus fuerit ager cordis nostri, pulchros in eo uirtutis surculos conseramus. Similia quoque sunt clauis ignitis atque candentibus, qui altius ac facilius lignis infiguntur: ita & sapientium uerba theologorum, in penitissimos sinus intellectus nostri altius figuntur. Hæc autem uerba tradita sunt nobis ex constitutionibus: alia uero exemplaria habent, è compositionibus. Constitutiones autem siue compositiones, intellige opera dei, quæ admirabili ac supremo ordine & harmonia disposita & constituta sunt: ex quibus proportione quadam ac similitudine ducimur in aliquam dei opificis cognitionẽ. Poteris & constitutiones hoc loco accipere pacta utriusq́ testamenti,

testamenti, ueteris scilicet ac noui. Vnde autē cognitio data est nobis, ut & sensibilia specularemur, & intelligeremus quæ intellectualia sunt? Ex uno nempe pastore. Quo autem? qui scilicet & in cœlis & in terra rationales pascit creaturas, qui & dixit: Ego sum pastor bonus. Sequitur autem: Et superfluum ex ipsis. Quodnam superfluum ex harum scilicet rerum cognitione? Ampla enim & permagnifica cognoscimus, utputa, quod hæreditas nostra uita æterna futura est: quod bonus ille pastor dignatus est noster fieri magister: & (quod denique in suprema felicitate locandum est) quod qui digni habiti sumus imperfecta hac cognitione, quæ est ex parte dum uiuimus, ad perfectam deinde in futuro seculo ueniemus, puri pariter à sancta consubstantiali trinitate illustrandi. Ioan.10.

Fili caue tibi à faciendis multis libris, quoniam non est finis, & meditatio multa carnis labor.

Multi libri multiq; sermones, qui non tendunt ad unum eundemq; propositum finem, conturbant animam legentis atque confundunt. Quoties uero cunque de uera religione sermonem quis faciat, tametsi in longum spacium temporis illum protrahat, sicut Apostolus fecit, qui in schola trinoctium de mysterijs Christi perdocuit, is neq; tunc multa dicit, neque molestus est & importunus, imò uero potius auditores satiare non potest. Talia etiam sunt sanctæ scripturæ uolumina, quę multis conscripta uersibus, multa tamē nequaquam dicuntur, sed lex domini nuncupatur: quandoquidem unus in utroq; testamento legis est lator, librique omnes sanctæ scripturæ in eundem finem scopumq; feruntur: sicut & nos dominus docuit, qui uere magnus est Ecclesiastes, patrisq; sapientia, his maxime uerbis: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut Matth.22. teipsum, in his enim duobus mandatis, tota lex & Prophetæ pendent. Vides'ne igitur ut in sermone uno & uerbo abbreuiato, multiloqui libri & argumētosi comprehendantur, neque ideo multi sint? Quæ sunt itaque uolumina quæ nos dehortatur componere Ecclesiastes? Nempe Gentilium uolumina & monumenta, qui scilicet alter alterius euertunt & impugnant sententias, semperq; inter sese grauissimū bellum gerunt. Necnon absterret nos ab hæreticorum libris inuicem dissidentium, recentibusq; Iudæorū uoluminibus ac secundarijs quę infinita propè sunt, fabulisq; conferta. Dum enim scripturas nouis quibusdam figuris interpretari student, in ridiculas fabellas & genealogias conuersi sunt traditionesq; ediderunt à sententia scriptoris longissime aberrantes. Multa itaque meditatio, quæ in huiusmodi conficiendis libris adhibetur, solum affert laborem carnis, & affligit corp⁹ sine ulla utilitate ac fructu. Meditatio uero quā intēdimus circa diuinos libros, in qua nos uersari die noctuq; sanctus Dauid hortatur, cum dicit: Et in lege eius meditabitur die ac nocte, non labor est carnis, sed exultatio spiritus. Quamuis enim in sudore & lachrymis seminemus, laborantes circa honestum, in exultatione tamen metemus inclytum uirtutis fructum. Bonorum siquidem laborum, gloriosus est fructus. Aduertendum est autem quod filium suum uocat Ecclesiastes, quem admonendum suscepit. Cauendum est igitur nobis, ut omni studio paternam hanc dignationem seruemus. Quod profecto faciemus si paterna mandata non transgrediamur. Quod uero ait, non est finis, intellige sine fine uersari circa res uanas, uel quod res uanæ propositum finem fructumq; illum nō habent, quem consequi possimus illas persequentes: uel quod infinita laborum est multitudo, qui per orbem terrarum circumferuntur. Psal.1. Sap.3.

Audi supremum finem sermonis: Deum time, & mandata eius obserua. quoniam hoc est omnis homo. Omne opus adducet deus in iudicium, in omni quod omissum fuerit, siue bonum siue malum.

Ego, inquit, tibi compendiosam & breuissimam salutis uiam ostendo: Deum time, & mandata eius obserua. Timorem uero intellige, nō qui est ualde imperfectorum quasiq; seruilis, quo incipientes ac timidi introducuntur in uirtutis ac pietatis uiam: (Hic nanque propter imminentes minas formidataq; supplicia, perturbatione non caret) sed intellige timorem domini sanctum & sanctificantem, quem debemus ex charitate pioq; affectu erga illum qui leges tulit, mandataq; seruari sua instituit. Si enim carnē à fornicatione compescamus supplicij metu, non charitate iubentis, quis dubitet quin sublato iudicij pœnarumq; terrore, in fœdas libidines prolapsuri simus, cum stupri desiderium in pectore habeamus? Quod & de cæteris flagitijs quę lege nobis prohibentur intelligendum est. Si uero non minarum metu atque supplicij, sed odio uitiorum peccare nolumus, tunc charita-

te prosequentes latorem legis,mandata eius seruamus,& cauemus sedulò ne defluamus. Sancto enim timori adiuncta est operatio:sicut & qui operatur,idem etiam timet ne quod præceptum contemnat atque posthabeat. Timor hic itaq; sanctus cum ab honestate proficiscatur,nostras sanctificat animas & charitati æquipollet. Qui uero timorem hunc habet,& mandata dei custodit,hic est sapiēs omnis homo, hoc est,integer & undecunq; perfectus. Hæc itaque,inquit,securus operare,certus quod omne opus humanum à liberi arbitrij facultate profectum adducet deus in iudiciū, rationem à nobis exigens eorum quæ gesserimus in uita, quæq; etiam facere omiserimus, siue illa bona sint siue etiam mala. Omittunt aūt persępe multa sedulo ac uolentibus nobis,multaq; rursus nobis inuitis. Nam si cum possim bene quid facere, illud tamen sciens bonum esse omitto atque posthabeo, hæc uoluntaria est omissio. Si uero per ignorantiam boni,omisi operari bonum quod poteram,hæc ipsa omissio præter uoluntatem contingit. Accidit autem ut inuiti quandoque bonum operemur, persæpe uero scientes atque consultò:rursusq; contraria ratione, malum persæpe aggredimur conscij quid patremus,nostramq; conscientiam contemnentes: hoc sanè ipsum uoluntariū est peccatum. Quandoq; uero per ignorantiam patramus aliquid quod lege diuina prohibet ne fiat, quod sanè peccatū præter nostram uoluntatē contigisse putandum est. De huiusmodi uero peccatis & beatus Dauid orabat dicens: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine:hoc est, quę per ignorantiā peccaui, cum mala esse nescirem. Nos autē bene iam per Ecclesiastē edocti, timeamus deum, & illius mandata custodiamus, omni nostra contentione ac studio: summa enim salutis nostræ in misericordijs domini, ac benignitate iudicis reposita est: cum quo, & per quem, deo patri est gloria, sanctoq; spiritui, & nunc & in secula seculorum, Amen.

Psal.18.

OLYMPIODORI FINIS.

REVERENDISSIMO præsuli Traiectensi, & Vuormatiensi coadiutori, eidemq; illustrissimo principi ac domino, domino Henrico, comiti Palatino Rheni, duci Bauariæ, Menradus Moltherus S. D.



Oluenti mihi nuper ueterū quædam, reuerendissime & illustrissime princeps, cum sacrarum, tum prophanarum literarum monumenta, admodum tempestiue incidi in Iusti episcopi Orgelitani, quam in Canticū canticorū scripsit explanationem. In quo tam præclaram dicendi facultatem, & tractandæ scripturæ dexteritatē, illis pręsertim temporibus, floruit enim sub Iustiniano Imperatore, non potui non uehementer admirari. Et planè sic habere comperio, ut quanto quisq; sit autor antiquior, tanto sit absolutior & integrior. Nihil sophisticatur, nihil nugarum admiscet, omnia simplici explanatione tractat. In allegorijs uero, ni fallor, fœlicissimus, in hoc non aliter quàm in speculo, aut uitreis in undis ueteris imago seculi relucet, quo nondum feruor ille Christianæ charitatis, ut nostra hac tempestate relanguerat. Nempe quod animo sentiebant, re ipsa testabantur, & uita doctrinæ respondebat, mores cum religione consentiebant, ut ex factis paruo negocio cuiusq; uocatio cognosceretur. Contemptis enim rebus, quas mundus iste amat, suspicit, admiratur, ad unum fœlicitatis scopū cōtendebant, certi interim se à cœlesti remuneratore Christo, à quo sumpserant exemplū, sanctimoniæ & innocentiæ præmiū accepturos. Qui quidem status Christianorū, quanquā hodie labefactatus sit, uixq; reliquiæ priscę synceritatis apud paucos, nulla alia causa, quam quod fideli laboremus inopia, qua quicquid Christianis moribus officit, nascitur, quemadmodū è diuerso, diuites in fide, innocentiā, animi lenitatē, charitatē, & id genus uirtutes exhibēt, adpareāt, nullo modo tamen securis licet esse speculatoribus domini, sed uigilantibus oculis oues sibi creditas, obseruent & custo-

diant

diant. Cuſtodientur autem optime, & bona fide annumerabuntur, ſi ſeſe ueterũ exemplo Præſul cõparet. Quod cum tuæ celſitudini, ampliſſime Præſul, curæ eſſe nunq̃ dubitarim, id tamen, ut plenius mihi perſuadeam, Ioãnes Lotzerus tam medicinæ quàm omniũ honeſtorum ſtudiorũ profeſſor, & patronus optimus, in aula illuſtriſſimi principis ac domini, domini Ludouici principis Electoris, fratris tui Phyſicus, tuarũ laudum præco benigniſſimus effecit. Maxime uero, laudans tuam erga ueterum lucubrationes propenſam uoluntatem, & ſingularem fauorem. Quæ ſane res, ut hic prætereeam tuam magnificentiam, pietatem, humanitatem, ut hic non recenſeam, manſuetudinẽ & prudentiam cum Epiſcopo, tum tali Principe, tantoq́ue generis & natalium nomine celebri, mea ſententia in primis digna eſt. Hac igitur tuatum uirtutum tam inſigni laude illectus ego, tuę celſitudinis nomini, hunc autorem tam bonum quàm antiquum, non enim uetuſtati ſuus honor deeſt, dedico. Sequor hac in re morem ueterum qui in hanc uſque ætatem ſeruatur, nempe quod commendaturi Regibus & Principibus literas, eiuſmodi ad illos dona deferrent, quæ offerentium obſeruantiã atq; pietatem declarabant. Munus eſt exiguum, ſi magnificentiã tuę celſitudinis conſiderem, ſed non inconueniens, meo iudicio, partim quod ab Epiſcopo olim ſit elaboratũ, partim quod quaſi ueterem monetam, hunc librum in agro tuæ diocœſis repererim. Exemplar enim mihi uetuſtum, uenerabiles & colendi uiri, Decanus & Canonici eccleſiæ diui Pauli, apud Vangionum Vuormatiam, ex Bibliotheca ſua cõmendato dederunt. Sic ergo ſol in ſuum reuertitur circulũ, cum Iuſtus epiſcopus reſtitutus, tibi iuſtitiæ cultori, & clariſſimo Præſuli dedicat̃. Sic & antiquorũ diligentiſſimo ſtudio ſuus honos illibatus permanebit, ſi tantus princeps illa, tanta diligentia fuerit proſecutus. Quin & hoc nomine ab ignauorum & calumniantiũ garrulitate tutus erit, ſi tuo pręſidio quicquid laboris in eo reſtituendo collocauimus, collocauimus autem non parum, ut ſit in repurgandis numiſmatibus, multas è terra ſordes referentibus, probatum fuerit. Vale feliciter clementiſſime princeps, Heydelbergæ, pridie Nonas Iunias. Anno M. D. XXIX.

IN NOMINE SANCTAE · Trinitatis incipit explanatio in Cantica

Canticorum, epiſtola Iuſti epiſcopi, ad ſanctum Sergium Papam.



Omino meo uere pijſſimo & præcipue dei gratia copioſo, ſemperq́; in Chriſto probato, domino Sergio Papæ, Iuſtus epiſcopus. Sciens te tam ſolerti ſtudio, pro refrigerijs pauperũ laboraſſe, ut illis temporalem conſolationem, tibiq́; acquiſieris æternã mercedem, quodq́; iam ſatis eſſe diiudicans, totum ad dei eloquia, ex quibus nunquã fuiſti uacuus pro animæ cultura te cõuerteris, quoddã tibi incorporalis ſpeciei ſpirituale xeniũ procuraui. Quod ſi tibi Chriſtus, nõ ex noſtro merito, ſed ſuo munere fecerit eſſe gratũ, forſitan prouenier, & in diebus ieiunij quodãmodo refectus ad menſam uenias, & antequã cibum capias, quædã te prægustaſſe præſentias. Nec hoc dicens tranſmiſſionis huius meritum priuſquã approbes, arroganter inſinuare ſtudeo. Sed hæc intercedente charitate, in qua te totum poſſideo, ita de tuo, tanquam de meo animo præſumens, tibi accepcum fore, abſque ulla ambiguitate confido. Igitur in Chriſto Ieſu germanũ cordis mei te eſſe non neſciens, libellum de tractatu libri Canonici, qui Canticũ Canticorũ proſcribit̃, quẽ nuper Chriſto illuminante edidimus, tibi primitus cenſui offerendũ, in quo nõ noſtra, ſed ea potius quæ tua ſunt, quia ſic diligis te ſuſcepiſſe cognoſce. Quẽ precor, cum ea ſolicitudine, quam in Chriſto geris, recenſeas, ut ſi quid illic corrigendũ perſenſeris, cum libertate cõmoneas, & ſi cæteris in Chriſto fratrib. relegendũ, uel fortaſſe placuerit offeras tranſcribendũ. Itaq; quia ſic accidit, ut mẽbranis deſiſtentibus, minuriorib. literis, eandẽ ſcripturã in pares quaterniones ſuſceperint. Nec ſtudioſe fabrefactis literis ambiat̃, ſi me moraram rem alicuius momenti eſſe cenſueris. Quia hoc ipſum, ut pręfatus ſum, donãte dñõ tuũ eſt, ut diligẽtiore ſtudio tranſſcriptũ, utilius coapter̃, quãtocius ſtudebis. Quod

opus, si laude dignum processerit, ad autorem referam Christum. Si uero reprehensioni patuerit, quia utriusque est, statim te sumam socium, te inquam ipsum. Qua de re, sic te condecet, quę deus contulit coaptare, ut non de negligentia uituperium, sed de industria, charitatis suscipias fructum, ut fratres, qui præcessorũ patrum tractatibus epulantur, etiã his neotericis, quę eis ex charitate offerimus, non pro nostro merito, sed pro dei dono, & sua ipsorũ beneuolentia uesci quodammodo delectentur. Aue nunc in Christo pijssime, nostramq́ꝫ possibilitatem sanctis orationibus in domino foue.

IVSTVS IN CRISTO nomine episcopus, charissimo filio suo iusto Diacono, in domino salutem.



Vm nostris temporibus, tepescentibus studijs, rarus quis inueniatur, qui sit uel ad legendum, quæ sancta sunt, quotidiana intentione promptus, mirum opus à me exigis dulcissime mihi Iuste Diacone, ut de libris Canonicis, præcipue de Canticis Canticorum quicquã edisserem, cum ea quæ potiora sunt catholicorum patrum opuscula, nedum eo ardore, quo condecet à quibusdam attentius recenseri præsentiam. Igitur qui opimis dapibus maiorum solicitudine præparatis uesci detrectant, ipse perpende, si hæc nostri conuiuioli agrestia holera, uel uisu dignã dijudicent. Attamen orationibus tuis, hæc, quę præparanda studuimus, si salubri tractatu decocta, & Spiritu sancto condiri meruerint, ex hoc sapore, ille qui huic sterilitati infundit pinguedinem, profecto hoc exiguitatis nostræ ferculum, suis famulis dulcius efficiet. Quicunq́ꝫ sanè ad reprehendendum prompti sunt, hanc nostram persecutionem, non secundum peritiam sermonum occurrisse putent, uel ita esse ipsi potius, quàm ueritas approbauerit, huiuscemodi à nobis non pertimescendos ille admonuit, qui regnum dei non in sermone, sed in uirtute esse perdocuit, ac semetipsum uerbo potius quàm scientia imperitum scripsit. Scio & aliud esse genus hominum, qui cum in multorum dictis laudanda reperiant, cognitis autoribus, quæ hactenus magnificauerant, mirari desistant, quasi quælibet fabrica ex artifice, & non potius opifex admirandus ex opere, quorum hoc quàm sint iniusta iudicia, semetipsos consyderantes diligenter inspiciant, & ab æquitatis magistro ipsius potius corrigantur, exposcant. Tu uero fidelissime minister Christi, primum obsecro, ut qui me tam difficilia ad tractandum suscipere, importunitate assidua cogis, quatenus ea per dei gratiam expleam, orare non desinas.

PROLOGVS.



Vpiẽs in domo dei aliquid offerre de muneribus dei, & in lege ipsius, si nõ die ac nocte, saltem per interualla temporum exerceri, librum Canonicum sapientissimi Salomonis, qui pie notatur Canticum Canticorum, secundum eam editionem, quam beatæ memoriæ uir eruditissimus Hieronymus presbiter, ex Hebræa ueritate transtulit in latinum, confidens in eum, cui omnia sunt possibilia, suscipio pertractandum, non quod ex me tantæ altitudinis ualeam profunda rimari, sed in quantum ostendere uoluerit, qui corda illuminat, quod haurire ualuero, fratribus in Christo nostris, ex dono ipsius contemplanda producam, pariterq́ꝫ uobiscum offeram perfruenda. Neque hoc (metuens infirmitatem meam) aggredi quolibet ausu præsumerem, si illum leonẽ, qui est de tribu Iuda radix Dauid, uicisse, & septem sigillis, sancti uidelicet spiritus septemplici uirtute signatũ librum, & ab eodem fidelibus iam referatũ esse, nescirem. Et licet sciam non esse me dignum, qui in regis cubiculum introductus, eius inæstimabilia ornamenta conspiciã, attamen quia sine personarũ acceptione, uniuersis Iesus dominus noster clamat, petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietꝰ uobis, secundũ similitudinẽ, quam ipse proposuit, in huius uitę miseria, tanquã in noctis medio constitutus,

tus pergam ad eum, postulaturus tres panes, uidelicet, ut secundum præceptum patrum, triformi expositionum regula, uenientem amicum de uia, reficiam. Sed nec ad priorem petitionem excusatione opposita conquiescam donec & si non propter amicitiã, uel propter importunitatem, tamen quicquid est necessarium, eodem largiente percipiam. Igitur sacramenta libri huius, quia multum inscrutabilia & inuoluta dinoscuntur, non immerito in ipsa prænotatione tituli Cantica Canticorum præscribuntur, quia à cæteris eminentiora sine dubitatione aliqua perducuntur. Sunt enim plurimis, & penè insolitis ultra aliarum scripturarum consuetudinem uelata mysterij, ita ut nisi Christus præsit, sensibus nec comprehẽdi, nec subtilissimis intelligentiarũ aditis, ualent inuestigari. Quapropter precor omnes, in quorum manus istud opus inciderit, ut laborem nostrum pia mente considerent, & in tanta difficultate, sicubi hæsitauero inuentes, in quam arduis gradiar, agnoscant. Sicubi autem inoffenso pede concurrero, illi qui dextram lasso porrigit, & ubi uoluerit, ducit: unà mecum gratias agant. Studebo sanè quanta ualuero breuitate, prælatis sententijs expositiones annectere, ne congesta prolixitas, adferat legenti fastidium. Sed quia tantæ mysteriorum profunditates, compendio sermonis, non queunt explicari, sufficiat lectori huius arcani, si patefactum reperiat ostium, secretiora uero, quæ illic rex æternus condi uoluit, infuso sibi lumine desuper, magis ipse cum introierit perscrutetur. Iam nunc quod primordia, uel cõsequentia præfati libri continent, illuminante Spiritu sancto, per quem scripta sunt, cernamus.

I.

Osculetur me osculo oris sui.



VOx Ecclesiæ hęc est, uenientis ad Christũ in osculo, offensam quã apud deum homines peccando contraxerant, resolui cupientis, & pacem in qua, dum esse mus deo patri inimici, per ipsum filium eius reconciliamur, inuenire desyderantis. Propter quod Propheta ad deum: Pacem tuam domine da nobis, & omnia reddidisti nobis. In Euangelio quoque redeuntem à regione longinqua filium, pater deosculatus est. Tunc enim quodãmodo uenientibus ad se, osculum tradidit, quando unicum suum in homine nasci uoluit, per quem etiam ut ei pacis uinculo adhæreamus, attribuit. Denique & angeli, nascente Christo, gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, idcirco uoce cõsona clamauerũt, quia ipsum, qui est pax nostra, nobis utiq; talia dicendo, perspicue docuerunt. *Quid osculum quod cupit ecclesia.*

II.

Quia meliora sunt ubera tua uino, flagrantia unguentis optimis.

Vbera Christi Apostolos & Euangelistas non incongrue accipimus, per ipsos enim in fide nutrimur & spirituali alimento reficimur. Idcirco autem meliora uino probantur, quia Euangelica doctrina eminentior, quàm lex olim data, dinoscitur. Denique illic figura, hic ueritas, illic tanquam austeritas uini, diligendum tantummodo proximum, & inimicum odiendum ostendit, hic dulcedo gratiæ, pro inimicis orandum, & eos qui nos oderunt admonet diligendos. Ipsa quoque Christi ubera, id est, Apostolos unguentis optimis flagrantia declarat, quia tantis uirtutibus, tantisq; enituere miraculis, ut odor iustitiæ eorum, longe lateq; diffusus, tunc intuentes oblectaret, & usq; huc omnes reficiat audientes, sicut unus ex ipsis pronunciat dicens: Deo autem gratia, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat in omni loco, pronos.

III.

Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te.

Quem unxit deus, id est Christum, oleo lætitiæ præ participibus suis, huius etiam uelut oleum effusum est nomen. Quicunque enim Christiani à Christo nominantur, ipsiq; chrysmate perungũtur, atq; in eius nomine baptisati, Sancto spiritu adimplentur, ut unguentũ, quod descendit à capite in barbam Aaron, quod uerum, perfectũ, atq; fortissimũ declarat, id est sacer spiritus, qui à deo diffusus est in Christo: descendit etiã in oram uestimenti

menti eius, ac totam, usque in finem, Ecclesiam replet, quæ ei inhærendo, sine dubio, uestis ipsius est. Nam in transfiguratione uultus eius splenduit sicut sol, ut in Euangelio legimus, & indumenta ipsius uelur nix candida facta sunt, quæ talia nullus fullo super terram facere potuit. Nullus enim doctorum ad tantum nitorem, sicut ille discipulos suos aliquãdo perduxit, uel sic, à maculis ablutos, instar niuis candidos in se credentes facit. Hunc ergo adolescentulæ, uel nouellæ ecclesiæ, uel incorruptæ animæ dilexerũt, quæ etiam flagranti unguento repletæ, cum Apostolo dicũt: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

IIII.

Trahe me post te, curremus in odore.

Quid sit trahi à Christo. Dicit dominus in Euangelio; Nemo uenit ad me nisi pater, qui misit me, attraxerit eum. Attrahitur enim ad Christum, qui credit Christo. Illi uero currunt post eum, qui eum imitantur, uel qui dono ipsius ipsum sequendo proficiunt.

V.

Introduxit me rex in cellaria sua.

Introduxit Christus Ecclesiam in sua cellaria, cum ei reuelat scripturarũ occulta mysteria, sicus Apostolus ait: ut ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suę in bonitate super nos in Christo Iesu. Vel tunc ex toto sancti introducuntur in Christi cellaria, cum eis in fine dicetur: Venite benedicti patris mei, percipite regnũ, quod uobis paratum est ab origine mundi.

VI.

Exultabimus & lætabimur in te, memores uberum tuorum super uinum.

Exultant sancti & lætantur in domino, cum recordantur, quemadmodum per ubera Christi Apostolorum scilicet doctrinis spirituali lacte nutriti sunt. Quam doctrinã Christi dum priscæ legis præceptis inspiciunt clariorem, in illa uel ex ipsa Christum intuentes intelligunt, quibus ipse in Euangelio dicebat: Vestri beati oculi qui uident, & aures quæ audiunt. Amen dico uobis, multi prophetæ & reges, quæsierunt uidere, quæ uidetis, & non uiderunt, & audire quæ audistis, & non audierunt.

VII.

Recti diligunt te.

Qui sint recti. Nec enim praui possunt diligere æquitatem. Illi enim recti sunt, & diligunt deum, qui non amore creaturæ captiui tenentur, sed sicut rectos decet, præciosum infirmis præponentes, deo autori omnium dilectione fortissima adhæserunt. Sed & illi deum recte diligere approbantur, qui non solum in beneficijs sed in flagellis ipsius, constituti, similiter gratias agunt sicut & ille dicebat: Benedicam dominum in omni tempore, laus eius in ore meo. Id est, & quando lætitiã ex dono capio, & quando dolorem eodem corripiente suscipio. Sicut alius quoque uehementissima passione probatus, carne putridus, & syncerus corde locutus est: Si bona suscepimus de manu domini, mala cur non sustineamus: dominus dedit dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est sit nomen, &c.

VIII.

Nigra sum sed formosa filia Hierusalem sicut tabernacula cedar, sicut pellis.

Nigra confessione peccatorum, formosa gratia sacramenti filia Hierusalem. Ex illa enim, primitiuorum Ecclesia, per Euangelium nata est, quę prima credidit in Hierusalem, uel certe sicut Apostolus dicit: Illa quæ sursum est Hierusalem, libera est, quę est mater nostra. Et merito, quia assimilar se tabernaculis cedar, quod interpretatur obscuritas, ad cuius filios Apostolus dicit, fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Potest etiam nigra uocari, cum passionibus opprobrijs, contumelijs & despectui traditur. Consydera nigram atque formosam in Paulo: In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: adoriamur sed non destituimur: deijcimur, sed non perimus. Quemadmodum tabernacula

tabernacula Cedar, tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema & sicut pellis Salomonis: semper mortificationem Iesu Christi in carne nostra circumferentes, ut uita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.

IX.

Nolite me consyderare quod fusca sim. Quia decolorauit me sol.

Id est, nolite me constitutam in persequutione despicere. Aestus enim tribulationum sustinui, & quasi decorem temporalis iucunditatis amisi. Per multas enim tribulationes oportet me intrare in regnum dei. In illis nanque sum, de quibus scriptum est: Beati qui lugent, quoniã ipsi consolabuntur. Et nos quidem tristitiam habebitis, mundus autem gaudebit, sed tristitia uestra in gaudium conuertetur.

X.

Filij matris meae pugnauerunt contra me.

Filij scilicet Synagogae, qui docentem & arguentem Stephanũ martyrem lapidauerũt. Et facta est persequutio magna in Ecclesia, quae erat Hierosolymis, & omnes fratres dispersi sunt per regiones Iudaeae & Samariae. Vel illi etiã pugnauerunt aduersus ecclesiam, qui Paulum prędicantem in Gentibus per ciuitates singulas persecuti sunt. Similiter & illi qui his qui ex Gentibus crediderant onera legis imponenda censebanr. Quę beatus Iacobus cum caeteris Apostolis salubriter remouenda decreuit. Nam & illi qui Galatas in Christo credentes circumcidi suaserant, perturbantes Euangelicam traditionem, aduersus Ecclesiam pugnasse docentur. De quibus Paulus Apostolus ait: Neque enim hi qui circumciduntur legem custodiunt, sed uolunt uos circuncidi, ut in carne uestra glorientur. De ipsis etiam dixit: Vtinam abscindantur qui uos conturbant.

Perturbantes euangelicam doctrinam contra ecclesiam pugnant.

XI.

Posuerunt me custodem in uineis.

Vineę quoque istę Synagogę sunt. Acceperat quippe Saulus potestatem & epistolas à principibus sacerdotum, ut quoscunq; credentes in Christo reperisset, uiros ac mulieres, in custodias traderet, ut punirentur. Vt dum ista perpetraret, quasi Synagogę uineam custodiret. Et sequitur, uineam meam non custodiui. Factus enim ex Saulo Paulus, ex persecutore prędicator, dum uerbũ dei Iudęis contradicentibus praedicaret, & omnino sperneretur, eisdem incredulis dixit: Vobis quidem oportebat prędicari uerbum dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos uos iudicastis tantę saluti, ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim pręcepit nobis per scripturam dominus: Dedi te in lucem Gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terrę: uel sicut ipse ad Galatas scripsit: Audistis conuersationem meam in Iudaismo, quia persequebar Ecclesiã dei, & expugnabam illam & proficiebam in Iudaismo supra multos coëtaneos meos in genere meo. Abundãtius ęmulator existẽs paternarum mearum traditionũ. Et iterum: sed quę mihi fuerunt lucra, hęc arbitratus sum detrimenta, tanquam sub aenigmate dicens: Posuerũt me custodem uineis, uineam meam enim non custodiui.

XII.

Iudica mihi quem diligam anima mea ubi pascas, ubi cubas in meridie.

Legimus in Euangelio: Si dixerint ecce hic est Christus, ecce illic, nolite exire. Hic enim atque illic partes esse noscuntur. Christus autem in Ecclesia catholica tanquã in meridie cubans, mundum uniuersum suo fulgore perfudit, & in spiritu feruentibus requiescit. Atque ex ea charitate qua orbem uniuersum irradiat, credentes in se populos quotidie pascit.

Vnitas.

XIII.

Ne uagari incipiam per greges sodalium.

Id est, Si in ea claritate, qua fidelium tuorum uniuersitas consistit, te habitantem ignorauero, per greges sodalium, id est, per congregationes haereticorum incipiam oberrare. Sodales quippe Christi ex quadam parte haeretici adpellantur, quia natiuitatem, passionem,

Christiani nomine tantum. nem, & resurrectionem ipsius profitentur, sed quia de ipsis Apostolus ait, habentes formam pietatis, & uirtutes eius abnegantes, nō iam sodales, sed aduersarij comprobantur.

XIIII.

Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere & abi post uestigia.

Vox Christi est ad Ecclesiam. Si ignoras te ô pulchra inter mulieres, si non intelligis, quia tu es illa cui in psalmo dicitur: Audi filia & uide & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui, quia concupiscit rex pulchritudinem tuam. quia tu sola accepisti decorem in corruptibilibus sacramētis. Et bene ait: Inter mulieres, id est, gloriosa inter hæreses. Congrue enim mulierum nomine uocitantur, quia uirginitatem quæ est in Christo amiserunt. Igitur non oberres, me alibi extra te quærendo ullo modo, in te quippe ubi me hactenus non quærebas tanquam in meridie requiesco. Iam intellige ubi me pascentem, & gubernantem temetipsam, quæras, ne uelut in nocte quorumlibet simulatio te abducat. Quia tantummodo in te certa synceritas me apud te regnante perdurat. In illis te esse cognosce, quibus post resurrectionem meam ueraciter repromisi. Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi. Quod si quadam promissorū meorum dubitatione aliquo modo fluctuas, nec meam præsentiam, nec tuam pulchritudinem cognoscis, egredere, & abi post uestigia gregum tuorū. Merito etenim post uestigia gregum perget, quia pastoris præsentiā dereliquit. Et pasce hœdos tuos, iuxta tabernacula pastorum. Iniustos homines oblectans traditionibus uel conuenticulis hereticorū. His etenim redargutionibus obiurgari merentur, qui Christum in catholica Ecclesia, uel seipsos Ecclesiam catholicam esse non cognoscunt.

Vnde ecclesiæ synceritas.

XV.

Equitatui meo in curribus Pharaonis.

Dicit Abacuc propheta: Nunquid in fluminibus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus, uel in mari indignatio tua, qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ salus. Quos equos Apostolos & Euangelistas accipimus. Ideo Christus loquitur ad Ecclesiam: Tunc equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, cum sapientes mundi, ad meam fidem euocandos cōuerti, ut deposito tumore seculi, sub me, qui sum salus uera currendo proficiant, meq; circumferendo pijs prædicationibus, credentium fide oculis manifestent. Ac sicut princeps mundi huius, qui iam missus est foras, falsis philosophis, tanquam claris curribus, usus est ad pernitiem, ita ego mea sapientia repletis Apostolis, credentes instituam ad salutem.

XVI.

Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.

Castitatem comitem uerecundiæ prædicauit. Dicitur enim genus turturum amisso corporali consortio solitarium incedere, nec carnalem copulam ultra requirere. Habet itaq; Christi sponsa eximiam pulchritudinem, quando cum pudore retinet castitatem.

XVII.

Collum tuum sicut monilia.

In collo hi insinuantur, qui legem dei diebus ac noctibus meditari non desistunt, quiq; etiam uelut munda animalia salutarē doctrinam iugiter ruminando reddunt. Hi quia præclara ecclesiæ ornamenta sunt, uelut sponsæ monilia describuntur.

XVIII.

Murenulas aureas faciamus tibi uer.

Vox ista doctorū est, qui tunc ornamenta ecclesiæ auro argētoq; permixta disponunt, quando spirituales intelligentias eloquij nitore ediderunt. Murenulæ autem à capite defluentes, solent ad ceruicem ornandam aptari. Et idcirco illæ doctrinæ præclaræ sunt, quæ à capite, id est, Christo procedentes, sic spirituali officio ministrant, ut ceruicē nostram iugo Christi subdendā edoceant, ita ut talibus ab Apostolo dicat: Non alta sapientes &c.

Quæ doctrinæ preclare.

XIX.

Dum esset rex in accubitu suo nardus.

Narrant Euangelia ante biduum paschę, recumbente domino, à muliere habente alabastrum unguentum Nardi pistici, eius capiti superfusum, & hic prophetia dicit: Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Igitur tam hæc quàm illa figurate dicta uel facta noscuntur, quia rege nostro uel in cruce, uel inclinato capite spiritum reddidit, uel in sepulchro, ubi corpore conditus requieuit in suo accubitu constituto, ecclesia piæ confessionis odorifero unguento eum perunxit, ut eum uoluntate passum fuisse, & à mortuis die tertia uirtute propria resurrexisse, in salutem credentiũ prędicare nõ cesset.

XX.

Fasciculus myrrhæ dilectus meus.

Myrrhæ species mortuorum corporibus condiendis apta dinoscitur. Fasciculus itaque myrrhæ Christus passus mortuus & sepultus. Igitur ubera Ecclesiæ, id est, eruditi & spirituali lacte redundantes, qui nascentes in fide populos nutriunt, illi sine dubio comprobantur, qui mortem domini sicut præceptum est annunciare donec ueniat omnibus modis non consistunt.

XXI.

Botrus cypri dilectus meus mihi in uin.

Botrus in Cypro, Christus suspensus in crucis ligno, quod genus ligni odoriferum semper & incorruptum est. Signum etenim crucis, cum odore chrysmatis prænotamus in fronte. Bene autem ait Botrus Cypri, dilectus meus mihi, quia non illis qui crucifixerũt sed his qui in crucifixũ crediderunt, botri istius dulcedo concessa est. In uineis Engaddi, in synagogæ populis ubi dominica peracta est passio. Engaddi interpretatur oculus tentationis meæ. Lege Euangelium & inuenies Pharisæos & Sadducæos nihil aliud intendisse suis interrogationibus, nisi ut dominum per singula tentassent, & inuenirent causas accusandi eum. Quibus ipse dicit: Quid me tentatis hypocritæ? Sed tantum bonum passionis Christi illis quidem gestum, nobis autem qui credidimus, constat esse concessum. *Quibus dulcedo botri sit cõcessa.*

XXII.

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu.

Christus Ecclesiam quam amicam pacis suæ osculo fecit, bis pulchram pronunciat, sicut Apostolus ait, sanctam corpore & spiritu esse docuit, adijciens, oculi tui columbarum. Nihil est maius quod faciem ornet in corpore, quàm dii positio oculorum, per quos conuenienter sanctos Apostolos accipimus, qui etiam figura prospicere potuerunt, quorum priuilegia designans beatus Paulus Apostolus ad Corinthios scribens ait: Vos estis corpus Christi. Et alio loco: Quosdam quidem posuit deus in ecclesia primum apostolos &c. Iam cum dicit, oculi tui columbarum ipsos Apostolos, quibus præceptum est, ut essent astuti sicut serpentes & simplices sicut columbę, euidenter ostendit. Per cuius auis similitudinem, eosdem sancto etiam Spiritu repletos esse demonstrat.

XXIII.

Ecce tu pulcher es dilecte mi & de.

Christum quem pulchrum & decorum Ecclesia hoc loco commemorat, Psalmista sic pronunciat, dicens: Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Sed hæc tua pulchritudo exinde est, quia in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, & uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Addens autem: Lectulus noster floridus, ipsum corpus dominicum in quo deitas requieuit, syncerũ odoriferum, ex uirgine natum ostendit.

XXIIII.

Tecta domorum nostrarum.

Domus istæ, in quibus Christus habitat, sancti sunt, sicut Propheta dicit, quoniam habitabo in eis. Tecta autem & laquearia domorum istarum cedrina, & cypressina, quæ incorruptibilia & odorifera dinoscuntur, dilectionẽ dei & proximi, quæ per Spiritum sanctum desuper concessa est, id est, ut sancti in se sint, demonstrat.

corripiant secundũ illud: Meliora sunt uulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula blandientis. Et iterum: Qui arguunt laudabuntur, & super ipsos ueniet benedictio.

XXXI.

Fulcite me floribus, stipate me malis.

Sanctorum cœtibus coniungi uel circundari desiderat, quæ pio & casto amore languescit, quia languor non est morbi, sed ineffabilis desiderij, secundum illud: Defecit in salutari tuo anima mea, & in uerbum tuum super speraui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes, quando cõsolaberis me? Fœlices illi, qui tali profectu proficiũt. Quodammodo enim qui multum desiderat languescit, & deficit, donec optata uel quæsita reperiat.

XXXII.

Læua eius sub capite meo & dextera.

Ipse Salomon in Prouerbijs ait: Beatus homo qui inuenit sapientiam, & affluit prudentia, longitudo dierũ in dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ & gloria. Ac sic electa Christi Ecclesia sinistram habens sub capite temporalia sibi subiecta describit, & dextera eius se amplexari, dum æterna concupiscit, edocuit.

XXXIII.

Adiuro uos filiæ Hierusalem per capreas.

Filias Hierusalem sanctas & pacificas doctorũ animas dicit, quas per munda & uelocia animalia quæ ruminare non desinunt, & in campis sanctarũ scripturarũ aluntur, coniurat, ne suscitare faciant donec ipsa uelit. Quod Paulum Apostolum fecisse cognoscimus, cum uirginibus de conseruanda sanctimonia, non præceptum, sed consilium dedit. Et in Euangelio diuiti dicitur: Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quę habes, & da pauperibus. Et alio loco ubi Spadones laudantur, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Et statim adijcitur, qui potest capere capiat. Et iterum Apostolus, cum ad continentiã hortatur, hoc ad utilitatẽ uestram dico, non ut laqueũ uobis inijciam, sed ad id quod honestum est, hortor, & quod facultatem præbeat sine impedimento Deum obseruandi. Et rursus ad Philemonem, sine consilio autem tuo, nihil uolui facere, uti ne uelut ex necessitate bonum tuum esset sed uoluntarium. Tunc enim dilecta quoadusq; uelit nullo modo suscitatur, quando sanctorum uota uolũtate spõtanea domino offerunt.

Sponte seruiẽdum Deo non coacte.

XXXIIII.

Vox dilecti mei.

Hæc uox Christi quæ in hac prophetia tantum commemoratur, non inscite de illa accipitur, qua genus mortuorum hominum in Euangelio suscitantur, sicut ipse pronunciat dicens: Amen amen dico uobis, quia ueniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem eius, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ. Et in Apocalypsi dicitur: Beatus qui habet partem in resurrectione prima. Ille in prima resurrectione partem inuenit, qui erutus de mala consuetudine tanquam à morte, Christo uiuificante resurgit.

XXXV.

Ecce iste uenit saliens in montibus.

Venit Christus saliens in montibus cum perfectior perfectis adparuit. Transiliens colles, cum omnem sanctorum altitudinem suæ maiestatis excellentia superauit.

XXXVI.

Similis est dilectus meus capreæ.

Similis capreæ, quia in similitudine carnis peccati nobis adparuit, similis etiam ceruorum hinnulo, quia de sanctis qui serpentem uicerunt secundum carnem duxit originem.

XXXVII.

En ipse stat post parietem.

Stat post parietem nostrum, induitur uelamine corporis nostri.

XXXVIII.

Respiciens per fenestras prospici.

Cum quiddam sui occuluit, quiddam autem manifestauit, quasi per fenestras & cancellos prospexit. Non enim se ex toto præcipue secundum deum ostendit, qui patrem uidere cupienti Philippo dixit: Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me. Et alio loco, qui diligit me mandata mea custodit, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum. Vel tunc per fenestras & cancellos prospexit, quando plebē in parabolis edocuit. Potest etiam intelligi, quod tunc per fenestras prospexit, quando in passione lancea perforato latere, sanguine & aqua manante redemptionis & lauacri sacramenta produxit.

XXXIX.

Dilectus meus loquitur mihi surge.

Dilectus ecclesiæ. Dilectus in hoc libro sæpe describitur, quis enim tam dilectus ecclesiæ, quàm ille propter quem Martyres animas posuerunt. Surge, propera, & ueni, surge, crede, propera, peracto cursu pij laboris præmiū suscipe. Amica mea reconciliata mihi per mortem, formosa mea, munda facta per lauacrum.

XL.

Iam enim hyems transijt.

Quia temporalis tribulatio finem accepit.

XLI.

Hymber abijt & recessit.

Crebra & multiplex tentatio, uel paganorum persequutio quieuit.

XLII.

Flores adparuerunt in terra.

Sancti redundauerunt in mundo, mense nouorum, quando pascha celebratur, exorti, quibus Apostolus dicit: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

XLIII.

Tempus putationis aduenit.

Hi qui in domo domini sunt plantati, adhibita disciplinæ falce, ab omni superstitione purgati, uenturis fructibus præparantur.

XLIIII.

Vox turturis audita est in terra.

Anna in Euangelio octoginta quatuor annorū castissima uidua non recedens de templo ieiunijs & orationibus Christum agnoscit, & loquitur omnibus de eo, qui expectabant redemptionem Israël. Istarum quoque auium conbinatio in sacrificium offerri mandauit, qui nil omnino in oblatione dei præclarum, nisi cum fideles corpore & spiritu sanctificati domino offeruntur.

XLV.

Ficus protulit grossos suos.

Tandem etiam Synagoga credentes in Christo produxit Israëlitas, sicut & Apostolus ait: Nolo uos ignorare mysterium hoc, quia cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret.

XLVI.

Vineæ florent, & dederunt odorem.

Congregationes clericorum, monachorū quoque & uirginum in ecclesia proficiunt, & per bonam famam & conuersationem innotuerunt.

XLVII.

XLVII.

Surge amica mea, speciosa mea.

Piis appellationibus semper hortatur Ecclesiam ut relictis temporalibus, ad externa festinet.

XLVIII.

Columba mea in foraminibus pe.

Non ob aliud Ecclesia columba uocatur, nisi quia est sine dolo, & Spiritu sancto repletur, habitat in foraminibus petræ, quia semper receptaculũ habet in his, ex quibus sanata est uulneribus Christi. Recipitur etiam in cauernã maceriæ, cum sancta ex scripturarum cõsolatione fouetur, uel cum præcedentium sanctorum meritis atq; orationibus ex toto protegitur. In his foraminibus petræ Thomas Apostolus, tanquam columba protectionem inuenit, cum post resurrectionem contractatis Christi uulnerum locis, remota omni dubietate, Deus meus, & dominus meus fideliter exclamauit.

XLIX.

Ostende mihi faciem tuam Sion.

Sion interpretatur speculatio, quæ merito in illis intelligitur, qui cum Apostolo dicũt: Nos autem gloriam dei speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu. Et iterum: Non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia sunt, quæ autem non uidentur æterna sunt. Hæc itaque inuitatur, ut semper ante deum adsistat, sicut Helias, qui dicebat: Viuit dominus in cuius conspectu adsto hodie, nec sit de illis, quos Propheta denotat dicens: Verterunt ad me tergum, & non faciem, & uox tua, inquit, in auribus meis. Clamauerũt iusti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos. *Qualiter sint uincendi hæretici.*

L.

Vox enim tua dulcis, & facies tua.

Orationes sanctorum semper domino acceptæ, gratiaq; eius præsentes, quia de Christi lumine acceperunt, ut in decore iustitiæ permanerent.

LI.

Capite nobis uulpes paruulas.

Dicit per parabolam in Euangelio dominus, cum creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania, id est, proficiente Ecclesia, numerosæ etiam hæreses surrexerunt, uel illa in fide permanente, quàm praue sentirent, inuestigatæ sunt. Sic & ille Samson, qui interpretatur Sol, captis trecentis uulpibus, eorum caudis ignem apposuit, & fructus inimicorum accendit. Semper enim hæretici in primordiis, uelut ficta religione conspicui, in extremis suis ignem trahunt, gehennæ incendio deputati. Et ideo capite nobis uulpes, conuincite hæreticos, eorumq; uersutias sanctarum scripturarum concludite testimoniis. Quos uulpes paruulas dicit, quia nihil magni secundum rectam fidem intelligendo cõtinent, omne enim quod sapiunt, exhibent, qui pusilli sunt, demoliuntur uineas, subuertunt plebes, prauis eas traditionibus corrumpentes, uinea nostra floruit, Ecclesia catholica indeclinabili augmento proficit. *Praue traditiones.*

LII.

Dilectus meus mihi, & ego illi.

Dicit Apostolus: Erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesia. De ipso enim eadem ecclesia dicit: Dominus pars hæreditatis meæ. Et iterum à patre, filio dicitur: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Habet igitur Christus Ecclesiam in suo corpore & Ecclesia Christum in capite, quæ connexio, quia dissotiari non potest, merito dixit, dilectus meus mihi &c.

LIII.

Qui pascitur inter lilia.

Pascitur inter lilia Christus, quando corpus eius, quod est Ecclesia, Sanctorum & Virginum coetibus, decoratur.

LIIII.

Donec adspiret dies, & inclinentur.

Donec euangelica traditio in clariore luce proficiat, & figuræ ueteris testamenti, quæ uelut umbræ, in ritu sacrificiorum typicis obseruationibus præcesserunt, depellantur.

LV.

Reuertere similis esto dilecte mi.

Dum dilectum insinuat regredi, similemq; capreę & hinnulo dicit, Christi in cœlos ascensionem, mundis & uelocibus animalibus comparandam demonstrat. Hęc enim celeri saltu montiū altiora transiliunt. Supergressus est aūt Christus omnia quę uidentur excelsa, quia de ipso Apostolus dicit: Propter quod deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestriū, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est dei patris. Bethel autem interpretatur domus dei, ergo ideo super montes Bethel, quia omnibus sanctis, qui in cœlo & in terra sunt, Christum prædicat potentiorem.

LVI.

In lectulo per noctes quæsiui quem.

In his qui in fide dormitant, & ignorātiæ tenebris deleti sunt, quæsiuit Christum, quem diligit Ecclesia, sed uide quid sequitur: Quæsiui illum, & non inueni, dicit dominus ad Adam: In sudore uultus tui comedes panem tuum. Non enim qui uitio quodam uel sopore inertiæ resoluuntur, ad illius panis qui de cœlo descendit, esum cito perueniūt, sed qui sanctis laboribus inuigilauerint, ipsi eum reperunt.

LVII.

Surgam, & circuibo ciuitatem per.

Consyderaui omnem gloriam præsentis seculi, inspexi congregationes infidelium, & diuersas sectas philosophorum, sed nec illic reperi quem diligit anima mea.

LVIII.

Inuenerunt me uigiles qui custo.

Disputauerunt contra me seculi sapientes, idolorumq; cultores, multa inaniter perstrepentes, pluresq; libros irritis laborib us conficiētes, quibus dixi. Cur incassum superfluo conatu uexemini: Cur frustra uehementer ingenia uestra atteritis, num quem diligit anima mea, uidistis: Quandoquidem falso nomine sapientiæ gloriamini, stultam fecit deus sapientiam uestram, quia Christum illic inuenire minime ualuistis.

Mundi sapientia.

LIX.

Paululum cum pertransissem eos inue.

Cum pertransissem huiusmodi homines, qui in seculo uana scientia clari putantur, & cum eorum superstitiosis adinuentionibus restitissem, eorumq; sapientiam stultam iudicassem, inueni quem diligit anima mea. Inde est, quod Apostolus de talibus dicit, sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam autem non huius seculi, sed loquimur dei sapientiam in mysterio, quæ abscōdita est, quam prædestinauit deus ante secula in gloriam nostram. & quia ipsa sapientia, quæ Christus est, apud tales non reperitur, sequitur, quam nemo principum huius seculi cognouit, si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent, sicut scriptum est, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus his, qui diligunt illum. Sed quia apud spirituales inuenit illum, quem diligit sponsa, audi quid sequatur. Nobis autē reuelauit deus per spiritum suum, spiritus autem omnia scrutatur, etiam profunda dei.

LX.

Tenui eum, nec dimittam donec.

Ita nanque adhærebo Christo, in eius fide perseuerabo, donec ipsum in Synagogæ populis, tanquam in domo matris prædicans, introducam in cubiculum genitricis meæ, ut Iudæi qui eum hactenus negabant ore, corde recipiãt, illuminatisq; mentis oculis eorum. In cubiculum, in secreto sanctarum scripturarum consistentem, qui nobis olim reuelatus est, aliquando reperiant, uel tunc Christus in domum matris inducitur, cum ad Hierusalem cœlestem, Christianus populus, qui est corpus ipsius, sociatur. Vbi est quod oculus non uidit, nec audiuit, nec in cor hominis, &c.

LXI.

Adiuro uos filiæ Hierusalem.

Hanc sententiam iam in superioribus constituram, in quantum deus adiuuit, adhibitis testimonijs nos pertractasse meminimus. Sed idcirco iterum in hoc libro arbitror repeti, ne quisquam doctorum, uel muneribus solicitet, uel minis deterreat credituros, sed tantum quæ sancta sunt prædicet, & uoluntarie ad fidem uel religionem credituros, siue conuertendos adducat. *Ad fidem Christi, nemo cogendus.*

LXII.

Quæ est ista quæ ascendit per desertum.

Per desertum ascendit ecclesia, quando populus gentium fide occupans credentiũ multitudinem proficit. De ipsa enim in Psalmis canitur: Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua, in exitus aquarum. Virgulta fumi ex aromatibus, orationes dicit, quæ ex cordis compunctione ad dominum ascendunt à sanctis. Solet enim fumus lachrymas excitare. Myrrha & thus & uniuersi pulueris pigmẽta, mortificationis insignia, uel diuersa gratiarum, quæ in electis redundant dona, insinuant.

LXIII.

En lectulum Salomonis sexagin.

Lectulus Salomonis requies Christi est, quæ requies Ecclesia, conuenienter accipitur quam sub numero in Psalmis legimus electam. Quoniam, inquit, elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniã elegi eam. In sexagenario autem numero, quia sexagenarius totus suis partibus constat, & per denarium ascendit. Merito ex fortissimis Israël describuntur, qui præsente domino in Ecclesiæ custodiam deputantur. Ad ipsam etiam dicitur per prophetam. Super muros tuos Hierusalem, custodes cõstitui, tota die & nocte perpetuo non tacebunt. Omnes tenentes gladios ad bella doctissimi. Et uniuscuiusq; ensis super femur suum. Ipsis enim Apostolus dicit: State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induite loricam iustitiæ, & calciati pedes in præparationem Euāgelij pacis. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus quod est uerbum dei. Illi itaque sunt ad bella doctissimi, qui contra carnis suæ concupiscentias nouerunt repugnare. Et ille ensem super femur suum utiliter baiulat, qui carnales fluxus atque libidines, spiritali cibo mortificat. Quicunq; igitur huiusmodi in Ecclesia reperiuntur, hi fortes, ex fortissimis Israël contemplando deum, esse noscuntur. *Qui ecclesiæ præficiuntur, fortissimi sint necesse est.* *Qui ad bella doctissimi.*

LXIIII.

Ferculum fecit sibi rex Salomon.

Vbi ciborum exhibitio scribitur, illic credentium fides, quam Christus aduertitur. Nam cum dominus mulieri Samaritanæ ad puteum loqueretur, & illa regrediens maiestatem eius cæteris in ciuitate commanentibus nunciasset, discipuli eius superuenientes rogabant eum dicentes: Rabbi manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare quem uos nescitis. Et paulo post ex ciuitate illa, multi crediderunt in eum Samaritanorum. Horum fidem cibum sibi futurum ostendit, quando discipulis hoc se commẽsturum, quod illi nescirent, paulo ante prædixit. Sed in hoc loco, ut sequentia docent, nomen Ferculi magis instrumentum, in quo aliquid deferatur, uel sicut alia editio habet gestatorium, quàm ipsum cibum ostendit. De lignis lybani, de præcipuis in Ecclesia sanctis.

LXV.

Columnas eius fecit argenteas.

Suſtentacula Eccleſię pręparauit ex doctis uel Apoſtolis ſuis,ſicut Paulus uas electionis ad Galatas ſcripſit:Cum cognouiſſent,inquit,gratiam dei Iacobus,Cephas,Ioannes, qui uidebantur columnæ eſſe,dextras mihi & Barnabę dederunt ſocietatis.

LXVI.

Reclinatorium aureum.

In illis bene epulaturus Chriſtus reclinatorium inuenit, qui intellectu ſyncero præditi uelut aurum in ſancta congregatione refulgent.

LXVII.

Aſcenſum purpureum.

Aſcenſum purpureum Martyrum eximiam perfectionẽ in effuſione ſanguinis docet.

LXVIII.

Media charitate conſtruit prop.

Vt iſta omnia eccleſię ornamenta conſtrueret,nulla alia cauſa eſt, niſi quia dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis,oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis.

LXIX.

Egredimini,& uidete filiæ Sion.

Semper præ oculis habete ſanctę animę regem Salomonem, pacificũ noſtrum qui Chriſtus eſt, quemadmodum paſſionem ſuſtinuit,ut genus humanum ab interitu liberaret,inſpicite eum in diademate, quo coronauit eum mater ſua, in illa ſpinea corona quam capiti eius Synagoga ſuperpoſuit, in die deſponſationis eius. Tunc enim uniuerſam eccleſiam ſibi deſpondit,quando in patibulũ crucis aſcendens,ex eadem cruce ſignum in frontibus , omnes in ſe credentes edocuit, ſicut ipſe ait : Ego cum exaltatus fuero à terra, traham omnia ad meipſum. Qui dies paſſionis fuit etiam dies lętitię cordis eius. Scit enim Chriſtus quę bona per ſuam paſſionẽ,in progenies & multa tẽpora fidelibus cõdonauit.

Deſponſatio Eccleſiæ.

LXX.

Quam pulchra es amica mea.

Repetitio ſermonis commendat pulchritudinem quam laudat, uel ea ſanctorum genera,quę ſub ſpecie ſimilitudinum intromittit,conſyderanda pręmonſtrat.

LXXI.

Oculi tui columbarum abſque eo.

Simplicitas ſpiritualium plurimum ueneranda, quia ſe nec extollere nouerunt,& conſcia puritate,magis deo quàm hominibus placere contendunt.

LXXII.

Capilli tui ſicut greges caprarum.

Docet Apoſtolus mulieri capillos pro ornamento datos,& idcirco Eccleſia illos populos in ornamento quàm maxime habet,qui ex circumciſione primitus crediderunt,qui uenditis,& in uſum pauperum prorogatis facultatibus ſuis,habeant cor & animã unam, hi aſcenderunt de monte Galaad. Galaad interpretatur aceruus teſtimonij,ac ſic aſcenſus id eſt,profectus eorum proceſſit de teſtimonijs ſanctarum ſcripturarum, cum illic Chriſtum intellexerunt,in quem poſtea crediderunt.

LXXIII.

Dentes tui ſicut greges detonſarum.

Dentes prędicatores dicit, qui ea quę ſuſceperunt , ſalubriter comminuendum, in corpus Chriſti traijciunt. Hi detonſarum gregibus comparantur, quia expoſito utere homine,in nouitate ſpiritus proceſſerunt. Aſcenderunt quoq; de lauacro,cum accepta per baptiſmata remiſſione peccatorum profecerunt in Chriſto.

LXXIIII.

Omnes gemellis fœtibus & ster.

Omnes repleti in charitate Christi, & proximi, & quia ad misericordiam prompti, idcirco sterilis nemo inter eos.

LXXV.

Sicut uitta coccinea labia tua.

Raab illa meretrix, quæ saluari meruit, Israelitico populo associari, coccineum funiculum in signum salutis per fenestram suæ domus appendit. Quapropter illorum labia decora, qui passionem iugiter prædicant, & eius sanguinem, daram redemptionem annunciant, nilq; dulcius quod loquantur se inuenisse congaudent, sicut & Apostolus ait. Nihil me arbitror inter uos scire, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum.

LXXVI.

Sicut fragmen mali punici genæ.

Illi in facie ecclesiæ decorem efficiunt, qui comitante uerecundia, castitatem obseruāt, siue sancti Martyres, qui imitantes Christi passionem, roseo sanguinis sui decore perfusi sunt, absque eo quod intrinsecus latet, præter castitatis & martyrij meritum. Multa sunt & alia sanctorum bona, quæ ille nouit, qui ea in eorum corde concessit.

LXXVII.

Sicut turris Dauid collum tuum.

Turris dicitur perfectio uel doctrina sanctorum, quæ non à se, sed à Christo ædificata est, cum propugnaculis, tum sanctarum scripturarum testimonijs, quibus infideles uel hæretici debellantur.

Quibus propugnaculis hæretici debellandi.

LXXVIII.

Mille clypei pendent, ex ea omnis ar.

Potest hæc turris, scriptura Canonica ueteris & noui testamenti conuenienter intelligi, quæ per Spiritum sanctum, uelut turris excelsa, constructa est, mille clypei pendent ex ea. Hic numerus per plenitudinē uniuersitatis accipitur, sicut in psalmo: Verbi quod mandauit in generationes, tanq; diceret, in omnes generationes. Itaq; in hac sancta scriptura omnis armatura fortium reperitur, ex qua uel contra diabolum, uel contra ministros eius fortiter repugnaē, nam & ipse dominus, cum in deserto à diabolo tentaretur, ex hac turri arma produxit, cum eum prolatis ex sacra scriptura testimonijs usq; quaq; deuicit.

Quibus armis Christus aduersus diabolum usus est.

LXXIX.

Duo ubera sicut duo hinnuli ca.

Duo ubera ecclesiæ, duo sunt testamenta coaptata duobus hinnulis capreæ gemellis, id est, duobus populis, qui ex te nutriuntur, circumcisionis uidelicet & præputij, ex peccati traduce natis, quę tamen pascuntur in lilijs, dum sanctorum proficiunt pariter exemplis & doctrinis.

LXXX.

Donec aspiret dies, & inclinetur.

Donec, sicut Apostolus ait, absorbeatur quod mortale est.

LXXXI.

Vadam ad montem myrrhæ, & ad.

Coniungar his, qui se propter deum mortificando creuerunt, seq; illi offerendo odorem gratiæ propinare non desinunt.

LXXXII.

Tota pulchra es amica mea, &

Sicut dicit Apostolus, ut exhiberet sibi ecclesiam sine macula & ruga, nec hoc uacat, quod ait: Tota pulchra est, in omnibus scilicet pusillis & magnis. Sed sic, non solum in Martyribus, Confessoribus, eruditis Virginibus, sed etiam in continentibus eleemosynarijs ac pœnitentibus.

LXXXIII.

Veni de libano sponsa mea ueni.

Libanus

Libanus candor interpretatur, nisi enim quis candorem in sacro baptismate, quo peccatorum remissio datur, perceperit, ad Christum uenire non potest.

LXXXIIII.

Coronaberis de capite amana &c.

Seir interpretatur lucerna, Hermon consecratio, quæ omnia referuntur ad Christum, qui quos illuminat, consecrat, ipsosq; coronat, quos illuminans consecrauerit.

LXXXV.

De cubilibus leonum, & monti.

Euocatur Ecclesia de cubilibus leonum, & montibus pardorum, quando relicta elatione superba, uel diuersarum traditione sectarum, simplex & humilis uenit ad Christum.

LXXXVI.

Vulnerasti cor meum soror mea.

Vulnus istud cordis dilectio est. Ingentis amoris itaque in illo oculo, Ecclesia Christo complacuit, quoniam non temporalia, sed æterna prospexit. Sicq; iam in uno crine colli, quia nō ornari uisibilibus, sed futuris studuit, aut forte unus oculus & crinis colli, est credentis Ecclesiæ populus, quem Christus sic dilexit, ut animam suam poneret pro eo.

LXXXVII.

Quam pulchræ sunt mammæ tuæ.

Infirmi in fide suscipiendi. Quam admirandi sunt illi doctores, qui nascentes in fide homines nutriunt, & garrientium carnalium molestias populorum, tanquam piæ nutrices perferunt, donec quos spirituali lacte educauerant, ad perfectionem perducant.

LXXXVIII.

Pulchriora ubera tua uino & od.

Iam supra, ubera ista Apostolos, uel apostolicos uiros esse prædiximus, quorū doctrina uinum exuberat, ueteris scilicet legis traditionem, atque præceptum. Et odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Distributio gratiarum, quæ per Spiritum sanctum concessa est, quā Apostolus declarat, cum dicit: alij datur sermo sapientiæ, alij sciētiæ &c. in tantum præeminet, ut cunctas mundi uanitates exuperet.

LXXXIX.

Fauus distillans labia tua sponsa.

Fauus distillans labia tua, expositio scripturarum sacrarum, mel & lac in doctrina tua sub lingua tua, eo quod lacte paruulos nutris, in melle diuersorū uulnerum peccatorum putredines tollis.

XC.

Et odor uestimentorum tuorum sicut.

Dicit per Prophetam ad Hierusalem de sanctis: Viuo ego dicit dominus, quia omnibus his uelut ornamento uestieris, & circundabis tibi eos quasi sponsa. Proinde uestimenta Ecclesiæ, omnes uidelicet sancti, præclari in uerbis & operibus, reddunt suauitatem odoris.

XCI.

Ortus conclusus, soror mea sponsa.

Huic sponsæ, quæ uelut ortus concluditur, id est, Christi gratia, tam indissolubilis maceria circundatur, ut de ea Esaias Propheta dixerit: Non adijciet ut pertranseat pre te omnis incircumcisus & immundus. Potest etiam ortus conclusus, & fons signatus, ipsa mater domini sancta Maria intelligi, quæ uirgo concipiens, uirgoq; generans, conclusi orti & signati fontis intemeratum in se decus exhibuit.

XCII.

Emißiones tuæ paradisus malorum.

Profectus tui, congregatio sanctorum Martyrum, cum pomorum fructibus, cum reliqua fidelium multitudine, quæ iustitiæ dulcedine decoratur.

XCIII

XCIII.

Cypri cum nardo nardus & crocus.

Incorruptio & fortitudo, uirtutis martyrum, doctrina, bona fama, reperiuntur in uniuersis populis baptismate in Christo renatis.

XCIIII.

Myrrha & aloë cum omnibus pri.

Mortis Christi insignia cum præcipuis Sancti spiritus donis.

XCV.

Fons ortorum puteus aquarum ui.

Fons patens eruditio populorum, puteus profunditas doctrinarum, quæ fluunt impetu de lybano, cum feruore spiritus emittuntur à Christo.

XCVI.

Surge Aquilo, & ueni Auster persla.

Vnus Spiritus, id est, quia Aquilo atque Auster sunt diuersa uocabula, unius Spiritus sancti insinuant dona. Aquilo dum æstuantibus refrigeria præbet, Auster dum duros ad credendum, uel benefaciendum resoluit. Aquilonem autem in bonam partem poni, Psalmista docet, mons Syon latera Aquilonis ciuitas regis magni. Et rursum Ezechiel Propheta: Est super me manus domini, & uidi, & ecce spiritus fulgēs ueniebat ab Aquilone. Et quoniam in duobus unus aduertitur, non ait perflate, sed persla ortum meum, & fluant aromata illius, inspira credentem populum & redundent bona opera eius. *Vnde bona opera.*

XCVII.

Veniat dilectus meus in ortum suum.

Ingrediatur in ecclesiam suam, & delectetur in operibus sanctorum suorum, uel, pascatur à fidelibus in pauperibus, retributurus pro temporalibus regnum æternum.

XCVIII.

Veni in ortum meum soror mea.

Festina ad regnum meum plebs nomine meo ditata, soror mea, de sanguine meo, sponsa mea in fide mea, sicut & Oseas Propheta dicit: Desponsabo te mihi in fide.

XCIX.

Messui myrrham meam cum aro.

Suscipe qui propter me passi uel mortui sunt, cum meritis eorum martyres meos.

C.

Comede fauum, cum melle meo.

Eos qui tenera uel uehementiore doctrina ueteris & noui testamenti eruditi sunt, suscipe in corpore meo.

CI

Comedite amici, & bibite & ine.

Dicit dominus in Euangelio ad Apostolos: Iam non dico uos seruos & amicos. Petro autem Apostolo in illo uase de cœlis emisso, in quo ei diuersa genera animaliū sunt ostensa, dictum est: Petre macta & manduca, id est, mortifica quod sunt, & quod ipse es effice. Ergo comedite amici & bibite. Sit uobis lætitia de conuersione populorū in uestram transeuntium unitatem.

CII.

Ego dormio, & cor meum uigilat.

Propter Christum mori paratus sum, sed post mortem cum ipso regnaturū me esse credo. Ego etiam à temporalibus delectationibus consopitis quodammodo sensibus conquiesco, sed futura desydero, æternaq; conquiro.

CIII.

Vox dilecti pulsantis.

Dicit in Apocalypsi ipse dominus, ego sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi, introibo cum illo & cœnabo cum ipso, & ipse mecum. Pulsat dominus quando quę bona sunt, uel per doctrinam docet, uel occulta inspiratione sanctorū corda ad benefaciendum instigat.

instigat. Vel hæc est uox pulsantis in Euangelio: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos.

CIIII.

Aperi mihi soror mea amica mea.

Aperiri sibi petit Christus uel in obedientia infidelium, uel in fide Gentiū uocatarum. Tunc enim ostium illi aperitur, quando ea quæ præcepit adimplentur, uel quando in his, qui crediderunt ei per fidem introitus reseratur. Soror Christi est Ecclesia de sanguine eius. Amica, quia per mortem eius reconciliata, columba de Spiritu sancto, immmaculata baptismi sacramento.

CV.

Quia caput meum plenum est ro.

Hi qui principali honore in Ecclesia præeminere uidentur quasi caput in Christi corpore aduertuntur, & qui in ipsa fideliū congregatione sacramenta uisibilia administrant, ueluti cincinni describuntur. Sed quia plerunq; mortales homines, uitijs uel tenebrarum operibus inficiuntur. Hi ergo uelut guttis noctium prægrauati Christo quasi capiti adhærere uidentur. Sed de quibusdam Apostolus ait: Ipsi Christum non syncere annunciāt. Propterea uox sponsæ uelut pro talibus ingemiscentis subsequitur.

CVI.

Spoliaui me tunica mea, quomodo.

Veniens ad fidem, ueterem hominem secundum pristinam conuersationem deposui, & indui nouum, qui secundum deum creatus est. Si quid etiam contagij dum in terrenis gradior pedibus meis accessit, Christo lauante ablutum est, & nunc ministros sacramentorum per quos ornari debeo, carnalibus infectos uitijs non sine mœrore conspicio. Et idcirco quia malis quibus renunciaueram, in quorundam præuaricatione me fuscari persentio, spoliaui me tunica mea quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos lugubri corde pronunrio, tanquam apertius loquens. Nunquid condecet ut ue stibus peccatorum quibus credens me exui iterum induar? Aut sordibus quibus abluta sum rursus male uiuendo inquinari me patiar, uel si oportet ut à profectu ad defectum, uel à nitore iustitiæ ad peccatorum nigredinem male conuersando regrediar.

Ministri sacramentorum ornare debent ecclesiam.

CVII.

Dilectus meus misit manum suam.

Misit manum suam per foramen, quando me per passionum angustias transire perdocuit, & uenter meus conturbatus est ad tactum eius, quando imminēte persequutione infirmiores mei conturbati contremuerunt acerbitate pœnarū, quæ mihi illatæ sunt ex permissu eius. Tactus autem iste aduenientis plagæ intelligitur cruciatus, secundum illud in Hiob dicente satana ad dominum: Alioqui tange ossa & carnem eius nisi in faciem benedixerit tibi.

CVIII.

Surrexi, ut aperirem dilecto meo.

Euigilans, corde Christum confessa sum, nec deterrita supplicijs corporalibus in passionibus, & in operibus meis confessorum mortificatio, & in electis adparuit in conspectu domini mors preciosa sanctorum.

CIX.

Pessulum ostij mei aperui.

Omni dubietate remota Christo credidi, eumq; ineffabili amore dilexi, & clara uoce in nationibus prædicaui, atque ut mihi adesset in tribulationibus inuocaui.

CX.

At ille declinauerat.

In hoc quasi declinauit atq; transiuit, cum me persequentibus tradidit & iniquis, & ut in meum corpus desæuirent, ipse permisit.

CXI.

CXI.

Anima mea liquefacta est.

Promissiones eius audiens aestuaui desyderio, quando beatos esse qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum coelorum, eodem promittente cognoui.

CXII.

Quaesiui, & non inueni illum uoca.

Sic in conculcatione malignantium derelicta sum quasi auxiliator nõ esset, & qui ab inimicis defenderet, subuenire nõ posset, sicut & beatus Iob in passione positus, dixit, Clamo ad te, & non exaudis me, sto & non respicis me. Inmutatus es mihi in crudelem, & in furore manus tuae aduersaris mihi.

CXIII.

Inuenerunt me custodes, qui cir.

Comprehenderunt me seculi potestates, qui quasi Rempub. regere noscuntur.

CXIIII.

Percusserunt me, uulnerauerunt me plagis.

Et supplicijs in corpore meo debacchati sunt, & onerantes uinculis in carceribus cõcluserunt. Prolongantes exquisitis cruciatibus uitam, nec mortem celeriter inferẽtes, ne faciliter ab illatis poenis exui possem.

CXV.

Tulerunt pallium meum custo.

Etenim quando Ecclesias ad solum usq; demoliti sunt, & altaria simul cum Euangelijs & caeteris libris Canonicis ignibus cremauerunt, quando sacerdotes concluserunt ad metalla condemnatos, quando nec sacrificando locus, nec baptisandi libertas, nec cõmunicandi est attributa licentia. Cum haec omnia persecutores agerent, tunc quodammodo sponsae Christi, id est, Ecclesiae, quasi quoddam pallium abstulerunt.

CXVI.

Adiuro uos filiae Hierusalem si.

Sanctos quoq; coniurat si per istas tribulationes ad ipsum cõtempta uita mundi peruenient, ut insinuent Ecclesiam in his persequutionibus constitutam ineffabili circa deum dilectione feruentem, nec tantis & tam horrendis angustijs ullo modo frigescentem.

CXVII.

Qualis est dilectus tuus ex dile.

Vox interrogantium electorum, & fidem ecclesiae ex eius responsione inquirentiũ. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, id est, qualis est deus ex deo, uel filius à patre, in similitudine omnium aequalitatem declarans personarum. Qui enim non discernũtur in unius esse naturae, & in eadem permanere creduntur gloria maiestatis.

CXVIII.

Dilectus meus candidus & rubi.

Candidus, quia in principio erat uerbum, & deus erat Verbum. Rubicundus quia ex uirgine genitus. Verbum caro factum est, habitauit in nobis. Candidus in uirginitate, rubicundus in passione, sicut & propheta de eodem dicit. Quis est iste qui uenit de Edom tinctis uestibus de Bosra. Edom sanguis interpretatur, & idcirco ab effusione sanguinis rubicundus. Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suae. Electus ex milibus. Ipse est de quo in Psalmis: Quis similis erit deo inter filios dei, Et iterum; Speciosus forma prae filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis.

CXIX.

Caput eius aurum optimum.

Legimus in Apostolo caput uiri Christus. Caput autẽ mulieris uir. Caput uero Christi deus. Et ideo sicut in metallis nihil simile auro, ita nec in creaturis quicquam comparabitur creatori. Est autem caput Christi deus, secundum quod paulo ante ex Euangelio cõmemorauimus, In principio erat Verbum, &c.

CXX.

Comae eius sicut elatae palmarum.

Hi equidem sancti, capiti suo, id est, Christo adhaerere noscuntur, qui in similitudine

corui se peccatores agnoscũt. De quibus est ille qui dicit, si iustum me uol..erim facere coram te os meum condemnabit me. Et rursum alius: Quon iam iniquitatem meã ego agnosco. Et consona uoce Ioannes cum electis pronunciat, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Si uero confessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est, qui nobis peccata dimittat, & mundat nos ab omni iniquitate. Similiter & Paulus: Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere quorum primus ego sum. Et quia omnis secundum Euangelium qui se humiliat exaltabitur, hi qui se confessione peccati deijciunt, secundum quod in hoc libro scribitur, palmarũ proceritati non immerito comparantur.

CXXI.

Oculi eius sicut columbæ super.

Spiritu sancto repleti, electi eius absq; ullo felle amaritudinis permanẽt, & scripturarum riuulis populum imbuunt.

CXXII.

Quæ lacte sunt lotæ.

Exinde mundiores effecti, quia Christum in carne natum fide non dubia credunt, & sacramento uisibili se renatos, ablutos & nutritos agnoscunt, resident iuxta fluenta plenissima, id est, inter sancti spiritus affluentissima dona.

CXXIII.

Genæ illius sicut areolæ aromatum.

Sicut enim in oculis columbarum, iure Apostolos accipimus spiritu sancto repletos, ita & in genis, quæ uicinæ sunt oculis, eas ecclesias, quæ per Apostolos crediderũt, quæ uelut areolæ aromatum, suauissimum odorem ex sancta conuersatione producunt, consitæ à pigmentarijs, pijs scilicet prædicatoribus, ad quos Apostolus ait: Tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es.

CXXIIII.

Labia illius distillantia myrrham.

Doctores eius spiritu, uel etiam carne uirginis, in hocq; passionem eius prædicantes, ut pro illo, qui pro nobis mortuus est, non recusent mortem.

CXXV.

Manus illius tornatiles aureæ.

In manibus Christi deputantur, qui ea quæ bona sunt, operari non desinunt. Idcirco tornatiles aureæ, quia ad omne opus bonum semper paratæ, plenę hyacinthis, secundum illud Apostoli, diuites in operibus bonis facile tribuentes, & thesaurizantes sibi fundamentum bonum in futuro, ut adprehendant ueram uitam.

CXXVI.

Venter eius eburneus.

In uentre ipsius deputantur, qui credentes in fide parturiunt, & eburneus etiã ipse uẽter fons baptismi ex quo renascimur, non inconuenienter accipitur, & quia eboris defuncti animãtis speciosa, & incorruptibilia ossa noscuntur, propterea nobis ab Apostolo dicitur: An ignoratis, quia quicunq; baptisati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptisati sumus. Consepulti enim sumus cum illo in baptismum per mortem, ut quomodo surrexit Christus per gloriã patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Distinctus sapphyris, adornatus ex se progenitis & in confessione clarissimis sanctis.

CXXVII.

Crura illius columnæ marmoreæ.

Crura quæ totum corpus baiulant, ipsi sunt sancti, qui domum ecclesiæ, uelut marmoreæ columnæ fundatæ super bases aureas describũtur. Hi enim iusti qui cæteros charitate subportant, & scripturarum consolationibus fulciuntur. Sicut ait Apostolus: Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorũ sustinere, & non nobis placere. Et paulo post, tam quam bases aureas, scripturas sanctas insinuat, dicens, quæcunq; scripta sunt, ad nostrã doctrinã scripta sunt, ut per patientiã & consolationem scripturarum spem habeamus.

CXXVIII.

Species eius ut lybani electus ut.

Omnes sancti qui suauissimum odorem, ex bona cõuersatione dederũt, & in incorruptionis

ptionis integritate perdurant,deo autore,tantorum bonorũ gratiam perceperunt.

CXXIX.

Guttur illius suauißimum.

Hi qui mysteria eius exponunt,& in lege ipsius quotidie meditãtur,in sacra doctrinã saporem suauissimum administrant.Et totus desyderabilis, ubi illud adimplebitur quod beatus Ioannes in Epistola sua dicit:Charissimi nunc filij dei sumus, & nondum adparuit quod erimus.Scimus quia cum adparuerit similes ei erimus, & uidebimus eum sicuti est.

CXXX.

Talis est dilectus meus & iste est.

Ad has gratiarum uarietates,& ad ista mysteriorum ornamenta iustos intendere persuadet,cum sponsi decorem in eius membris contemplandum insinuat.

CXXXI.

Quo abijt dilectus tuus ô pulch.

Tanquam scrutantes atq; dicẽtes,quia tantam pulchritudinem eius exposuisti,ut ad quærendum eum nostrum cor ardens efficeretur,nunc ostende quò abierit, uel ubi declinauerit.Bene autem adpellatur Ecclesia uirgo,pulcherrima mulierum,quia de ea Paulus sic fidelibus loquitur:Despondi uos uni uiro ut uirginem castam exhiberem Christo.Et congrue de ipso dicit:Quo abijt,quò declinauit dilectus tuus. Declinauit enim quodammodo cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit,formam serui accipiens in similitudinem hominum factus,& habitu inuẽtus ut homo,humiliauit se usq; ad mortem,mortẽ autem crucis.Igitur qui excelsum quæsierit in forma dei,non eum reperiet,nisi credat in formam serui, in qua se idcirco humiliauit,ut nos iacentes erigeret.

CXXXII.

Dilectus meus descendit ad ortum.

Descendit in ortum suum,quando uisitauit in aduentu suo Israël populum suum, sicut ipse ait:Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Areolam autem aromatis,ipsam sanctam Mariam uirginem intelligendam accipimus,ex ea quippe nobis odor iustitiæ ortus est,Dominus Iesus Christus.

CXXXIII.

Vt pascatur in hortis & lilia.

Vt regnet in gentibus,uel in Ecclesijs delectetur ut ex eis uirgines quosque uel sanctos assumat.

CXXXIIII.

Ego dilecto meo,& dilectus me.

Ego Christi regnum,& ille rex meus:ego corpus ipsius,et ipse caput meum.Pascitur inter lilia cum in corde uirginum requiescit,uel cum illic per gratiam quã ipse tribuit, quotidie augetur & proficit.

CXXXV.

Pulchra es amica mea pulchra &c.

Pulchra per iustitiam,suauis & amica,quia semper pacifica,decora sicut Hierusalem. Dicit dominus in Euangelio:In resurrectione non nubent neq; nubentur, sed erunt sicut angeli in cœlo.Merito autem Ecclesia,sicut Hierusalem decora descibitur,cui in æternũ similitudo angelorum à domino condonatur.

CXXXVI.

Terribilis sicut castrorum acies.

Quanti tyranni & persecutores unà cum autore suo diabolo, conati sunt Ecclesiæ uirtutem dirumpere,& præualere nullo modo potuerunt.Habet enim sancta Ecclesia castrorum aciem ordinatam,quando imminente Christo nec martyres persecutio nec uirgines carnalis delectatio,nec misericordes cupiditas,nec humiles temporalis gloriæ deuicit ambitio.

CXXXVII.

Verte oculos tuos à me,quia ip.

Non me semper in corpore cõspiciendum requiras,quẽ spiritu per fidem melius cernis.Idcirco etenim in cœlos ascendi,ut nõ semper localis tibi adpaream, qui sic omnia di

uinitatis meæ præsentia repleo, ut ubicꝗ adsim, cunctaꝗ contineã, & à nullo loco cõtinear.

CXXXVIII.

Capilli tui sicut greges caprarum, dentes tui sicut grex ouium, quæ, omnes gemellis fœtibus & sicut cortex mali punici genæ.

Hos quatuor uersus, bis in hoc loco constat esse descriptos, quos deo donante, iam in superiori loco tractauimus, in quibus tamen Iudæorum & Gentilium populos conuertẽdos, cum geminæ dilectionis fructu prædixit, & martyrum gloriam cum eorum meritis declarauit.

CXXXIX.

Sexaginta sunt reginæ, & octua.

In sexagenario numero, qui ascendente senario, per denarium adimpletur, omnem bonorum perfectionem, quæ ex legis præceptis consumatur, agnoscimus. Quemadmodum autem ipse senarius, totis suis partibus cõstet, breuiter aduerti: nam sexta pars eius, unius, tria, duo, media autem tria esse probatur. Vnum autem & duo & tria, sex esse qui nesciat, quod in alio numero, distributis partibus, & in unum reductis, ita adimpleri difficile inuenitur. Itaꝗ reginæ perfectæ sanctorum animæ, quæ non sunt, peccatorum ancillæ dicuntur. Sic enim scribitur: Vbi spiritus domini, ibi libertas. Concubinæ autem quę sunt Agar, in seruitutem generat, in illis qui suscepto semine uerbi dei, non spiritualia, sed carnalia sapiunt, merito deputantur. Adulescentularum autem, quarum non est numerus, eorum est multitudo, qui, quæ semper sancta sunt audire parati sunt, nec tamen quæ audiunt operibus adimplere contendunt, de quibus Apostolus dicit: Semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Et licet ista sint genera hominum, qui Christo tanquam per doctrinam ipsius socientur, attamen quia in electis non diuersitas, sed unitas commendatur, audi quid sequitur.

CXL.

Vna est columba mea perfecta.

Columba quia simplex est, & spiritualiter sapit: perfecta, quia mundum relinquens, me magis quam temporalia, aut se, diligit, secundum illud: Si uis perfectus esse, uade & uẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me.

CXLI.

Vna est matris suæ electa.

Matris suæ cœlestis Hierusalem, de qua Apostolus dicit, quæ autem sursum est, Hierusalem mater nostra est. Vna est ergo illi, quia in futura beatitudine, ipsa tantummodo consociabitur illi.

CXLII.

Viderunt illam filiæ, & beatiß.

Quæ enim sanctæ sunt animæ, quæ Ecclesiam non miris laudibus efferũt, cum etiam nec concubinæ, id est, carnales, in eius præconio sileant, quando eam inuictam in martyribus, & uictricem in uirginibus admirantur.

CXLIII.

Quæ est ista quæ progreditur quasi.

Consurgit quasi aurora, cum spretis tenebrarum operibus, caste & sobrie uiuit in cõiugatis: pulchra ut luna, cum in continentibus candido nitore resplendet: electa ut sol, cũ in uirginibus perfectionis decore refulget, sicut illa bona terra in Euãgelio, quæ suscepto in semine uerbi dei tricesimum & sexagesimum, atꝗ centesimum fructum perduxit. Terribilis ut acies ordinata. An non terribilis, quæ gentium ritus, idolorumꝗ cultus subuertit, & ipsa in fide Christi perdurans, à gentibus superari non potuit: Est & in eo terribilis multum, cũ ei in Petro datur illa potestas, ubi dicitur: Quæcunꝗ ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunꝗ solueris super terram, erunt soluta & in cœlo.

Ecclesia terribilis.

CXLIIII.

Descendi ad ortum nucum, ut ui.

Ortus nucum, Canonem ueteris & noui testamenti designat. Species enim nucum aliud ostendit in cortice, & aliud retinet in medulla. Quod si quis in scripturis sanctis non discreuerit, & quodammodo uelut in nucis corticibus interna non quæsierit, ad partum spi-

tum spiritualis intelligentiæ peruenire non potest. Quod autem ait, ut uiderem poma cõuallis, ut uiderem fructum humilimæ in ecclesia plebis, sicut in Psalmis canitur: Quoniã tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis.

CXLV.

Vt inspicerem si floruissent uineæ.

Vt probarem si in tantũ profecisset ecclesia, ut germinarent in ea, qui ad martyrĳ per sectionẽ adtingerent, & rubicundã propter Christi sui sanguinis effusionẽ pulchri essent.

CXLVI.

Nesciui anima mea conturbauit.

Quid nesciuit Christus, nisi peccatum. Nesciuit etiam illos, qui in Euangelio dicunt: Domine, nõne in tuo nomine prophetauimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus. Et tũc, inquit, dicã illis: Amẽ dico uobis, quia nescio uos, nõ quod eos quales essent nesciret, sed quia nihil boni ex ipsis esse recognouit. Anima mea cõturbauit me, ꝑpter quadrigas Aminadab. Aminadab istũ quoq; in Christo genealogice reperim⁹. Vnde & has quadrigas in bonam partem accipiendas esse cognoscimus, in quibus Euangelistas non incongrue accipimus. Porro autem quod ait: Anima mea conturbauit me, hæc conturbatio non est tranquillitati contraria, sed solicitudini congruens reperitur, secũdum illud quod ad Martham in Euangelio dicitur: quid solicita es, & turbaris erga plurima. Et in Psalmis: Commouisti terram, & conturbasti eam, sana contritiones eius, quia mota est. Vnde uero omnis Euangeliorum narrationes manant nisi per Spiritum sanctum, secundum illud Ezechielis prophetæ, quocunq; spiritus ibat, illuc & rotæ pariter ferebantur.

CXLVII.

Reuertere reuertere Sunamitis, &c.

Bis Sunamitem istam in libro Regum laudabili in loco reperimus constitutam, id est, tam illam quæ Dauid regi in senectute ministrauit, & in eius complexu uirgo quidẽ pulcherrima permansit, quàm etiam illam cuius Heliseus filium ex promissione natum, & post hoc mortuum suscitauit. Quapropter in hoc nomine, sanctam Ecclesiam accipiendã esse quis dubitet? Frequenter uero ei, Reuertere dicitur, quæ quondam in illo iuniore filio in regionem longinquam abiens auersa fuerat, tunc etenim reuersa, quando ad deum ex corde conuersa est. Aut idcirco tam crebro ei reuertere dicitur, ut etiam si conuersa deliquerit, desperatione non decidat, sed à peccandi consuetudine spei indulgentia resipiscat. Quæ uox ad sanctos utiq; comprobatur, qui conuersæ pulchritudinem desiderãt intueri.

CXLVIII.

Quid uidebitis in Sunamite, nisi.

Quid in Ecclesia intuendum est nisi dispositio eorum, qui semper in procinctu tanq; in castris constituti, contra diabolum dimicare non cessant, idcirco utiq;, ne fideles fidem amittant, ne religiosi apostatæ efficiantur eleuati, ne misericordes auaritia obdurentur, ne pœnitentes reuertantur ad uomitum, ne uirgines integritatis decore careant, ne continẽtes castimoniæ nitorem amittant. Hi sunt in Ecclesia chori castrorum iugiter in certamine constituti, & deo muniente semper inuicti.

CXLIX.

Quàm pulchri sunt gressus tui.

Quàm admirandi profectus in his, qui Verbum dei annunciant, in Ecclesia Christi, sicut Apostolus scriptum in propheta commemorat. Quàm speciosi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona? Et iterum ipse: Calciati pedes in præparatione Euangelĳ pacis.

CL.

Iunctura femorum tuorum.

Iunctura femorum tuorum ex circumcisione & præputio uenientium, societatem ad uertimus populorum, id est, ut tam illi qui ex femore Abraham secundum carnem propagati sunt, quàm illi qui in semine eius, id est, in Christo meruerunt, cum in unitatem fidei copulantur, tanquam monilia quæ fabricata sunt manu artificis, describuntur. Quis enim artifex tanquam monilia, hos in fide populos sociauit, nisi ille de quo Apostolus ait: Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unum.

CLI.

Vmbilicus tuus crater tornatilis.

Hi qui non extremo, sed in medio Ecclesiæ corpore commorantur, umbilicus dicuntur. Crater tornatilis uasa sunt utilia, in eo tornatilis, quia ad obediendum, uel ad omne opus bonum parati, nunquam indigent poculis, quia spiritus sancti gratia semper repleti sunt.

CLII.

Venter tuus sicut aceruus tritici.

Qui semper sancta scripturarum alimenta percipiunt, & ea quæ sunt salutaria infra se congerunt, in uentris similitudine deputantur, hi uelut aceruus tritici congestus lilijs merito pronunciantur, quia ex doctrina sana, ex qua quotidie replentur, multos affatim reficiunt, quæ doctrina in tantum proficit, ut etiam ad uirginitatis obseruantiam pijs persuasionibus multos adducat.

CLIII.

Duo ubera sicut duo hinnuli.

Duo testamenta, duobus hinnulis capreæ, id est, ex peccati traduce uenientibus populis coaptata. Ex his enim operibus nutriuntur, qui originali peccato obnoxij, in Christo tanquam hinnuli, renascuntur.

CLIIII.

Collum tuum sicut turris eburnea.

Notitia scripturarum, quæ frequenti meditatione conquiritur, uelut turris eburnea, in colli pulchritudine designatur. Idcirco autem turris eburnea, quia qui uerbo dei assistunt, cotidiano profectu per nitorem iustitiæ in excelsiora proficiunt.

CLV.

Oculi tui sicut piscinæ in Esebon.

Spirituales doctores tui constituti in porta, in Christo, sicut aquæ irriguæ ad erudiendos populos. Idcirco namque piscinæ, quia Spiritus sancti repleti sunt scientia. In alio libro ipse etiam Salomon dicit: Extruxi piscinas aquarum, ut irrigarem syluas lignorum germinantium.

CLVI.

Nasus tuus sicut turris libani.

Nasus Ecclesiæ illi sunt, qui odorem iustitię, qui est in Christo, percipientes, ad cordis interna traijciunt. Hi qui in magna uirtute consistunt, sicut turris libani disponuntur. Libanum autem candorem esse iam superius diximus, horum proceritatis candor, respicit contra Damascum, quia sapientia eorum quæ ex deo est, illuminat mundum.

CLVII.

Caput tuum ut Carmelus & comæ.

In Carmelo monte sancti Helias & Helisæus sæpe receptaculum habuere, quapropter in capite Ecclesiæ domino nostro Iesu Christo, quo sublimius nil est tanquam in monte Carmelo & iusti habitaculum, & multitudo populorum, tanquam diuersitas animaliũ, sapientiæ percipiunt alimentum. Comæ capitis istius, sicut purpura regis iuncta canalibus. Eminentiores quippe sancti, beati uidelicet martyres Christo consimilati, per purpurã regalibus ornamentis, & salutaribus semper copulatio intelligitur doctrinæ.

CLVIII.

Statura tua adsimilata est palmæ.

Perfectio tua peruenit ad præmiũ, & doctores tui dulces effecti sunt per Spiritũ sanctũ.

CLIX.

Dixi, ascendam in palmam appre.

Illi in palmam ascendunt, qui in Christi cruce proficiunt, de quibus Apostolus dicit, qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt, cum uitijs & concupiscentijs, id est, ipsi autẽ fructus huius palmæ, sanctæ crucis præmia consequuntur, qui illud, si tamen compatimur, ut & glorificemur, cum eodem Apostolo dicunt.

CLX.

Et erunt ubera tua sicut botri uine.

Nec etenim alij reperiuntur, qui nascentes in fide enutriunt, nisi doctores Ecclesiæ.

CLXI.

CLXI.

Et odores tui ſicut malorum.

Et ſuauitas eruditionis tuæ per eos propagabitur, qui ſobrie & iuſte uiuēdo, odorem bonæ conuerſationis propinare non deſinunt.

CLXII.

Guttur tuum ſicut uinum optimum.

Poſſunt etiam in gutture illi ſancti intelligi, per quos lex & Prophetæ & Euangelica doctrina pronunciata eſt, quæ utiq; ſancta ſcriptura eximio ſapore prædita, ut uinum optimum redolet, ac reſplendet, & per Spiritum ſanctum potantes inebriat.

CLXIII.

Dignum dilecto meo ad potan.

De hac ſacra ſcriptura Chriſti potāt, cum ex ea Chriſtiani, qui ſunt membra ipſius miris modis & incomparabili dulcedine ſatiantur.

CLXIIII.

Labijsq; & dentibus illius ad ru.

Labia & dentes Chriſti, doctores Eccleſiæ, hi quod ſanctū eſt, ruminare non deſinūt, cum ea quæ ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, cotidie meditantur.

CLXV.

Ego dilecto meo, & ad me con.

Huic dilecto ex uoce Eccleſiæ dicitur: Adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua. Videamus & alibi, quomodo ipſa dilecto ſuo loquatur: Nos autem populus tuus, & oues gregis tui. Et, quomodo ad me conuerſio eius, dicit Propheta. Eritq; antequā clament, ego exaudiam, adhuc illis loquentibus, ego exaudiam, dicit Dominus. Sed nulla eſt ad Eccleſiam tam euidens Chriſti conuerſio, niſi cum Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

CLXVI.

Veni dilecte mi, egrediamur in.

Egreditur Chriſtus cum Eccleſia in agro, quando ſanctis præditis uiſitat mundum, ſicut in Euangelio ſcriptum eſt, qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis, ager eſt mundus. Commoremur in uillis in populis credentibus circumquaq; diffuſis, in quibus Chriſtus per fidem habitat, non ſine Eccleſia cum eoſdem ipſos in ſuis membris reputans, ſuā efficit Eccleſiam.

CLXVII.

Mane ſurgamus ad uineas.

Vt animæ quæ per fidem coli iam meruerunt, in matutinis Chriſtum reſurrexiſſe cognoſcant, ne ultra de ſui corporis reſurrectione diffidant.

CLXVIII.

Videamus ſi floruit uinea.

Appareat, ſi fideles, quæ corde crediderunt, ore pronūcient, ſicut Apoſtolus ait: Corde creditur ad iuſticiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, uel ſi flores fructus parturiūt, ſi in eis per ſancta deſideria pietatis opera prodierunt.

CLXIX.

Si floruerunt mala punica.

Si illi qui in Chriſto crediderunt, in tanta dilectione proficiunt, ut etiam occidi pro ipſo omnibus modis delectentur. Vis uidere malum punicum, audi in Actibus Apoſtolorū Paulum Apoſtolum: Ego, inquit, non ſolum iudicari in Hieruſalem, ſed & mori pro Chriſto paratus ſum.

CLXX.

Ibi dabo tibi ubera mea.

In hac ſancta confeſſione ſociabuntur tibi doctores mei comparati, ut patiantur pro te, qui quoq; ſine fine regnabunt apud te.

CLXXI.

Mandragoræ dederunt odorem.

Hi qui alta radice in fide fundati ſunt, & quadam diſciplinæ uel parſimoniæ auſteritate uigere noſcunt publicis prædicationibus populos inſtruxerūt, odorē ſuauitatis ex cōuerſatione ſanctiſſima propinantes.

S 4 CLXXII.

CLXXII.

Omnia poma noua & uetera.

Quoniam tam in patriarchis & prophetis, quam in apostolis & martyribus, ego ipse noua & uetera seruaui tibi, quia illi te pronunciauerunt, & crediderunt uenturum, isti prædicare non desinunt ex uirgine natum, ac pro salute omnium passum, & post resurrectionem in cœlos assumptum.

CLXXIII.

Quis mihi det te fratrem meum.

Sugit ubera matris Christus, cum mysterijs priscæ legis reficitur Christianus populus, uel cum eum spiritualibus sacramentis doctores, & pijssima expositione, tanquam uero lacte reficiunt.

CLXXIIII.

Vt inueniam te foras & osculer.

Vt te, inquit, quem ueteris testamenti figuræ regebant, per Euangelium, ego in ueritate reperiam. Et bene ait, te foris inueniam, quia & illi iuniori filio, de regione lōginqua redeunti, pater in occursum regressus est, ut deosculer, inquit, te, ut tibi reconciliari merear, & iam nemo me despiciet, uidelicet ut non dicatur Petro pro Cornelio, quem gratia Spiritus sancti præuenerat: Quare introisti ad uiros præputium habentes, & manducasti cum illis, sed ipse Petrus pronunciet: In ueritate comperio, quoniam personarum acceptio non est apud deum, sed in omni loco, & in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.

CLXXV.

Apprehendam te & ducam te in.

Cum enim te apprehendero, tibiq; per fidem adhæsero, restat ut introducam te in domum matris meæ, in congregationem uidelicet Hierusalem, illuc utiq; te introducā, quando cum omnibus bonis, quæ per tuam gratiam cōsequuta sum, etiam ipsa perduci eò, hoc est ad cœlestem Hierosolymam meruero.

CLXXVI.

Ibi me docebis, & dabo tibi poc.

Ibi me docebis, ut iam non in ænigmate per speculum, sed facie ad faciem uideam, & non ex parte sicut nunc, sed tūc cognoscam, sicut cognitus sum, ut ille ait: Et dabo tibi poculum ex uino condito, & mustum malogranatorum meorum, quādo optimos & dulcissimos protulero martyrum & sanctorum fructus, & filij hominum qui in umbra alarum tuarum sperant, inebriabuntur à pinguedine domus tuæ, & torrente delitiarum tuarum potabis eos.

CLXXVII.

Leua eius sub capite meo, & dex. Adiuro uos filiæ Hierusalem, ne.

Hæc quæ in hoc loco scripta sunt, in superioribus iam prædicta, & Christo illuminante, reperiuntur exposita. Sed idcirco arbitror iterato in hoc libro conscripta, ut uehementius cordi insideant, & bis insinuata uiuaciori memoria renouentur. Hæc iubent spernenda temporalia, & infra nos posita, uelut sinistram sub capite constitutam edocent, & cœlestem gloriam, quæ nos ex superiori parte, tanquam dextera complexatur, expectādam admoneant, uel illud, ut seruituri domino, uoluntarij non inuiti, quæ sunt sancta perficiāt, secundum quod Petrus Apostolus docet, pascite, qui in uobis est gregem dei, nō coacti, sed spontanei.

CLXXVIII.

Quæ est ista, quæ ascendit de de.

Bene de deserto ascendere describitur, cui propheta dicit, pro eo fuisti derelicta, & odio habita, & non erat qui pertransiret, de cuius etiam filijs in Psalmo canitur: Errauerūt in solitudine, in siccitate uiam ciuitatis habitationis non inuenerunt. Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit, & clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos, & deduxit eos per uiam rectam, ut irent in ciuitatem habitationis. Idcirco sequitur.

CLXXIX.

Delitijs adfluens.

Vnde & populus Israël à deserto egrediens, in terrā promissionis lacte & melle fluentem

tem ingreditur,& ille filius,qui de filiquis porcorum pasci cupiens,saturari non poterat, ad conuiuium quod de pingui occiso uitulo pater præparauit, reficiendus inducitur. Has delitias à deserto ueniens ecclesia, in Christo multiplices reperit, & nixa super dilectum scribitur,quia ad ipsam per prophetam idem dilectus dicit:Ego feci,ego feram,ego portabo,& ego saluabo.

CLXXX.

Sub arbore mali suscitaui uos.

In odorifero crucis patibulo,ubi ego occubui,illic te à peccatorum interitu suscitaui, quando te credentem signo crucis prænotare præcipio.

CLXXXI.

Ibi corrupta est mater tua.

Vbi tu per meam mortem suscitari meruisti,illic per suam impietatem synagoga capta est,quando crucifige clamabat,& sanguis huius super nos,& super filios nostros, Pilato iudicante,respondit.

CLXXXII.

Pone me,ut signaculum sup.

Ita ut cum psalmista dicere possis:Signatum est super nos lumē uultus tui domine dedisti lætitiam in corde meo. Quoniam quęcunque signata sunt,facile temerari non possunt. Sic recipe fidem meam,ut eam integram illibatamque custodias, & quæ per crucem meam signaculum accepisti thesaurum iustitiæ,quem in te contuli, à nullo fore contingendū ullo modo pertimescas.

CLXXXIII.

Vt signaculum pone me super.

Primitus super corde,inde super brachium signaculum superponendum intellige,id est,ut tam in cogitatione,quàm in opere,ad meum signum recurras,ac te per hoc,non alterius,sed mei esse demonstres,meque conturante,integra perseueres.

CLXXXIIII.

Quia fortis ut mors dilectio tua.

In tantum dilexi te,ut mori uoluerim pro te, & hæc erat fortitudo amoris, acerbitas mortis. Dura autem sicut inferus emulatio,ut sancti quoque econtrario pro Christo occidi non metuant,quem pro sua salute,mortem suscepisse sine dubio cognouerunt.

CLXXXV.

Lampades eius lampades ignis.

Vasa in quibus castitas habitat,semper sunt splendida et spiritus sancti igne feruentia.

CLXXXVI.

Aquæ multæ non potuerunt.

Nec flumina obruent illam,nec tribulationes,nullæ quamlibet ualidæ persecutiones, dilectionem,quæ est ex deo,uel circa deum,perturbare uel uincere possunt. Secundum illud quod Apostolus dicit:Quis nos separabit à charitate Christi,an tribulatio,an angustia,an persequutio,an fames,an nuditas,an gladius,an periculum. Certus sum enim,quia neque mors,neque uita,neque angeli,neque principatus,neque excelsum,neque profundum,neque creatura alia poterit uos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

CLXXXVII.

Si dederit homo omnem substan.

Tanquam dicat:Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas,& si tradidero corpus meum,ut ardeam,charitatem autem non habeam,nihil mihi prodest. Hac enim nihil preciosius,ut Ioannes Apostolus ait. Quia deus charitas est,& qui manet in charitate,in deo manet.

CLXXXVIII.

Soror nostra parua & ubera non.

Ecclesia ex Gentibus ueniens,rudis adhuc ad credendum,& necdum prædita uiris eruditis ad docendum,secundum quod Apostolus loquitur:Non potui uobis loqui, quasi spiritualibus,sed tanquam paruulis in Christo,lac uobis potum dedi,non escam. Nondum enim poteratis, sed nec quidem adhuc potestis, adhuc enim estis carnales. Et alibi

secularia

secularia iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia illos constituite ad iudicandum. Ad uerecundiam uestram dico. Sic non est inter nos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum. Dum eos in tanta pusillanimitate redarguit, utique adhuc pusillam in fide, & necdum spiritualibus nutrimentis habilem plebem ostendit.

CLXXXIX.

Quid faciemus sorori nostræ.

Quemadmodum disponemus Ecclesiam tempore, quo ad fidem uocanda est.

CXC.

Si murus est, ædificemus super eam.

Qui cœperint in fide crescere, & ita stabiliri, ut robore suo infirmos quosque commoneant, suscepto honoris priuilegio, ad cæteros docendos instituantur. Secundum quod Paulus ad Timotheum: Hæc commenda fidelibus qui idonei erunt & alios docere. Et iterum ad Titum: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi disposui. Dum ista sic in Ecclesia disponuntur, tanquam propugnacula argentea muris adijciuntur.

CXCI.

Si ostium est compingamus.

Dicit propheta in Psalmis: Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Itaque si est quis idoneus ad loquendum, & uelut ostium, quod aperitur & clauditur, tempus loquendi uel tacendi intelligit, hoc tale ostium tabulis cedrinis compingatur, ut dum odoriferum lignum, in se suscipit, cum Paulo dicere possit: Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quē mihi mūdus crucifixus est, et ego mūdo.

CXCII.

Ego murus, & ubera mea sicut.

Vox Ecclesiæ est, tam in fide & pro fide proficientis: Ego murus, quia ipse ædificauit me, qui fortissimus pugnat pro me, & ubera mea sicut turris, hi qui construente deo proceritate iustitiæ creuerunt, & in me paruulos qui in Christo sunt, nutriunt, & donec ad perfectionis cibum perueniant, eos educare non desinunt, quo adusque eis uoce sapientiæ dicat: Relinquite infantiam, & uenite, & ambulate per uias prudentiæ.

CXCIII.

Ex quo facta sum coram eo.

Ex quo in Christo pacem reperi, ex eo & murorum præsidia, & turrium propugnacula cum decore suscepi, cum eis ab eo qui me condidit ciuitas esse promerui, habens munimenta in sanctis, & decorem retinens in electis.

CXCIIII.

Vinea fuit pacifico.

Cultura assidua adhibita est à Christo in Ecclesia quæ illos habet populos, de quibus in Psalmis canitur: Plantati in domo domini, in atrijs dei nostri florebunt. Tradidit eā custodibus. Commisit eam regendam Apostolis uel successoribus eorū Episcopis. Ad quā sub nomine Hierusalem, dicit dominus per prophetam: Super te & super muros tuos posui custodes tuos, tota die & nocte, usque in finem non tacebunt.

CXCV.

Vir adfert fructus eius mille ar.

Christus de quo propheta dicit: Ecce uir oriens nomen eius. Compensa regnum cœlorum pro sanctis laboribus uel eleemosynis. Secundum illud quod in Euāgelio dicitur: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mūdi, quia esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere, hospes fui, & collegistis me, nudus, & operuistis me, infirmus & in carcere, & uenistis ad me. In mille autē argenteis plenitudo totius remunerationis ostenditur, & merces consummata iustorum.

CXCVI.

Vinea mea coram me est.

Secundum quod in Psalmis canitur: Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Dicit etiam Apostolus: Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archangeli, & in tuba dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur, simul rapiemur, cum illis obuiam domino in aëra, & sic

semper

semper cum domino erimus. Igitur quia semper post resurrectionem sancti cum domino sunt, idcirco dominus dicit, Vinea mea coram me est.

CXCVII.

Mille tui pacifici & ducenti his.

Duodecim quippe si per centenum numerum amplientur, mille ducentos efficiunt, qui numerus uticp Apostolis uel apostolicis uiris, qui ex eis spiritu aliter, per Euangelium in Christo sunt geniti, conuenit, qui in summa perfectione constituti, tanquam illa terra optima centesimum fructum autori suo respondet. Hi quocp pacifici, id est, Christi discipuli merito describuntur, simul quia ipsi Ecclesiæ fructus custodiunt, cum uel malos foris doctrinæ suæ uoce deterrent, uel suis orationibus, de improbis canibus & bestiarum morsibus, Ecclesiam quam Christus plantauit defensare non cessant.

CXCVIII.

Quæ habitas in hortis.

Quæ redundas in populis sub cultu iustitiæ constitutis, uel doctrinæ spiritualis aqua semper irriguis.

CXCIX.

Amice ausculta, fac me audire.

Dicit in Euangelio dominus discipulis suis: Iam non dicam uos seruos, sed amicos. Et iterum: Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi, qui stat & audit eũ, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Fac me audire uocem tuam, illam uticp, qua remunerãdis fidelibus dicis, Euge serue bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui.

CC.

Fuge dilecte mi assimilare capreæ hinnuloq; ceruorum super montes aromatum.

Qui conuersatus es nobiscum in terris, pronus regredere ad superna. Sicq; ascẽdens in excelsis, qui nunc appares obtutibus carnis, adesto semper oculis cordis, ut te in fide retineamus, quem aspectu non cernimus. Assimilare capreæ hinnuloq; ceruorum, quia tu es qui carnem suscepisti mortalium, & saltu celeri omnes altitudines transcendisti cœlorum. Super montes aromatum, excellior existens super omnem gloriam angelorum.

REVEREND. AC ERVdito patri, D. Guilielmo Figulo, Cœnobij ad S. Crucem in Austria Seniori, Domino & amico suo charissimo Iohan. Alexander Brassicanus, Iureconsultus. S. D. P.



Ecte ac prudenter mihi Plinius dixisse uidetur, plurimum referre, in quæ tempora cuiuscp uirtus inciderit. Ita, ut complures magni nominis scriptores hoc unum sibi defuisse conquerantur, quod non sub Alexãdro Magno uixissent. Vnde & Archestratus, insignis aliàs poeta, cum graui admodum paupertate premeretur, & perinde ab omnibus cõtemptibilis haberetur, fertur ad eum quidam dixisse, ἀλλ' εἰ κατ' ἀλέξανδρον ἐγένου, κατὰ σίχον ἄν σοι κύπρον ἢ φοινίκην ἔδωκεν. Id est, At si tu in Alexandri tempora incidisses, in singulos ille uersus Cyprum aut Phœnicem tibi dedisset. Quemadmodum enim fruges non tã ingenio soli, quam cœli beneficio, melioreq; temperie lætius exuberant, ita & meliores artes eximiaq; ingenia, benignitate, humanitateq; principum uirorum euocantur & excitãtur. Sic Archelaus Macedonum rex, Chœrilo poetæ describenti uictoriam Atheniensium aduersus Xersen, pro unoquoque uersu aureum staterem numerari iussit. Hieron Archimelo Epigrammatario poetæ propter unicum Epigramma in nauem suam scriptum mille frumenti medimnos dono dedit, & suis stipendijs in Pyræum uscp misit. Imperator Seuerus Oppiano pro singulis uersibus singulos aureos dono dedit. Ita ut ueteres ob eam rem aurea carmina Oppiani dixerint. Antonius Pius non donis tantum

& pecu-

& pecuniis literatos ornauit, sed prouinciis præfecit, honoribusq; quãmaximis honestauit. Dionysius Syracusanus Heliconem Cyzicenum talento donauit, quod Solis deliquium prædixisset. Lysander ob pauculos uersus Antilochi poetæ pileum argento impleuit. Quos uiros cum apud me memoria repeto, uersibus iis alloqui consueui.

Fœlices animæ, quæ uos tam læta tulerunt.
Secula, uel tales qui uos genuere parentes.

Nec omnino contemnendum seculum fuisse deprehendimus, quo memorabiles illi scriptores, ac eruditissimi Episcopi, Saluianus, Eucherius, Claudianus, Salonius, Veranius, Vincentius, ac alii non multum iis absimiles uixerunt. Nostra certe ætas sic est inquinata flagitiis omnibus, sic pernitiosis sectis est (ut ita dixerim) dissecta, ut cum nullo superiore, quantumuis corrupto, seculo conferri possit, à principibus plane nihil est præsidii bonis studiis, adeo ut uere dixerit ille, habere eos τὴν ψυχὴν ἐν ταῖς φάτναις καὶ τῶν μύσων, ἀλλ᾽ ὄνων ἐπιτηδειοτέραν ἀκοήν. Ex Episcopis quam paucissimi studiorum caussæ fauent, nec scio, quo fatali tandem malo fere summi cum infimis in literarum cladem conspirauerint. Corruunt Academiæ fere omnes, frigent auditoria, iam non erudiendis adolescentibus, sed alendis porcis instituta. Tum à studiorum cultu (quæ malũ est hæc insania) bona pars se Sellularibus artibus addicit. Sed quid facias, ubi res in manu tua non sit. Et recte Polynices apud Tragicum poetam admoneat, τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών. Ego interea ut me à conspectu malorum, quæ nostra tot per annos uidit ætas, uel aliqua ex parte auertam, sic me secretorum studiorum honestiss. uoluptati addixi, ut præterea susq; deq; faciam omnia, eius autem secessus non aspernandum fructum ad te muneri mitto, nimirũ Salonii Viennæ Galliarum Episcopi in prouerbia Salomonis, ac Ecclesiasten, breuem quidem illam, sed insigniter eruditam interpretationem, quam cum nuper ab interitu uindicassem, neminem certe habui, cui potius illam & ob egregiam eruditionem, & incredibilem tuum in me amorem, quam tibi inscriberem. Habes itaq; à Brassicano tuo munus exiguum quidem, sed quod abunde magnum uideri queat, si sæpe lectum fuerit. Et memineris oportet, naturam nusquam magis esse totam & perfectam, quam in minimis. Vale bene uir optime ac amicissime, Viennæ Austriæ ex Regio Collegio. Anno à nato Iesu M. D. XXXI. Mense Decembri.

D. SALONII EPISCOPI Viennensis eruditiss. Dialogus prior,

ad Veranium fratrem, in quo Parabolæ Salomonis non minus pie, quam erudite explicantur.

Colloquuntur Veranius & Salonius.



Veranius. Parabolæ qua lingua dicuntur? Salonius. Græca, Latina uero interpretantur Similitudines. Veranius. Quare Salomon huic libro nomen istud imposuit? Sal. Vt per hoc demonstraret quia nõ iuxta literam, sed aliter & spiritaliter intelligere debemus, quod dicit. Ver. Quid significabat Salomon, quod per parabolas locutus est? Sal. Dominum Iesum Christum, qui per parabolas locutus erat turbis Iudæorum. Nam & ipso nomine suo eundem Dominum Iesum Christum significat. Ver. Quomodo ergo interpretatur Salomon? Sal. Pacificus siue amabilis. Significat autem illum, de quo dicit Apostolus: Christus pax nostra, qui fecit utraq; unum. Et item: Pacificans per sanguinem suum, siue quæ in cœlis sunt, siue quæ in terris. Item quod Salomon amabilis interpretatur, aptissime illum significat, cui loquitur pater, dicens: Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Ver. Quid significat ipso pacifico regni sui status? Sal. Perenne Christi & Ecclesiæ regnum, de quo scriptum est: Et regni eius non erit finis. Ver. Quare iuxta Septuaginta Interpretum translationem hæc dicta Salomonis non parabolæ, sed prouerbia nominantur? Sal. Sicut parabolæ dicuntur, quia occulta sunt, & secreta mysteria significant, sic & prouerbia congrue uocantur, quia talia sunt quæ sæpius in ore fidelium

uersari,& memoriæ commendari ac retineri debeant. Ver. Quid utilitatis parabolæ Salomonis tribuunt? Sal. Sapiẽtiam uidelicet & disciplinam,& hoc est quod ait: Ad discendam sapientiam & disciplinam. Ver. Quid distat inter sapientiam & disciplinam? Sal. Sapientia est diuinarum rerum cognitio. Disciplina uero, est sanctæ & puræ uitæ conuersatio. Ver. Quid est ergo discere sapientiam? Sal. Scire & intelligere, quomodo recte credere debeas. V. Quid est discere disciplinam? Sal. Cognoscere, qualiter unũquenq; oporteat uiuere,& quid operando conueniat agere,& quo debeat intentionem cordis dirigere. Sequitur: Timor domini principium sapientiæ.

Ver. Quot sunt timores domini? Sal. Duo, hoc est, seruilis & sanctus. Ver. Seruilis quare dicitur? Sal. Quia ueluti serui domino seruimus timore gehennæ, ne ad tormenta ducamur. Ver. Sanctus timor quare dicitur? Sal. Quia sicut bonus filius timet, ne uel in modico offendat oculos amantissimi patris, sic & qui perfecti sunt in Ecclesia, timent, ne peccando offendant oculos dei. Ver. Quis ex illis duobus sapientior? Sal. Seruilis, quia quicunq; sapere incipit, hoc est, post peccata se cognoscit errasse, primo diuino timore corripitur, ne ad tormenta trahatur. Ver. Timor uero sanctus quid operatur? Sal. Auget sapiẽtiam, quoniam perfecta charitas foras mittit timorem illum seruilem. Timor uero sanctus permanet in seculũ seculi. Ver. Quid est quod Salomon dicit: Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum? Nunquid non solent aues sæpe retibus capi? Sal. Solent utiq;. Ver. Qui sunt ergo isti pennati? Sal. Sancti & electi uiri, qui habent pennas fidei, spei, & charitatis, cæterarumq; uirtutum, quibus ad cœlestia contemplanda uolant, habent & spiritales oculos, quibus & insidias hostis antiqui præuident,& peccata præcauent. Frustra ergo, id est, in uanũ iacitur rete ante oculos pennatorum, id est, Laqueus insidiarum diaboli obijcitur sanctis & electis uiris, quia facile in terra superare possunt insidias diaboli, qui suam conuersationem habent in cœlis. Ver.

Quæ est sapientia, de qua dicit Salomon: Sapientia foris prædicat, in plateis dedit uocem suam? Sal. Christi Iesu, qui est dei uirtus & dei sapientia, sicut dicit Apostolus. Ver. Hæc ergo sapientia quomodo foris prædicat? Sal. Intus prædicat, id est, in secreto, antequam pateretur, quia paucis, id est, solis discipulis mysteria suæ diuinitatis ostẽdit: post resurrectionem uero suã prædicauit, quia misso desuper spiritu sancto, aperte se per Apostolos, quod dei filius esset, mundo declarauit. Ver. Quomodo in plateis dedit uocem suam? Sal. Quia quæ ante in secreto & in occulto,& in uno tantum Iudæorum populo docuerat, postea in latitudine plebium,& coram omnibus gentibus manifeste prædicat per Apostolos, iuxta hoc quod eis præcepit, dicens: Quæ dico uobis in tenebris, dicite in lumine, hoc est, in manifesto:& quæ in aure auditis, prædicate super tecta, id est, aperte & coram omnibus. Ver. Quid est quod ait: In capite turbarum clamitat? Sal. Per caput designantur principes Iudæorum. In capite turbarum clamitabat, quia principibus Iudæorum homicidium, quod in se patrauerãt, palam per Apostolos ad memoriam reducebat,& eosdem ad pœnitentiæ remedium uocabat. Ver. Quomodo intelligendũ est quod sequitur: In foribus portarum urbis profert uerba sua? Sal. Per urbem sancta designatur Ecclesia, congregata de utroq; populo, Iudæorum uidelicet & Gẽtium. Fores portarum huius urbis, sancti doctores fuerunt, qui uerbum Euangelij prædicando, credentes in eam introduxerunt. Sapientia ergo in foribus portarũ urbis uerba sua proferebat, quando Christus in Apostolis suis loquebatur. Ver. Quid est quod ait, Inclina cor tuũ ad intelligendam prudẽtiam? Quomodo potest homo inclinare cor? Sal. Ille inclinat cor suum ad cognoscendam prudentiam, qui humiliat se,& emundat animum suum à peccatis, ut dignus fiat ad percipienda mysteria Diuinitatis. Ver. Quid est quod dicit: Ne innitaris sapientiæ tuæ? Quis enim innititur sapientiæ suæ? Sal. Ille, qui sua sapientia, aut suis uiribus confidit se posse implere Diuina mandata. Ver. Ecce iterum dicit: Ne sis sapiens apud temetipsum. Quis enim est sapiens apud semetipsum? Sal. Ille certe, qui se præ cæteris quasi doctor extollit & iactat de his, quæ ex dictis patrum recte cognoscere ac intelligere potuit. Ver. Quæ est sapientia uera hominis? Sal. Timere dominum & recedere à malo,& hoc est quod mox sequitur: Time dominum & recede à malo. Ver. Vnde scis, quod hæc sit uera sapientia hominis? Sal. Quia in libro Hiob scriptũ est: Ecce timor domini, ipse est sapientia. Et recedere à malo, intelligentia. Ver. Quis ille homo, de quo Salomon dicit, Beatus homo, qui inuenit sapientiam? Sal. Christia-

nus fidelis & catholicus. Ver. Quando iste inuenit sapientiam? Sal. Cum doctrina ueritatis, id est, Euangelij corporis simul & cordis percipit, & in Scripturis sanctis domini uoluntatem studet cognoscere. Ver. Quando affluit prudentia? Sal. Quando cum magno amore, & sui conditoris dilectione audit praecepta diuina, & opere studet implere. Ver. Quid est quod ait: Viae eius pulchrae, & omnes semitae eius pacificae? Quae sunt istae uiae sapientiae? aut quae sunt semitae eius? Sal. Viae sapientiae sunt actiones domini, quas gessit in carne: siue doctrinae ipsius, quae continentur in libris Euangelij, quae uiae pulchrae sunt, quia diuinae. Semitae sapientiae, sunt praecepta & mandata domini, quae ad pacem aeternam pacificae, quia omnia praecepta domini ad pacem aeternam perducunt.

Ver. De qua lege, aut de quo consilio dicit Salomon, cum ait: Custodi legem atque consilium? Sal. De lege uidelicet ac consilio sapientiae domini Iesu Christi. Ver. Quae est lex sapientiae? Sal. Lex sapientiae est, quae dicit: Si uis ingredi ad uitam, serua mandata, id est, non occides, non moechaberis, non furtū facies, &c. Ver. Quod est consilium sapientiae? Sal. Si uis perfectus esse, uende omnia quae habes, & da pauperibus, &c. Ver. Quid est quod ait: Abominatio domini est omnis illusor? Quis est illusor? Sal. Illusor est, qui uerba dei peruerse intelligendo & docendo corrumpit. Illusor est, qui suos proximos simplices & pauperes insultando contemnit. Illusor est, qui magna dei promissa quasi parua despicit, & poenam aeternae damnationis quasi tolerabilem spernit. Omnes hos tales abominatur dominus, & cum simplicibus est sermocinatio eius, quia illos gratia coelestis sapientiae illuminat, quia nihil in se duplicatis habent. Ver. Quare Salomon dicit: Et ego filius fui patris mei tenellus, & unigenitus coram matre mea? Quomodo unigenitus fuit coram matre sua, cum praecesserit eum frater uterinus, sicut Scriptura sancta, libri Regum, testatur? Sal. Verum est, quia praecessit eum frater uterinus, sed ille mox mortuus est, quasi nunquā fuisset, sine nomine ab hac uita discessit, propterea se unigenitum appellat. Ver. Quare dicit: Ne declines ad dexteram neque ad sinistram? Quis enim se ita continere poterit, ut corpus suum in dextram partem aut in sinistram non declinet? Sal. Nemo, sed per dextram designatur uia bona, per sinistrā uia mala & reproba. Non prohibet ambulare in dextra uia, sed declinare ad dexterā. Ver. Quis ergo declinat ad dexteram, uel ad sinistram? Sal. Iustus declinat ad dexteram, qui de sua iustitia & suis uiribus praesumit. Iniustus declinat ad sinistram, qui propter carnis fragilitatē saluari se posse desperat. Declinat ad dexteram, qui uult plus sapere, quam oportet sapere. Declinat ad sinistram, qui seruit stultitiae. Ver. Cur ergo dicit paulo inferius: Vias quae à dextris sunt, nouit dominus? Sal. Per uias quae à dextris sunt, designantur sanctae actiones & opera bona. Haec enim nouit dominus, id est, dirigit, & placent illi, unde & econtra in iudicio dicturus est reprobis: Non noui uos, hoc est, non uos elegi, non enim mihi placetis, quia nō uos uideo in luce mea, non uos uideo in iustitia mea. Ver. Quid est quod dicit: Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. De quo honore dicit? aut quos uocat alienos? Sal. De honore dicit, quo factus est homo ad imaginē dei. Alienos daemones appellat, & est sensus: Ne honorem tuum, quod ad imaginem dei creatus es, male uiuēdo subdas immundis spiritibus. Ver. Quem appellat crudelem? aut de quibus annis dicit? Sal. Annos uocat spacia uitae, Crudelem, diabolū, & est sensus. Spacia uitae, quae tibi dedit deus, male uiuendo ne tradas Diabolo. Ver. De qua cisterna docet Salomon bibere aquam, aut de quo puteo fluenta? cum dicit: Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Sal. Cisternam uocat catholicam, id est, ueteris & noui testamenti doctrinam: puteū uero profunditatem & altitudinem eiusdem catholicae doctrinae: aquam, scientiam: fluenta, copiam & abundantiam scientiae, id est, uarios sacrae scripturae appellat intellectus. Docet enim his uerbis, cauere à doctrina haereticorū, & attendere lectionibus sacrarū scripturarum, & est sensus: Bibe aquam de cisterna tua, id est, serua, & opere imple doctrinā, quā alijs praecaris. Et fluenta putei tui, id est, abundantia sermonis tui seu scientiae affluenter in te redundet in operibus bonis. Ver. Quare dicit Salomon: Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide, cum statim subiungat: Habeto eas solus, ne sint alieni participes tui? Si fontes nostros foras deriuamus, & in plateis aquas diuidimus, quomodo soli eam habere possumus? Sal. Quamuis in uerbis sonare uideatur, tamen nulla est contrarietas, quia hae sentētiae nō possunt nisi spiritaliter intelligi. Fontes ergo nostros foras deriuamus, cū alijs uim praedicationis infundimus, cū uerba sacrae scripturae alijs annūciamus.

mus. In plateis aquas diuidimus, cũ populis prædicamus. Platea nãq; dicta est à latitudine: est eñ græcus sermo. In plateis ergo aquas diuidimus, quãdo in multitudine auditorũ uerba sciẽtiæ dilatamus, iuxta uniuscuiusq; qualitatẽ diuina eloquia dispẽsamus. Ver. Si aquas in plateis diuidere debemus, quõ ergo eas soli habere possumus? Sal. Aquas in plateis diuidimus, quãdo alijs uerba diuina late prædicamus, & tamẽ soli aquas habemus, quia de ipsa prædicatione humanas laudes nõ quærimus. Ver. Quid est quod dicit: Ne sint alieni principes tui? Sal. Alienos uocat dæmones, de quibus dixit Psalmista: Alieni insurrexerunt super me, & fortes quasi animam meã, &c. Tunc eñ malignos, id est, immundos spiritus in prædicatione participes & socios nobis facimus, quando per superbiam intumescimus, & de prædicatione nostra inanem gloriam desyderamus. Ver. De quo homine dicit Salomon: Non apostata uir inutilis graditur ore peruerso? Sal. Apostatam hominem appellat scismaticum, qui laborat scindere unitatem Ecclesiæ. Ver. Qua lingua dicitur apostata? Sal. Græca, quod interpretatur in Latino sermone, refuga & recedens à ueritate. Quare ergo schismaticus dicitur apostata? Sal. Quia more superbientis angeli intus prius intumescit, & cadit à mentis suæ statu, quia sic ab amore sui conditoris & à ueritate recedit. Nisi enim prius à ueritate recederet in Ecclesia, iniustitiam non disseminaret. Ver. Cur ergo de illo dicitur: Annuit oculis, terit pede, digito loquitur? Sal. Interior mentis custodia, quæ membra exterius seruat ordinata, hic ergo apostata, quia statum & custodiam perdidit, idcirco dominica membra exteriora habet ex morte, & tulit inordinata. Ver. Quid est quod de lege sua dicit: Liga eã in digitis tuis, scribe eã in tabulis cordis tui? Quis enim legem in digitis ligare potest? aut si fecerit, quæ utilitas erit? Sal. In digitis dicit, id est, in actibus. Legẽ in digitis ligare est, quicunq; in bonis operibus eam studet implere & exornare. In tabulis cordis dicit, id est, in latitudine cogitationis. Scribit ergo legem in tabulis cordis sui, qui eam cum gaudio suscipit, & memoriæ commendat. Ver. Quid est quod sapientia dicit: Per me reges regnant, & conditores legis iusta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam? Quæ est hęc sapientia, per quam reges regnant, principes imperant, conditores legum & potentes decernunt iustitiam? Sal. Christus dei uirtus & dei sapientia.

Ver. Nunquid Christus omnibus tyrannis impijs & principibus dat regnum & imperium? Sal. Non utiq;, ueruntamen ipso permittente, impij reges & principes suscipiũt regnum uel imperia, quia scriptum est in libro Hiob: Permittit regnare hypocritam propter peccata populi. Sed in hoc loco reges, sanctos dicit Apostolos qui primũ semetipsos, deinde Ecclesiam sibi commissam, fideliter regere nouerunt. Siue reges appellat omnes sanctos, qui seipsos & alios bene regere sciunt. Ver. Quos appellat conditores legum? Sal. Vtriusq; testamenti scriptores. Ver. Quos uocat principes & potentes? Sal. Cæteros doctores & rectores fidelium. Omnes enim isti per sapientiam dei patris habuerunt regnum, principatum & imperium, id est, per Christum acceperunt, ut aliquid boni essent, unde ipse dicit: Sine me nihil potestis facere. Ver. Quid est quod sapientia dicit: Delectabar per singulos dies ludẽs coram eo, id est, coram patre omni tempore ludẽs in orbe terrarum. Nunquid sapientia, id est, dei filius pueriliter ludebat coram patre? Sal. Absit. Sed quod dicit ludens, intelligendum est, gaudens. Ludebat enim per singulos dies, id est, gaudebat se esse unum, id est, unius substantiæ cum patre à principio ex diebus æternitatis. Ver. Quomodo ludebat omni tempore in orbe terrarum? Sal. Quia cũ tempora, orbis & creaturæ esse cœpissent, ipse filius gaudebat, quia ipse quod erat, semper in patre manebat. Ver. Quid est quod ait: Sapientia ædificauit sibi domum? Quam domum ædificauit sibi sapientia? Sal. Sapientia, id est, Dei filius ædificauit sibi domũ, quia ipse creauit hominem in utero uirginis, quẽ in unitate suæ personæ assumpsit. Ver. Quomodo excidit columnas septem? Sal. Septem columnas excidit, quia per septiformem gratiam Spiritus sancti erexit Ecclesias per orbem terrarum, quæ sicut columnæ sustentando continent memoriam eius, id est, mysterium incarnationis ipsius. Ver. Potest aliter intelligi? Sal. Vere potest. Sapientiæ domus Ecclesia Christi est. Columnæ autem domus huius, sancti doctores, quæ columnæ bene esse septem dicuntur. Quia sancti doctores repleti sunt septiformi gratia Sancti spiritus. Ver. Quomodo ergo excidit sapientia has columnas? Sal. Excidit columnas, quia mentes prædicatorum ab amore præsentis seculi separauit, & erexit eos ad portandam eiusdẽ Ecclesiæ fabricam. Ver.

De quibus ancillis dicit paulo inferius: Miſit ancillas ſuas, ut uocarent ad arcē & ad mœnia ciuitatis? Sal. Ancillas uocat ſanctos Apoſtolos. Ver. Quare uocat eos ancillas? Sal. Propter inſipientiā, infirmitatē & paupertatem, qua idiotas, infirmos, pauperes & deſpectos elegit Apoſtolos, quos ad prędicandū miſit in mundū, ut fideles populos uocarent ad arcē æternę beatitudinis, & ad mœnia cœleſtis Hieruſalē. Ver. Quis eſt filius ſapiēs, qui lætificat patrē, aut quis eſt filius ſtultus, qui mœſtitia eſt matri ſuæ? Sal. Ille, qui accepta fidei ac baptiſmatis myſteria bene ſeruat, et opere implet, filius ſapiens eſt, ille procul dubio lætificat deum patrē. Qui uero accepta fidei ac baptiſmatis ſacramenta malis operibus, uel hæretica prauitate corrumpit, filius ſtultus eſt, hic nimirū eſt mœſtitia matri ſuæ, uidelicet Eccleſiæ, quia contriſtat eā. Ver. Quid eſt quod ait: Stultus labijs uerberabit? Quomodo poteſt homo ſtultus labijs uerberari? Sal. Verberatio in hoc loco damnationē ſignificat. Stultus ergo labijs uerberabit̃, quia propter uerba iniqua & mala, quæ locutus eſt, condemnabitur. Vnde & alibi dicit Moſes: Et uita in manibus linguæ, quoniā unuſquiſq; aut ex uerbis ſuis condemnabitur, aut ex uerbis ſuis iuſtificabit̃. Ver. Cur dicitur habere manus lingua, cū manus habere non poſſit? Sal. Metaphorice dictū eſt, id eſt, per translationem, quemadmodū uenti dicuntur habere pennas. Manus enim linguæ ipſa uerba ſunt, quibus aut bene loquendo mereẽ uitā, aut mala loquendo mereẽ mortem, aliter per manus ſæpe in ſcripturis ſacris opera deſignant̃, ut illud: Labores manuū tuarum quia manducabis. In manibus linguæ dicit, id eſt, in operibus. Opera eñ linguæ ſunt colloquia bona uel mala, ex quibus mors naſcit̃ aut uita. Ver. Quis ille piger, de quo dicitur: Sicut acetum dentium, & fumus oculis, ſic piger his, qui miſerunt eum? Sal. Piger eſt male uiuens catholicus, qui non laborat nec operatur, ut ad æternam beatitudinem peruenire mereat̃. Per acetum & fumum hæreticorum deſignatur perfidia. Per oculos & dentes, prædicatores ſanctæ Eccleſiæ, qui bene oculi dicuntur, quia recta itinera præuident. Pulchre etiam dentes, quoniam ſpiritualia alimenta fidelibus miniſtrare ſolēt. Ergo ſicut acetū dentibus, & fumus oculis, id eſt, ſicut perfidia hæreticorū eſt contraria bonis doctoribus, quia cōtriſtat eos, & moleſtiā illis gignit & lachrymas, ſic piger, id eſt, catholicus malus, grauis eſt eiſdē bonis doctoribus, qui miſerūt eum, hoc eſt, qui iuſſerunt, ut fidem ſuam operibus impleret. Ideo grauis eſt, qui fidē ſuam prauis operibus deſtruit. Ver. Quid eſt quod ait: Manus in manu nō erit innocens malus? Quomodo malus homo manus eſt in manu, & ideo nō erit innocens? Sal. Qui manum iungit ad manum, nihil utiq; operatur, malus ergo q̄diu fuerit manus in manu, non erit innocens, quia etſi ad tempus ſubtrahit manus ab opere malo, tamen quandiu malus eſt, innocentiā cordis habere non poteſt, unde ſuperius dicit: Abominabile eſt domino cor prauum. Ver. Quid eſt ergo manus in manu? Sal. Conſcientia praua in opere malo. Ver. Quomodo intelligendū eſt quod ait: Circulus aureus in naribus eius, mulier pulchra & fatua? Sal. Hoc modo circulum aureum infixeris in naribus ſuis, id eſt, in naribus porci, ille dum pergit terram uertere ac fodere naſo, immergit circulum aureum in uolutabrum luti, & tunc perdit circulus aureus decorem quem habuit. Similiter ergo mulier fatua, ſi habet pulchritudinem uultus, uel ſi accipiat ornamenta inauriū monilium, ſimul & ueſtimentorum, fordidat pulchritudinem ſuam, & amittit decorem, ſi ſe cœno libidinis coinquinare diligit, & adulterijs corrumpit. Ver. Spiritualiter autem quomodo intelligenda eſt hęc ſententia? Sal. Quicunq; ſacras ſcripturas intēte meditatur, & iugiter perſcrutatur diuina eloquia, accipit ornamenta ſcientiæ. Quod ſi male uiuendo corrumpit & deſtruit, quod bene intelligit, circulum aureum habet in naribus, ſed more ſuis, uidelicet porci terram fodit, coinquinat & luto immergit, quia ornamentum quod per noticiam ſcripturarum immunda actione ſordidauit, talis anima mulier pulchra & fatua: pulchra, quæ per ſcientiam, ſed dedita carnalibus delectationibus, fatua eſt per actionem. Ver. Quid eſt quod dicit: Anima quæ benedicit, impinguabitur, & qui inebriat, ipſe quoq; inebriabitur? Plures nanq; ſunt, qui alios inebriāt, ſed ipſi nō inebriant̃? Sal. Non dicit hoc de corporali ebrietate, ſed de ſpirituali anima, quæ benedicit impinguabitur, quia quæcunq; exterius prædicando bene dicit, ſpiritualem benedictionem accipit, id eſt, gratia ſpirituali augetur & creſcit. Similiter qui ſacro eloquio mentes auditorum ſtudet inebriare, inebriatur & ipſe, ſancti Spiritus infuſione repletur. Ver. Quare non dixit homo, ſed anima quæ benedicit impinguabitur? Sal. In ſcripturis diuinis ſæpius poni ſolet pars pro toto, aut totum pro parte, ſecū-

dum

dum ſpeciem Grammaticæ artis, quæ dicitur Synecdoche, ſic ergo in hoc loco pars poſita eſt pro toto homine. Totum uero ponitur pro parte, ut illud: Tulerũt dominum de monumẽto: Dominum dicit pro corpore domini. Ver. Quis eſt ille, de quo dicit: Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis? Nunquid propter ea maledicendus eſt aliquis, quia non omnibus frumenta ſua miniſtrat? Sal. Frumenta, uerba ſunt ſanctæ prædicationis, ergo quicunq; abſcondit hæc frumenta, id eſt, uerba ſanctæ prædicationis apud ſe retinet, & non uult annunciare alijs eloquia, iſte maledicetur in populis, quia pro culpa ſilentij condemnabitur, quoniam multis prodeſſe potuit, ſed quia noluit, ideo pro multorũ pœna iuſte punietur. Ver. Qui ſunt illi qui uendunt frumenta, de quibus mox ſequitur: Benedictio autem ſuper capita uendentium? Sal. Illi uendunt frumenta, qui uerba uitæ & ſanctæ prædicationis ſuis auditoribus annunciant. Ver. Quod præcium accipiunt ab eis? Sal. Præcium fidei, & confeſſionis ſanctæ. Ver. Quomodo ueniet benedictio ſuper eorum capita? Sal. Quia ſingulis eorum dicturus eſt dominus: Euge ſerue bone & fidelis, quia, &c. Ver. Quid eſt quod ait: Qui conturbat domum ſuã, poſſidebit uentos? Quomodo poteſt aliquis poſſidere uentos? Sal. Domum in hoc loco mentem appellat, in qua unuſquiſq; ueluti in domo habitat per cogitationes. Ventos, immundos ſpiritus appellat. Qui ergo domum, id eſt, mentem ſuam malis & noxijs cogitationibus perturbare non timet, iſte nimirum poſſidebit uentos, quia per malas cogitationes uiam fecit dæmonibus, ut ingrediantur & habitent in ipſo. Poſſidebit uentos, id eſt, dæmones ad condemnationem ſui. Ver. Quomodo mulier diligens corona eſt uiro ſuo, & putredo in oſſibus eius, quæ confuſione res dignas gerit? Sal. Mulier bona & caſta honorem uiro ſuo præbet in omnibus, & quia diligit eum, & bene regit domũ ipſius. Corona illi eſt, quia eius uirtutibus addit gratiam, unde coronatur à domino. Adultera uero mulier, quamuis foris uideatur ſpecioſa, putredo tamen eſt in oſſibus, quia intus fetore luxuriæ ſuæ membra coinquinat. Ver. Quomodo intelligẽdum eſt quod ait: Melior pauper eſt & ſufficiens ſibi, quam glorioſus & indignus pane? Sal. Vere melior eſt frater idiota & ſimplex, qui operatur bona quæ nouit, unde uitam æternam mereatur habere in cœlis; quam glorioſus, id eſt, clarus doctrina & eruditione ſcripturarũ, uel comptus doctoris officio, qui indiget pane dilectionis, quia neq; dominũ diligit, neq; proximum. Vel certe ideo pane indiget, quia non operatᷣ quæ intelligit, aut docet. Ver. Quis eſt homo uerſutus, qui cælat ſcientiam? Sic eñ dicit: Homo uerſutus cælat ſcientiã. Sal. Verſutus hoc loco in bona ſignificatione ponitᷣ, id eſt, ſapiens & prudens. Vir ergo uerſutus, id eſt, ſapiẽs & prudens aliquando de induſtria cælat ſcientiã, duabus uidelicet de cauſſis: una, quia infirmis auditoribus non poteſt loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, id eſt, magna ſacrarũ ſcripturarũ myſteria, quæ nouit, non audet illis manifeſtare, ne forte ſcãdalizentur: altera, quia nõ uult ſanctum dare canibus, neq; mittere margaritas ante porcos. Ver. Quid eſt quod ait: Vult & non uult piger? Si uult, quomodo ergo non uult? Sal. Per pigrum ille deſignatᷣ, qui ſe nõ uult exercere in bonis operibus. Vult ergo regnare piger cũ deo, & nõ uult laborare pro deo. Vult peruenire ad beatitudinẽ, & tamen non uult præcepta Chriſti implere, ut beatitudinẽ mereatur obtinere. De hoc enim Iacobus dicit: Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus uijs ſuis. Ver. De quib, operibus dicit: Anima autem operantium impinguabitur? Sal. De illis dicit, qui bona operantur, qui domini ſtudent implere præcepta, illorum anima impinguabitur gratia ſpirituali, & dulcedine regni cœleſtis. Quare impinguabitur anima illorũ, qui bona operãtur? Quia poſt labores uitæ præſentis inmarceſſibili mercede remunerabitur. Ver. Quis eſt nuncius impij, de quo dicit: Nuncius impij cadit in malum? Sal. Nuncius impij, id eſt, angelus diaboli; Arrius fuit & Sabellius, cæteriq; hæretici angeli ſatanæ, iſti nimirum ceciderunt in malũ, id eſt, æternæ gehennæ tormentum. Ver. Quis eſt legatus fidelis, de quo ſequitur: Legatus fidelis, ſanitas? Sal. Legatus fidelis eſt unuſquiſq; catholicus prædicator & doctor, qui ſibi, ſuiſq; auditoribus ſanitatẽ & ſalutẽ acquirit æternam. Ver. Quare dicit: Iacebũt mali ante bonos, & impij ante portas iuſtorum, cum in hac uita magis boni ſoleant iacere ante malos, & iuſti ante portas iniquorũ? Sal. In nouiſſimo iuditio coronatis iuſtis, impij condemnabuntur, qui eos in præſenti uita affligebant, & idcirco dicit: Iacebunt mali ante bonos, & impij ante portas iuſtorum. Attamẽ quod dicit, ante bonos, & ante portas iuſtorum, non ad uicinitatem loci pertinet, quoniam mali & boni non ſibi erunt tunc

uicini,sed pertinet ad uisionem bonorum,quoniam boni semper uidebunt tormenta malorũ. Vnde deo liberatori suo maiores sine fine referãt gratias. Ver. Quid est quod ait: Pondus & statera iudicia sunt domini,& opera eius omnes lapides seculi? Quomodo põdus & statera iudicia sunt domini? Sal. Quia dominus omnia in pondere,& mẽsura,& numero constituit. Pondus & statera iudicia domini sunt, quia sicut ipse uoluit,unicuiq; mensuram fidei,& gratiam Spiritus sancti distribuit. Ver. Quos appellat lapides seculi? Sal. Iustos & fortes in fide omnes lapides seculi,id est,sancti & electi uiri opera sunt domini,quia nemo sua uirtute,nemo suo merito electus est à domino,ut cœlesti ædificatio ni esset aptus,sed sola gratia & misericordia ipsius. Ver. Quid est quod dicit: Corona senum,filij filiorum,& gloria filiorum,patres eorum. Si mali sunt filij filiorum, quomodo gloria sunt senum? id est,patrum suorũ,aut si patres mali sunt aut fuerunt,quomodo sunt gloria filiorum? Sal. Senes in hoc loco Patriarchas uocat & Prophetas,quorum filij sunt sancti Apostoli,& filij filiorum,successores Apostolorum,uidelicet sancti prædicatores. Omnes enim isti corona senum sunt,id est,Patriarcharum & Prophetarum,quia digna laude celebrant eos,per quorum exempla & uaticinia ad cognitionem gratiæ peruenerunt. Ver. Quomodo patres gloria sunt filiorum? Sal. Magna quippe est gloria prædicatoribus noui testamenti,quia filij ueterum patrum,id est,Patriarcharũ & Prophetarum esse meruerunt. Ver. Quare dicit: Qui dimittit aquam,caput est iurgiorũ? Nunquid ille qui clausam aquam decurrere dimittit, iurgia concitat? aut nunquid non magis uinum quam aqua iurgia cõcitare solet? Sal. Figurate hoc dictum est. Nam per aquam designatur lingua leuis,fluxa,& qui immodice linguam suam relaxat,caput est iurgiorũ, quia qui linguam suam non refrenat,iurgia & lites concitat,& concordiã dissipat. Ver. Dic mihi,quæso,quomodo in facie prudentis lucet sapientia, sicut ait Salomon: Oculi autem stultorum sunt in finibus terræ. Sal. Prudens homo sæpe in ipsa uultus claritate & faciei suæ solet præmonstrare grauitatem sui sensus,& claritatem intellectus. Stulti uero ad hanc imitandam & sectandam,uidelicet grauitatẽ,oculos mentis nõ possunt attollere,sed tota admiratione perquirunt,qualiter ad finem, hoc est,ad impletionem carnaliũ uoluptatum pertingere ualeant. Ver. Nunquid ita solummodo intelligere debemus? Sal. Neq; specialiter hoc de Christo debemus intelligere dictum. In facie nanq; prudentis,uidelicet Saluatoris,lucebat sapientia diuinitatis,quam ipse in carne apparens,uirtutũ & doctrinæ testimonia demonstrabat & confirmabat. Oculi uero stultorũ,id est,Iudæorum non credentium,magis incendebantur terrenis desiderijs, quam salutaribus eius monitis atq; doctrinis. Ver. Quid est hoc quod ait: Donum hominis dilatat uiam eius & ante principes spaciũ ei facit? Quod est hoc donum quod dilatat uiam hominis? quod ante principes facit illi spacium? Sal. Donum hoc donum est charitatis siue aliarum uirtutum,quas à domino fideles accipiunt,hoc uidelicet donum hominis,dilatat uiã eius, id est,actionẽ,quia unusquisq; fidelis quanto amplius gratia sancti Spiritus intus repletur, tanto magis uiam suam foris dilatat,id est,bonorum operũ gressum multiplicat,quia quotidie in sanctis desiderijs & bonis operibus crescit & augetur. Ver. Hoc donum quomodo facit homini spatium ante principes? Sal. Quia inter magnos Ecclesiæ rectores in foro tribuit illi culmen honoris,& gloriam æternæ beatitudinis. Ver. Quare dicit: Abscondit piger manum suam sub ascella,nec ad os suum applicet eam? Quis enim est tã piger,qui comedendo uel bibendo manum ad os suum non applicet? Sal. Qui absconđit manum suam sub ascella,non uult utiq; ad aliquod opus uel laborem extendere illam, ergo per pigrum designatur unusquisq; segnis & desidiosus prædicator, qui non uult opere implere quod dicit. Manum quippe ad os porrigere,qui studet opere implere quod docet. Ver. Quis est ille piger,de quo dicit: Propter frigus piger arare noluit,mendicabit ergo æstate,& non dabitur ei? Quod si piger tempore frigoris arare noluerit,nunquid æstatis tempore qui sibi aliquid tribuat inueniri non poterit? Sal. Sæpe nanq; pigri & frigore & æstatis tempore inueniunt,qui sibi tribuant eleemosynam, fideles, sed piger in hoc loco illum significat,qui propter desidiam,& huius mundi aduersitatem,quæ per frigus designatur,in dei seruitio negligit laborare, & idcirco in futuro die iudicij mendicabit,quia non habebit opera bona,pro quibus mereatur accipere beatitudinem,quoniam quicquid seminauerit homo, hoc & metet. Ver. Cur ergo dies iuditij & regnum dei æstati comparatur? Sal. Quia tunc omnia nostræ tristitiæ nubila transibunt,& uitæ illius

lius dies æterni solis claritate fulgebit. Ver. De quo rege dicit: Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo? Sal. De illo qui est rex regum, & dominus dominantium, uidelicet domino Iesu Christo, qui sedet in solio iudicij, quia pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Ipse nimirum dissipat omne malum intuitu suo, quia respectu potentiæ omne malum etiam secretarum cogitationum penetrabit, ut reddat secundum quod egit, unde in Euangelio dicit: Nihil opertū quod non reueletur, et occultum, quod non sciatur. Tunc iustis cum domino coronatis, soli reprobi pœnas subibunt æternas. Ver. Quid est quod ait: Pondus & pondus, mensura & mensura, utrūque abominabile apud deum? Sal. Pondus & pondus, mensuram & mensuram dicit, diuersum pondus & diuersam mensuram. Quantum ergo ad literam, quicunque in domo sua uarium habet pondus, uariamq; mensuram, propter hoc utique habet, ut aliter libret metiaturq; sibi, atq; aliter proximo, quod est utique abomninabile Domino, unde in lege Mosis Dominus præcepit, dicens: Sit tibi æquus modius, iustusq; sextarius. Ver. Quomodo autem spiritualiter intelligi debet? Sal. Ille in domo sua diuersum habet pondus, & diuersam mensuram, qui semper in suis actibus quærit, unde ipse laudetur, et in aliorum actibus perscrutatur, unde ipsi uituperētur. Iste utiq; talis abominabilis est deo, quia nimirum quantum sibi placere desiderat, tantum displicet deo, qui omnia cordis secreta rimatur. Ver. Quomodo intelligendum est quod ait: Malum est, malum est, dicit omnis emptor, & cum recesserit, tunc gloriabitur? Sal. Secundum literam solet emptor uituperare quod emere desiderat, & dicere: Malum est, malum est, ueruntamen si bene emerit, gloriabitur, cum recesserit. Ver. Spiritualiter autem quomodo intelligi debet?

Sal. Ille ueraciter est emptor, qui sibi æterna in cœlis præmia comparare desiderat. Ipse nimirum emere studet terrenis cœlestia, caducis mansura, temporalibus æterna. Talis ergo emptor quicquid patitur in præsenti, malum esse dicit, quia malum esse intelligit. Attamen quia omnia aduersa pro deo patienter sustinet, cum recesserit de mundo, tunc gloriabitur, quia perueniet ad beatitudinem. Ver. Item, quomodo intelligendū est, quod paulo post dicit: Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit? Sal. Hæreditas hæc acquisitio auaritiæ potest intelligi, ergo quicunq; per auaritiæ nequitiam in hac uita sibi diuitias multiplicare desiderant, necesse est, ut in futuro æternæ hæreditatis beatitudinem amittant. Aliter, quicunq; pro bonis operibus humanam laudem quærere desiderant, in principio quasi ad hæreditatem festinant, ideoq; in nouissimo benedictione carebunt, quia nullam remunerationem percipient à deo. De talibus enim scriptum est: Amen dico uobis, quia receperunt mercedem suam. Ver. Quid est quod ait: Ruina hominis est deuorare sanctos, & post uota tractare? Quid est hoc, deuorare sanctos? Sal. Deuorare sanctos, est uoto se obligare. Impij autem deuorabant sanctos, quod uoto se obligabant, ubi persequerentur sanctos, & occiderēt eos, quemadmodum quadraginta uiri Iudæi, sicut in Actibus Apostolorum loquitur: Deuouerunt se non manducaturos neq; bibituros, donec occiderēt Paulum. Et Pagani, ut sæpe legimus, dijs suis deuouerunt sanguinem Christianorum. Ver. Quid est quod ait: Et post uota tractare? Sal. Post uota promissa tractare, est sanctos persequi & distrahere, & quasi uile mancipiū contēnere. Ver. Quomodo ergo ruina est hominis, deuorare sanctos, & post uota tractare? Sal. Si enim peccatum est alicui homini nocere, multo magis peccatum est, cum aliquis sanctos dei persequitur, aut offendit, aut lædit, & idcirco ruina est illi, qui persequendo sanctos, æternæ damnationis sibi præparat interitum.

Ver. Quomodo intelligendum est quod ait: Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu dei. Quare dixit cor regis tantum esse in manu Dei, & non omnium hominum? cum alibi scriptum sit: In manu eius sunt omnes fines terræ. Si omnes fines terræ in manu, hoc est, in potestate Dei sunt, & corda omnium hominum sunt in manu eius. Sal.

Regem in hoc loco non illum debemus intelligere, qui rex est solo nomine, & temporaliter alijs imperat, sed unumquenque uirum sanctum, fidelem, atque religiosum Christianum, cuius milites sunt sacræ uirtutes, & ipse uitiorum bella in se bene uincere nouit. Sicut ergo Deus multifarijs diuisionibus aquarum late fines terrarum & aëris implet, ita cor regis quocunq; uoluerit, inclinabit, id est, ad quodcunq; bonum uoluerit, conuertet, quoniam sicut diuisiones gratiarum Angelis & hominibus iuxta uoluntatem suam tribuit, ita corda regum, id est, sanctorum uarijs donis replet, & diuer-

ſis ornat muneribus. Ver. Quid eſt quod ait: Vir qui errauerit à uia doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur? Qui ſunt iſti gigantes, in quorum cœtu morabit̃, qui errauerit à uia doctrinæ? Sal. Gigantes appellat immũdos ſpiritus, id eſt, dæmones, de quibus beatus Hiob dicit: Ecce gigantes gemunt ſub aquis, & qui habitant cum eis, id eſt, dæmones, & omnes quos ipſi deceperunt, & qui ſibi conſenſerunt ſub pœnis torquent̃. Ver. Quare dæmones appellantur gigantes? Sal. Quia dæmones ſuperbi & elati ſunt, & male fortes, ſicut olim fuerunt gigantes. In cœtu ergo iſtorum gigantium, id eſt, dæmonum commorabuntur omnes, qui errauerũt à uia doctrinæ, id eſt, à uia ueritatis, quia ſimul cum dæmonibus torquebũtur in pœna æternæ damnationis. Ver. Quæ eſt ciuitas fortium, uel quis eſt ſapiens, de quo dicit: Ciuitatem fortium aſcendit ſapiens, & detraxit robur fiduciæ eius? Sal. Ciuitatem appellat mundum, fortes dæmones. Mundus iſte quõdam ciuitas fortium erat, quia idolorum cultui deditus, dæmonibus ſeruiebat, & fiduciam uitæ in cultu habebat, qui non ſunt dij, ſed opera manuum hominum. Ver. Quis eſt ergo ille ſapiens, qui hanc ciuitatem fortium aſcendit? Sal. Ille filius uirginis, dei uirtus & dei ſapientia, qui tunc ciuitatem hanc aſcendit, quando natus in carne uiſibilis, mundo apparuit. Ipſe nimirum deſtruxit robur fiduciæ eius, quia ſubuertit & abſtulit de mũdo cultum deorum, in quibus confidebant gentiles. Ver. Quid eſt quod ait prouerbium: Adoleſcens iuxta uiam ſuam, & iam cum ſenuerit, non recedet ab ea? Nunquid non multi recedunt à uia ſua mala, quam ambulauerant in adoleſcentia? Sal. Vere plurimi inſpirante diuina gratia in ſenectute conuertuntur à uitijs, quæ habuerunt in adoleſcentia, nec Salomon hoc fieri poſſe negat. Sed frequentius hoc cõtingere ſolet, ut mores quos homo diſcit in adoleſcentia, non eos mutet in ſenectute, attamen non ſemper ita euenire confirmat, & idcirco ponit huiuſcemodi prouerbium, ut omnes admoneat, quatenus à prima ætate uirtutibus & bonis operibus ſtudeant inſudare, ne forte in ſenectute nõ poſſint ſtudia bonorum operum diſcere, quæ neglexerunt in tenera ætate. Ver. Quid eſt quod dicit: Fouea profunda os alienæ? Quæ eſt hæc aliena? cuius os eſt magna fouea? Sal. Os alienæ dicit os meretricis, qui ergo uerba meretricis libenter audit, & oſcula eius delectabiliter ſuſcipit, quaſi ianuam pulſat profundæ foueæ, id eſt, inferni, & niſi cito ſe ab eius colloquio uel oſculo ſubtrahat, deſerente ſe deo, illico mergitur in foueam mortis, & hoc eſt quod dicit: Cui iratus eſt dominus, incidet in illã. Ver. Quid eſt quod ait: Appone cor ad doctrinam meam? Et paulo poſt ſubiungit: Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus & ſcientia, ut oſtenderem tibi firmitatem & eloquia ueritatis. Quomodo tripliciter deſcripſit doctrinam ſuam & ſcientiam? aut quid eſt apponere cor, & intelligere doctrinam? Sal. Tripliciter uero doctrinam ſuam deſcribit, qui unicuiq; præcipit, ut eam ſtudeat implere cogitatione, locutione & opere. Ver. De quib. terminis dicit: Ne trãſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui? Sal. Terminos antiquos dicit terminos ueritatis & fidei, quos ſtatuerunt ab initio catholici doctores. Hoc ergo præcepit, ut ueritatem ſacræ fidei & Euangelicæ doctrinæ nemo aliter ſuſcipiat, quam à ſanctis patribus eſt tradita. Siue hoc præcipit, ut eloquia ſanctarum ſcripturarum nemo aliter interpretetur, niſi iuxta uniuſcuiuſq; ſcribentis intentionem. Ver. Quæ ſunt opes illæ, de quibus dicit: Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non potes, quia facient ſibi pennas, & uolabunt in cœlum? Quas pẽnas ſibi opes, id eſt, diuitiæ ſeu copiæ facere poſſunt? Sal. Opes iſtæ ſunt arcana diuinitatis, & ſecreta cœleſtium myſteriorum, & eſt ſenſus: Ne erigas oculos tuæ mentis ad perſcrutanda diuinitatis arcana, & myſteriorum cœleſtium ſecreta, quæ penetrare non potes, nec intelligere uales, quoniam ſolis aquilis hæc patent, id eſt, ſupernis ciuibus tantum manifeſta ſunt. Ver. Quæ ſunt cellaria, de quibus dicit: In doctrina replebuntur cellaria uniuerſa ſubſtantia præcioſa & pulcherrima? Sal.

Cellaria ſunt corda iuſtorum, qui per doctrinam ſapientiæ replentur ſubſtantia præcioſa & pulcherrima, id eſt, donis uirtutum atque bonorum operum. Ver. Quid eſt quod dicit: Septies enim cadit iuſtus, & reſurget? Si iuſtus eſt, quomodo cadere, id eſt, peccare dicitur? Sal. Loquitur enim hic Salomon de leuibus & quotidianis peccatis, ſine quibus nullus iuſtorum in hac uita eſſe potuit, nec eſſe poteſt, ut alibi dicit: Benedicam Domino in omni tempore. Septies etiam ſignificat aliquando, ſæpe & frequenter, quod aptiſſime hic intelligi poteſt: Septies, hoc eſt, ſæpe cadet iuſtus & ſæpe reſurget, aut certe omni tempore cadit & reſurgit, ſcilicet gratia diuina, ſecundum quod ſupra dictum eſt.

Ver. Quomodo intelligendum est: Præpara opus tuum foris, & diligenter exerce agrũ tuum, ut postea ædifices domum tuam? Quod est hoc opus, quod foris præparare debemus? Sal. Opus uocat bonam actionem, ideoq; addidit tuum, hoc est, tibi utile & necessarium. Opus ergo nostrum foris præparamus, cum actionem nostram bene exterius componimus, & ut deo placeat, ordinamus. Ver. Quomodo agrum nostrum diligenter exercemus? Sal. Agrum diligenter exercemus, si à spinis uitiorum corpus nostrũ purgamus. Ver. Post agri exercitium domum nostram quomodo ædificabimus? Sal. Si primo exterius actus nostros bene componimus, tunc domum nobis bene ædificamus, cum puritatem uitæ, & munditiam etiam cogitationum seruamus, & habitaculũ nostræ mentis pijs cogitationibus exornamus. Ver. Quis est dominus, aut qui sunt reges, de quibus dicit: Gloria domini, est celare uerbum: gloria regum, inuestigare sermonem? Sal. Dominus iste dei filius est, uidelicet dominus Iesus, cuius gloria fuit celare Verbum, id est, se esse dei filium, quia dum in carne apparuit, magis se hominem, quam dei filium confiteri uoluit, ut diabolus eum non cognosceret, & ita passione sua genus humanum redimeret. Quoniam si eum diabolus cognouisset dei filium esse, nunquam cruci fixisset. Gloria quippe domini fuit celare Verbum, id est, in forma hominis, diuinitatis suæ occultare potentiam, ut dum infirmitatem carnis ostenderet, diabolus eum à passione retrahere festinaret, quatenus per ignorantiam passionis perueniret ad gloriam resurrectionis. Ver. Qui sunt ergo reges quorum gloria est, inuestigare sermonem?

Sal. Reges isti sancti fuerunt Apostoli, qui diligenter sermonem domini inuestigare studebant, quo se Domini fore significabant. Nam ubi non aperte se Dominum esse mõstrabat, sed mystice uolebat intelligi, eius sermonem summa perscrutabantur diligentia, quale est illud: Ego & pater unum sumus, &c. Nam cum celaret Verbi diuinitatem, & ostenderet carnis infirmitatem, interrogauit hos reges, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? Cui regum eximius, uidelicet beatus Petrus Apostolus, inuestigans sermonem illius, quem antea sæpe audiuit, continuo respondit: Tu es Christus filius dei uiui. Ver. Quid est quod sequitur: Cœlum sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile esse dicunt. Sal. Reges uocat Prophetas & Apostolos, qui reuelante sancto Spiritu arcana diuinitatis cognoscere meruerunt. Per cor regum designatur scientia & intellectus Prophetarum & Apostolorum. Ver. Quomodo ergo intelligẽdum est quod ait: Cœlum sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile? Sal. Sicut altitudo cœli, & profunditas terræ comprehendi non potest ab hominibus, ita nostræ fragilitatis capacitas non ualet comprehendere, neq; penetrare altitudinẽ scientię & intellectus Prophetarum & Apostolorũ. Ver. Quomodo sibi concordant, aut quomodo sibi cõuenire possunt ea quæ dicit: Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis, &: Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse uideatur? Iste nimirum sententiæ ualde sibi uidentur esse contrariæ. Sal. Vere bene sibi concordant, si eas diligenter consideremus. Per hoc enim quod ait: Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, nos admonet, ut quia stultus sapientiam non percipit, nos eius stultitiam nõ imitemur, sed potius contemnamus & despiciamus, & quoties ei loquimur, non turpiter, non furiose, non superbe, sed honeste, patienter atq; humiliter hoc loquamur sapienter, ne illi similes efficiamur. Per hoc uero quod sequitur: Responde stulto iuxta stultitiam suam, nos admonet, ut sapienter increpemus & redarguamus stultum, & manifeste demonstremus, quanta sit in eo stultitia, ne forte si non agnoscat stultitiam suam, se putet esse sapientem. Ver.

Quis est ille susurro, de quo dicit: Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad interiora uentris? Sal. Susurronem appellat incentorem litis, & bilinguem, qui laudes uerborum simulat, & ideo quasi simplicia esse uidentur uerba ipsius. Sed perueniunt ad interiora uẽtris, quia susurro semper quærit audire, unde possit iurgia seminare, quibus stomachus indignetur, & omnia interiora perturbent. Ver. Quis est ille amor absconditus, de quo dicit: Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus? Sal. Amorẽ absconditũ in hoc loco amorẽ uocat illicitũ, id est, libidinosum, ut est amor adulterinus, qui pro sua turpitudine absconditur, ne à sapientibus redarguatur. Melior est ergo manifesta correptio, quam amor absconditus, quia multo melius est, aliquem ut corrigatur, manifeste increpare, quam studio simul peccandi occulte diligere. Ver. Quid est quod ait: Anima saturata calcabit fauum, anima esuriens amarum pro dulce sumet? Quomodo anima

saturata

saturata fauum calcat? Sal. Iuxta literam anima saturata fauum calcat, quia quicunque cibis repletus est, & dulcem contemnit ac despicit escam. Qui uero esurit, licet aliquam in cibis amaritudinem sumat, paruipendit. Ver. Spiritualiter autem quomodo intelligenda est hæc sententia? Sal. Anima saturata est anima diuitum, qui in præsenti uita habēt consolationem suam, quoniam rerum temporaliū copijs abundant. Vnde dominus in Euangelio ait: Væ uobis qui saturati estis, quia esurietis. Anima ergo diuitū calcat fauū quia pro terrenis bonis spernit dulcedinem regni cœlestis. Anima uero esuriens & amarū pro dulci sumet, quoniam qui esurit & sitit iustitiam, omnem amaritudinem pro dulcedine sumit, quia patienter sustinet omnem præsentis uitæ aduersitatem pro amore supernæ dulcedinis, id est, æternæ beatitudinis. Ver. Cui loquitur Salomon, cum dicit: Diligēter agnosce uultum pecoris tui, tuosq; greges considera? Nunquid lanigeros docet considerare greges? Sal. Non, loquitur enim pastori Ecclesiæ, & est sensus: Diligēter curam impende, quibus præpositus es, & agnosce animos & actus singulorum, & si aliquam sorditatem uitiorum inueneris, citius castigare & emendare stude. Ver. Quare mox subiūgit. Non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur in generationem generationum? Sal. Vt pastor Ecclesiæ ouibus sibi commissis incessanter curam adhibeat, et est sensus: Non enim tu semper habebis potestatem pascēdi oues dominicas, sed corona tribuetur in generatione generationum, id est, æterna præparata est corona, quā & tu percipies, si bene paueris dominicas oues. Ver. Quid necesse fuit Salomoni dicere: Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ uirentes, & collecta sunt fœna de montibus? Quis enim hoc dicit quod ignorat? Sal. Vere nullus, si hæc uerba tantum iuxta literam acciperimus. Ver. Quomodo intelligenda sunt? Sal. Vere tantum spiritualiter. Ver. Quid ergo prata significant? Sal. Per prata designantur cœlestia mysteria quæ ideo prata dicuntur, quia pascua sunt animarum fidelium. Hæc enim prata, hoc est, diuina mysteria diu clausa fuerunt sub typis ac figuris legalibus. Ver. Quomodo, & quando aperta sunt hæc prata? Sal. Aperta quippe sunt prata, quia per gratiam domini Saluatoris reuelata sunt cœlestia sacramenta, quando aperuit discipulis suis sensum, ut intelligerent scripturas. Tunc apparuerūt & herbæ uirentes, hoc est nouæ sententiæ Euāgelicæ ueritatis & gloriæ. Ver. Quid significant fœna, quæ collecta sunt de montibus? Sal. Per montes designant̄ sancti patres ueteris testamenti scriptores. Per fœna scripta eorū. Collecta sunt fœna de mōtibus, quia scripta sanctorū ueterū patrū collecta sunt ad pabulum & ad refectionem ouium dominicarum, id est, animarū fidelium. Ver. Quid est quod ait: Pauper & creditor obuiauerunt sibi, utriusq; illuminator est dominus? Quis est iste pauper & iste creditor, qui sibi obuiauerunt? Sal. Pauper est humilis uerbi dei auditor, creditor autem est, qui pauperi, id est, humili auditori pecuniam uerbi dei prædicando committit. Ver. Quando pauper & creditor obuiant sibi? Sal. Quando in unam eandemq; auditor simul & prædicator diuinæ pietatis gratiam conueniunt, unde pulchre sequitur: Vtriusq; illuminator est dominus, quia sine gratia diuinæ pietatis nec ille potuit prædicare, nec iste credere. Ver. Quid est quod ait: Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus? Quæ est hæc prophetia, qua deficiente, populus dissipabitur? Sal. Prophetia est sacerdotalis eruditio atq; doctrina. Ergo cum cessauerit doctrina & eruditio sacerdotum, populus dissipabitur, quia cum deest admonitio & increpatio sacerdotum, suæ uoluntati & arbitrio relinquitur, & continuo uarijs peccatis uitijsq; corrumpitur. Ver. Quomodo ignitus clypeus est omnis sermo dei, sic enī dicit Salomon: Omnis sermo dei ignitus clypeus est sperantibus in se? Sal. Omnis sermo diuinæ autoritatis idcirco ignitus clypeus dicitur, quia corda electorum, quæ spem suam in deo ponunt, & igne charitatis accendit, & scientia ueritatis illuminat, & sordes uitiorum, quas in eis reperit, consumit, & purgat, & ab insidijs hostium, cunctisq; defendit aduersitatibus. Ver. Quæ est sanguisuga, cuius duas dicit esse filias, sic enim ait: Sanguisugę duæ sunt filiæ, dicentes: affer affer, & nunquam satiantur? Sal. Sanguisuga diabolus est, qui semper sanguinem sitit, id est, ad peccata homines trahere cupit, & sitim peccādi incessanter accendit. Ver. Quæ sunt illæ duæ filiæ sanguisugæ, dicentes, affer affer, & nunquam satiantur? Sal. Luxuria uidelicet & auaritia, istæ nimirum spiritualiter diaboli sitim & ardorem imitantur, quia sicut nunquam peccando satiantur, sic nec auaritia nec luxuria. Nā quanto quisque magis luxuriatur & fornicatur, tanto amplius delectatur. Similiter quanto

quanto quisque sibi diuitias accumulat, tanto magis eas semper augmentare desyderat.
Ver. Quare posuit Salomon exemplum stellionis, dicens: Stellio nutritur manibus, & commoratur in ædibus regis. Sal. Vt pigros & ingenio tardos ad operandum & benedicendum prouocaret. Ver. Quod genus animalis est stellio? Sal. Genus lacertæ ualde pigræ, & colore uario, unde nomen accepit stellio, quia quasi stellis, id est, guttis distinctus & uariatus est. Ver. Quid ergo significat stellio? Sal. Illos significat, qui tardi sunt ingenio, & tamen quotidiano studio & diligentia magis æternam aulam conscendunt, hoc est, quamuis cũ magno labore ad noticiam sacrarum scripturarum perueniunt, & penetrare ualent secreta cœlestium mysteriorum. De talibus scriptũ est in Euangelio: Qui habet, & dabitur ei, & abundabit, quoniam qui habuerit studium legẽdi, dabitur ei facultas intelligendi. Ver. Quæ sunt illa tria, de quibus Salomõ dicit: Tria sunt quæ bene gradiuntur, & quartum, quod incedit fœliciter? Sal. Leo fortissimus bestiarum, qui ad nullius pauet occursum, Gallus succinctus lumbos, & Aries, nec est rex qui resistat ei. Ista sunt quæ bene gradiuntur. Ver. Quem significat iste leo? Sal. Illum, de quo scriptum est: Sicut leo de tribu Iudę, &c. Dominum scilicet Iesum Christum, qui fortissimus bestiarum dicitur, quia quod infirmũ est dei, fortius est hominibus. Ver. Quod est illud infirmum dei? Sal. Infirmum fuit dei, carnem nostræ mortalitatis assumere, sed hoc fortius est hominibus, quia ipse homo natus ex uirgine perfectus extitit deus.
Ver. Quare iste leo ad nullius pauet occursum? Sal. Quia peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius, unde ipse dicit in Euangelio: Ecce uenit princeps mundi, & in me non inuenit quicquam. Ver. Quid significat gallus succinctus lumbos? Sal. Sanctos prædicatores. Ver. Quare galli prædicatores dicuntur? Sal. Quia inter præsentis uitæ tenebras uerum mane, hoc est, ueram lucem prædicando, annunciant gloriam uidelicet æternę beatitudinis. Ver. Quare isti galli succincti lumbos dicuntur? Sal. Quia sancti prædicatores in membris suis luxuriam & libidinem restinguũt.
Ver. Quid significat aries, cui non est rex qui resistat? Sal. Per arietem sancti designantur confessores & sacerdotes, qui ueluti arietes gregem præcedunt, quia populum fidelem per exempla sua gradientem ducunt. Isti nimirum arietes si spiritualiter & recte uiuant, nullus est rex, qui eis resistere ualeat, quia nullus est tam sęuus persecutor, qui eorum intentionem ualeat impedire, quia etsi eis mala ingeruntur, omnia patienter sustinent pro Christo. Ver. Quid est illud quartum, quod incedit fœliciter? Sal. Ille, qui stultus apparuit, postquam erectus est in sublime. Ver. Quis est ille? Sal. Antichristus, qui eleuabitur in sublime, hoc est, in excelsum, quia cum fuerit homo nequissimus, dedignabitur se filium dei nominare, sed mentietur se esse deum. Ver. Eleuatus in sublime quomodo stultus apparebit? Sal. Quia in ipsa elatione & superbia sua subito diuino gladio percussus interibit. Ver. Quare de illis superioribus dicit: Tria sunt quæ bene gradiuntur, de isto uero: Quartum quod incedit fœliciter. Quare similiter de isto non dixit, incedit bene, sed ait fœliciter? Sal. Quia omne quod fœliciter incedit, semper non bene incedit: neque omne quod incedit bene, semper fœliciter. Ver. Quæ sunt ergo quæ incedunt bene, aut quæ fœliciter? Sal. Illa bene incedunt, quæ ambulant sancte & iuste. Illa incedunt fœliciter, quę in hac uita habent prosperitatem suã. Leo, gallus & aries bene gradiuntur, sed non fœliciter. Quia & Christus dei patris uoluntatem in omnibus compleuit, sed multa aduersa, & mortem sustinuit. Similiter sancti prædicatores & cõfessores diuinam student adimplere uoluntatem, sed multas in hac uita sustinent persecutiones. Antichristus uero non bene incedit, quia superbus contra dei uoluntatem omnia faciet. Sed incedet fœliciter, quia, quamuis ad breue tempus, in magna erit gloria & prosperitate. Ver. Quis est ille rex Lamuhel, de quo dicit: Verba Lamuhel regis uisio, qua erudiuit eum mater sua? Sal. Lamuhel Hebræa lingua dicitur: Latine interpretatur, in quo deus. Ipse nimirum est Salomon rex Israhel, in quo fuit deus, quia nisi deus in eo mansisset, tot & tanta diuina mysteria nec intelligere, nec scribere potuisset. Ver. Quæ fuit mater eius, quæ erudiuit eum, & docuit uisionem? Sal. Secundum literam potest intelligi carnalis eius mater Bersabęe regina, quæ prudenter illũ docuit. Sed mater in hoc loco nulla melius intelligitur, quàm spiritualis & diuina gratia, quæ illum in corde inuisibiliter erudiuit & docuit intellectũ sapiẽtiæ, quã ipse foris hominib. & prædicauit & scripsit.
Ver. Quæ est mulier illa fortis, de qua dicit: Mulierem fortem quis inueniet? procul & deulti-

de ultimis finibus precium eius? Sal. Mulier fortis appellatur ſancta Eccleſia catholica, quæ ideo mulier dicitur, quia deo ſpirituales generat filios ex aqua & ſpiritu ſancto. Fortis ideo dicitur, quia cuncta ſeculi huius aduerſa ſimul & proſpera, propter fidem & amorem ſui conditoris ac redemptoris contemnit & deſpicit. Ver. Quare dixit Salomon, Mulierem fortem quis inueniet? Sal. Quia per ſpiritum ſanctum cognouit, quomodo nullus prophetarum, nullus omnino electorum ſufficeret ad redemptionem humani generis, niſi ſolus mediator dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, ideoq; ait: Mulierē fortem quis inueniet? ſubauditur niſi Chriſtus. Ver. Quare mox addidit, Procul, & de ultimis finibus precium eius? Sal. Vt oſtenderet quia non ſuo tēpore, ſed longe poſt eum nec ſimilis illi uenturus erat Chriſtus, id eſt, purus homo peccatorum ſordibus, ſed in fine ſeculorū deſcenſurus erat de cœlis dei filius, qui natus ex uirgine, perfectus eſſet deus & homo, & hoc eſt quod ait, Procul, id eſt, longe poſt, ſignificat autem tempus quod fuit à diebus Salomonis, uſq; ad partum uirginis. De ultimis uero finibus dicit, quia à ſummo cœlo egreſſio eius. Ver. Quod precium dedit dominus pro hac muliere? Sal. Semetipſum, ſicut dicit Apoſtolus: Qui dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam in odorem ſuauitatis. Ver. Mulier fortis quomodo facta eſt quaſi nauis inſtitoris? ſic enim dicit Salomon: Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum. Sal. Inſtitor dicitur negociator propterea, quia ſemper inſiſtit, ut acquirat & multiplicet merces & lucra ſua. Nauis ergo inſtitpris onuſta diuerſis mercimonijs, quæ in ſua patria magis abundant, per mare pergit ad loca peregrina, ut illic uenditis omnibus illis, quæ attulit, chariora domū reportet. Sic ergo mulier fortis, id eſt, ſancta Eccleſia ſemper deſyderat onerari uirtutum diuitijs, & abundare bonis operibus, nauigans per mare ſeculi huius, ut per ea mereatur, id eſt, acquirat maiora, id eſt, diuinæ gratiæ dona. Ver. Quis eſt huius nauis inſtructor? Sal. Dominus Ieſus Chriſtus, qui dedit preciū ſanguinis ſui, & redemit Eccleſiam. Sancta ergo Eccleſia ad exemplum inſtructoris, hoc eſt, Domini ac redemptoris ſui ſemper ſibi multiplicare laborat uirtutum atq; bonorum operum lucra, ut per ea mereatur maiora acquirere, id eſt, æternæ beatitudinis præmia, & hoc eſt quod ait: De longe portans panem ſuum, quia in omnibus bonis quę temporaliter agit, ſolam tantum uiui panis ſacietatem deſyderat, quia æternam ſolummodo retributionem expectat. Ver. Quid eſt dicere: Sindonem fecit & uendidit, & cingulum tradidit Chananæo? Sal. Sindonem fecit Eccleſia, & uendidit, quia fidem quam credendo texuerat, loquendo dedit, ac ab infidelibus fidem rectæ cōuerſationis accepit, quare & Chananæo cingulum tradidit, quia per uigorem demonſtratæ iuſtitiæ fluxa opera gentilitatis aſtrinxit, unde hoc quod percipitur, uiuendo teneatur. Ver. Quid eſt quod ait: Stragulatam ueſtem fecit ſibi, Byſſus & purpura indumentum eius? Quæ eſt ſtragulata ueſtis? Sal. Stragulata ueſtis eſt, quæ uariata textura firmiſſima fieri ſolet. Ver. Quid ergo ſignificatur per ſtragulatam ueſtem? Sal. Fortia opera ſanctæ Eccleſiæ, & diuerſa uirtutum ornamenta, de quibus propheta dicit: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato, circundata uarietate. Ver. Byſſus & purpura quomodo indumentum eius mulieris, id eſt, ſanctæ Eccleſiæ eſt? Sal. Byſſus, eſt genus lini cādidiſſimi, unde pulchre per byſſum deſignatur corporis caſtitas, & ſanctæ conuerſationis puritas. Per purpuram uero ſanguinis effuſio deſignatur. Fortis ergo mulier, id eſt, ſancta Eccleſia induit ſe byſſo dei, id eſt, ſeruat corporis caſtitatem, & ſanctæ conuerſationis rutilat nitore. Induit & ſe purpura, quando in ea ſancti martyres pro Chriſti nomine ſanguinem fundunt. Ver. Si byſſus & purpura indumentum eſt ſanctæ Eccleſiæ, cur ergo dicit in ſequentibus: Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouiſſima? Sal. Nulla eſt contrarietas, quia fortitudo refertur ad purpuram, decor uero ad byſſi candorem. Eſt ergo fortitudo indumentum Eccleſiæ ſanctæ, quia propter fidem Chriſti, & iuſtitiam patienter ſuſtinet malorum hominum improbitatem & perſecutionem. Eſt & decor indumentum eius, quia operatur iuſtitiam, & ſe uirtutum gratia ornat. Ver. Quare autem dicit: Ridebis in die nouiſſima, cum dominus dicat in Euangelio: Vę uobis qui ridetis, quia lugebitis & flebitis? Sal. In ſcripturis ſacris riſus gaudium ſignificare ſolet, unde dominus in Euangelio: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis, id eſt, gaudebitis. Et beatus Hiob dicit: Os autem ueracium replebitur riſu, id eſt, gaudio. Mulier ergo fortis, id eſt, ſancta Eccleſia ridebit in die nouiſſimo, id eſt, gaudebit in tribulatione regni cœleſtis. Ver. Qui ſunt filij mulieris

qui eam beatiſſimam prædicauerunt? aut quis eſt uir eius, qui laudauit eam, ſic enim dicit: Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt filij eius, & uir eius laudauit eam.

Sal. Filij huius mulieris, id eſt, ſanctæ Eccleſiæ, ſunt om̃es electi, uir eius dominus eſt Ieſus Chriſtus. Surgent enim filij Eccleſiæ, uidelicet omnes electi de puluere terræ in nouiſſimo die iudicij & immortalitatis gloria decorati, matrem ſuam beatiſſimam prædicabunt, id eſt, laudabunt ſanctam Eccleſiam, quæ illos genuit deo ex aqua & ſpiritu ſancto. Surget & uir eius, dominus uidelicet Ieſus Chriſtus, cũ in die iudicij manifeſtus apparuerit in potentia diuinitatis, & laudabit eam, dicens in iuditio: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum ab initio mũdi: Eſuriui, & dediſtis mihi mãducare, &c.

Ver. Cur ergo poſuit præteritum, dicens: Surrexerunt? debuit enim dicere, ſurgent.

Sal. Quod ergo Salomon futurum nouerat, certiſſimum tenebat, & ideo more prophetico præteritum poſuit pro futuro. Ver. De quibus dicit quod ſequitur: Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es uniuerſas? Sal. Multas filias appellat Eccleſias hæreticorum, & turbas malorum catholicorum. Ver. Quæ filiæ dicuntur Chriſti uel Eccleſiæ? Quare dicuntur filij Chriſti aut Eccleſiæ? Sal. Propter fidei ac baptiſmi ſacramentum, & adoptionem filiorum, quam in baptiſmate perceperunt. Ver. Illæ filiæ quas diuitias congregauerunt? Sal. Orationes, ieiunia, eleemoſynas, afflictionem, & caſtimoniam carnis, linguæ refrenationem, meditationem ſcripturarum, & cæterorum bonorum operũ diuitias, quæ ueræ diuitiæ ſunt, ſi ſpirituali fiant intentione, uidelicet propter regni cœleſtis retributionem, aliter nihil proſunt agentibus. Vnde filiæ uidelicet hæreticorum, aut turbæ malorum catholicorum, fruſtra congregauerunt ſibi diuitias, quia uel in fide errauerunt, uel certè huiuſmodi bona opera non ſpirituali fecerunt intentione, de quibus in Euãgelio dominus: Multi dicũt mihi in illa die, domine domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui uos. Sancta uero Eccleſia catholica ſupergreſſa eſt, hoc eſt, tranſcendit omnes illas filias, quæ quicquid boni agit, in fide tantum recta & ſpirituali operatur intentione. Ver. De qua gratia, & de qua pulchritudine loquitur, cum dicit: Fallax gratia, & uana pulchritudo, mulier timens dominum, ipſa laudabitur. Sal. Fallax gratia humanæ laudis, quam hypocritæ ab omnibus exquirunt. Pulchritudo uana eſt pulchritudo caſtitatis, uel bonæ operationis, quam hypocritæ hominibus oſtendere cupiunt, ut ab eis laudentur. Ver. Quare hæc gratia & hæc pulchritudo fallax dicitur uana? Sal. Quia fallit, hoc eſt, decipit ſimulatores, quoniam dum in hac uita quærunt mercedem, in futuro nullam recipient remunerationem, & ſi caſtitatẽ ſeruant, uel aliqua bona operantur uana ſunt omnia quæ faciunt. Ver. Quæ eſt mulier timẽs dominum? Sal. Sancta uidelicet quæ in hac uita ſemper manet Eccleſia in timore domini, quæ ſemper eius deſyderat præcepta implere. Ver. Quomodo ergo laudabitur hęc mulier? Sal. Idem Salomon in fine huius libri manifeſte demonſtrat, cũ dicit: Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius. Ver. Cuius ſunt hæc uerba? Sal. Viri illius domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ver. Quãdo hæc uerba dicturus eſt? Sal. In die iudicij, quãdo præcipiet Angelis, ut poſt finem huius uitæ Eccleſiam ad regni cœleſtis gaudia introducant. Sic enim præcipiet Angelis: Date ei de fructu manuum ſuarum, hoc eſt, bonorum operum. Nam per manus opera deſignantur, ac ſi patienter dicat, quia fructum bonorum operum facere curauit, hoc eſt, charitatem, gaudium, pacem, benignitatem, bonitatem, modeſtiam, continentiam, fidem, patientiam, hoc fructu dignam illi reddite mercedem. Et laudent eam in portis opera eius, hoc eſt, in iuditio, ſiue in ingreſſu patriæ cœleſtis laudant eam opera ipſa quæ fecit, hoc eſt, remuneretur pro bonis operibus, quæ geſſit.

Finis Parabolarum Salomonis.

D. SALONII VIENNENSIS EPISCOPI DOCTISSIMI, DIALOGUS ALTER,

ad Veranium Fratrem, in quo Ecclesiastes quàm purissime exponitur.

Colloquuntur Veranius & Salonius.



VEr. Quot nominibus uocatus est Salomon? Sal. Tribus, sicut scriptura sacræ manifestissime docēt, id est, Salomon, Ydida, & Ecclesiastes. Ver. Quare his nominibus appellatus est? Sal. Salomon, id est, pacificus dictus est, eo quod in regno eius pax fuit. Ydida uocatus est, id est, dilectus domini, quia dilexit eum dominus. Ver. Ecclesiastes qua lingua dicitur? Sal. Græca, nam Hebraice Cohelecht dicitur. Ver. Quomodo sonat in Latino sermone Cohelecht, aut Ecclesiastes? Sal. Ille proprie dicitur Ecclesiastes, qui cœtum, id est, Ecclesiā cōgregat. Vnde Latino sermone recte Ecclesiastes dicitur Concionator, quia concionatur, id est, loquitur ad populum, & sermo eius non ad unum specialiter, sed generaliter dirigitur ad omnes. Concionator ergo in Ecclesia sancta dici potest prædicator. Ver. Quot libros ædidit Salomon? Sal. Tres tantum, iuxta numerum uocabulorum suorum: Prouerbia, Ecclesiasten, & Cantica Canticorum. Ver. Quid ait Salomon in Prouerbijs, aut quid docet in Ecclesiaste, uel Cantico Canticorum? Sal. In Prouerbijs docet paruulum, & per uarias sententias instruit quasi filium. In Ecclesiaste uero iam perfectæ ætatis uirum imbuit, ut intelligat, quia in huius mundi rebus nihil est perpetuum, nihil gloriosum aut magnum, sed omnia sunt breuia, caduca, & uana, quæ cernimus. In Cantico Canticorum, iam consumatum uirum atq; perfectum in omnibus, & uarijs exornatū uirtutibus, sponsi, id est, domini nostri Iesu Christi amplexibus iungit. Ver. Spiritualiter autem quid significat ille Salomon, Ydida & Ecclesiastes? Sal. Dominum Iesum Christum, qui est noster Salomon, id est, pacificans omnia per sanguinem suum, fecit utraque unum, id est, de duobus populis unam sibi construxit Ecclesiā. Vnde Apostolus: Christus, inquit, pax nostra, qui fecit utraq; unum. Ipse est & Ydida, id est, dilectissimus patris filius, de quo ipse pater ad discipulos ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. Ipse nimirum est Ecclesiastes, id est, concionator noster, qui congregat cœtum, uidelicet sanctam Ecclesiam de uniuerso orbe terrarum, ad quem loquitur, dicens: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Hic est filius Dauid, ad quem cæci in Euangelio clamabant, dicētes: Miserere nostri fili Dauid. Hic est etiam rex Hierusalem, non terrestris, sed illius cœlestis, quæ est mater omnium nostrorū. Ver. Quid est quod dicit Ecclesiastes: Vanitas uanitatum, & omnia uanitas, cum scriptum sit in libro Genesis: Vidit deus cuncta quæ fecit, & erant ualde bona. Si cuncta quę fecit deus ualde bona sunt, quomodo ergo omnia uanitas, & non solum uanitas, sed etiā uanitas uanitatum? Sal. Cœlum & terra, maria & omnia quæ in hoc circulo continētur, per se quàm bona sunt, quoniam à bono deo creata sunt, sed comparata deo, utiq; pro nihilo habenda sunt, quia semper deus permanebit id quod est, illa uero omnia transibunt. Nam quæ uidentur, temporalia sunt, quia transitoria. Quæ autem non uidentur, æterna sunt. Ver. Quare bis replicauit sententiam suam, dicēs: Vanitas uanitatum dixit Ecclesiastes: Vanitas uanitatum, & omnia uanitas? Sal. Ad exaggerandam magnitudinem uanitatum iterauit sententiam suam, ut per hoc demonstraret, quia omnis gloria mundi sicut flos fœni marcescet, & sicut fumus pertransibit. Ver. De quibus generationibus dicit: Generatio præterit, & generatio aduenit? Sal. De generatione Iudæorum, & generatione Gētium. Recedit enim generatio prima Iudæorum, quoniam perijt propter infidelitatem, & succedit ei generatio de Gētibus, congregata uidelicet sancta fidelium Ecclesia, quæ per fidem Christi saluatur. Potest & sic intelligi: Generatio uade, & generatio uenit, id est, alijs morientibus, alij nascuntur, & quos prius uideras, iam non uides, & incipis uidere eos, qui ante non fuerint. Ver. Quare Salomon dicit: Terra in æternum stat, cum dominus in Euāgelio dicat: Cœlū & terra transibunt? Sal. Vere iuxta domini

domini ſententiam, cœlum & terra tranſibunt, per meliorationẽ, ſed non per ablationem quia igne iudicij purgata, meliorabuntur, quoniam renouabuntur, ſed penitus nõ deſtruentur. Tantum quippe ardebit cœlum ſurſum, & terra deorſum, quantum malitia hominum ſimul & dæmonum coinquinati potuit. Ergo iuxta ſententiã Salomonis, terra in æternum ſtabit, quoniam nunquam deſtruet̃, ueruntamen renouabitur & meliorabitur.
Ver. Quid ſignificare uoluit Salomon, cum ait: Oritur ſol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibiq; renaſcens, girat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem? Quis enim neſcit, quod oritur ſol & occidit, & per incognitas nobis uias regreditur ad locum ſuum, unde certus eſt ut iterũ oriatur? Sal. Hoc ideo Salomõ dicit, ut oſtenderet quia ſol ipſe, qui hominibus in lucem diei datus eſt, ſua mutabilitate, id eſt, ortu ſuo & occaſu, quotidie huius ſeculi monſtraret interitũ. Per has nanq; mutationes temporum, & per ortum ſyderũ & occaſum docet Salomon, quod humana ætas quotidie oritur & occidit. Ver. Quid ſol in hoc loco ſpiritualiter ſignificat? Sal. Illum uerum ſolem, dominũ uidelicet Ieſum Chriſtum, qui eſt ſol iuſtitiæ, de quo dicit propheta: Vobis qui timetis deum orietur ſol iuſtitiæ. Iſte ſol iuſtitiæ quotidie oritur timentibus ſe, id eſt, fidelibus ſuis, uidelicet ſanctis et pijs hominibus. Occidit etiam Meridie pſeudoprophetis, id eſt, hæreticis & malis catholicis, quia propter peccata ſua lumen gratiæ ipſius amittunt. Occidit & infidelibus, quia luce fidei non merentur illuſtrari. Ver. Quid eſt quod ait: Omnia flumina currũt in mare, & mare non redundat, ad locum unde exeunt reuertuntur, ut iterum fluant? Quis enĩ nouit, quod ad locum ſuum flumina reuertantur, ut iterum fluant? Sal. Nouit Eccleſiaſtes ille, ſcilicet Salomon, per gratiam ſancti Spiritus. Sed iſte noſter Eccleſiaſtes, uidelicet Ieſus Chriſtus, qui eſt ipſarum aquarum conditor, per potentiã diuinitatis, qua æqualis eſt deo patri, pleniſſime nouit, quia flumina quæ in mare currunt, in abyſſum defluunt, & per occultas uenas ad capita fontium reuertuntur, & de matre abyſſo iterum ebullire incipiunt. Ver. Spiritualiter autem quid ſignificant hæc flumina? Sal. Per hæc flumina deſignantur ſancti prædicatores, qui cum uirtutibus emicant, doctrinis coruſcant. Vere flumina ſunt, quoniam aridam terram carnalium cordium ſancta ſua prędicatione ſimul et operatione irrigant, ut ferant bonorum operum fructus. Ver. Quomodo ergo reuertũtur hæc flumina ad locum unde exeunt, ut iterum refluant? Sal. Quia ſancti prædicatores in omni doctrina & opere quod faciunt, ad laudem ſui creatoris recurrunt, ut domino autori ſuo laudes & gratias referant, per quem ut talia facerent, & omne bonum ſuum acceperunt. Semper etenim ad fontem ueri luminis reuertuntur, ne forte areſcant & exiccentur, ut ex eo aquam ſcientiæ, & gratiam uirtutum accipiãt, ut iterum fluant, hoc eſt, & ſemetipſos bonis operibus repleant, & aliorũ corda fluentis doctrinæ ſpiritualis infundant. Omnes etiam fideles flumina ſunt, & hæc flumina ad locum unde exeunt, reuertuntur, quoniam per ſancta deſideria ad amorem ſui conditoris redeũt, & de omnibus bonis laudes & gratias illi referunt, à quo ea perceperunt. Ver. Quare dedit Salomon cor ſuum, hoc eſt, ſolicito corde ſtuduit, ſcire prudentiam atque doctrinam, erroresq; & ſtultitiam. Bonum quippe eſt, ſcire prudentiam atque doctrinam, quid autem boni eſt, ſcire errores atque ſtultitiam? Sal. Sicut enim bonum eſt, ſcire prudentiam & doctrinam, ita uere bonum eſt, errores ſcire & ſtultitiam. Quoniam prima ſapientia eſt, carere ſtultitia, carere uero ſtultitia nemo poteſt, niſi qui intellexerit eam. Similiter nemo errores uitare poteſt, niſi qui intelligit eos, propterea in rebus terrenis plurima ſunt noxia creata, ut dum ea uitamus, erudiamur ad ſapientiam. Ver. Quare fuit æquale ſtudium Salomoni ſcire prudentiam & doctrinam, & econtrario, errores & ſtultitiam?

Sal. Vt dum appeteret alia, & ad alia declinaret, id eſt, apprehenderet bona, & deuitaret mala, uera eius probaretur ſapientia. Ver. Quid eſt quod Salomon dicit, quia in multa ſapientia multa ſit indignatio: & quod addit ſcientiam, addit & laborẽ. Quomodo multa eſt indignatio in multa ſapientia? Sal: Ideo in multa ſapientia multa eſt indignatio, quia quanto quiſq; maiorem ſapientiam percipit, tanto amplius ſibi indignatur, & dolet ſe uitijs & peccatis ſubiacere, & non habere uirtutes. Nam quanto quiſq; plus in ſapiẽtia proficit, tãto magis ſibi iraſcitur de malis operibus quæ geſſit, & contriſtat̃ & dolet ſuper peccatis ſuis, & ideo qui addit ſapientiã, addit & laborẽ, quia quanto amplius cœleſtia & æterna cognoſcit, tãto magis dolẽdo & flẽdo laborat, ut errorum laqueos euadere poſſit, & liberari ualeat de huius ſeculi miſeria. Ver. Quare dicit: Riſum deputaui errorẽ,

& gaudio dixi, cur frustra deciperis, cum hominum naturale sit ridere, & dominus in Euãgelio dicat: Gaudete & exultate, quoniam merces uestra magna est in cœlo? Sal. Nõ reprehendit Salomon risum naturalem, id est, modestum & honestũ, unde alibi dicitur Vir sapiens tacitus ridebit. Sed risum dissolutum & immoderatum atq; perstrepentem appellat errorem, talis nempe risus uocatur cachinnus. Similiter non spirituale sed temporale gaudium uocat deceptionem. Illi uero qui præterita mala sua non plangũt, neq; intelligũt ruinam peccatorum suorum, cachinnant & gaudent in rebus temporalibus, quia noua & breuia putantur esse bona perpetua, & idcirco suauitate præsentis uitæ decepti, quotidie huius seculi errore uexantur. Ver. Quid est quod ait: Vidi in omnibus uanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole? Quomodo dicit nihil permanere sub sole, cum superius dixerit, terra autem in æternum stat? Sal. Nihil enim permanebit sub sole, quod non transeat, quoniam omnia uana sunt. Vnde in Euangelio ait dominus: Cœlũ & terra transibunt, attamen terra in æternum stabit, quia non funditus destruetur, sed meliorabitur, sicut dictum est superius. Ver. Quare dicit: Sapientis oculi in capite eius, stultus autem in tenebris ambulat? Nunquid oculi stulti non sunt in capite ipsius? Sal. Oculi in hoc loco non possunt corporales, sed spirituales intelligi, oculi uidelicet mentis, id est, sensus & intẽtiones animi. Per caput uero designat Christus, unde Apostolus ait: Caput uiri Christus. Oculi uiri sapientis in capite sunt, quia uir sapiens omnem intentionẽ suam ad Christum dirigit, & in Christo collocat, & oculos suæ mentis semper ad cœlestia meditanda subleuat, stultus uero in tenebris ambulat, quia & stultitiæ simul, & peccatorum suorum tenebris obscuratur, & amore huius mũdi obscuratur, odit enim cœlestia, & ideo non potest sicut uir sapiens ad cœlum oculos suos erigere, quia non cogitat ea quæ dei sunt, sed quæ huius seculi. Ver. Quid ergo distat inter uirum sapiẽtem & stultum? Sal. Hoc distat, quia iste sapientia & claritate illustratur et exornatur, ille uero errore stultitiæ suæ obtenebratur & deturbatur. Tantum quippe distat inter sapientem & stultũ, quantum inter diem & noctem, lucem & tenebras. Ver. Quomodo tantum distat inter sapientem & stultum, cum unus sit interitus utriusq;, sic enim moritur doctus ut indoctus, sapiens ut insipiens? Sal. Quamuis unus sit occasus, & similis mors sapientis & stulti, & sæpe in hac uita magis affligitur sapiens, quàm stultus, tamen non erit similis memoria in futuro, nec æqualem percipient remunerationem. Quoniam sapiens in die iudicij ad regni cœlestis eleuabitur gloriam, stultus uero demerget in æternæ dãnationis tormenta. Ver. Quis est ergo iste sapiens, qui tantum distat à stulto quantũ lux à tenebris? Nunquid ille qui philosophicæ tantum disciplinæ pollet affluentia, uel liberalium artium splendet eloquẽtia? Sal. Nonnunquã secularis prudentia inimica deo est, & carnalis sapientia, quamuis eloquentiæ floribus exornetur, nullum tamẽ in se spiritualem, nullum perpetuæ beatitudinis fructum continet. Sed ille ueraciter est sapiens, qui dominum diligit, qui eius mandata custodit, & quantum possibile est humanæ fragilitati, eius uoluntatem in omnib. studet implere, de quo paulo inferius dicit: Homini bono in conspectu suo dedit deus sapientiam, & scientiam, & lætitiam. Ver. Quare statim subiungit: Peccatori autem dedit afflictionem & curam superfluam? Si enim deus peccatori homini dedit curam & solicitudinem superfluam habere, quid ergo ipse peccat, si curis superfluis atq; solicitudine rerum temporalium affligitur? Sal. Causa superfluæ curæ atq; malæ solicitudinis non est in deo, sed in illo qui ante sponte sua peccauit, quia peccatis suis exigentib. promeruit, ut haberet curam superfluã & solicitudinem, & ideo quod ait: Peccatori autẽ dedit curã superfluã, intelligendum est, suis meritis exigentibus, dari permisit, uidelicet quia peccator fuit. Ver. Quid uult demonstrare per hoc quod ait: Omnia tempus habent? Quod si omnia tempus habent, ergo æternæ diuinitatis substantia tempus habet. Sal. Absit, illa quippe ineffabilis & æterna maiestatis diuinæ essentia, quæ omnia creauit ex nihilo, non loco clauditur, non tempore coangustiat, non ullo spacio terminatur. Et idcirco Salomon, ut ostenderet de quibus hoc dixerit, statim subiunxit, dicens: Et suis spacijs trãseunt uniuersa sub cœlo. Vult enim demonstrare, quod contraria sibi sunt omnia, quę in mũdo sunt, & nihil est perpetuum ex omnibus quæ sub cœlo sunt, & ista tempus continent.

Ver. De qua plantatione ait, de qua euulsione loquitur, cum dicit: Tempus plantãdi, & tempus euellendi, quod plantatum est? Nunquid de plãtatione aut euulsione arborum aut herbarum dicit? Sal. Non, sed de natiuitate & morte hominum, nam quod superius

dixit:

dixit: Tempus nascendi, hoc est quod sequitur, & tempus plantandi, hoc est enim plantare quod nascitur. Quod supra dicit, tempus moriendi hoc est quod hic sequitur, tempus euellendi id quod plantatum est. Nam euelli hoc est, quod & mori. Soli quippe deo notus est ortus & occasus hominum, id est, tempus nascendi, & tempus pereundi, & tempus plātandi, & tempus euellendi. Quoniam ipse instituit, & tempus in quo unusquisq; nasceretur & plantaretur ad uitam, & tempus in quo moreretur, & de hac uita euelleretur, hoc est per sententiam mortis eradicaretur. Ver. Quid est quod iterum dicit: Tempus occidendi & tempus sanandi? Nulli quippe dubium, quod tempus sanandi à deo conceditur, sed nunquam deus instituit tempus occidendi alium, aut eum quem semel occiderit homo poterit nunquam sanare? Sal. Non utiq;, sed illi soli est tempus occidendi, & tempus sanandi, qui per Mosen loquitur, dicens: Ego occidam & ego uiuere faciam, percutiam & ego sanabo. Ipse nimirū statuit tēpus, in quo peccatores occidātur, & sanent infirmi, hoc est, peccatis languidi. Tunc enim occidit, cum uel corporis infirmitate, uel aliqua mundi huius aduersitate peccatores affligit, ut corrigantur & moriantur peccatis, & uiuāt deo. Saepe nanq; deus ideo flagellat sceleratos, ut eos occidat & sanet, id est, ut desinant esse q; sunt, & incipiant esse quod non sunt. Est ergo tempus sanandi, cum deus omnipotens eos quos occidit, id est, aduersitatibus misericorditer afflixit, per occultam inspirationem cōpungit, & ad poenitentiam prouocat. Ver. De qua destructione uel aedificatione loquitur, cum dicit: Tempus destruendi, & tempus aedificandi? Nunquid de aedificatione ac destructione domorū loquitur? Quid enim nobis prodesset, si hoc diceret? Quis enim nescit quoniam alij destruunt, & alij aedificant domos? Sal. Non hic loquitur Salomon de domorum, sed de malorum destructione, & aedificatione bonorum, quoniā necesse est prius mala destruere, & sic bona postea aedificare, iuxta illud Psalmistae: Declina à malo, & fac bonum. Hoc ergo dicit, quia tempus est destruendi mala, & tempus est aedificandi bona. Quoniam in praesenti uita concessum est nobis tempus à deo, ut destruamus mala, & aedificemus bona, id est, prius in nobis per poenitentiam deleamus peccata, postea uero per sancta desideria uirtutum construamus aedificia. Ver. Quare dicit tempus flendi, & tēpus ridendi, tempus plangendi, & tempus saltandi? Quis enim ignorat? quia alio tempore flemus, alio autem ridemus, aut quid profuit dicere tempus saltandi? Nunquid forsitan ostendere uoluit, quia oportet nos saltationum exercere ludicra? Sal. Absit, nihil oportet nos scurriliter agere, sed tempus flendi est uita praesens, tempus ridēdi uita futura. Qui ergo in praesenti uita quotidianis fletibus & lachrymis se purgare studuerit, in uita futura ridebit, id est gaudebit. Similiter tempus plangendi est uita praesens, tempus saltādi est uita beata. In motu nanq; saltationis homo suae mentis gaudium, & animi demonstrat affectum. Qui ergo in hac uita plangēdo studet abolere peccata, in futura uita saltabit, id est, laetabit & exultabit in gloria aeternae foelicitatis. Ver. Quid est quod ait: Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi? Quid enim prodest lapides spargere, aut quid prodest colligere, nisi forte domum aliquis uelit aedificare? Sal. Non de hac caussa loquit Salomon, sed de gentium dispersione & collectione. Nam per lapides Gentes designant. Vnde Ioannes: Potens est, inquit, deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. Tēpus enim fuit spargendi lapides ante aduentū domini, quia Gētiles non permanserunt in unitate fidei, sed recedentes à deo dispersi sunt, quia uarios deos adorabāt, & diuersa idola colebant. Tempus autem fuit colligendi lapides post aduentum domini, quia sicut Apostolus dicit: Vbi uenerit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Tunc quippe coepit colligere lapides, quia peracto passionis ac resurrectionis suae mysterio, direxit Apostolos suos in uniuersum terrarum orbē, dicens: Ite, docete omnes Gētes, baptizātes eos in nomine patris & filij & Spiritus sancti. Deinde celebrato quadragesimo die mysterio ascēsionis in coelos, mox ut ab Apostolis fama nominis eius diffusa est longe lateq; per mundum, lapides, id est, Gentiles, qui erant dispersi per uariam idolorum culturam, collecti sunt, quia resipiscentes, & abominantes idola in unitatem fidei conuenerunt. Ver. Cur iterum dicit: Tempus dilectionis & tempus odij, tamen Ioannes Apostolus dicit: Qui oderit fratrē suum, homicida est. Et in Euangelio dictum est: Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam aeternam custodit. Item: Qui non odit patrē suum & matrem, fratres & sorores, uxorem & filios, ad huc aūt & animam suā, nō potest meus

V 3 esse

esse discipulus. Dic ergo quando tempus est dilectionis, & quando tempus odij? Sal. Et nunc quidē tempus est dilectionis, quoniā post dominū diligere debemus patrem & matrem, uxorem & filios, & cæteros propinquos. Odij uero tempus, quia pro Christi cōfessione contēnere simul & odisse debemus & patrē & matrem, omnesq́ propinquos, si nobis in uia domini fuerint cōtrarij, sicut sancti martyres sæpe fecisse leguntur. Ver. Quid est quod rursum dicit: Tempus belli & tempus pacis? Quomodo tempus est belli? cū dominus in Euangelio dicat: Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es cū illo in uia. Et item: Si quis percusserit te in dextram maxillā tuam, præbe illi & alterā: & qui uoluerit auferre tunicā tuā, dimitte illi & palliū. Sal. Vere nobis semper est tēpus belli & pugnæ, quā diu in præsenti uita sumus, quoniā semper necesse nobis est pugnare aduersus insidias hostis antiqui, & æreas, id est, malignorum spirituum debellare potestates. Pacis uero tēpus erit, cū de præsenti seculo migrauerimus, quoniā si bene pugnauerimus in hoc seculo, in futuro coronabimur, & in cœlesti Hierusalē æterna pace requiescemus. Ver. Quare dicit: Cuncta fecit deus bona in tempore suo, cū superius dixerit omnia uanitatē esse? Si omnia uana, quomodo ergo bona sunt? Sal. Omnia uana sunt, quia transitoria, ueruntamē cuncta bona sunt, quoniā à deo bona creata, & bona quæ sunt, nō tamen semper, sed in tēpore suo. Nā bonū est uigilare, bonū etiam est dormire, attamen semper uigilare, aut semper dormire nō est utiq; bonum. Ver. Quare dubitando loquitē Salomon, dicens: Quis nouit, si spiritus filiorum Adā ascendat sursum, & spiritus iumentorū descendat deorsum? Quis enim ignorat, quia spiritus iumentorum, id est, pecorū, cunctorumq́ brutorum animalium simul cum corpore dissoluatur? Spiritus uero filiorum Adam, id est hominū, non simul cum corpore dissoluitur, sed mox ut egredietur de corpore, aut deducitur ad gloriam, aut demergitur in pœnam. Sal. Paulo superius ostendit Salomon, quia quantum ad corporis utilitatem, nihil distat inter iumentum & hominem, quia sicut moritur iumentum, moritur & homo. Sed ut ostenderet, quia secundum animæ dignitatem multū distat homo à iumento & pecore, idcirco disiunxit, dicens: Quis nouit, si spiritus filiorum Adā ascendat sursum, & spiritus iumentorum descendat deorsum? Ostendit enim, quia hæc sola differentia est inter homines & bestias, quoniam hominis spiritus ascendit in cœlum, et spiritus iumenti seu pecoris descendit in terram, quia moritur & simul dissoluitur cū carne. Ver. Cur ergo dicit Salomō, quis nouit? quasi nemo sit, qui hoc cognoscere possit. Sal. Ideo ait, quis nouit? ut difficultatem rei demonstraret, nam quis in scripturis sacris non impossibilitatem, sed difficultatem aut raritatem significare solet, sicut est illud: Generationem autem eius quis enarrabit? hoc est, aut nullus, aut perrarus. Nam quod impossibile est fieri, nullatenus potest, quamuis cū magno labore. Ergo ideo dicit: Quis nouit, quia perrarus, aut certe difficile inuenitur, ita spiritualis homo qui tunc perfecte comprehendere ualeat, cum de corpore spiritus egreditur, utrum ascendat, an ducatur ad pœnam? Ver. Quid significant spiritualiter isti filij Adā, aut illa iumenta? Sal. Filij Adā significant sanctos & electos uiros, qui merito appellantur homines, quia rationaliter sancte & spiritualiter uiuunt, per iumēta uero designantē carnales, quia propter ea iumēta uocantur, quoniam bestialiter & carnaliter, sicut iumenta & pecora uiuūt. Hinc eīn sanctus propheta Daniel dicit: Homines & iumēta sunt domine. Solet enim fieri, ut illi qui uidentur homines iusti peccent & conuertantur à iustitia sua, & faciant iniquitatem. Ecōtrario illi qui sunt mali & impij, conuertantur ab iniquitate sua, & faciāt iustitiam & æquitatem. Ideo dicit Salomon: Quis nouit si spiritus filiorū Adam ascendat sursum, & spiritus iumētorum descendat deorsum, quia tam incertus est uitæ huius status, ut et peccator, qui iumētum uocatur, per pœnitentiam conuersus surgat, & ascendat in cœlum, & iustus à iustitia sua ruat in peccatum, & demergatur ad inferos. Ver. Quid est quod ait: Stultus cōplicat manus suas, & comedit carnes suas? Quis est enim tam stultus, qui carnem suam comedat? Sal. Stultus iste, piger ille debet intelligi, de quo in prouerbijs dicit: Abscōdit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicuit eam. Iste piger et stultus cōplicat manus suas, & comedit carnes suas, quia magis eligit in ocio & torpore uiuere, & habere pugillum farris, quàm laborando acquirere, unde pascatur. Comedit carnes suas, dictum est per hyperbolen. Ver. Quid est hyperbole? Sal. Hyperbole igitur dicitur, quādo aliquid incredibile profertur. Ver. Quō ergo dictū est hyperbolice, comedit carnes suas? Sal. Quia incredibile est ut homo comedat carnes suas. Sed ad exaggerandam pi-

gritiam

gritiam huius stulti ait,comedit carnes suas,ut ostenderet,quia magis stultus desiderat,ut caro eius tabescat inedia,& miseria famis deficiat,quam ut manuum suarum laboribus sustentetur. Ver. Quis est unus,de quo dicit Salomon: Vnus est, & secundum nō habet, non filium,non fratrem,& tamen laborare nō cessat,nec satiantur oculi eius diuitijs? Sal. Ille est,qui cum sit unus,id est,solus,non habet secundum, hoc est, filium,non fratrē aut aliquem propinquum,& nunquam cessat laborare,hoc est,diuitias congregare,nec tātas congregat,ut ei sufficiant,Et ideo maxima uanitas est, cōgregare diuitias & ignorare cui eas relinquant. Ver. Quē significat spiritualiter ille unus,qui non habet secundum? Sal. Dominum Iesum Christum,qui naturaliter solus est dei patris filius,& solus descendit de cœlis ad redimendum genus humanū. Ver. Quomodo non habet filium uel fratrem,cum in sacro baptismate omnes Christiani filij dei efficiantur, & fratres domini nostri Iesu Christi? Sal. Ille solus proprius & naturalis filius,cæteri uero omnes sunt adoptiui,& ideo fratres eius sunt non natura,sed gratia. Ver. Quomodo ergo iste unus laborare non cessat? Sal. Quia peccata nostra patiēter sustinet,& misericorditer ad pœnitentiam expectat,& pro nobis quotidie apud deum patrem interpellat. Ver. Quomodo non satiantur oculi eius diuitijs? Sal. Quia nostram semper desiderat salutē. Ver. Quis est iste funiculus triplex,de quo dicit Salomon: Funiculus triplex difficile rumpitur? Sal. Vnitas patris & filij & Spiritus sancti,quia in diuinitate tres sunt personæ sed tantū una est natura. Ver. Cur ergo ait,difficile rumpitur? Illud enī quod difficile est, fieri potest,quamuis cum magno labore. Nunquid ergo potest iste funiculus rumpi? Sal. Vere nunquam,quia indiuidua est sanctę Trinitatis natura,sed difficile in hoc loco pro impossibili accipiendum est,quia fieri non potest,ut diuinitatis scindatur natura. Ver. Quis est ille puer pauper & sapiens,de quo dicit Salomon: Melior puer pauper & sapiens, rege stulto & sene? Sal. Dominus Iesus Christus,qui puer dictus est propter innocentiā & simplicitatem,quia peccatum non fecit,nec inuentus est dolus in ore eius. Iste puer cū esset diues,pro nostra salute factus est pauper. Iste ueraciter est sapiens, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ver. Quis est ille rex senex & stultus? Sal. Diabolus qui pene ab ipso mundi exordio regnauit in genere humano,& ideo senex uocatur. Et uere stultus rex,quia quanto plures decipit,tanto sibi pœnam accumulat. In regno quippe huius regis senis & stulti,id est,diaboli,natus est puer optimus,dominus uidelicet Iesus Christus,qui factus est rex regum,& dominus dominantium. Ver. Quid est quod ait: Custodi pedem tuum,ingrediens domum dei. Nunquid ab offensione lapidum monet custodire pedem,quando ingredimur domum dei,id est,Ecclesiam. Sal. Quāuis semper honeste & cum timore ac silentio debeamus ingredi domum dei,tamen nō pedem corporis docet custodiendum,sed pedem animæ,id est,gressum mentis,ut in conspectu dei mundas preces effundamus,& est sensus. Quando ingrederis domum dei,uidelicet Ecclesiam,custodi pedem tuum,id est,gressum mentis tuæ, ne offendas in malis cogitationibus,ut oratio tua pura dirigatur ad deum. Ver. Quid est quod ait: Ne dederis os tuum,ut peccare facias carnem tuam? Quomodo dat homo os suum,ut peccare faciat carnem suam? Sal. Quando loquitur uanitates & uerba libidinosa, quibus caro incitetur ad peccandum. Sed iste est proprius huius loci sensus: Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam,hoc est,noli quærere uanas excusationes, quibus des occasionem carni tuæ ad peccandum,hoc est,noli dicere,nō ego pecco, sed quod in me habitat peccatum,id est,fragilitas carnis meæ. Quia si hoc dicis, dominum prouocas ad iram,quasi ipse sit autor malitiæ atq; peccati. Ver. Quid est quod ait: Omnis labor hominis in ore eius,sed anima illius non implebitur? Quomodo potest fieri, ut omnia quæ laborat homo,sint in ore illius? Sal. Vir Ecclesiasticus sapiens & doctus omnem laborem suum habet in ore suo,quia omnia quæ in scripturis sacris discit, quotidie meditatur,prædicat & docet, & anima illius non implebitur,quia non sufficit sibi quod didicit, sed magis ac magis semper discere cupit & studet. Ver. Quid est quod ait: Melius est uidere quod cupias,q̄ desiderare quod nescias? Quomodo uidet homo q̄ cupit,aut quomodo desiderat quod nescit? Sal. Ille qui oculis mentis discernit inter bonum & malum, uidet quod cupiat bonum,& quod repudiet malum. Qui autem sequitur uoluntatem cordis sui & concupiscentias,sæpe desiderat quod nescit,quia uult comprehendere quod non potest. Ver. De quo dicit Salomon; Qui futurus est, iam uocatum est nomen eius,& scitur quod

homo sit? Sal. De domino Iesu Christo, cuius nomen ante uocatum est in scripturis sacris, quia ipse carnē de uirgine sumpserit, & cognitum est Propheris & sanctis dei, quod uerus homo erat uenturus. Ver. Si hoc de domino Iesu Christo dictum est, quid est quod sequitur: Et non possit contra fortiorem se in iudicio contendere? Quis est ille fortior, contra quem dominus Iesus contendere non possit in iuditio? Sal. Deus pater, qui fortior est, quia filius secundum humanitatem minor est patre. Ver. Quid est quod ait: Melior est ira risu, cum risus naturalis sit, ira uero sit uitium? Sal. Ira non semper est uitium, sed aliquando est uirtus, quando irascimur nobisipsis, uel alijs peccantibus, hæc ergo ira melior est risu, quia risus dissoluit mentem, & lætícia corrumpit hominis animum, hæc ira corrigit & emendat peccantem. Ver. Quid est quod ait: Calumnia conturbat sapientem, & perdit robur cordis illius? Qui enim uere sapiens est, nulla turbatur calumnia, nulla deijcit aduersitate. Sal. Sapiens in hoc loco non intelligēdus est ille, qui perfectus & consumatus in sapientia est, sed qui iam cœpit habere sapientiam, & tamen adhuc non est perfectus. Talem sapientem calumnia hominū siue aduersitas aliqua facile conturbat & perdit uigorem ac fortitudinem animæ illius, qui dū patienter nō sustinet aduersa, uexatur impatientia. Ver. Quid maledicere est, quia priores dies meliores fuerunt, q̄ isti qui modo sunt? Sal. Ideo malum est hoc dicere, quia sicut ipse ait, stulta est talis interrogatio. Ver. Quare stulta interrogatio est, si quis dicat: Quæ caussa est, quia priora tempora meliora fuerunt, q̄ nunc sunt? Sal. Ideo stulta interrogatio est, quia unus deus conditor est omnium temporum, cunctorumq́ dierum. Ver. Quamuis em̄ unus sit deus, conditor omnium temporū, cunctorumq́ dierum, nunquid non fuerunt tempora bona & mala? Sal. Vere fuerunt, sed uirtutes faciunt nobis tempora bona, uitia & peccata faciunt tempora mala, & idcirco nos ita semper bene uiuere debemus, ut dies præsentes nobis meliores sint, quàm præteriti. Ver. Quid est quod ait Salomon: Noli esse iustus multū, neq; plus sapias quā necesse est? Quid enim mali est, si multū homo iustus, aut quis potest plus sapere quam necesse sit? Sal. Ille multum & nimis iustus est, cuius iustitia sæua & crudelis, & alios excitat ad querelam & murmurationem, uerbi gratia. Qui uidet fratrem suum peccare, & magis uult eum condemnare atq; punire, q̄ per pœnitentiam corrigere & emēdare, ille nimirum multum & nimis est iustus. Ver. Quomodo sapit homo plus q̄ necesse est? Sal. Quando superbe sapit, unde monet Apostolus: Noli altū sapere, id est, noli superbe sapere, sed time. Ille etiam plus sapit, q̄ necesse est, qui ea uult intelligere quæ nō potest comprehendere, neq; penetrare. Ver. Quare Salomon dicit: Qui timet dominū, nihil negligit, cum Iacobus Apostolus dicat: In multis offendimus omnes? Nunquid Iacobus aut cæteri Apostoli non timebant deum? qui se in multis offendere confitebantur?

Sal. Timebant utiq;, & in multis offendebant, quia non est homo super terram qui faciat bonum, & non peccet. Ver. Quomodo ergo uerum est, quod dicit: Qui timet dominum, nihil negligit? Sal. Qui enim sanctum & castum dei timorē habet, nihil omnino negligit, quia neq; prosperis eleuatur, neq; aduersis deijcitur, quoniam quicquid illi accidit, non eum contristat. Ver. Quis est ergo ille, qui sanctum & castum dei timorē habet? Sal. Qui dominum in nullo uult offendere, & quantum ipse adiuuare dignat, eius uoluntatem & mandata ipsius in om̄ibus uult & studet adimplere. Ver. Quid est quod ait: Sapientia confortabit sapientem super decem principes ciuitatis? Quæ est hæc sapientia, aut qui sunt isti principes? Sal. Sapientia in hoc loco dominum Iesum Christum significat, qui est uirtus & sapientia dei. Decem principes ciuitatis, sancti Angeli sunt intelligendi, qui sunt principes ciuitatis, id est, cœlestis Hierusalem. Sunt & principes Ecclesię, quia ipsi quotidie regunt eam, & custodiunt. Ver. Cur ergo decē dicuntur? Sal. Quia decem fuerunt ordines Angelorum, sed unus cecidit per superbiam, & idcirco boni Angeli semper ad hoc laborant, ut de hominibus numerus adimpleatur, & perueniat ad perfectum numerum, id est, denarium. Ver. Quomodo ergo sapientia confortat sapiētem super decē principes ciuitatis? Sal. Quia maius est auxiliū sapientiæ, id est, Domini Iesu Christi, q̄ sit Angelorum. Ver. Quid est quod Salomon dicit: Virum unum de mille reperi, mulierem autem ex omnibus non inueni? Nunquid non multæ mulieres sanctæ fuerunt, uirgines simul & uiduæ, quæ pudicitia ac castitate, ac bonis operibus deo placuere? ex quibus plurimæ illarum martyrio coronatæ sunt? Sal. Vere fuerunt, & usq; nunc sunt plurimæ uirgines ac uiduæ deo acceptæ. Sed hoc dicit Salomon, quia suo tempore

pore, è multis uiris uix potuit inuenire bonum. De mulieribus uero nullam inuenit, quia omnes eum non ad uirtutem, sed ad luxuriam traxerunt. Ver. Potest hæc sententia spiritualiter intelligi? Sal. Vere potest, nam per uirum designatur bonus animi cogitatus, per mulierem uero, carnalis & dissoluta cogitatio. De mille ergo uiris uir unus inuenitur, id est, unus cogitatus, mundus & purus, qui peruersa cogitatione non turbetur, id est, polluatur extrinsecus. De mulieribus uero nulla inuenitur, quæ placeat deo, quia carnalis & peruersa cogitatio non est accepta deo. Ver. Quid est quod ait: Qui custodit præceptum dei, non experietur quicquam mali? Quomodo nihil mali experietur, qui præcepta dei custodit, cum sancti uiri qui præcepta dei custodierunt, multa mala perpessi sint in hoc seculo? Sal. Verum est, quia qui præcepta dei custodit, id est, omne quod iussit & præcepit deus, non experietur quicquam mali in futuro, hoc est, nullum malum patietur, nullum malum sustinebit in die iudicij. Quamuis enim aliqua mala patiatur in hac uita, leuia sunt & transitoria, in futura uita nihil mali patietur, qui perueniet ad æternæ beatitudinis gloriam. Ver. Quid est quod ait: Melior est canis uiuus leone mortuo? quid per canem uiuum aut leonem mortuum Salomon uult intelligi? Sal. Canis uiuus significat populum Gentium: leo mortuus populum Iudæorum, a deo derelictum. Melior est ergo apud deum canis iste uiuus, quàm leo ille mortuus, quia nos qui de Gente credimus uiuentes, per fidem cognoscimus deum patrē, & filium, & Spiritum sanctū. Aliter, canis uiuus est peccator, qui se peccatis mortuum confitetur, & per pœnitentiā resurgens, incipit per iustitiam uiuere. Leo mortuus, est iustus, qui in sua iustitia confidit, & de meritis suis gloriatur, & idcireo superbia elatus mortuus est apud deum. Melior est ergo peccator humilis, & per pœnitentiam correptus, quam iustus superbus, quia ille abominabilis, iste deo acceptus est. Ver. Quid est quod dicit: Omni tempore sint uestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat? Nunquid potest aliquis candida uestimenta semper habere? Et si forsitan ita est diues ut semper uestimēta candida possit habere, quod omnino difficile est, quomodo fieri potest, ut de capite ipsius nunquam deficiat oleum? Quis nanque ferre potest, ut semper habeat caput oleo perunctum? Sal. Hæc sententia non historialiter, sed spiritualiter debet intelligi. Nam per uestimenta uirtutes designantur, quibus anima uestitur & ornatur. Per oleum uero designatur opus misericordiæ, id est, eleemosyna, uel certe spiritualis lætitia, & est sensus: Omni tempore sint uestimenra tua candida, id est, quæcunque bona egeris, sint munda & pura, ut possint deo esse accepta, & nunquam deficias ab operibus misericordiæ, & semper habere stude spiritualem læticiam. Ver. Quæ sunt muscæ, de quibus Salomon dicit: Muscæ morientes exterminant suauitatē illius? Sal. Veruntamen Salomon spirituales muscas intelligit. Ver. Quæ sunt illę spirituales muscæ? Sal. Dæmones, uitia & peccata, hæc enim omnia exterminant hic suauitatem unguenti, id est, gratiam sancti Spiritus. Ver. Quid est quod ait: Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius? Quis enim habet cor suū carnale in dextra uel in sinistra manu? Sal. Vere nullus, & ideo hæ sententia spiritualiter debet intelligi. Ver. Quomodo spiritualiter debet intelligi? Sal. Per cor designatur intentio seu cogitatio. Per dextram manum, opus bonum, per sinistram uero malum. Cor igitur sapientis in dextra eius, quia intentio & cogitatio uiri sapientis ad hoc tendit, & ad hoc laborat, ut semper bona operet. Quatenus in die iudicij ad dexterā domini, id est, in sorte iustorū stare mereatur, & cū ipsis in æterna beatitudine gloriari. Cur uero stulti in sinistra illius, quia & mala quæ cogitat, & malis operib. accumulat, pro quibus in die iudicij à sinistris, id est, in sorte reproborum ponetur, & cū eis in æternum punietur. Ver. Quis est ille spiritus, de quo dicit: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris? Quis est iste qui habet potestatem, cuius spiritus si ascenderit super nos, locum nostrū dimittere non debemus? Sal. Diabolus princeps huius mundi, spiritus eius est maligna suggestio. Ver. Spiritus diaboli quomodo ascendit super nos? Sal. Quia per suadendo facit ut mala cogitemus, si ergo suggerente diabolo, mala cogitatio ascenderit in cor nostrum, non ei locum dare debemus, sed contra ipsam fortiter pugnare, ne forte opere compleamus malam cogitationem. Potest & sic intelligi, si habes in te humilitatē, munditiam, castitatem, patientiam, charitatē, & diabolus suggerit tibi superbiā, libidinē, immunditiam, iram, odium, ne dimiseris locum tuum, id est, ne dimittas humilitatem & efficiaris superbus. Sic & de cæteris est intelligendum. Ver. Quare dicit Salomon?

mon? Vę tibi terra, cuius rex iuuenis est, & cuius principes mane comedunt? Nunquid nō beata fuit terra Israël, quę iuuenem habuit regem, Dauid scilicet, qui fuit triginta annorū, quando suscepit regnum? Nunquid non bonus rex Iosias, qui regnare cœpit in adolescentia? Sal. Vere bonus rex Dauid, bonus & Iosias. Sed uæ terræ, cuius rex iuuenis est, hoc est, in quo parua & infirma est sapientia, & carnalis prudentia, qui iuuenilia desideria sequitur, odit iustitiam, ueritatem, & iudicium. Ver. Quomodo principes mane comedunt? Sal. Principes mane comedunt, quando luxuriosam uitam ducunt, & idcirco uæ terræ, cuius principes mane comedunt, quia magis amant huius seculi uoluptates, & carnis delectationes, quam populi salutem, ideoq́ luxuriose uiuendo peruertunt iudicium. Ver. Quomodo beata est terra, cuius rex est nobilis, & cuius principes comedunt in tēpore suo? Sal. Si rex nobilis est, hoc est, decorus sapiētia, splendidus iustitia, ornatus bonis moribus & actibus, uere beata est terra cui præest, quia regit eam in iudicio & æquitate, & exaltat iustitia. Ver. Qui sunt illi principes, qui in tempore suo comedunt? Sal. Illi nimirum, qui non luxuriantur, qui non amant huius seculi uoluptates, qui nō uiuunt in crapula & ebrietate, sed cibos quærūt tantū ad corporis sustentationē. Ideoq́ beata terra, quæ tales habet principes, quia dum iusticiam & æquitatem diligunt, utique non peruertunt iudicium. Ver. Quid est quod ait: Da partes septem necnon & octo? Quę sunt illæ septem partes uel octo quas dare nos iubet? Sal. Per septenariū numerum uetus testamentū propter sabbatum, qui est septimus dies sanctificatus in lege, per octonarium uero designatur nouū testamentum propter diem dominicam, qui est octauus, domini Christi resurrectione sanctus. Ver. Quomodo ergo intelligendum est quod ait: Da partes septem, necnon & octo? Sal. Hoc modo, id est, utrunq́ testamētum, uetus scilicet & nouum, pari ueneratione credendo suscipe, & præcepta eorum diligenter implere stude. Ver. Quid est quod ait: Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunq́ loco ceciderit, ibi erit? Nunquid quod cadit lignum ad Aquilonem, aut ad Meridiē, non sæpe mouetur in alias mundi partes? Sal. Nulli hoc dubium est, sed hæc sententia spiritualiter intelligi debet. Nā p lignū homo designaẗ, quoniā unusquisq́ est quasi lignū syluæ generis humani. Per Austrum, qui est calidus uentus, designatur requies paradisi. Per Aquilonem, qui est frigidus, designatur inferni supplicium. Et est sensus. Vbicunq́ sibi homo locum ad futuram sedem præparauerit, ibi erit cum mortuus fuerit, hoc est, si bene sibi locum uiuendo præparauerit ad Austrum cum ceciderit, id est, mortuus fuerit, in requie paradisi & gloria regni cœlestis permanebit in æternum. Si uero male uiuendo sibi locum præparauerit ad Boream, inferni pœnas luet in secula seculorum. Ver. Quid est quod ait: Qui obseruat uentum, non seminat, & qui considerat nubes, nūquam metit? Quis enim est tam stultus, qui semper obseruet uentum, ut non seminet, & semper consideret nubes, ut nunquam metat? Sal. Hæc sententia spiritualiter intelligenda est. Nam per uentum & nubes sæpe tempestas generari solet, per uētum ergo designatur diabolus, per nubes præsentis seculi aduersitates. Quicunq́ igitur timet diaboli persecutionē, aut mundi huius aduersitates, non seminat, id est, uerbum dei non prædicat, nec operatur bona quæ ualet. Etiam nunquam metet, quia etsi aliqua bona inchoat, ad perfectionē non ea perducit. Ver. Quid ergo agendum est? Sal. Sine consideratione nubium, & timore uentorū, in mediis tēpestatibus seminare debemus, id est, in omnibus aduersitatibus uerbum dei prædicare, & bona opera quæ ualemus, agere semper oportet. Ver. Quid est: Mane semina semen tuum, & uesperi ne cesset manus tua? Quis enim semper, & mane & uesperi seminare potest, maxime cum glaciali tempore nullus audeat seminare? Sal. Semen hoc loco non intelligēdum est frumenti, uel alterius cuiuslibet grani, sed semē boni operis, ex quo nascitur fructus iusticiæ, & merces æternæ remunerationis. Ver. Quid ergo docet cum dicit: Mane semina semē tuum, & uesperi ne cesset manus tua? Sal. Vt nullo tempore, nulla ætate à bonis operibus cessemus, & nostram matutinam iusticiā uesper inueniat, & uespertinam misericordiam iterum sol ortus accumulet. In adolescentia pariter & senectute uirtutum copia nos semper deo commendet. Mane ergo semina semē tuum, & uesperi ne cesset manus tua, hoc est, semper te in bonis operibus exerce. Ver.

Quid est quod ait: Et florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis? Quid enim profuit hoc dicere, cum nullus ignoret, quia & amygdalus florere solet, impinguari locusta, & dissipari capparis? Sal. Hæc sententia spiritualiter est intelligenda,

genda, & magnum in se continet mysterium. Nam per amygdalum designatur dominus Iesus Christus, quia sicut nux amygdali cõstat ex corio, osse, & nucleo, ita Christus ex carne, anima, & diuinitate. Quoniam per os amygdali diuinitas designatur. Ver. Per locustam & capparim quid significatur? Sal. Per locustam, populus Gentilis: per capparim populus Iudaicus. Ver. Quomodo ergo intelligenda est hæc sentẽtia? Sal. Florebit amygdalus, id est, nasceť Christus, & coruscabit miraculis. Impinguabitur locusta, id est, credet Gẽtilis populus, & replebiť donis spiritualibus. Dissipabitur capparis, hoc est, peribit propter infidelitatem populus Iudaicus. Ver. Quare uerba sapientium stimulis & clauis assimulanť? Sic enim dicit Salomon: Verba sapientũ sicut stimuli, & quasi claui in alium defixi. Sal. Aptissime uerba sapientum clauis & stimulis comparantur, quia peccatorũ culpas nesciunt palpare, sed pungere, qui eñ ueraciter sunt sapientes, eorum proculdubio uerba claui sunt & stimuli, quia peccatores non blandimentis fouẽt, sed aspera increpatione redarguunt, & eorũ secretas conscientias quasi pungendo ad dolorẽ & lamenta, execrant, ut corrigantur. Ver. Quid est quod ait: Quæ per magistrorũ consilium data sunt à pastore uno? Qui sunt illi magistri, per quorũ consilium data sunt sapientiũ uerba, aut quis est unus ille pastor, à quo data sunt? Sal. Magistri sunt sancti Prophetæ & Apostoli. Pastor unus est deus, à quo data sunt omnia uerba sapientium, quia ipse docuit magistros, id est, Prophetas & Apostolos, & restruxit eorum consilium, quoniam ipse dedit uerba in corde & ore ipsorum. Ver. Quid est quod Ecclesiastes in fine libri sui dicit: Deum time, & mãdata eius custodi, hoc est enim omnis homo? Quomodo fieri potest, ut hoc tantum sit homo, id est, timere deũ, & mandata eius obseruare? Multo quippe maior est pars eorum hominum qui nec timent & custodiunt. Sal. Vere maior pars est malorum, quam bonorũ, quia sicut dominus dicit: Multi sunt uocati, pauci uero electi. Et incomparabiliter maior infidelium multitudo, quam fidelium. Ver. Quid ergo uult in hoc loco Salomon demonstrare? Sal. Hoc nanq; demonstrat in his uerbis, quia non est homo, qui deum non timet, & mandata eius nõ custodit. Ver. Quare nõ est homo? Sal. Quia non custodit modum rationemq; suæ naturæ. Ver. Quæ est ratio & modus naturæ humanæ? Sal. Rationabiliter uiuere, quia inter animantia omnia solus homo creatus est rationale animal, quoniam inter cuncta terræ animantia solus homo accepit à deo rationem & intellectum, ita ut agnosceret suum creatorem, & diligeret eum, ac timeret, & corde & ore simul laudaret. Ver. Quid est deum timere? Sal. Volũtatem eius implere, & bona quæ facienda sunt facere. Ver. Si ergo qui non timet deum, & mandata eius non custodit, non est homo, quid ergo est? Sal. Bestia est. Ver. Quomodo bestia est, cum in eo uideatur humana substantia et persona? Sal. Quamuis enim uidetur habere humanam substantiam & personam, tamen quia non rationabiliter, sed bestialiter uiuit, non homo, sed bestia dicendus est. Ver. Quomodo bestia uocatur? Sal. Si est crudelis suis domesticis & subiectis, aut uicinis, leo est, non homo: si autem raptor est, Tigris uel lupus: si uero est adulter aut fornicator, aut immundus, canis est aut porcus: aut si est stultus, asino comparatur: fraudulentus itaq; aut simulator, cõgrue uulpeculæ assimulatur, sic de cæteris intelligendum est. Ver. Quis est ergo ueraciter homo? Sal. Ille qui deum timet, & mandata eius custodit.

BEATI MARTIALIS Apostoli, ad Burdegalenses Epistola.

CAPVT. I.



Artialis seruus dei & Apostolus Iesu Christi cum sancto spiritu, qui repleuit corda nostra, qui subdidit sibi omnem mundum, qui alligauit diabolũ & peccatũ, Burdegalẽsibus iã in Christo renatis per aquã & spiritũ sanctũ filijs & filiab. cũ sorte & hæreditate dei, quæ data est per orationẽ. Pax uobis & misericordia: quia cognouistis ueritatẽ. Manifestaui eñ uobis nomẽ creatoris, q solus est creator. Cœlũ enim, & terrã, mare, & omnia quæ in eis sunt, ipse creauit & perfecit & benedixit. Vos aũt ignorabatis ipsum genus uestrũ: nec uos de uno patre et una matre

creatos

creatos esse noueratis. Sed & uindictam, quæ facta est per diluuiũ, nesciebatis: In quo omni mundo punito, quia cõtra creatorem se erexerat in omnem superbiam, ille qui solus iustus inuentus est cum filijs in spirituali ecclesia, quæ nunc in uobis apparet, reseruatus est. Nam & in illo seculo, ex quo primus homo cœpit à deo formatus de limo, congregatio filiorum dei, quæ iam congregatur, proclamabat, donec pater generis nostri, & Hebræorum, qui uocatus est Abraham, iustum filium suum dilectissimum Isaac, quem unicũ suscepera, deo super altare immolandum hostiam obtulit. Vnde & fortis deus eum nõ permisit occidi, quia non delectatur sed ualde magis offenditur effusione sanguinis hominũ. Victima autem arietis, quæ debita erat in lege Hebræorum, pro homine cæsa est: sed deus nõ sanguine arietis, sed uoluntate patris & filij iusta delectatus est.

CAPVT. II.

IPsa figura fratres, uidentibus oculis nostris in filio dei nostro tempore perfecta est. Deus enim qui pater est omnium gentium, unicum suum, quem solum genuit & unice dilexit, ad mortem uenire iussit. Mori enim potuit quia homo fuit: & quia de uirgine Maria natus est homo. Filius dei ante principium fuit: & quia deus erat, diu teneri in morte non potuit. Resurrexit enim ante lucem in die tertia de loco in quo eum sepeliri uidimus: & apparuit nobis, & lætificauit nos. Testes enim sumus: quia eum ascendere in cœlum uidimus: nec tamen à cœlis unquam recessit. Scitote autem quia de cœlis contemplatur bonos & malos: & bonos quidem remunerabit ineffabiliter, malos autem puniet miserabiliter. Itaq; nolite retro respicere ad idola quæ eoluistis & fabricastis: sed ipsum solum quem uobis prædicaui deum unum colite & adorate per omnem locum. Ipse enĩ est cuius oculos nemo poterit effugere, cuius potestatem nemo euadere potest. Sicut autẽ simulacra uestra antiqua diruistis: ita subuersa sit infidelitas à cordibus uestris.

CAPVT III.

HOnorabatis sacerdotes qui decipiebant uos sacrificijs suis, qui mutis & surdis statuis offerebant, quæ nec se nec uos iuuare poterant: nunc autem multo magis sacerdotes dei omnipotentis, qui uitam uobis tribuunt in calice et uiuo pane, honorare debetis. Quem enim uobis constitui dei iussu, iustum est à uobis conseruari. Ipse enim Sigibertus, qui ante consulebat dæmonia seruus creaturæ: nũc in fide domini nostri Iesu Christi perfectus, soli Creatori seruiẽs, pro stercore reputat ipsa dæmonia quibus ante seruiebat. Ignotum uero deum, quem non nouerat, modo cognitum nõ sanguine bestiarum: sed fide syncera & iubilatione cõfessionis sibi & uobis propitiabilem facit. Nam dum altaria dæmonum in puluerem redigerentur, aram ignoti dei ad consecrationem reseruari iussimus: qua dedicata in nomine domini dei Israel & ipsius testis Stephani, qui pro eo à Iudæis passus est, non hominis cultum sed dei in ea frequentatis. Stephanus enim nõ deus: sed amicus dei fuit: qui pro testimonio eius, animam suam posuit: cuius sanguine ipsa mensa est decorata, quia suo sanguine Iesus Christus comprobatus est esse deus: & qui crediderit, ornamenta fidei maiora perceperit. Sacrificium enim deo creatori offertur in ara, non homini, neq; angelo. Nec solum in ara sanctificata, sed ubiq; offertur deo oblatio munda, sicut testatus est: cuius corpus & sanguinem in uitam æternam offerimus, dicẽtes: Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Ipse enim corpus habens & immaculatum & sine peccato, quia conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria uirgine, in ara Crucis ipsum permisit immolari. Quod autem Iudæi per inuidiam immolauerunt, putantes se nomen eius à terra abolere: nos causa salutis nostræ in ara sanctificata proponimus, scientes hoc solo remedio nobis uitam præstandam, & mortẽ effugãdam hoc enim ipse dominus noster iussit nos agere in sui commemorationem. Nã de sacrificiis idolorum notum uobis à me factum est: quia ea maxime de causa dominabatur uobis diabolus. Et sicut communio uiui dei est uobis uita: sic participatio mensæ simulacrorum erat uobis æterna mors: & infirmitates, & corruptiones, & nimiæ tribulationes huius seculi.

CAPVT IIII.

SEd etiam postquàm baptizati estis, oportet uos castos esse à malitia, ut mensa diuina digni sitis. Nolite autem unum & idem putare escam humanam, & diuinã, quæ uobis uisibilis est, sed tamen in fide perfecta tota cœlestis. Per unã enim corpus: per alteram anima uiuit. Cauete autem ab homicidijs: ne forte & uos occidamini. Est enim

enim indignus mensa domini, qui hominem occiderit. Nam si præsumit Eucharistiã, reus est mortis animæ & corporis sui. Reuiuiscit enim anima per baptismũ: & moritur per homicidium. Corpus uero, quod tanto peccato est subditum, in impiorum pœnis æternaliter excruciabitur cum anima sua: post illum diem, quando uerus deus & uerus homo iudicabit omnes gentes. Nolite ergo concupiscere terræna, qui iam adquisistis cœlestia, quia per cupiditates mundi huius exardescunt mentes in homicidia in inuicem. Vnde et animę pereunt, & quas Christus lauerat aqua sanctificationis, hostis uitæ adquirit in perditionẽ suæ mortis, eo quod dum à deo recedunt, peccatis mortis se inuoluunt.

CAPVT V.

SCribere autem uobis necessarium duco, ut uelut paruuli malitia, sanctificatos uos domino pręberatis: attendentes quia gratissimum deo hospitium est mens munda à cupiditatibus & simulatione. Nam sicut perturbationes maris uidetis, sic in uobis metipsis fluctus uitiorum sentietis. Deo autem claritatẽ suę misericordię super uos extendente, non conturbabimini, sed exultabitis in tranquillitate positi. Beati uero eritis, si cũ exultatione deo seruiẽtes, libidini restiteritis, unde maxima corona remunerationis impertietur uobis. Nec bestiales mores oportet ulterius esse in eis, qui uasa domini mũda sunt in adoptionẽ filiorũ æternæ hæreditatis, sed honestate rationabili om̃es homines uti. Hæc enim agentes securi terrã possidebitis, & omnia irrationabilia subiecta erunt uobis. Ipsa quoq; elemẽta, quibus ante seruiebatis, seruiẽt uobis tanq; cultoribus & magnis amicis dei. Prædicationem autem meam nolite in uanum ducere quasi nouam, neq; obliuiscamini mirabilium dei, quæ per me uidistis, quia & uos multa gratia digni eritis, cum Euangelium Christi in laude & reuerentia habebitis. Itaq; sicut frequẽter adorabitis opera manuum uestrarum, sic potius et multo frequentius unũ deũ qui uos creauit, uobis uitam tribuit, adorate, quia ab ipso adiutoriũ habebitis, nõ solum in hoc seculo, sed etiã in futuro. Et assidue deo gratias agite qui de tenebris mortis uos abduxit, & iã cœli ciues fecit. Sed & spiritum dei sanctificate in cordibus uestris, per ipsum enim uobis peccatorum remissio tribuitur. Itaq; spinas cordis auellite, ut in suauitate dei requiescatis. Hæ sunt enim spinæ quæ per multas amaritudines & inuidias & dolositates non sinunt gaudium & oleum spiritus sancti in uobis dominari.

CAPVT VI.

SEd neq; metuatis eos, qui necdũ receperint uiã salutis. Obcœcauit enim illos diabolus tenebris suis, ne se facile eruant à morte. Mors nãq; eorum est delectatio seculi. In desiderijs enim animæ suæ morientur, & in aduentionibus suis peribũt, & iniquitas eorum in caput eorum descendet. Habentes enim naturalem sensum, deum qui illos creauit, qui eis uitam & intellectum dedit, abnegant, & dũ ipsi male agunt, bene agentes impugnant. Linguas suas, sicut serpentes exacuunt, & uenenum aspidum sub labijs eorum. Contritio & infelicitas in uijs eorum, & uiã pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum. Propterea illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor: sicut spiritus sanctus hæc locutus per os uaticinantis regis protestatus est. Nec sentiũt se iã in abyssum demersos: cum iã sint iudicati. Qui enim non credit iam iudicatus est: quia nõ credit in nomine unigeniti filij dei, qui nos saluauit, et illuminauit claritate diuinitatis suę, apparens homo per carnem sine peccato, in similitudine carnis peccati. Nolite ergo carnales timere: sed magis uos spirituales estote, et crescite in gratia dei: & sustinete patiẽter eos, qui in uobis Christum persequũtur: in quẽ credidistis, & cuius spiritu sanctificati estis in æternam salutem.

CAPVT VII.

NVlla sit in uobis inuidia: per hanc enim spiritus sanctus mẽtem derelinquit. Recedẽte autem spiritu sancto à tabernaculo mentis, euacuatur homo dulcedine: & implet omni amaritudine: nullusq; locus ei est in cœlo: quia alienum se fecit à bonitate. Efficitur cubile draconum, & habitatio immundorum spirituum. Inde ab auaritia absorbetur: & ab omni dulcedine infructuosus & sterilis contabescit miser & derelictus. Vos autem oculos uestros assidue ad misericordiam diuinitatis eius erigite: & malitiam diaboli calcate, quia & iam per tropheum Christi deuictus est: & per Crucem domini ligatus est.

CAPVT VIII.

CRucem domini,in quem credidistis deum uerum & dei filium,semper in mente, in ore,in signo tenete. Crux enim domini armatura uestra inuicta contra satanã, galea custodiens caput,lorica protegens pectus, clypeus tela maligni repellens, gladius iniquitatẽ & angelicas insidias peruersæ potestatis sibi propinquare nullo modo sinens. Hoc solo signo cœlestis uictoria data est nobis:& per crucẽ baptisma dei sanctificatum est. Neq; in ueneficijs neq; in furtis imitemini pessimos: & ipsi enim tales à regno dei excludentur. In fide autem perfecti estote: pro certo sciẽtes, quia Iesus Christus ipse est filius dei uiui,qui sedet à dextris eius:& uos protegit ut regnum diaboli disperdat. Sed tamen in sua dispensatione occulta ab humano intellectu, permittit diabolum dominari in suos:& persequi bonos in diuersis tentationibus,quibus electi probantur, & examinantur. Examinati uero,postea coronabuntur. Qui uero eos tentant ultionem nõ effugient:quia omnes oportet astare ante tribunal Christi, qui iudicabit in iustitia orbẽ. Beati autem eritis fratres mei in illo die:si conscientiam uestram puram coram deo nunc exhibueritis. Et sicut unam fidem,unũ baptisma tenetis à deo in uobis: sic angelis cohæredes eritis:naturam quidem humanam,claritatem uero angelicam habituri. Non quidem euacuabitur ueritas corporis,sed non erit pondus & fragilitas corruptionis. Nunc morimur per Adam:& tunc resurgemus per Christum. Nunc fragilitate circundamur:tunc uirtute induemur. Et si enim morimur corpore: sed tamẽ nunquam moriemur spiritu. Spiritus enim sine morte citatus est à deo.

CAPVT IX.

ET maxime uiuimus per passionem agni incontaminati, qui à Iudæis in cruce pro salute mundi passus est. Ipsius sanguis uulnera lauit nostrarum animarũ,quibus à morte fatigati,& per lignum uetitum usq; ad passionem domini & mortificati,& consopiti,ineffabili dolore prosternebamur. Nunc autem,ex quo resurrexit à mortuis,iam uiui,iam fortes,iã immortales,iam in sanitate plena & perpetua exultabimus. Superna enim Dei gratia clarificauit corda nostra,ad gloriam et illuminationem gentiũ. Gloria salus nostra,& illuminatio nostra. De illuminatione nostra, illuminatio uestra manat, quia dum potentia sua Rex regum nos instruere curauit,per nos æternam uobis claritatẽ misit. Quæ ergo est nebula peccatorum,quæ splendorem uestrum obscurare possit? Nam si ad horam obscuret,cito tamen pertransiet. Claritas autem domini in æternum permanebit,quæ nunc in uobis paulatim accenditur. Virtute autem dei & sapientia quæ manet in æternum usq; ad perfectum clarescens, illuminabitur tanq; lumen perpetuum angelorum. Ex hac enim claritate,quę illuxit in cordibus uestris per fidem qua in mortem domini credidistis,consummabitur in uobis æterna beatitudo, quæ neq; in deo Patre,& domino Iesu Christo,& spiritu dei initium,nec in uobis finem operabitur.

CAPVT X.

SAne de mysterio trinitatis,quã bonus & beatus & suauis deus Rex regum per nostram adnunciationem reuelare dignatus est uobis,scitote intelligentes quia ultra omnem sensum angelicarum potestatum & uirtutum uera diuinitas excellit,quã impossibile est etiam à spiritibus angelicis comprehendi. Sola enim trinitas in diuinitate unitatis seipsam nouit. Hæc enim ante secula in claritate suæ æternitatis permanebat,nihil in se diminutum,uel quod augeri posset,intra se continens,sed unius ęternitatis, unius uoluntatis,unius essentiæ,unius sanctitatis,unius puritatis, ultra omnem puritatẽ, ultra omnem gloriam in charitate,in ueritate,in bonitate habitauit. Nunc uero in fine tẽporum propter nos ad quos bonitatis suæ magnitudinem extendit,gloriam tantæ maiestatis reuelauit sanctis suis,quibus & efficaciã suæ uirtutis multotiens dignãter præbuit. Vnde quidam ex nostris in amore & intelligentia magnus protestabatur populo suo dicẽs: Audi Israël,dominus deus tuus unus est. Hoc enim unus & solus deus, dum mitteret quẽ elegit ad deducendum populum suum de seruitute,dignatus est pandere,dicẽs: Ego sum deus Abraham,deus Isaac,deus Iacob,hoc nomen memoriale meum in æternũ. Rursum trinitatem in unitate designauit dicẽs: Ego sum qui sum. Hæc dices filijs Israel. Qui est,misit me ad uos. Hæc autem fratres scitote,quia uerbum in quod credidistis,filius est unigenitus ante omnem substantiam,ante omne initiũ. Ipse est enim principiũ, quia de principio ineffabiliter genitus est. In nostro uero tempore mirabiliter ab angelo annũciatus,& in ueri-

in ueritate incomprehensibili de uirgine Maria natus est,nihil diminutus à diuinitate maiestatis suæ,cuius nos testes sumus. Spiritus uero dei qui uos sanctificauit credentes in ipsum,qui filium naturalem & sibi secundum æternitatem coëqualē per omnia, resuscitauit tertia die à mortuis,non est genitus sicut uerbum,quia & ipse spiritus in diuina æqualitate gloriosus processit ineffabiliter ab eo qui genuit,& ab eo quoq; qui genitus est.Itaq; spiritus domini non genitus,non factus,non creatus,sed procedēs est à patre & uerbo. Verbo autem domini cœli firmati:& spiritu oris eius omnis uirtus eorum.Itaq; nihil discretū in diuinitate trinitatis sentiatis:quia nobis unus & idem deus,qui cuncta creauit,Pater:& unus & idem dominus,per quem om̄ia facta sunt,filius eius Iesus Christus, & unus idem que deus spiritus sanctus:in quo omnia subsistunt.Et hæc in personis tria diuisa:in diuinitate,unus deus indiuisus est.

CAPVT XI.

HOc etenim fratres uobis scribere necessarium duxi:sicut & præsens uos docui per Euangelium Christi:uolens uos confirmare in ueritate fidei nostræ,per quam sanati estis ab infidelitate:ut firmam fidem uestrā custodiatis,obseruantē immaculatā tunicā uestrā in cōspectu æternæ claritatis dei,quia in nouissimis temporibus (ut dum in cœlo cū Christo,quem deū & hominem in terra adorauimus,quē ad cœlos ascendentem uidimus,erimus soluti à corpore:uenturi uero post nos,in hac terrena pugna conuersabuntur)oportet multos discedere retro,dum deū,qui illos creauit & uocauit, abnegare non timebunt.Et inimicus qui nunc à cordibus uestris proiectus est, uenturus est, ut superseminet populo dei grana errorū. Sed firma ecclesia dei & Christi nec cadere nec disrumpi poterit unquam.Venient autē præsumptores absq; gratia dei loquentes, quorū gloria labiorum procedit ex superbia:similes illi qui superbia cœlum præsumēs habitare, mox de cœlo cum angelis suis sequacibus ruit in æternam uoraginem. Hi docebūt aliam doctrinam quæ aliena est à deo,amica autē diabolo:per quam ipse spiritus erroris animas post se trahere festinabit.

CAPVT XII.

VOs itaq; filij mei,quos in Christo per Euangelium genui,solū patrem cognoscite deum,& solū dominum cognoscite Iesum Christum, & solum dominantem uiuificatorē cognoscite Spiritū sanctum:& unam fidem,unū baptisma, unū deū creatorem omniū diligite,ipsumq; solum timete,& in mādatis eius,quæ à me audistis,usq; ad mortem patienter perseuerate,expectantes aduentum eius. Seculares fabulas declinate:quæ corda uestra possint sensim à diuino amore deflectere.

CAPVT XIII.

ET ut uerbum Christi habitet in uobis cū gratia orate assidue.Inuicē uosipsos in uerbo exhortationis & consolationis ædificate,alterutrum diligentes, in synceritate ambulantes,in gratia dei abundantes.Euigilate in operibus fructuosis:& maxime laborate propter spem remunerationis:quæ magna promissio est uobis in cœlis. Solum autem Deum timētes,eum qui in fidelibus dominatur,satanā nolite timere. Nihil enim gregi Christi poterit nocere,quem fortem uidet in fide eius, qui eum emundauit ut non haberet immūditiam sed plenam & perpetuam gratiam. Gratia & pax uobis fratres cum benedictione dei æterna,Amen.

EIVSDEM AD TOLOSANOS EPISTOLA. Cap. I.

SEruus dei,Apostolus Iesu Christi Martialis Cephas omnibus fratribus qui sunt Tolosæ cum sacerdotibus & ministris spiritualibus ecclesiarū dei:gratia uobis & ueritas & pax à deo Patre nostro,et domino Iesu Christo.Gratias agite deo incessanter filij:qui eripuit uos à profunda caligine damnationis æternæ,& circumspicite diligentissime caput uestrū,quod est Christus,qui est benedictus in secula, Amen. Vos enim estis membra eius & corpus immaculatum,nec aliqua re coinquinatum, neq; sordibus obuolutum.Iam enim sanctificati & mundati estis aqua regenerationis. Videbo autem uos in proximo & uisitabo in Spiritu sancto,in gratia & fide castitatis per dominum nostrum Iesum Christum,qui mortuus est pro nobis & resurrexit in ueritate resurrectionis:quem gens Hebræorum iudicans purum hominem,per inuidiam damnauit morte.

Sanauerat enim uidentibus oculis noſtris ægrotos & languidos eorum:curauerat paralyticos,mundauerat leproſos,dæmoniacos liberauerat,& quod maius eſt,mortuos eorum tanquam de ſomno reſuſcitauerat. Nam & quendam iam fœtentem quatriduanum,rogatibus ſororibus eius,ita de monumento facile reſuſcitauit,ut ad ſolum eius uerbum continuo de monumento reſurgeret,ligatus ſudario mortuorum. Cœcis etiam uiſum reddebar,unde & nato cœco oculos præbuit. Et innumera alia magnalia operatus eſt in populo Iudæorum,ſicut prædico & annuncio uobis teſtificans uera eſſe quæ de eo à me per Euãgelium ueritatis audiſtis.

CAPVT II.

HVnc enim dominum & magiſtrum noſtrum, qui uere Chriſtus filius dei eſt,poſt tanta & innumera beneficia,quæ in eis operatus erat,turbæ Iudæorum,ſuadentibus principibus ſacerdotum & Scribis, ſine aliquo reatu mortis,dum cauſa non inueniretur in eo,poſtulauerũt interimi in ligno. Propter quod magnis uocibus acclamabant Iudæi dicentes. Crucifige,crucifige. Mors autem eius lignum crucis eis extitit. Vnde triumphus crucis uita noſtra eſt in æternum. Per crucem enim uita nobis reſtaurata eſt,& mors mortua eſt.

CAPVT III.

ECce ut uobis iam notum feci,& iterum uobis notum facio, quòd Chriſtus poſtquã reſurrexit de ſepulchro conuerſatus eſt nobiſcum per dies xl. & conueſci nobiſcũ non eſt dedignatus,ut ſe in ueritate carnis uiuum nobis demonſtraret. Et præcepit nobis prædicare & teſtificari gentibus potentiam & remiſſionem peccatorum & regnum cœlorum. Aſcendit autem in cœlum,& ſedet à dexteris dei æternus in maieſtate, in gloria Patris. Vnde iudex uiuorum & mortuorum apparebit in die nouiſſimo:ad cuius uocem omnis caro reſurget,& ſancti renouabuntur in incorruptione immortalitatis æternæ.

CAPVT IIII.

ET nunc fratres,quem impij occidere putãtes morti tradidere,immortalem uos adorate deum & Saluatorem ueſtrum dominum Ieſum Chriſtum. In cuius nomine niſi quis baptiſatus fuerit per aquam regenerationis,ſaluari non poteſt. Ipſe enim ad hoc uenit in mundum ut omnes homines uocaret in ſaluationẽ: quæ amiſſa erat per ſerpentem in primo Adam. Qui ergo iam deo per dilectionem mãdatorum ac per myſteria ſacramentorum eius coniuncti eſtis,oculos mentis ueſtræ attollite in gloriã maieſtatis & magnitudinis eius.

CAPVT V.

ANte omnia autem & ſuper omnia,cœleſtis ſit conuerſatio ueſtra;nihilq́ terrenũ, nihil diabolicũ,nihilq́ carnale ſapiatis. Gratia enim ſaluati eſtis. Nec ullo modo dubiretis promiſſiones dei æternas,quas à me audiſtis, & quas per memetipſum olim tradidi uobis. Iis autem,qui ſunt increduli,nec adquieſcunt ueritati, tribulatio & indignatio & ignis æternus,qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Amplitudo deniq; & altitudo charitatis per uos diffundãtur, per quam alterutrum inuicem diligatis. Quia deus & charitas & ueritas eſt,nihilq́ in eo triſte uel mendacium. Incõmutabilis enim eſt,& uirtus dei ultra omnem modum & omnem ſenſum inæſtimabilis.

CAPVT VI.

BEne igitur facietis ſi abominamini idola,quæ dudum deos eſſe credebatis. Hæc autẽ ſunt opera manuum hominum,non uidentia neq; audientia, quia nec flatum habent,quæ nec ſe nec uos quicquam iuuare poſſunt. Quin potius cultores ſuos in maliriã æternæ tribulationis ſubmerſerunt, quia in ipſis manufactis dæmones dãnati ſpiritus erroris ſubintroierũt,qui hactenus per longa ſecula creaturam ad imaginem dei factam in morte deceperunt;donec nouiſſimo tempore inſequente uirtus crucis dei ui eos diſperdidit,& ibi illuſionibus,quibus ante uos ledebant,coërcuit.

CAPVT VII.

VIdiſtis enim per me in nomine domini quem Iudei crucifixerunt,& qui tertia die reſurrexit à mortuis,dæmones exire coactos de ſtatuis manu factis, in quibus reſponſa fallatia & plena deceptionum cultoribus ſuis dabant,& eas iuſſu meo in nomine dei per uirtutem Chriſti in puluerem redegiſſe. Ecce enim tempus quo

dæmonibus

dæmonibus ablata est potestas decipiendi & nocendi, ut non dominentur hominum fidelium, & ut nihil eos, qui in deum uiuum crediderint, ultra lædere præualeāt. Liberati itaque à potestate satanæ, gaudete in domino qui liberauit uos, & nolite extollere cornu uestrum aduersus ueritatem maiestatis, quam semel per me cognouistis, & in potentia signorū & curationum efficacem copiose probastis. Nō est enim alius deus in cœlo & in terra, in quo oportet uos saluos fieri, nisi dominus Iesus Christus, quem uobis ostendi crucifixum à Iudæis, & tertia die resurrexisse à mortuis cuius nomen gloriosum erit in secula. Ecce autem ipse rex noster.

CAPUT VIII.

STephanus qui iam cognouit ueritatem dei creatoris sui, & baptisatus est à me cū tyrannis & satellitibus suis, in gratia dei quotidie crescit noua germinis uiui, quam dominus noster Iesus Christus usque in finem seculi per eos quos nouit & prædestinauit, sibi multiplicabit secundum diuitias gratiæ suæ. In cuius nomine sicut multi uestrum uiderunt, tyrannum eius resuscitaui à mortuis, qui & ipse cum satrapis baptisatus à morte duplici subtractus est. Virgo autē Valeria sponsa regis terrestris, sed melius sponsa regis cœlestis, quæ per meam prædicationē uirginitatem mentis & corporis deo deuouerat, gladio decollata, dū uitam temporalem contempsit, æternā inuenit, & temporalem mortem pro Christo suscipere non recusans, æternam mortem deuicit. Hæc enim per orationē meam spiritu sancto repleta, magna effecta est in gratia dei. Et ideo prudens uirgo ad cœlestia regna peruenit, & diabolum triumphauit. Hæc porrò spiritus dei in illa est operatus, qui omne bonum operatur in nobis in Christo Iesu, pro cuius amore & testimonio inuincibiles semper non cunctamur ferre cum omni patientia gladios carnificū. Pro cuius testimonio grata fuerunt nobis uincula, tribulationes, carceres, angustiæ, fames, diuersæque passionum acerbitates. Ipse enim locutus est nobis dicēs: Confidite, ego uici mūdum. Cuius enim gratiæ debetur omnis plena uictoria, nisi eius, qui de morte triumphator morte sua mortē uicit, & satanam ligans, infernum spolians, captiuum esse fecit. Spōsus autem uirginis adeo est effectus testis passionum Christi, ut in corpore suo cœlestem conuersationem iam præbeat subditis, desideria carnis suæ crucifigens, regnū diaboli minuens, nec solum Christo cui credidit, Ecclesias per suū regnū secundū quod Spiritui sancto & nobis uisum est disponere, & fabricare gaudeat, sed antiqua templa dæmoniorū, & spurcissima fana idolorum destruere perfectus in fide uideatur. Ipsius enim iussu idola Caducci oppidi ac Tolosanæ urbis & confinis eius iam nuper diruta sunt. Cui etiam obedire debetis in omnibus, quia princeps à deo uobis est constitutus, à quo omnis potestas & paternitas in cœlis & in terra originem ac fortitudinem sumpsit. Quem principem bonum ad hoc tātum munus perduxit grauem & nouellæ fidei, per quam nouus homo factus nouo homini coniunctus est, ut pro suauitate quoque præmij futuri illectus, copulam carnaliū nuptiarum deuitauerit per meam prædicationem, quatenus liberior deo famulari possit, & multas cateruas populorum subdere fonti regenerationis.

CAPUT IX.

NEc ideo tamen prohibemus nubere legitimo connubio, cum et hoc coniugium honestum concessum sit & constitutum à deo ab initio mundi in multiplicationem generis humani. In tātum enim dominus meus & magister Iesus Christus legitimum & imaculatū thorū cōnubij approbauit ijs qui in sanctificatione & honore castitatis nubere uolunt: ut ad quasdam nuptias inuitatus eas præsentia suæ maiestatis sanctificauerit, & miraculo magnifice stupendo lætificauerit. Ibi enim sex hydrias plenas aqua factas, aqua in uinum mutata, uiniferas ostendit, & cunctos qui aderant beneficio tanto ualde lætificauit, Hebræis quoque eum interrogantibus, si liceat homini dimittere uxorē, respondit dicens: Non legistis quia qui creauit ab initio hominē, masculum & fœminam. creauit eos, & benedixit eis dicens: Crescite & multiplicamini & replete terrā, & terror uester sit super cuncta animantia terræ: Quod deus coniunxit homo non separet. Nam & pater noster Adam primus factus ex limo, uxorē cœpit ex costa propria plasmatam, de qua protestatus est dicens. Hoc nūc os ex ossibus meis, caro de carne mea Hæc uocabitur uirago, quia de uiro assumpta est. Quapropter relinquet homo patrem suū & matrem suā, & adhærebit uxori suæ, & erūt duo in carne una. Vnde dominus & magister meus Hebræis sciscitantibus hæc quoque subintulit dicens. Ego autem dico uobis, quia qui

cunq; dimiſerit uxorẽ ſuam,excepta fornicationis cauſa, mœchatur. Et qui dimiſſam ab alio duxerit,mœchatur. Vltra hunc autem gradum homini licite conceſſum uiduitatẽ in præmio maiori conſtituit.Sed & tertium excellentem gradum honeſtatis in uirginitate demõſtrauit nobis perfectũ,& per omnia ſimilem angelicæ dignitati.Ad quem inuitabat nos dicens.Non omnes capiunt uerbum hoc,ſed qui poteſt capere capiat.

CAPVT X.

IDeo prædico uobis,quicunq; in uobis uiduitatẽ propter recõpenſationem elegerint, non fraudabuntur munere claritatis dei. Qui uero in ſublimitate excelſiori permanſerint uirgines eſſe eligentes,centuplicatã in perpetua benedictione gloriam conſequẽtur.Nã qui in uirginitate ſingulari uirginitatem matris ſuæ elegit,qui mortuus & reſurrexit primogenitus ex mortuis,magnificentius ſecũ qui tales eſſe elegerint in benedictione & regno patris exaltabit.Omnis aũt per Eccleſiã deo regeneratus incorruptionẽ fidei poſſideat,ne corrumpat̃ perfidia ſerpẽtis,quia Eccleſia ſancta & uirgo effecta eſt,ꝗ Chriſtus reſurgẽs à mortuis ſanguine ſuo ſanctificauit,& per om̃ia immaculatã cõſtituit.

CAPVT XI.

DE alijs uero admonere uos uolo,ut cuſtodiatis uos ab immolatione & ſuffocatis,ut ſit omnis fornicatio longe à uobis.Immunditiam fugite,quia iam ſanctificati eſtis,& in ſanctitate deo ſeruite.Cauete autem à furtis & rapinis,& ab omni auaritia,& nolite inuicem inſidiari.Certi eſtote,neminem effugere poſſe præſentiam dei uiui,qui de cœlo reſpicit ſuper filios hominum. Cui ſi attentius ſeruietis,omnem malitiam & uenenum diaboli conculcabitis.

CAPVT XII.

MEmentote uero ſermonis mei quẽ ſæpe dicebã uobis, quanta & qualia in cœlo præparata ſunt ſanctis & timentibus deum.Omnis enim potentia & gloria in regno dei indeſinenter permanent,quæ nec augeri nec minui poſſunt.Ibi enim ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ perennes, in eo qui nos uocauit in regnũ & gloriam ſuam.Ibi ordines multitudinis laudantiũ deum angelorum & uirtutũ, quæ per ipſum uerbũ,per quod omnia facta ſunt,creatæ in laudibus creatoris ſui quieſcunt.Ipſe laus & requies eorũ,& ſpectatio noua,in quem ſemper deſiderant proſpicere. Vbi locũ habet uirginitas,continentia,caſtitas,longanimitas,expectatio,charitas, Quo fides & ſpes,timor & munditia tendunt:Ibi ueritas & iuſtitia,& pax & obedientia mandatorum dei,locũ paratum habent ab origine mundi.Multa milia illic poteſtatũ & archangelorũ in intima luce gloriæ dei creatoris ſui contemplari deſiderant. Hæc autem uobis cõmunia erũt, ſi proximi deo fueritis,ſi amatores eius,ſi imitatores.Ille enim paſtor paſtorum & rex regum uobis reliquit exemplum,quod decenter ornat conſcientiam ueſtram.

CAPVT XIII.

AVdiſtis namq; à me exemplum patientiæ ipſius quia cũ malediceretur nõ maledixit,qui,ſicut agnus innocens,ante tribunal corruptibilis iudicis ſe iudicari permiſit.Nam & diſcipulo ſuo à quo tradendũ ſe nouerat dulcedine ſuæ bonitatis,nobis trementibus & intuentibus ſæuitiã eorũ qui eũ comprehendere uenerunt,oſculum dedit.Qui aũt eum tradidit condiſcipulus nobis erat, ſed merito auaritiæ ſuæ plenus iniquitate,qua prætiũ mundi uendidit,obligatus in nequitia deſperationis ſuæ, ut etiã ueniã ſemetipſum indignum faceret,nõ ſuſtinuit pœnitentiã,donec laqueo mortis ſemet ipſum cõſumpſit.Tantã ergo iniquitatem auaritiæ execramini filij mei amatiſſimi,gloria mea & corona,& nolite iterũ uos tradere in mortẽ æternã,quã iã per dei electionẽ euadere meruiſtis.Et nolite reuerti ad priſtina noxia,in quibus ſeducamini ſecundũ carnẽ,ſapientes tantũ ea quæ carnis ſunt,nondum enim tunc noueratis ſapere ſecundum ſpiritum.

CAPVT XIIII.

DE cætero itaq; gaudete,quia euaſiſtis laqueos auaritiæ,facti ſinceri & irreprehenſibiles coram deo & hominibus, & ſine offenſa. Veritatem ex corde puriſſimã oſtendite,ut nunq; in ipſum mentiri inueniamini. Habemus enim teſtem ueritatis & conſcientiæ noſtræ deum magnum omnipotentẽ, & filium eius ſaluatorẽ noſtrum,& paracletum ſpiritum,qui charitatem dei infudit cordibus noſtris.Cui per omnia ſemper placentes inueniamur ueritatis ui amici,ne timeamus ullo modo filios mendacij,qui inuidia & multis peccatis obcæcati indigni ſunt cognoſcere ueritatẽ dei,& ſi cog

noſcunt

noscunt non eam diligunt, quin potius persequuntur quantum in ipsis est. Quorũ uindicta in proximo instat, quia quod nolunt recusant, quod uolũt approbant, quorũ taciturnitas (si non eam persequerentur) sufficeret illis ad damnationem gehennæ, nunc aũt quia cognitam persequuntur, centuplicatam sibi gehennam adquirunt. Ne ergo timueritis neq; formidetis, sed neq; admiremini eos. Vapor em̃ est nebulæ malitia eorũ, quę cito pertransibit sicut fumus noxius oculis. Deus autem & ueritas in sempiternum permanet. Et ueritate delectatur dominus deus noster, mendacio autem irritatur. Nõ enim est mendacium ex deo, sed ex diabolo.

CAPVT XV.

ROgate tamen pro talibus obsecrationẽ ad dominum facientes, ut si non cognoscunt claritatem ueritatis quomodocunq;, saltẽ ab ignorantiæ nocte resurgant, & apperiantur oculi eorũ ad intelligenda diuina, & pietatis plena mysteria. Qui uero puritatem ueritatis cognoscũt quidem sed non diligũt, orate pro eis ut purgẽtur à malitia & nequitia cordis sui. Pro uobis sine intermissione orate, ut nunq̃ ueritas in intelligẽtia uestra obnubilationẽ aliquo modo capiat (quod absit) sed semper quotidie augmentetur ad salutem uestram in gloria dei patris. Oratio siquidẽ uobis necessaria est. Instãtes itaq; orationi, instate cotidie, q̃a aduersarius uester in circuitu quærẽs, ut fera pessima, quã ex ouibus dei dilaceret. Qui maxime per sidẽ stabilẽ & orationẽ purã atq; assiduam fugit ab ouili dei. Orate aũt in gloriam domini, & quicquid exhibetis fratribus, per gloriã dei exhibete, non per inanem gloriam, & uosmetipsos in gloriã dei continete. Petitiones in salutẽ æternã quęrite, regnum dei & iustitiã eius petere maxime desiderate, & cũcta necessaria uobis à deo tribuentur. Patrem omnium, deum in cœlís regnantem semper inuocate, ut ueniat eius regnum depræcantes, fiatq; eius uoluntas in nobis sicut in angelis cœlorum.

CAPVT XVI.

VObis ipsis inuicẽ donate ut sine impedimento fiant orationes uestræ, & odiũ fratrib. nolite tenere, neq; alicui detrahere inueniamini, & insuper aures à detractoribus auertite. In hoc enim cognoscent nos omnes uere oues Christi esse, si dilectionẽ simplicẽ & sanctam habuerimus ad inuicem. Tunc autem amici dei eritis nec iam uos uocabit seruos, sed amicos suos, quia in dilectionem consummabitis.

CAPVT XXVII.

CVm uero impietatem amantes qui sunt longe à dilectione dei & mandatorum eius conuẽticula contra uestram, imò contra gloriam dei, ut uerum eius lucidissimũ in æternum obscurare in aliquo possint, inter se egerint, nolite dubitare in fide dei, sed uosmetipsos in Spiritu sancto cohortantes in laudes gratissimas deo datori omnium bonorum credite, qui uos gloria sua dignos efficiet, & sub omni celeritate tanquam oriens sol in serenitate lucidissima atq; placidissima post tetram noctẽ ad uos dignabitur per gratiam uenire, & caligines omnium inimicorum uestrorum in momento ad nihilum rediget. Vobis autem dabit læticiam angelorum & claritatem cœlestem super abundanter quam petitis aut intelligitis. Deo enim cura est de uobis, & nouit nequitiam insidiantium uobis, ut puniat eam tempore congruenti. Vos autem ereptos à malitia diripientium superiores illis faciet, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro.

Vobis enim est testis scrutator renũ & cordium. In eius obedientia nihil arroganter, nihil superbe, nihil temere præsumere, sed tanquã pusillus grex dei, uoluntatem eius adimplere studete in uerbis sanctis & operibus bonis. Etenim frequens & assidua dei custodia super uos, qui moderat̃ uos in bonitate clemẽtiæ suę, annuens uobis secundũ dignitatem & omnipotentiam magnitudinis & maiestatis suæ.

CAPVT XVIII.

VAeh autẽ illis qui præsentibus intenti deum non diligunt & uos persequuntur, non enim uos sed deum persequuntur. Patitur enim deus in uobis qui in eum creditis, & retributionem eius expectatis cum conscientia & fide apud eũ integra. Quando autem patimini propter iustitiam, gaudete, & de ijs quæ in tristitia cordis uestri accidunt nolite mirari. Est em̃ permissio iusta probãs & examinans corda uestra si eũ uere diligitis. Aduenę estis & incolę huius mundi et uelut peregrini, ideoq; expectate hæreditatẽ regni dei, q̃ post exiliũ mali huius seculi à deo cũ gaudio possidendum percipietis,

cipietis, & si quotidie peregrinamini in multis tentationibus & casibus dolorum & ærumnarum, quas perferetis. Quid ad uos delectatio mundi? Mundus enim sine fide infidelis, uos autem in fide & remuneratione gratiæ.

CAPVT XIX.

Confido aũt de uobis in domino quòd liberabimini uelociter à serpẽtibus insidiosis, & aduersarijs qui uobis propter iustitiã dei detrahũt, qui uos uolũt habere in cõfusionem, & in opprobrium, & in damna temporalia. De quibus etiã eripiat uos mirabiliter omnipotens deus, qui nunc uos habent in derisum & in similitudinẽ improperij, qui ualde torquenť in uestra bona fama, & gloriosa corã deo & sanctis eius fiducia, dicẽtes uos in cassum laborare propter deũ, & tãta mundi huius delectamẽta, ppter uim uirtutis & præceptũ dei inane, contemnere. Est enim qui uobis fidẽ tribuit, et cui curatis placere, cuiusq; uoluntati concordare maluistis, & recordatis, prout nostis & potestis, protector & cornu salutis uestræ, exaltatio atq; refugiũ uestrum in die uisitationis, quando cuncta discernet in ueritate & æquitate, iudicaturus unumquemq; iuxta uias suas, & iuxta fructum adinuentionũ suarum. Vos aũt in adinuentionibus uestris nihil agitis nec sapitis. Nec enim post cor uestrũ ambulare debetis, sed potius in puritate deo gratissima uoluntatem constitutionis dei adimplere paratis. Estis enim populus dei, audiẽtes eum & in uijs eius ambulantes. Ideo inimici nostri pro nihilo humiliabuntur à deo, & super tribulãtes uos erit manus domini in uindictam & ultionem debitã. Qui enim mentiti sunt deo, inimici eius sunt, & erit tempus eorum in secula in tormentis secundum rectitudinẽ iusti iudicij dei, quem expectamus ut consoletur uos, sicut & consolari dignatus est nos.

CAPVT XX.

Ecce per eum qui in me loquitur dominũ meum & magistrũ Iesum Christũ adnuntio uobis. Iam instat regnũ eius, iam fulget supra solẽ nomen eius, iam prædicatur per omnem terram opera magna & mirabilia. Iã subdidit sibi principem harũ prouinciarũ, & futurũ ut subdat sibi principes totius orbis. Iã excussit iugũ diaboli de ceruicibus suorũ fideliũ, iam ex integro cõfirmabit gloriã regni sui in uobis. Vnde omnis ecclesia exultatione inenarrabili replebit sine ulla cunctatione festinãter, & gaudio quod nunquam possit auferri à diligentibus & desiderantibus charitatem & ueritatem, & gloriam dei, quæ est Iesus Christus dominus noster benedictus in secula, Amen. Cõfracta est deniq; catena diaboli, qua ligatos dei seruos in incredulitate tenebat, cuius sectatores maligni in suis iniquitatibus assumentur, & in supercilio suo deijcientur usq; ad profundum nouissimi, in quo non est aqua, sed ariditas perpetua cũ igne æterno, unde nunq; extrahentur. Quòd si resipuerint à malitia sua, liberabuntur ab eo cui nihil est impossibile. Deo enim omnia sunt possibilia. Et si liberatio eorum peruenerit, et hoc donum, et uictoria, et immensa gratia erunt in eis sicut et in uobis.

CAPVT XXI.

Vos enĩ scitis quod testitistis ueritati, sed gratias deo ago qui liberauit uos à lege peccati & mortis, qui inspirauit cordibus uestris ea uelle quę & ipse desiderat, atq; in unitate suæ bonitatis per gratiã adoptionis uos adunauit. Nunquam ergo deficiatis ab oratione pura, nunq; de dei nostri largitate desperetis, quia salubriter quæ desideratis adhuc differt, ut accendantur multo magis desideria uestra in eum. Obseruate aũt eos qui in hypocrisi loquunť mendacium, ut uos de uia ueritatis quam cum deo elegistis auertant in fæmitas incongruas iniquitatũ & negligentiæ. Et quanto magis per ipsos pulsat ostiũ mentis uestræ satanas uolens irrumpere intro, & germen in uos pietatis obruere, eo magis solidi in charitate, & firmi in fide, & alacres in spe dei gloriæ, talibus resistite uiriliter, scientes quòd pertransibũt sub omni celeritate quæ uobis contraria sunt, deo pro uobis pugnãte: permanebunt aũt in æternũ, quæ per gratiã spiritus dei constituta sunt uobis. Est aũt hæc hora nouissima, in qua oportet ab infidelibus ueritatẽ reprobari, fabulas autem quæ ipsis placent, pro firmitate muri spiritualis extolli, cũ sit citissima casura parietis eorum, quia linitus est absq; tẽperatura, nec sunt ueraces qui liniũt eũ, & prophetantes mendatiũ. Sed et plantatio eorũ si aliquid etiã germinis emerserit eradicabitur, ut nõ appareat uestigiũ laborũ eorum. Vestra aũt plantatio, quam in uobis pater cœlestis plantauit, nullo modo eradicabiť, & usq; ad cœlos cœlorũ et ante conspectũ domini sine fine coronãda, amplificabiť, in augmentatione dexterę uirtutis dei, qui humilia respicit & alta à longe cognoscit.

Caput

CAPVT XXII.

Vnde fratres mei uobis erit magna dei retributio in bonis gloriæ suæ, qui ei obedistis, qui cũ imitati fuistis, cuius uoluntas requieuit in uobis, qui pro eius nomine tanta ab inuidia serpentis antiqui passi estis hucusq;. Nõ autem uos estis qui uincitis inuidiã satanæ, sed deus & pater omnis gloriæ fortitudinem incredulorũ & aduersantium atq; insidiantiũ uobis in uobis deuincit. Nec eñ uos estis uictores, sed deus omnis gratiæ, in quem fideliter creditis & aspiratis, quem uere diligitis. Ideoq; nihil meritis uestris ascribatis, quasi non egentes dei gratia, quia sine deo nihil potestis facere.

CAPVT XXIII.

Commendo autem uos deo in gratia eius in qua statis, ut liberet & custodiat uos à malis omnibus, non solum in hoc seculo sed etiam in futuro. Et ualde congratulor fidei uestræ in qua deo seruientes attentius ei placere desideratis. Porro a murmuratione custodite corda uestra, & timete tormenta æterna, tormẽta amara & intolerabilia, quibus peccatores & qui deũ nõ nouerunt punient̃, & qui cognitũ nõ dilexerunt. In quo exemplo cruciatuũ gehennæ sæpe uidetis tribulationes quibusdã imminere in corporibus ardentibus, quas tamen qui in gratiarũ actione sustinent, coronã sibi adquirunt. Non ergo admiremini uidentes ignita in ferocitate cruciari innoxios. Quos enim diligit dominus, flagellat. Ipsos autem qui mei filij sunt, si sentimus in contumacia proteruitatis post baptismum, nullo modo perturbamur, sed magis condolemus illis.

CAPVT XXIIII.

Vestra autem oratione tales opus habẽt, ut oretis pro eis, quatinus diabolus à cordibus eorum auferatur, qui eos ad hoc incitat contra nos, ut in æternum demergat interitum. Quando autẽ præsens fui uobis corpore, unanimi dilectione me habuistis in charitate Christi, ideoq; plurimum cõgratulatus sum in domino uestræ sanctæ fidei & dilectioni. Et hac de re oratio nostra continua pro uobis est ad deum, ut hic & in futuro á malis omnibus uos eripiat. Absens uero corpore erga uos eandem dilectionem possideo, & ideo maxime, quia scio eam uos erga memetipsum possidere. Talis enim dilectio amabilis Spiritui sancto est, per quam uenietis ad gaudia claritatis domini, ubi cuncta uobis gloria affluet, quæ nunquam minoratur in persecutionibus. Denique quia sustinetis eas à superbis huius seculi, nolite à fiducia domini desperare, sed ad eũ corda uestra conuertite, qui uos liberabit à præsenti & futura ira.

CAPVT XXV.

Obseruationes autem dierum & temporum atq; astrorum nolite attẽdere, quibus Gentes idolis deditæ intendũt, & tali obseruatione à diabolo decipiuntur, & à ueritate relinquuntur. Confidite ergo in potentia domini Iesu Christi, cuius clementia immensurabilis est, cuius potestas ineffabilis, cuius gloria semper & in æternum desiderabilis, quia nunquam derelinquet uos, sed in omnibus ubiq; uobis aderit, sicut ipse nobis pollicitus est, dicens. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad cõsumationem seculi. Ipsi enim omnia abscondita patent, & nihil sine eius uoluntate poterit uobis euenire. In illius contemplatione mentem uestram assidue figite, & præter eum nihil diligatis, quoniam ipsi cura est de uobis.

CAPVT XXVI.

Qvod uero in uestra postulatione à me petitis, scitote confidentes, quia à deo tribuetur uobis ultra quàm petitis & intelligitis. Ipse enim est pax, ipse omnia superat bella, ipse uobis uictoriam de inimicis, pacem firmam & sine sanguine dabit. Hæc est enim uoluntas eius & gloria, & de uestro bono desiderio congaudet. Nosq; ei gratias referimus qui sedet ad dexteram dei patris in gloria Spiritus sancti.

CAPVT XXVII.

Salutate in perfectione pacis qui diligũt dominum Iesum Christum. Pro impijs uero assidue orate, ut ad ueritatem dei conuertantur, per quam gloriam & in qua permanemus, & cum qua sine fine perpetuam dei uisionem cõtemplabimur. Pro qua etiam millies corpus nostrum sub omnibus tormentis morti dare optamus. Est eñ uisio dei qua sola angeli perfruuntur, & omnes perfecti in dilectione eius, ad quam peruenire desideramus cottidie suspirantes ad illius inæstimabilem gloriam.

CAPVT XXVIII.

Fatigari autem uos nolo uſque ad me, quouſque nuncium meum uidētes ſine aliqua hæſitatione ad præſentiam noſtram ueniatis, ut præſentes inuicē in gloria Chriſti gaudeamus, qui abſentes eius dilectionem & præſentiam omnipotentiæ ſuæ omni hora præ oculis habemus. Pax uero & omne bonum, omniſque conſolatio, oro deum ut iugiter maneat uobis, languorem autem ac nequitiā & omne peccatum, & quicquid eſſe poteſt moleſtum procul faciat dominus à uobis, ut animæ ueſtrę in gloriam dei ſine corruptione perueniant, & abſque metu diaboli: corpora autem ueſtra ſine macula peccatorū præſententur domino in reſurrectione carnis ad diem uniuerſalis iudicij. Amen.

Τέλος, καὶ τῷ θεῷ δόξα.

Hæ duæ Epiſtolæ his temporibus à domino reuelatæ ſunt & repertæ in ſacrario Baſilicæ ſancti Petri in urbe Lemouica, ubi hactenus latuerant defoſſæ in arca ſaxea ſub terra, quæ præ nimia uetuſtate uix legi potuerunt.

DIVI ANTONII MERITO magni Abbatis ſanctiſsimi, ad fratres ſuos. Epiſtola I.



Primum ſaluto uos in domino. Exiſtimo autem animas quaſcunque appræhenderit gratia dei uocantis ad prædicationem ſuam per uerbum proprium, habere tres modos ſeu maſculos ſeu fœminas. Quidā enī per teſtamētariam legem & inditum in eis ſemel bonum à prima ſui conditione pertingere uerbo dei ad eos morati non ſunt, ſed perrexerunt parati cū eo, ſicuti & noſter progenitor Abraham, cui primo, quia porrexit indaginē deus per teſtamentariam legem, apparuit dicēs, exi de terra tua & de cognatione tua & de domo patris tui, & ueni ad terram quam oſtendero tibi. At ille in nullo hæſitans paratus fuit in uocatione. Hic autem figura erat primæ uiæ huius inſtitutionis, quæ nunc uſque perſiſtit in eis qui eius ſequunē ueſtigia. Vnde & iterum ſi animæ ſic ſuſtineant, & ita egerint, facile eaſdem uirtutes aſſument, eo quod parata ſint corda earum repleri ſpiritu dei. Et hæc inſtitutio prima. Huic uero ſecunda exiſtit de ijs qui audiunt ſcriptam legem teſtificantem eis uniuerſa ſupplicia quæ peccatoribus præparantur, & annunciantem de ſanctis promiſſionibus ad eos qui proficiunt, quibus & per teſtimonia inſcriptæ legis ſobria uoluntas exiſtit, & per hanc quæſierunt intrare in uocatione uocantis. Sic & Dauid teſtificatur dicens: Lex domini immaculata cōuertens animas. Et iti hoc eodē loco: Declaratio (inquit) ſermonem tuorū illuminat, & intellectū dat paruulis. Sed & alia quàm plurima, de quibus modo non poſſumus enarrare. Porro tertia inſtitutio eſt, in qua duris cordibus ſæpe interuitia & in peccati operibus permanentibus aliquotiens benignus deus infert labores ad increpandum, donec ſentiant per ærumnam, & pœnitentes ex toto, accipientes et ipſi uirtutes. Quemadmodum & illi de quibus prædixi. Hæ igitur ſunt introductiones tres in animabus quæ ad pœnitudinē ueniunt, donec adipiſcantur gratiam & uocationem filij dei. Sed puto quod eos primus uocet ſpiritus qui ingrediuntur ex toto corde certamen, & ordinant ſemetipſos ad ſuſtinendum in omni luctatione aduerſarij, donec deuincant eum. Præſtat uero eis & lenitate in omnibus iuuans eos ſpiritus, ut indulceat in illis opera pœnitentię. Ponit eis terminos modū quendā pœnitudinis in corpore & anima eorū uſque quo doceat eas etiā conuerſionis modū ad conditorem propriū deum. Necnō & præbet eis uiolentiæ compulſionē in anima diſcurrentem & corpore, ut utraque ſanctificari queant, ut eodē modo hęreditatē utraque ſumant. Corpus quidē in ieiunijs crebris & uigilijs atque ſolertia, miniſterijs quoque quæ facit in corpore. Conandū hoc in omni fructificatione carnali. Spiritus quoque pœnitentiæ deductor efficitur, & in iſtis tentat eum in his, ne qua ſit inimicitia ad conuertēdum forte retrorſum. Tū uero ille deductor ſpiritus incipit adapperire animæ oculos ad pœnitentiam exhibendam, & ut ſanctificetur etiam ſenſus, diſtinctionē intermediam præbet, incipiens doceri à ſpiritu ſanctificare corporis & animæ pœnitentiam, ſenſu per ſpiritum edocto deducentem nos ad illud animæ corporiſque agendum, qui ſanctificans omnia ac diſtrictionem præbens

bens ut & carnis misceatur fructus ad uniuersa corporis naturalia, ex quibus transgressio fuit, & adducit unumquodq; corporum naturaliũ ad priorẽ conditionẽ, nõ habẽs aliquid alienũ aut hostile spiritus. Corpus siquidem redigat̃ sub potestatem sensus, doctũ à spiritu secundum eloquiũ Pauli: Obculco corpus meũ & in seruitutẽ redigo. Quoniam uero sensus antea semetipsum sanctificat in escis & potationibus à sopore & semel ac simpliciter in cunctis motibus suis, quiq; & naturalẽ copulam segregauerat sanctificationi propriæ. Reor autem tres corporis existere motus. In ipso enim est naturale corporis concretum illi, quod tamen non operatur aut efficit aliquid sine animæ uoluntate, nisi quòd iudicat in corpore solum. Nam & alius motus existit ex pastu corporis multorum ciborum ac potuum, ex quibus adinflatio sanguinis orta per escas oppugnat totius animæ corpus epularũ sumptione permotum. Ob hoc & Apostolus ait. Nolite inebriari uino in quo est luxuria. Deinde domino nunciante discipulis suis in Euangelio dicitur: Videte ne quando grauẽtur corda uestra in esca & potu siue delitijs. Inquirentibus præsertim mensuram sanctificationis debitum est istud efferre. Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo. Tertius uero motus est spirituũ malignorum temptantium per liuorẽ, ac uolentium flaccidiores efficere eos, qui conantur sanctificare semetipsos. Veruntamen si in ijsdem tribus modis sustineat anima semetipsam testimonijs quibus spiritus docuerit sensum, sanctificabit̃ in utroq; ab illo languore triformi. Sin uero dimiserit semetipsum sensus à testimonijs quibus spiritus testificatur ei, tunc maligni spiritus superferunt congregationi corporis, & oppugnant illo motu usq; dũ anima fatigetur & incipiat requirere, unde auxiliũ ueniat, conuersaq; reapprehendat spiritus testimonia ac sanetur. Tunc etiã ei dat quòd unica sit requies postulanda à deo, & quia sic fit pax eius. Hæc autem asserui ad pœnitendũ in corpore & anima, & qualiter oportet mundari eam, cumq; sumpserit tale certamen, tunc nuncia spiritus adsunt, & incipit discernere & iã ægritudines animales quæ accedũt et per proprias uoluptates. Tunc siquidẽ erit participatio spiritus cũ sensu, per custodiã mandarorũ quæ ei tradidit, & docet eum curare omnem languorem propriæ animæ, unumquodq; eorum discernẽs ei permixtione accepta in corpore naturalium ac reliquorũ quæ sunt peculiariter ei extra corpus à capite usq; ad pedes, propriam uoluntatẽ permixtam habẽs in illis, & oculis quidem terminum ut rectè & confidenter conspiciat̃, nihil ultra peregrinum gerẽtes. Deinde ut aures audiãt in pace, nec oblectent̃ amplius obtrectationẽ ac cõtumelias spirituales audire, sed potius ut omniũ correctionẽ & miserationẽ infessurã præ omni desiderent possessione. Quoniam in illis ægrotabat prius, deinde rursus ut linguam propriam doceat sanctitatẽ, quoniã huiusmodi languor insederat ei dudum, ut quibus ægrotabat ex ipsis semper aliquid loqueretur, tradens linguę promenda organo, utpote extanti sibi. Hic ergo languor abundãtius magnificatus est illi in hoc membro quod est lingua Vnde & Iacobus apostolus testificat̃. Si quis uidear̃ religiosus esse nõ refrenans est propriã linguã, semetipsum fallit, & huius religio uana est. Idemq; ibi ait: Et lingua pua pars est maculãs totũ corpus, & alia multa, quę nõ possum adijcere cuncta. Quod si pualuerint sensus sumere ab spiritu, ipse prius sanctificabit̃, & tandem perscrutans sermones, tradet quidem propriæ linguæ, sed nihil habentes prauũ aut animæ uoluntariũ, per quæ uerbum Salomonis implebit̃ dicentis: Mei sermones dicti sunt à deo, nec est in illis aliquid prauũ atq; perplexũ. Idem rursus in alio loco ait: Lingua sapientiũ sanat, & alia q̃ plurima. Deinde iterũ manuũ motus intra me si erant aliquando motæ in quibus non oportebat, animæ uoluptatibus, sed nunc ei spiritus unus terminat sensum, ut in sanctitate, in orationibus & misericordijs moueantur, huiusmodiq; opera perficiat. Quin etiã in his illud eloquij compleatur orationũ causa prolatum. Eleuatio manuum mearũ sacrificiũ uespertinũ. Idem alibi Salomon: Et quia manus fortium ditantur. Sicq; postmodũ ut ipsam escam uentris & porum emundet, etiam sic ad satietatẽ eis utat̃. Aut si aliquãdo illis animæ uoluptas paululum in desiderijs fuerit, considerans quod nonnulli in satietate escæ uel potus dæmonibus obtemperarint, de quibus spiritus per Dauid ait: Superbo oculo & insatiabili corde cum hoc non edebam. Nam & isti si iterum domini inquisierint sanctitatẽ, etiam spiritus rursum terminat eis eadem sanctimonia, ut moderate & sufficienter ad sustinendũ corpus utantur, & ultra non habeãt in eo concupiscentiã aut uoluptatẽ. Sicq; eloquiũ Pauli complebit̃ dicẽtis: Siue cõmeditis siue bibitis, siue quid aliud facitis, omĩa in gloriã dei facite. Deinde & his quę p cogitationẽ coitus sub aluo metit̃, rursus sensus ab spiritu doctus discretionem

tionem tribuit motibus eorum in ſupra dictis tribus modis, & innititur ad ſanctificationem, auxiliatorem ſpiritum habẽs. Extinguitur etiam motus ille per uirtutem ſpiritus pacificantis totum corpus & perimentis totum illum motum. Hoc eſt uerũ eloquium quod à Paulo prædictum eſt: Mortificantes membra ueſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, concupiſcentiam malam, & quæ deinceps. Sic denuo pedes, qui licet aliquando nõ erant, habentes incolumem greſſum, nec ſecundum deum ambulabãt, hos iterum ſenſus qui ſub ſpiritus fuerit uoluntate ad pergẽdum miniſtrare operibus optimis cogit, ut immutatum corpus fiat ſub ſpiritus poteſtate. Sed æſtimo quòd talis habitatio iã acceperit etiam in hæc partem quãdam ſpiritualis corporis, quam acceptura erat in reſurrectione iuſtorum. Hæc uero dixi propter animæ ægritudines, quæ uſurpant permixtionẽ inter naturalia corporis, cum inde anima mouetur in illis, ſectatrix effecta malignorũ ſpirituum ut operentur in mẽbris. Sed etiam prædixi quod habeat proprie etiam ipſa diſcretionem horum. Nam ſuperbia languor eſt eiuſdem corporis, iactantia, id eſt, ægritudo eſt ei extra corpus: Item inflatio, odium, inuidia, ira, atq; puſillanimitas, impatientia quoq; ac reliquæ minutiæ horum. Quòd ſi uero crediderit ſe deo ex toto corde, tũc benignus deus tribuit ei ſpiritum pœnitentiæ, & teſtificatur illi, ut de uno quoq; languore pœniteat. Propter quæ aduerſarij prohibent ea tentantes uſurpare ſibi, nec ſinunt pœniteri. Quæ ſi ſuſtinuerit obediens, hortantem ſe ſpiritum ad pœnitẽdum, creator quoq; illius miſerationis uiſceribus motus ſupra labores eius quibus in egeſtatibus corporeis, id eſt ieiunijs plurimis, in uigilijs, in meditationibus multis, in uerbo dei, ac præcibus largis, uel in abdicationibus mundanis, in humilitate, in paupertate ſpiritus, in quibus cunctis ſuſtinentẽ, deus benignus aſpiciens & conſyderans, & patientiam eius in tentationibus perdurantem, miſerans adiuuauit eam.

Sancti Antonij Abbatis, ad Arſenoitas. Epiſtola II.

ANtonius omnibus dilectiſſimis qui ſunt in Arſenoite & in parochia eius, uel qui cum illis in domino ſalutem. Vniuerſos uos paratos abire ad deum ſaluto in domino chariſſimi à minore uſq; ad maximum, & à maſculis uſq; ad fœminas. O filij Iſraëlitæ, ſecundum ſenſualem ueſtram extantiam. Vere etenim filioli grandis uobis in generatione ueſtra promiſſio, decebat quippe uos propter eum qui uiſitationem ueſtri fecit, nequaquam fatigari certantes, donec uoſmetipſos offeretis ſacrificium deo in omni ſanctimonia, ſine qua nemo poterit hæreditare deũ. Nam pro certo, chariſſimi, magnum eſt uobis iſtud, ut percontemini de cognitione ſenſualis extantiæ, in qua nõ eſt maſculus neq; fœmina, ſed ſubſtantia tantum immortalis exiſtit, habẽs quidem principium, finem uero nequaquam, debitumq; uobis erat cognoſcere, & de eo quomodo omnino deciderit in tantam humilitatem, & confuſionem eximiam, quæ pertranſiens in omnibus uobis aduenit. Igiẽ quando ſubſtantia immortalis exiſtit non conſoluenda corporibus, hanc ob cauſam deus eandem plagam aſpiciens irremediabilem effectam, & quia magnificata eſſet uehementer per ſuam indulgentiam, uiſitationem eorum faciens propter propriam bonitatem poſt aliquantum temporis legem poſuit eis, unde & operatus eſt per Moſen præbendo legem. Et Moſes quidem fundauit eis ueritatis domum, curare uolens eandem ualidam plagam. Sed perficere nequiuit ædificium domus. Inſuper autem & omnis ſanctorum chorus collectus in unum petijt patris bonitatem de ſalutari noſtro, ut calcaret in terris pro noſtra cunctorum ſalute. Ipſo utpote extante noſtro magno & fideli pontifice ac medico uero, qui ſolus ſanare poſſet hanc enormem plagam. Vnde & uoluntate patris exinaniuit ſemetipſum propria gloria, deusq; exiſtens formã ſerui aſſumpſit, tradens ſe propter noſtra peccata. Et delicta quidem noſtra humiliauerunt eum, ſed liuore eius nos omnes ſanati ſumus. Quamobrem dilectiſſimi filioli in domino ſcire uos uolo quòd pro noſtra ſtultitia elegit ſtulta, & pro noſtra infirmitate formam infirmitatis aſſumpſit, ob quã noſtram pauperiem effectus eſt pauper, & ob noſtram mortem figuram induit mortis. Ergo quia in his omnibus ſuſtinuit propter nos, uere dico dilectiſſimi in domino, quia nõ debemus dare ſomnum oculis noſtris, neq; palpebris noſtris dormitationem, poſtulãtes ac perurgentes dei patris inæſtimabilem bonitatem uſq; quo egrediatur nobiſcum, & in hoc requiem habeamus, aduentus Ieſu atq; uirtutis, ut obſequamur ſanctis, qui nos excolere feſtinant tempore negligentiæ noſtræ, alacritatem animorum dantes ei, ad iuuãdum nos in tempore tribulationis noſtræ. Tunc enim ſeminans pariter cum metẽte gaudebit. Noſſe etiam

etiam uos cupio filioli quàm plurimum dolorem meum, quem habeo pro uobis aſpiciẽs grandem illam confuſionem quæ ſuper uniuerſos aduenit, & conſiderans multum illum laborem ſanctorum omnium atq; gemitum, quem emittunt pro uobis ſemper ad deum, cernentes laborem proprij conditoris, omnesq; malitias paruipendentes, nec non & decipulas diaboli, & angelorum eius inſidiantium, iuges ad perditionem noſtram. Quoniã etenim portio eorum in infernum haberire, idcirco & illi uolunt noſtrum quoq; ſtudium unà ſecum attrahere. Vere igitur charíſſimi in domino ſicut prudentibus loquor, ut cognoſcatis cunctas opificis noſtri diſpenſationes, pro nobis factas, quæ & uiſitationem noſtri faciunt per manifeſta & occulta præconia. Nos ſumus rationabiles nuncupati, ſed gerimus irrationabilem ſenſum dum ignoramus occultas calliditates, & artes diaboli multiformes, quæ ſint, qualeſq; noſcantur. Quando enim compererint conari nos confuſionẽ noſtram cognoſcere, & quòd quæramus modum efficatiæ illorum, operantes in nobis, & non tantum ut non obediamus malitijs eorum, aut hortamentis quæ diſſeminant in cordibus nóſtris, ſed & nequam plurimi noſtrorum, profiteantur ſtudia eorum, ipſi quoq; cognoſcentes indulgentiam conditoris quod mors his fiat in terris, illis uero ſit præparatum hæreditare gehennam propter negligentiam ſuam. Scire autem uos uolo filioli quòd non deſino obſecrans pro uobis deum nocte ac die, ut ipſe aperiat oculos cordis ueſtri ad prouidendum crebrius occultam malignitatem illorum, quam per ſingula ſupra nos effundũt in iſto nunc tempore. Quæſo etiam ut concedat uobis ſcientiæ cor, ac diſcretionis ſpiritũ præſtet, ut poſſitis offerre proprium cor, hoſtiam ſanctã in conſpectu patris in multa ſanctitate, & ſine querela. Vere enim filioli inuidẽt nobis per omnem horam in ſuo maligno concilio & perſecutione quamplurima, & malitia ſua, nec nõ & ſpiritibus erroris ſiue cogitationibus blaſphemis, infidelitatibus noſtris quoq; quæ ſeminantur ab ipſis in cordib. ac doloribus multis, quæ irrogant nobis per omnem horam, animi etiam defectionibus, in quibus per ſingula labefacere animum non deſiſtunt, in uniuerſis quoq; iracundijs ſuis & obtrectationibus quas docẽt nos habere, & aduerſus alterutrũ, & ut iuſtificemus noſmetipſos in his quæ facimus, & condemnationem quæ ſeminatur ab ipſis in mentibus noſtris etiam cum exiſtimus ſingulares, cumq; faciunr nos proximum iudicare, nec tamẽ ipſo extante nobiſcum, præſumptionibus ſiquidem quas ingerũt cordibus noſtris, in ſuperbia duri cordis extantes & inuicem ſpernentes, amaritudinem habentes, omni hora uituperantes alterutrum, & non noſmetipſos, opinantes laborem noſtrum, & propria cõſtare uirtute, iudices exiſtentes maniſeſtorum, totum intra domum noſtram mutante latronæ, & in iurgijs atq; ſimultatibus aduerſumq; alterutrum affectibus, donec ſermonem proprium conſtare faciamus, ut pareamus in conſpectu noſtro iuſtificati animoſitatem nobis præbentes ac facientes ſtudia, quę tamen impoſſibile eſt geri. Intempeſtiue enim facientes nos reſolui, ob id quod ſumus ex illo, quod emolumenti eſt uobis. Propter quę ridere nos faciunt tempore fletus, & flere in tempore riſus. Er, ut ſemel atq; ſimplicirer dixerim, tranſponunt ſemper à recta uia in alijs quàm plurimis erroribus, per omĩa noſipſos ſibimet in famulos redegerunt, quorum tempus nõ eſt in propatulo fieri modo. Cumq; uero his omnibus corda noſtra repleuerint, & inebriati fuerimus illis, tunc indulget deus quàm diu gerit malitia noſtra, ac de reliquo uiſitationem noſtri faciens reſolutione grauiſſimi corporis huius relinquentibus illud, tunc maligna opera quæ gerebamus male, reuelar nobis in corpore pœnæ expoſito, quòd induti fuerimus per indulgentiam conditoris. Tunc etiam fiunt nouiſſima noſtra peiora prioribus. Propter quod nolite affligi obſecrantes benignitatem patris, ut ſemper poſſitis habere uobiſcum adiutorium eius, doceatq; uos cognitionem ſui qui ſe bene habet. Vere etenim dico uobis nati mei, quia uas iſtud in quo ſumus inhabitantes, in perditionem nobis exiſtit, & domus eſt plena bellis. Pro cerro filioli dico uobis, quòd omnis homo illectus in uoluptatibus ſuis, & proſtratus à cogitationibus proprijs, complexusq; à maligno, ſeminauit in corde, qui congaudet eis & recepit ſenſu ueluti magna exiſtentia ſacramenta in eo quod agit, iuſtificans ſemetipſum, huiuſmodi anima coexiſtit malignis ſpiritibus conſiliatrix in malum, corpus quoq; illius cuſtodia eſt horrẽdorum arcanorum quæ occultat in ſemetipſo. Præualebunt autem aduerſus huiuſmodi, quoniam non traduxit eos coram omnibus. At nunquid & ipſi neſcitis, quòd non huiuſmodi capturas habeant: quas nos cognoſcentes proculdubio fugiamus. Cæterũ & ſi quæſieris non inueneris peccatum eorũ, nec iniquitatem corporaliter manifeſtam. Corpus enĩ

eſt animæ recipiens malignitatem eorũ,quã cum ſuſceperit, tunc ſi uelit in propatulo pu nit per corpus iſtud in quo ſumus inhabitantes. Nunc itaq; filioli non demus ei locũ ullũ, alioquin nobiſmet dei excitabimus iram & illi permiſcentur in domibus noſtris irridentes nos,quoniam hoc nouerunt quod perditionis eſt noſtræ, quæ tamen & ipſa de proximo conſiſtit,ſicuti & uita de prope.Quis enim unquam deum aſpexit ut uidens congauderet ei,de re tanta apud ſemetipſum,ne forte aufugeret eum,ſed ut adiudicaret,etiam ueluti ha bitanti in hoc pondere tanto?aut quis aliquando aſpexit diabolum oppugnantem nos,& prohibentem beneficia adipiſci,aduerſantem nobis & ſtantem in loco corporali ſecreto, ut præuidens fugeret ab ipſo?Sed illi quidem habitant in occulto,nos autem propalamus eos per ſtudia meliora.Quoniam igitur ex uno creatore ſunt omnes ſecundum ſenſualem extantiam eorum,in fugiẽdo uero eos à deo & multa diuerſitas eſt,in illis effecta ob diuer ſas operationes ipſorum,idcirco autem omnia hæc nomina adiecta ſunt iſtis,propter uniuſcuiuſq; eorum operationem,ideo & nunc quidam ipſorum uocantur archangeli,alij ſedes & dominationes & poteſtates,& Cherubim.Hæc autem eis nomina ſunt addita pro eo quod conditoris proprij cuſtodierunt uoluntatem.Item ob crimen aliorum motum neceſſario fuit nominari etiam iſtos propter malignas adinuentiones ipſorum diabolum & ſatanam.Porrò alij nuncupati ſunt dæmones ſpiritusq; maligni,etiam immundi,flatus erroris,princeps quoq; ſeculi huius. Aliæq; complures in eis aduerſitates exiſtunt. Rurſum uero & in ijs qui obuiauerunt illis in grauiſſimo corpore iſto,in quo & ſumus inhabitantes,& ipſi etiam nuncupati ſunt.Quidam quidem Patriarchę,alij uero Prophetę & reges ac ſacerdotes,nonnulli iudices & Apoſtoli,atq; alij multi electi effecti propter egregium motum ſuum. Vniuerſa autẽ hæc nomina adſcita ſunt eis ſiue maſculi,ſiue fœminæ obdiuerſitates operationis eorum,& iuxta principatum ipſorũ,quia ex uno ſunt omnes.Propterea ergo quicunq; in proximum peccauerit in ſemetipſum delinquit.Qui & male fecerit proximo,ſemetipſum efficit malũ.Itidem qui bene fecerit proximo ſibimet hoc facit. Si uero quis erit qui aliquando peccare potuerit in deum,uel quis eſt qui eum unquàm reſiſ cere queat?Quis uero erat qui ei miniſtrauerit aliquando,aut quis benedicat eũ unquàm, ut opus habeat benedictione eius?Quis enim potuit honorare illum ut ipſe honorandus exiſtit,uel quis eſt qui ualeat exaltare eum ſicut excelſus habetur?Quamobrem dũ ſumus ueſtiti grauiſſimo corpore iſto,alieno inuitamento ſuſcitemus deum in nobis, ut hoc agẽtes commendemus illam circa nos bonorum uiſcerum eſſentiam.Non autẽ ſimus noſmet ipſos amantes Si uero,illorum inconſtantis portionis erimus.Nam qui cognouerit ſemet ipſum uniuerſos cognouit.Ideo & ſcriptum eſt; Qui uocauit ex nihilo ut eſſent cuncta. Hoc autem dicentes ſignificant de ſenſuali natura quæ occulta eſt in hoc corruptibili corpore,extante in principio increpanda ab eo.Aut qui potuerit diligere ſemetipſum,nihilo minus diliget omnes.Chariſſimi filioli mei quæſo uos ut non laboretis neq; fatigemini in uicem diligentes,ſed tollite corpus quod eſtis induti,facite illud altare, ſuperponite deſuper omnem deliberationem ueſtram,omnemq; malignum inſtructum relinquite in conſpectu domini.Extollite manus cordis ueſtri ad eũ,id eſt, ſenſus agẽdorum,& precamini deum ut donet uobis illum inuiſibilem & magnum ignem qui deſcendens cœlitus comedat altare & omnia quæ in eo,uniuerſiq; ſacerdotes Baalim, qui quidem exiſtunt operationes aduerſæ,timeant fugientes à facie ueſtra,quemadmodum Heliæ prophetæ. Tũc demũ uidebitis ueſtigium hominis in mari adducens ſpecialem imbrem quod eſt paracleti ſpiritus conſolatio. Dilectiſſimi mei nati in domino filij Iſraelitæ ſanctiſſimi, non opus eſt beatificari corporum noſtrorum uocabula tranſitura,nec enim ignoratis charitatem quã habeo in uobis,quia non eſt charitas corporalis,ſed ſpiritualis & amans deum. Dilecti in hoc & repleor,quod beatitudo uobis facta ſit in tempore iſto. Sermo igitur uobis exiſtat iudex,ac non æſtimetis perfectum ueſtrum inſtitutum. Quod eſt ergo obſequium dei ueſtram tantum operationem exiſtere?Sed eſt uirtus quædam cooperans uobis. Certantes itaq; uoſipſos offerre hoſtiam deo continue præbete cooperanti uobis uirtuti & requiem Chriſti Ieſu. Quoniam unita eſt uniuerſo ſanctorum choro,ſed & mihi deterrimo habitãti in hac lutea & tenebroſa domo. Quam enim ob cauſam differerem uobis,niſi ut requiem exhiberem?Vnde & obſecro ut quia omnes creati ſumus unius ſubſtantiæ inuiſibilis & initium ſine fine,unice diligamus alterutrum,quotquot enim cognouerint ſemetipſos cognoſcent quod unius ſubſtantiæ immortalis exiſtant. Scire quoq; uos uolo quod Ieſus

Christus dominus noster ipse patris uerus est sensus, in quo omnis plenitudo totius naturæ rationabilis effecta est, eorum maxime qui sunt imaginis eius conformes effecti, caput totius creaturæ & corpus Ecclesiæ. Nam & idcirco nos omnes membra sumus in alterutrũ & corpus Christi. Nec potest dicere caput pedibus, non uos habeo opus, sed si patitur unum membrum, totum corpus mouetur cum eo & patitur. Alienatorum uero membrorum corporisq; propria non sunt capiti sociata, sed fœditati dedita, propter proprias libidinum passiones irremediabilis eorum effecta est plaga, quia obliuionem acceperũt principij atq; finis. In quo & creaturarum genitor, uisceribus motus pro plaga nostra quæ sanari non poterat, nisi per solam ipsius bonitatem, misit unigenitum nobis, ut per seruitutem nostram, seruitutis assumeret formam, traderetq; se pro peccatis nostris. Et peccata, quidem nostra humiliauerunt eum, sed liuore eius nos omnes sanati sumus. Hi congregauit nos ex omnibus regionibus, usq; quo resurrectionem cordium nostrorum de terra faceret, docens cunctos nos unius esse substantiæ, & membra in alterutrum. Propterea debemus diligere uehementer, quia quicũq; dilexerit proximum diliget animam propriam. Et hic sermo manifestus sit uobis charissimi nati in domino filij Israelitæ sancti, qui parastis uosmetipsos ad deum ire, offerre uosmetipsos hostiam deo in omni sanctitate, quoniam nec potest hæreditatem capere quispiam sine sanctitate. Aut nunquid ignoratis dilectissimi quod aduersarij uirtutis, ueritati semper insidiantur. Et idcirco charissimi, obseruate, ne detis oculis somnum, aut dormitationem palpebris, proclamantes ad proprium conditorem die ac nocte, si forte regrediatur uobis adiutorium ab excelso, quo protegent te sint corda uestra & cogitationes in Christo. Nam uere ô filioli in domo sumus latronis inhabitantes, & in uinculis mortis extamus uincti. Pro certo etiam dico uobis quòd nostra negligentia & humiliatio, extranea commotio, non nobis solis est detrimẽto, sed Angelis labor existit, & omnibus sanctis in Christo Iesu, quia nondùm usq; requieuerunt pro pter nos. Vere nati mei hęc nostra humiliatio illis omnibus tristitia est, Sicut iterum salus & gloriatio nostra lætificationem eis ac requiem omnibus præbet. Vt autem cognoscatis quia benignitas patris non cessat à quo motio facta est, beneficijs fulciens semper usq; in hodiernum diem, ut obnoxios faceret nos propriæ morti, quoniam in nostra sumus potestate creati, unde & illi postulant pro nobis semper. Sed scriptum est: Immittit se angelus domini in circuitu timentium eum, & liberabit eos. Ergo filioli scire uos uolo ex quo factus mundus usq; nunc uniuersa quæcunq; extra uirtutem fuerunt completa malitia ipsorum, & ipsi cognoscunt inter filios esse diaboli reputatos, propterea quod conanẽ unicuiq; nostrum ingerere propriam uoluntatem. Nam pro certo est quod cũ se nouerit diabolus per superbiam & inanem gloriam cœlitus fuisse deiectum, ideo & illi eos qui penerint in magna mensura aggrediũtur, in primis artifices existentes per superbiam & inanem gloriam, ut sint aduersum se alterutrum, scientes quod per ista segregẽt nos à deo. Et quia nouerunt quod qui dilexerint proximum diligant deum, ideo & illi cum sint uirtutis inimici proprium seminant somitem simulationum in corde nostro, ut possideamus inimicitiam magnam aduersus alterutrum, ne uel de longe proximo colloquamur. In totum uere filioli uolo uos etiam istud cognoscere, esse quamplurimos qui sustinuerint maximũ certamen in conuersatione sanctissima, sed indiscretio interfecit eos. Vere filioli, quia nõ est tantum mirandum si negligatis uosmetipsos, quãtum si non discernẽtes proprium opus, incidatis in mensurã diaboli, arbitrantes quod iam uicini dei sitis effecti, & expectantes sortem lucem, tenebris occupemini. Quid enim omnino fuerat opus ut præcingens se Iesus linteo ac ponens peluim inferiorum sibi lauaret pedes? Sed exemplum istud effecit, significans de conuersuris ad proprium illud supernumq; principium. Initiũ quippe motus superbia existit, quæ facta est in primis. Et ne si rursus post multa consistens in corde tuo, & in tota anima tua, & in toto spiritu tuo, in tota etiam anima & in corpore toto non poteris hæreditarie capere regnum dei. Vere filioli mei in domino quæso creatorem meũ die ac nocte, à quo & habeo spiritum commendatum, ut aperiat oculos cordis uestri ad cognoscendam dilectionem nostram à uobis, quam habeo erga uos, & ut pateſiant auditus animæ uestræ ad conspiciendam confusionem propriam. Quisquis etenim cognouerit decus suum, hic demũ requiret & electam gloriam suam. Et quicunq; cognouerit propriã mortem, iste iterũ cognoscet etiã suam æternam uitã. Quasi prudẽtibus loquor uere filioli, quia timeo ne forte fames nos cõprehendat in uia, & in loco quo poteramus diuites fieri

ti ſi uelimus. Volebam autem uidere uos ad faciem in corpore, ſed iam expecto tempus quod eſt prope, in quo poſſimus ex ipſo nos contuitu alterutrum peruidere, cum aufugerit dolor, triſtitia, ac gemitus, cumq; ſuper caput exultatio extiterit uniuerſorum. Erant et alia multa quæ uelim dicere, ſed ſi dedero occaſionem ſapienti, ſapientior erit. Saluto omnes deſideratiſſimos meos natos in domino per nomen.

Beati Antonij Abbatis. Epiſtola III.

SCitis gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, q̃ propter nos pauper factus eſt, cũ diues eſſet ut nos paupertate illius ditaremur, ſeruitus aũt illius liberauit nos, & infirmitas eius conſtituit ualidos. Stulticia illius nos ſapientes effecit. Si tamen iterum per mortẽ propriam reſurrectionem faciat noſtram, ut in hac poſſimus uocem magnã eleuare dicẽtes: Tametſi nouimus ſecundũ carnem, ſed creatura eſt in Chriſto noua. Vere chariſſimi in dominò dico uobis quòd iuxta minutias uerbi libertatis in qua cũcti liberi ſumus effecti, alia habeo multa quæ dicam uobis, ſed non eſt horum tempus dicendi modo. Saluto interim uos omnes chariſſimi mei nati in domino, filij Iſraëlitæ ſancti ſecũdum ueſtrã ſenſualem extantiam. Vere inquam decebat uobis quaſi propinquantibus proprio conditori ad inquirendam ſalutẽ animarum ueſtrarum per teſtamentariam legẽ, licet propter multitudinem malitiæ & malignitatis diſtinctionem ac libidinum uoluntates refrixerit teſtamentaria illa lex, animæq; ueſtræ ſenſus officio obierint, & idcirco nequaquam potueritis animaduertere ſenſualem & glorioſam eſſentiam propter mortẽ qua corruerunt. Ideoq; ſcriptum eſt in ſcriptura diuina, quòd ſicut in Adam omnes moriunť, ita & in Chriſto omnes uiuicabuntur. Ergo iſte eſt uita totius rationabilis naturæ creatæ in ipſo ſecundum effigiem imaginis eius. Ipſe etiam exiſtit ſenſus uerus patris. Sed imago quidem genitoris inuerſabilis eſt quæ aſſumpta eſt, prẹter illam uobis accidit malitia. In qua & uniuerſi mortui ſumus. Extra naturam ſiquidem eſt ſubſtantiæ ſenſualis in deo. Ergo omnibus inquit, extra naturam eſt. Acquiſiuimus domum tenebroſam ac prælijs plenã. Et in hoc teſtificamur uobis quod totius uigoris ſcientia deficit à nobis. Ob quam etiam cauſam aſpiciens genitor noſter deus infirmitatem noſtram quod impoſſibiles ſimus effecti geſtare ueritatem, ex quo huius rei gratia bonitate propria uenit uiſitationem facere creaturarum ſuarum per miniſterium ſanctorum. Obſecro uos uniuerſos in domino chariſſimi, ut intelligatis quæ ſcribo uobis. Quia non dilectionem corporalem habeo in uos, ſed charitatem ſpiritus culturæ dei. Præparate uoſmetipſos ad conditorem ueſtrum ire. Scindite corda uera & non ueſtimenta ueſtra. Et ſcitote quid poſſimus reſtituere domino pro cunctis donationibus quæ dedit nobis, cuiq; & uſq; & hic in iſta habitatione memoriam noſtri facit propter immenſam bonitatem ſuam & infinitam dilectionem non faciens nobis ſecundum peccata noſtra. Qui & ſolem uſq; fecit miniſtrare nobis in tenebroſa domo. Lunam quoq; ac ſidera cuncta iubens deſeruire uanitati perituræ propter corporum cõſtabilitionem. Aliasq; uirtutes multas nobis miniſtrare præfecit, quas neq; uidimus corporis oculo. Quid ergo dicemus? quaſi in aliquo boni fraudemur ab eo quod ipſe nõ fecerit nobis? Nunquid patriarchæ non paſſi ſunt pro nobis, aut ſacerdotes non docuerunt nos? Nunquid prophetæ pro nobis mortui non ſunt? Aut apoſtoli perſecutionem non ſuſtinuerũt pro nobis? Nunquid filius dei dilectus non pro nobis omnibus mortuus eſt? Ob quæ uniuerſa debemus & ipſi properare ad pergendum in omni ſanctitate ad proprium conditorem, qui cernens creaturam non poſſe curare plagam, quæ facta fuerat Iudæis, proprijs uidelicet membris, pater ipſe creaturarum ſciens infirmitatem ſenſus eorũ eſt motus uiſceribus circa eos, & ſecundum multam dilectionem ſuam non pepercit unigenito filio ſuo, ſed ob noſtram omnium ſalutem tradidit eum & propter noſtra peccata. Et iniquitates quidem noſtræ humiliauerunt eum, liuore autem eius nos omnes ſanati ſumus. Hic congregauit nos ex omnibus regionibus uerbo uirtutis ſuæ, donec illam ſenſus noſtri reſurrectionem effecerit, docẽs nos alterutrum exiſtere membra. Docet idcirco uniuerſis nobis properantibus ad proprium cõditorem exercere habitudines noſtras ac ſenſus officia ad agnoſcendam dignitatem, boni maliq; diſcrimen, ut ſciatis omnes illas Ieſu diſpenſationes, quas in proprio dedit affectu, ſimilis nobis factus per omnia excepto peccato. Propter uero multam malitiam noſtram diſtrictionemq; malitiæ & grauedinem inconſtantiæ noſtræ factus eſt aduentus eius quibuſdam quidem ſtultitia, alijs uero ſcandalum, alte-

ri parti

ri parti emolumentū, itemq; alij sapientia & uirtus, porro alij resurrectio & uita. Hoc quo que manifestum sit nobis, quod aduentus illius factus sit omni mundo iudicium. Ecce enim (ait) ueniunt dies dicit dominus, & omnes scient me à minimo usq; ad maximum eorum, & auditum faciā usq; ad extremū terræ, ut omne os obstruatur, et subditus fiat omnis mundus deo. Quia cum cognouissent deum, non ut creatorem proprium glorificauerūt: & id propter uæcordiam suam, per quam nec potuerūt capere sapientiam eius. Sed unusquisq; nostrum uendidit semetipsum proprijs uoluptatibus in mala, & ipsis seruus dictus est. Ob quæ ipse Iesus exinaniuit semetipsum à gloria formam serui accipiēs, ut illius seruitus nos liberaret. Stulti fuimus, & in stultitia nostra facinus gessimus. Assumpsit ille habitus stultitiæ, ut nos faceret sapientes. Inopes eramus, & in paupertate nostra omnis deficerat uigor à nobis. Item ille ob hæc assumpsit inopiæ formam, ut paupertate sua nos in omni sapientia & intellectu ditaret. Non solum autem hæc, sed insuper & infirmitatis nostræ figuram assumpsit, ut propria infirmitate nos robustos efficeret, obediens factus patri in omnibus usq; ad mortem, mortem autem crucis, ut in sua morte & humilitate illam cunctorum resurrectionem efficeret, eumq; destrueret qui mortis habebat imperiū, hoc est diabolum. Igitur si pro certo liberabimus nosmetipsos in eius aduentum, profecto in ueniemur discipuli Iesu, & diuinæ hæreditatis instituemur hæredes. Charissimi in domino turbor uehementer & moueor in spiritu meo, quòd nominibus amicti sumus, & cunctorum schemata baiulamus in conspectu infidelium gloriantes. Sed metuo ne illud Pauli oraculum impleatur in nobis, quo ait: Habentes formam pietatis, uirtutem autem eius negantes. De charitate uero quam habeo in uos, oro pro uobis ad deum ut consideretis uitam uestram, & hæreditate capiatis ea quæ non uidentur. Nam uerum filioli est quòd etiā si demus nosipsos ex tota uirtute inquirere deum, nec sic quidem condigna gratia erit. Id enim inquirimus, quod nostrum existit, & quod naturale est substantiæ nostræ. Vere etiā charissimi in domino qui in omni sanctitate parastis uosmetipsos offerre hostiam deo, quia nihil de ijs quæ expediebant celabimus uobis, sed perspicua facientes testificabimus ea, quod aduersarij uirtutis subripiunt ueritati. Hoc quoq; cognoscite scientes, quod hic qui secundum carnē est, semper insectetur eum qui secundum spiritū, & quòd omnis qui uoluerit pie uiuere in Christo, persecutionem patitur. Propter quod Iesus cognoscens tribulationes omnes ac temptamenta ueniens in mundo ad Apostolos, & sciēs quod per patientiam suam resolueret uniuersam inimici uirtutem, id est, idololatriam, cōsolabatur dicens: Vos tribulationem habebitis in mundo, sed constantes estote, quia ego uici mundū. Docebatq; eos dicens: Nolite timere mundum, quia omnes afflictiones mundi condignæ non sunt ad eam quæ expectatur gloriam. Nam si eos qui ante uos fuerunt prophetas insecuti sunt, & uos persequentur, & si me oderunt, & uos oderint. Sed confidentes estote, quia uestra sapientia soluetis omnem inimici uirtutem. De minutia uero uerbi libertatis in qua liberati sumus, habeo alia multa dicere uobis, sed si dedero occasionem sapienti, sapientior erit. Opus tamen habemus consolari inuicem exiguis quibusq; sermonib. quod si uere perspexerit mens, iam nequaquam egebit loquelæ corporalis mendacio. Gaudeo autem in omnibus uobis dilecti in domino uiri Israelitæ sancti secundum propriā sensualem extantiam. Quia primum quidem decebat rationabilem uirum cognoscere semetipsum, deinde ut cognoscat ea quæ sunt dei, & uniuersas ipsius gratias, quascūq; semper cū eo facit. Ac deinceps nouerit, quòd omne peccatum, & totum quicquid querulosum existit, extra naturam est sensualis extantiæ. Deniq; uidens conditor noster nos hæc extra naturā possidere arbitrio liberali in quo hic moriebamur, horū causa uisceribus pro nobis motus propria bonitate uoluit conuertere nos ad illud sine fine principiū, uisitationem fecit creaturarum non parcens sibimetipsi ob nostram uniuersorum salutem. Tradidit quippe se pro peccatis nostris, & iniquitates quidem nostræ humiliauerūt eum, sed liuore eius nos omnes sanati sumus. Verbo etiam uirtutis suæ congregauit nos ex omnibus regionibus ad extremum terræ usq; ad ultimum orbis, docens q; essemus alterutrum mēbra. Quā obrem si pro certo parauimus nosmetipsos liberos facere in eius aduētu, scrutetur semetipsum rationabilis homo quid nā possit retribuere deo pro cunctis donis quæ fecit in nobis. Vnde & ego quoq; deterrimus qui hāc descripsi epistolā, expergefactus à dormitione mortis, plurimū illud temporis quod mihi fuit super terram, factū existimo luctū & fletum, lugens quid nā possum retribuere domino pro omnibus quæ fecit mihi. In nullo eñi

fruſtrati ſumus eorũ quæ nõ perfecerit nobis in humilitate noſtra. Angelos etenim ſuos nobis miniſtrare fecit, prophetasq́ proprios uaticinari præcepit. Apoſtolos etiam ſuos nobis euãgelizare iuſſit. Inſuper uero illud omniũ inſigne eſt perceptorũ, ꝙ unigenitum ſuum formã ſerui fecit aſſumere pro nobis. Obſecro itaq́ chariſſimi in domino uos, qui ſanctorũ exiſtitis cohæredes, ut excitare uelitis proprias mẽtes in timore dei. Sermo enĩ uobis iſte ſit manifeſtus, ꝙ Ioannes quidẽ præcurſor Ieſu baptizauerit in remiſſionẽ peccatorum propter nos, ſpiritu aũt ſanctificati fuerimus in Chriſto. Præparemus noſipſos nũc in omni ſanctitate ad purgandã ſenſualẽ mentẽ noſtrã, ut ſimus mundi in baptiſmate Ieſu ad offerendum noſmetipſos hoſtiã deo. Hic uero paracletus ſpiritus qui conſolaẽ nos, cõuertit rurſus ad principiũ noſtrũ ad recuperãdas hæreditates proprias, & magiſteria eiuſdem ſpiritus conſolantis. Huius rei gratia quotquot in Chriſto baptizati ſunt, Chriſtũ induti ſunt. Nec eſt maſculus aut fœmina. Non eſt ſeruus aut liber. Omnis etiam lingua corporum deſtruitur apud illos, accipientibus eis doctrinã ſancti Spiritus in tẽpore quo ſumẽt hæreditatẽ ſanctã, & adorabũt patrẽ ſicut oportet in ſpiritu & ueritate. Manifeſtus ſiquidẽ ſit uobis ſermo iſte, ne expectare uelitis iudiciũ futurũ in illa præſentia Ieſu. Iã etenim aduentus illius omnibus nobis iudicium exiſtit. Scitote etiam quod omnes in ſe geſtantes ſpiritum, recipianẽ & ueſtiantur ueſtimento illo quo ſumus exuti, iuxta ſenſualẽ noſtram extantiã. Nã & ſæpe fit uox ueniens ſemper à deo patre ad omnes illos qui in ſeipſum gerunt, dicens eis: Conſolamini conſolamini populum meum dicit dominus, & ſacerdotes loquimini in corde Hieruſalem. Deus quippe uiſitationem continuo fecit creaturarum ſuarum, manifeſtans propriam bonitatem. Et uere chariſſimi ſecũdum minutias uerbi libertatis in qua liberati ſumus, ſunt & alia quàm plurima quæ dicantur uobis. Sed ſi dedero occaſionem ſapienti, ſapientior erit. Deus autem pacis det uobis gratiam diſcretionis, ut cognoſcatis quæcunq́ ſcribo uobis, quòd mandatum ſit domini. Cuſtodiat uos idem totius gratiæ deus ſanctos in domino uſq́ ad nouiſſimum flamen. Oro aũt deũ ſemper pro omnium ueſtrum ſalute in domino dilectiſſimi. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus uobis. Amen.

Sancti Antonij Abbatis. Epiſtola IIII.

CHariſſimis & honorabilib. in domino ſalutẽ. Vere dilectiſſimi in domino, quia non in uno tempore tantũ uiſitationem facit deus creaturarũ ſuarũ, ſed à conſtitutione mundi quotquot uenerint ad opificem deum per teſtamentariam legem ijs coadeſt deus ſingulis in ſimplicitate ſecundũ gratiam per ſpiritũ ſuũ. De rationalibus aũt naturis in quibus illud teſtamentariũ refriguit, & officia animorũ illorum mortificata ſunt, ita ut ultra non inquirant cognoſcere ſemetipſas ſecundũ ſuam priorem conditionem. Aliæ irrationabiles omnino effectæ, ſeruierũt creaturæ potius q̃ creatori. Idem uero conditor, propria bonitate noſtri uiſitationẽ effecit per teſtamentariã legẽ, quoniam ſubſtantia immortalis exiſtit. Quotquot igiẽ digni habiti ſunt gratia, & concreuerunt per ſuã cardinalẽ legem, edocti ſunt per Spiritũ ſanctũ accipiẽtes filiorũ adoptionis ſpiritũ, hi etiã præualuerunt adorare conditorẽ propriũ ſicut oportet. De quibus & Paulus ait, quia non perceperint repromiſſiones propter nos. In ſua uero impartibili dilectione uolens ipſe cunctorũ deus uiſitationẽ facere refrigidationis noſtræ ac diſpẽſationis, excitauit Moſen doctorẽ legis, qui daret nobis legem in litera. Et fundauit ipſe nobis ueritatis domũ quæ eſt Eccleſia catholica, quã creauit uolens cõuertere deus ad primũ initium. Et quia Moſes quidẽ ædificauit ut præcedens, idcirco nõ timebimus aſſerere eundem latorem legis unũ eſſe ex præcurſoribus. Et quia ſpiritus qui fuerit cũ Moſe idem ſit operatus & in choro ſanctorũ, omnesq́ petierunt de unigenito dei. Iſtẽ Ioannes unus de pręcurſoribus extat, & ideo lex atq́ prophetæ uſq́ ad Ioannẽ. Regnũ cœlorũ uim patiẽ, & uiolenti diripiunt illud. Pręuidentes aũt ij qui ſpiritu ferebanẽ, ꝙ nulla creatura poſſit curare illam grandiſſimã plagam, niſi ſola beatitudo dei, qui eſt unigenitus eius, quemq́ & deſtinauit ſalutẽ totius orbis, qui & eſt medicus magnus potens curare ingentẽ plagã ſua bonitate, pater creaturarũ non pepercit unigenito propter nos, eũ pro noſtra uniuerſorũ ſalute tradens pro peccatis noſtris & pro iniquitatib. Et ipſe quidem ſemetipſum humiliauit, ſed illius liuore nos omnes ſanati ſumus, uerboq́ uirtutis ſuæ congregauit nos ex omnibus regionibus ab extremo terræ uſq́ ad ultimũ orbis faciens reſurrectionẽ cordiũ noſtrorum à terra, docuitq́ nos alterutrũ exiſtere membra. Obſecro ergo uos chariſſimi in domino ut

intelligatis scripta, quia dei mandata sunt. Magnum quippe nobis est hoc, ut aduertamus mentem ad formam quam assumpsit Iesus propter nos, eo quod per omnia nobis similis fuerit excepto peccato. Decet etiam ut & nosipsi liberemus ipsos nos in eius aduentu, & illius stulticia nos sapientes efficiat, paupertas ipsius ditet, & infirmitas robustos ostendat, & ut ipse omnium resurrectio fiat, destruens eum qui mortis habet imperium. Tunc enim cessabimus opus habere secundum carnem in Iesu aduentu. Nanque Iesus cooperatur nobis in bono seruitio usque quo destruamus malitiam omnem. Tunc quoque dicet nobis Iesus: Iam non uocabo uos seruos at fratres. Quando igitur sic eos uocauit deus ut acciperent spiritum filiorum adoptionis, tunc & Spiritus sanctus docuit eos adorare patrem sicut oportebat. Vnde & mihi quoque deterrimo iuncto Iesu tempus istud in quo aduenimus factum est lætificatio, & luctus, & fletus. Quoniam et multi de genere nostro induerunt indumenta pietatis, uirtutem uero negauerunt. Quamobrem & ego in his quidem lætificor qui præparauerunt semetipsos liberare in aduentu Iesu. in illis uero lugeo, qui interpellant nomen Iesu, & faciunt uoluntates cordis & carnis. Nec non & eos defleo qui intuentes longitudinem temporis pusillanimes effecti sunt, & spoliauerunt se pietatis amictu facti sicut bestiæ. Agnoscant uero huiusmodi dicentes: Quia iam non uocabo uos seruos sed amicos & fratres. Quia quæcunque nota fecit mihi pater manifestaui uobis. Confitentes igitur mente qui agnouerunt semetipsum secundum sensualem suam substantiam dederunt uocem dicentes: Quia & si cognouimus te aliquando secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Qui quoque accipientes filiorum adoptionis spiritum exclamauerunt dicentes: Non enim accepimus spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepimus spiritum adoptionis in quo clamamus Abba pater. Nunc ergo deus, cognouimus quæcunque donasti nobis, & scimus quoniam filij sumus & hæredes erimus. Hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi. Manifestus igitur sit uobis iste sermo, quod nisi quis præparauerit emendationem propriam, nec creatus fuerit ex tota uirtute, quod huic aduentus Saluatoris in iudicium fiet. Quibusdam enim est odor mortis in mortem, quibusdam autem odor uitæ in uitam, propterea quod in ruinam & in resurrectionem multorum positus sit in Israel & in signum contradictionis. Quapropter obsecro uos ne negligatis salutem propriam, sed unusquisque uestrum scindat cor, & non uestimenta, ne forte amicti habitu iniusto paremus nobis iudicium. Ecce enim iam appropinquabit tempus in quo probentur uniuscuiusque uestrum opera. De minutia uero uerbi erant alia quæ scriberentur uobis, sed scriptum est: Da sapienti occasionem & sapientior erit. Saluto uos omnes in domino à minimo usque ad magnum, deus autem pacis custodiat uos uniuersos, charissimi.

Beati Antonij Abbatis. Epistola V.

Antonius dilectissimis natis filijs Israelitis secundum sensualem ipsorum extantiã. Non enim necesse est nominari uocabula quæ transeunt quia filij estis Israel. Adhuc uere nati mei, dilectio quam habeo in uos non est dilectio corporalis, sed est charitas spiritus culturæ dei. Propterea autem nec defatigor obsecrans deum die ac nocte pro uobis, ut possitis cognoscere gratiam quæ concessa est uobis. Quia non in uno tempore uisitationem facit creaturarum suarum, sed à constitutione mundi moderatur deus proprias creaturas, per generationes singulas, expergefaciens quemque occasionibus quibusdam & gratia. Nunc itaque filioli nolite negligere proclamantes ad dominum die & nocte compellantes benignitatem patris, ut hoc donet uobis adiutorium de cœlo, docens uos usque quo cognoscatis quid in se habeat. Nam uere filioli qui in propria nece consistimus habitantes & in latronis domo & manentes, nec non & mortis uinculis obligamur nunc. Quapropter ne dederitis somnum oculis uestris, nec palpebris dormitationem, offerentes uosmetipsos sacrificium deo in omni sanctitate, quem nemo hæreditare potest sine sanctimonia. Vere charissimi in domino manifestus sit uobis iste sermo & id quod bonum est faciatis, in quo & uniuersos reficietis sanctos, alacritatem animorum præbentes, obsequium angelorum, & lætificationem Iesu. Quoniam nec dum requiem habuerunt propter nos usque ad hanc horam. Sed & mihi determino hac habitanti in lutea domo eandem lætitiam in spiritu meo. Vere etenim filioli quia nostra incommoditas & inutilitas dolorem eis omnibus præbet, utuntur lachrymis atque gemitibus pro nobis in conspectu conditoris, & ob hoc cunctorum etiam deus irascitur super opera nostra maligna propter gemitum sanctorum, sicuti iterum profectus & emendatio nostrorum animorum alacritatem præbet choro sanctorum. Et

ut intur prece multa atque lætitia in exultatione coram creatore nostro. Ipse quoque cunctorum opifex lætatur in operibus nostris, & propter testimoniū sanctorū donat nobis charismata immensa. Igitur ut cognoscatis quòd deus diligat semper propriam creaturam, eo quòd sit immortalis extantiæ, non est resoluenda corporibus, aspiciens sensualē naturam ipse quòd mortuo omnino pertexisset in abyssum, & illud testamētariū refriguisset. Tum idem deus propria bonitate eandem uisitat ex morte per Mosen ædificare uolens, & magnam curare plagam, & gestiens conuertere eam ad pristinam concordiam. Sed potens discessit ab eis. Adhuc insuper & omnis prophetarū chorus ædificauerunt supra fundamentum Mosis. Sed nec isti ualuerunt mederi ingentem plagam membrorum suorum. Cernentesque quòd cessasset uirtus eorum, iterato adhuc uniuersus sanctorū chorus collectus in unum orationes refert in conspectu proprij conditoris dicens: Nunquid rhesina non est in Galaad, aut medicus inibi? Quare ergo non ascendit sanitas filiæ populi mei? Domine curauimus Babylonem, & non est sanata. Nunc fugiemus ab ea. Petentibusque cunctis benignitatē patris de unigenito, quòd nisi ipse in terris calcaret, nulla creatura curare possit ingentem plagam, huius rei causa bonitate propria uocem dedit dicens: Fili hominis facito tibi uasa captiuitatis. Voluntas itaque patris unigenito nō pepercit pro nostra omnium salute, sed tradidit eum pro peccatis nostris. Et iniquitates quidem nostræ humiliauerunt eum, sed liuore nos omnes sanati sumus. Congregans ipse nos ex omnibus regionibus à summo terræ usque ad extremum orbis, faciens resurrectionē sensuum nostrorum de terra, & quòd alterutrum membra sumus. Attendite ergo filioli ne forte illud oraculum Pauli impleatur in uobis: Habentes quidem formam pietatis, uirtutem autem eius negantes. Quamobrem unusquisque nostrum scindat proprium cor deflens in cōspectu eius dicens: Quid retribuam domino pro omnibus bonis quæ retribuit mihi? Formido iterum filioli ne forte illud eloquium impleatur in uobis: Quæ utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? Vere filioli, quia sicut prudētibus loquor, ut intelligatis quæ dico uobis. Quòd nisi unusquisque uestrū exuerit omnē puluerē naturæ huiuscemodi materiæ, & abrenūciauerit ei, & omi operationi eius ex toto corde, expāderitque manus cordis sursum ad uniuersorū patrē, & ipse uisceribus moueat circa laborē eius, & donec ei inuisibilē ignē, qui comburat omnē immunditiā ab eo, ac principalē ipsum expurgās tunc spiritū suum sanctum faciat habitare uobiscum, & sic possimus habitare patrem sicut oportet. Namque diu fatiscimus naturali materiæ, uelut inimici existimus angelorū dei, atque sanctorū eius. Nunc ergo obsecro uos dilectissimi in nomine domini nostri Iesu Christi, uti ne uelitis negligere propriā uitam, nec confundat exiguitas temporis illud sine fine tempus, ne pellicula carnis corruptibilis cōfuscet regnū ineffabilis lucis, neque cōdemnationis locus exitialis in angelis exterminet sedes. Vere filioli, qa anima mea phātasma patiē, & spiritus meus in pauore cōsistit, quòd uniuersi nos uelut gurgite immersi sumus, & ut ebrij musto cōsistimus. Cum unusquisque nostrum propriæ distrahitur uoluntati, huius dominio subiugamur, nolentes attollere oculos nostros ad cœli gloriam inquirēdam, et illam sanctorum omnium operationem illustrem, ipsorum uestigijs inhærentes. Vt ergo sciatis quòd cœli sancti, siue angeli, siue sedes, siue dominationes, siue Cherubim, siue Seraphim, siue sol, siue luna, siue astra, siue Patriarchæ, siue Prophetæ, siue Apostoli, siue diabolus, siue satanas, siue spiritus maligni, siue principes aëris huius, & ne plura dixerim, siue masculus, siue fœmina secūdum principium creaturæ suæ ex uno sunt omnes, excepta sola perfecta ac beata Trinitate patris & filij & Spiritus sancti. Propter bonum uero quorundam motum opus fuit ut deus horum nomina uocitaret, & secundum studia ipsorum, his qui amplius profecerunt attribuit superexcellentem gloriam dignitatis.

Beati Antonij Abbatis. Epistola VI.

Debet rationabilis homo paratus esse ut liberet semetipsum in aduentu filij dei, cognoscens se esse secundum sensualem suam extantiam. Quia quicunque cognouerit semetipsum, cognoscet dispensationē proprij cōditoris, uel quæcūque facit in proprijs creaturis. Dilectissimi nobis in domino mēbra nostra & cohæredes sanctorū, obsecro uos in nomine Iesu Christi facere ut præstet ipse uobis omnib. discretionis spiritū, ad discendū & sciendū dilectionē quā habeo in uobis. Quia nō est corporalis dilectio, sed est spiritualis charitas diuinæ culturæ. De nominibus uero corporū nostrorū nō opus est nominari ea, pertrāseunt em. Cognoscat aūt homo id quod uerū est nomē.

Propter

Propter quod & Iacob luctante per totam noctem cum Angelo, nomen illi erat Iacob. Mane autem facto uocauit nomen ipsius Israël, quod est mẽs uidens deum. Puto etenim non ignorare uos quod aduersarij uirtutis obsideant ueritatem. Vnde nec in uno tantum tempore deus uisitat proprias creaturas, sed ab exordio mundi. Nonnulli etenim parauerunt se uenire ad proprium conditorẽ per testamentariam ipsius legẽ, edocti ab illo adorare opificem suum sicut oportet. Quoniam uero per passionẽ infirmitatis & grauedinẽ corporis ac distinctionẽ malignã refriguit testamentariũ illud, & officia sensus animę lasfauerunt. Idcirco non potuerunt exquirere proprie secundũ suam creationẽ quod esset substantia immortalis non corresoluenda corporibus, unde nec præualuit semetipsam liberare in iustitia. Huius rei gratia aggressus est eos deus per scriptã legẽ, ut doceret eos adorare patrẽ sicut oportet. Sed quoniã deus unus existit, & secundũ sensualẽ essentiam in idipsum est unitas, sit iste uobis sermo manifestus, ꝙ omnis locus in quocũꝗ nõ fuerit cõsonantia, illic bella cõgerunt sibi & iudicia faciũt oriri apud semetipsos. Videns aũt conditor ꝙ plaga eorũ magnificata fuerit uehemẽter, et opus haberet remediũ Iesu medici ueri (ipse eñ unigenitus creator illorũ existit, & ipse curat eos) misit ante se instructorem do mus, ac ille nequaquam proficiens abijt sibi. Itemꝗ deus excitauit prophetarum choros per spiritum suum, quiꝗ ædificauerunt quidem supra fundamentum Mosi, ueruntamen nec isti quidem potuerunt, sed eodẽ modo derelinquentes abierunt sibi. Et ipsi cuncti spiritum in se gerentes peruiderunt plagã ꝙ insanabilis esset, & quia per nullã creaturarũ curari possit nisi per unigenitũ qui sensus est patris, & imago eius existit. Cuius etiam imaginis effigie tota facta est creatura. Agnoscentes liquido quòd hic saluator & medicus existeret magnus, collecti sunt in idipsum omnes, & retulerunt orationes pro commembraneis suis, qui sumus nos proclamantes ac dicẽtes. Nunquid rhesina est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non ascendit sanitas filiæ populi mei? quia curauimus eam, & non est sanata. Nunc ergo ibimus ab ipsis. At ipse deus supereminenti & non simulata dilectione affuit nobis per sanctos suos, dicens: Fili hominis facito tibi captiuitatis uasa. Ipse quoꝗ in forma dei existens non rapinã arbitratus esse se æqualẽ deo, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, & obediens factus est usꝗ ad mortem, mortem aũt crucis. Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu Christi omne genu curuetur cœlestium, terræstrium, & infernorũ, omnisꝗ lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Nunc ergo charissimi, sermo iste sit uobis manifestus, quòd benignitas patris non pepercit unigenito propter nos, sed tradidit eum propter nostram omnium salutem, tradens ipse semetipsum propter peccata nostra. Et iniquitates quidem nostræ humiliauerunt eũ, sed liuore eius nos sanati sumus. Ipse quoꝗ uerbo uirtutis suæ congregauit nos ex omnibus regionibus ab extremo terræ usꝗ ad ultimum orbis, faciens resurrectionem sensuum nostrorũ & remissionem peccatorũ, docens nos alterutrum existere membra. Obsecro quapropter fratres in nomine Iesu Christi ut cognoscatis hanc tam magnam dispensationem, quòd similis nobis per omia fuerit excepto peccato. Debet aũt uniuersa rationabilis natura pro pter quam maxime saluator aduenit, ut dijudicaret habitudinem suam & ignorantiã proprij sensus, distinctionemꝗ dare intermedium mali ac boni, liberari quærens per eius aduentum. Etenim quotquot liberi facti sunt per illius dispensationem hi uocati sunt serui dei. Quod tamen necdum perfectum est, nisi quod tantum in tempore suo iustũ existit, & deducet ad filiorum adoptionẽ. Nã is saluator noster sciens quòd appropinquaret accipere spiritũ filiorum adoptionis, dedit ut etiam cognoscerẽt eũ docti à Spiritu sancto, quòd aduentus Iesu factus sit hominibus iudiciũ. Vnde et uos charissimi in domino cognoscite uosmetipsos, ut ad hæc & tempus possitis cognoscere, & parati sitis offerre uosipsos sacrificiũ deo. Vere charissimi in domino, quod tanꝗ rationabilibus uobis scribo, et qui potui stis cognoscere uosmetipsos. Scio enim quòd quicunꝗ cognouerit semetipsum agnoscet & deum. Qui uero cognouerit deum, agnoscet & dispẽsationes illius, quas effecit in proprijs creaturis. Manifestus quoꝗ sit uobis iste sermo, ꝙ non corpoream dilectionẽ habeo in uobis, sed charitatẽ spiritus culturæ dei, eius uidelicet dei, qui gloriatur in cõsilio iustorum. Parate ergo uosipsos dum habetis qui pro uobis exorent, & postulantes pro uestra salute, ut ignem quem uenit ipse mittere super terrã immittat cordibus uestris, ut possitis exercere habitudines uestras. Et det sensuũ officia ad cognoscendũ discernere malignum à bono

à bono, à ſiniſtra dexteram, à ſubſtantia in ſubſtantiam. Sciens enim Ieſus quod imperium diaboli materia facit, aduocans diſcipulos dixit eis: Nolite theſaurizare uobis ſuper terram, nec ſoliciti ſitis de craſtino. Craſtinus enim dies ſolicitus erit de ſe. Vere fratres ſcitis quod tempore uentorum proſperitatis, omnis gubernator plaudit ſibi, in contraria uero quæq; uentorum, omnis gubernator manifeſtatur. Intelligite ergo tempus in quod aduenimus quale ſit. De minutia autem uerbi libertatis erant plurima quæ dicerentur uobis. Sed ſi dedero occaſionē ſapienti ſapientior erit. Saluto uos à minimo uſq; ad maximum.

Sancti Antonij Abbatis. Epiſtola VII.

ANtonius omnibus dilectiſſimis fratribus in domino ſalutem, non deficio memorans ueſtri qui eſtis catholicæ membra. Agnoſcere autem uos uolo dilectionē quā habeo in uobis, quia non eſt corporea, ſed eſt dilectio ſpiritus culturæ dei. Corporum quippe noſtrorum amicitia in ſubſtantia & inconſtantia eſt, quæ mouetur ſæpe ab extraneis uentis. Cuncti uero, qui timent dominum & cuſtodiunt mandata eius, ſerui ſunt dei. Sed nō eſt in ipſa ſeruitute perfectio, niſi quòd tantum iuſta tenet, deducens filiorum adoptionem. Propter quod & Prophetæ & Apoſtoli omniſq; ſanctorum chorus deo ſuſcepti ut crederet ei apoſtolica prædicatione per uolūtatem patris uincti Chriſti effecti ſunt. Denicq; Paulus ait: Vinctus Ieſu Chriſti uocatus Apoſtolus. Scripta itaq; lex cooperatrix fiat uobis in hoc ſeruitio uſq; quo dominari poſſimus omni uitio, et perficiamur in optimo miniſterio uirtutis per apoſtolicum mandatum. Quia ſi prope fuerimus effecti ad accipiendum donum, tunc dicet uobis Ieſus. Quia iam non uocabo uos ſeruos meos, ſed amicos & fratres. Quia quæcunq; nota fecit mihi pater reuelaui uobis. Quotquot enī propoſuerunt edocti ſunt per Spiritum ſanctum, hi cognouerunt ſemetipſos ſecundū ſenſualem ſuam extantiam, in ipſa uero ſui cognitione proclamauerunt dicentes. Non enim accepimus ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepimus ſpiritum filiorum adoptionis, in quo clamamus Abba pater, ut cognoſcamus quāta nobis donauerit deus. Quia & filij ſumus & hæredes. Hæredes quidem dei cohæredes ſanctorum. Fratres dilectiſſimi, & cohæredes ſanctorum, omnis uirtus non eſt aliena uobis, ſed ueſtra exiſtit. Si tamen inculpabiles ſitis à mala uita, deo autem manifeſti. In mala enim anima nō intrabit ſpiritus dei, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Sancta quippe eſt uirtus fugiens ab omni dolo. Vere dilectiſſimi, quia ſicut rationabilibus ſcribo uobis & quaſi potentibus cognoſcere uoſmetipſos. Quia qui ſemetipſum cognouerit, deum cognouit. Qui uero cognouerit deum, hūc adorare debet ſicut oportet. Et chariſſimi in domino cognoſcite uoſmetipſos, quia qui ſemetipſos cognoſcunt, & tempus cognouerunt, qui uero cognouerūt tempus, ij poterunt ſtatuere ſemetipſos immobiles à diuerſitate linguarum. De Arrio uero qui in Alexandria ſurrexit, & loquitur aliena uerba de unigenito, cui qui eſt & qui ſine tempore eſt, tempus non adſciuit, & ineffabilis finem inter creaturas non dedit, immobilis immobilitatem non affixit.

FINIS.

Hieronymus in libro de Viris illuſtribus.

Antonius Monachus, cuius uitam Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus inſigni uolumine proſecutus eſt, miſit Aegyptiacè ad diuerſa monaſteria, apoſtolici ſenſus ſermoniſq; Epiſtolas ſeptem, quæ in Græcam linguam tranſlatæ ſunt. Quarū præcipua eſt ad Arſenoitas. Floruit ſub Conſtantino & filijs eius regnantibus.

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ

ΗΜΩΝ ΑΣΚΗΤΟΥ ΚΑΙ ΑΝΑΧΩΡΗΤΟΥ ΜΑΡΚΟΥ

κεφάλαια περὶ νόμου πνευματικοῦ.

SANCTI PATRIS NOstri Marci Heremitæ, Capitula de

Lege Spirituali, Vincentio Obſopœo interprete.

Επειδὴ πολλάκις ἐβουλήθητε γνῶναι πῶς ὁ νόμος πνευματικός ἐστι κατὰ τὸν ἀπόστολον. καὶ τίς ἡ γνῶσις καὶ ἡ ἐργασία τῶν φυλάττειν αὐτὸν βουλομένων, τούτου χάριν κατὰ δύναμιν εἰρήκαμεν. πρῶτον ὅτι θεὸν οἴδαμεν παντὸς ἀγαθοῦ εἶναι αἴτιον, καὶ ἀρχὴν, καὶ μεσότητα, καὶ τέλος, τὸ δὲ ἀγαθὸν ἀμήχανον ἐνεργεῖν ἢ πιστεύεσθαι, εἰ μὴ ἐν χριστῷ Ἰησοῦ καὶ ἁγίῳ πνεύματι.

Πᾶν ἀγαθὸν παρὰ κυρίου δεδώρηται. καὶ ὁ οὕτω πιστεύων, οὐκ ἀπολέσει αὐτό. ἡ δὲ βεβαία πίστις πύργος ἐστὶν ἰσχυρός. χριστὸς δὲ τὰ πάντα τῷ πιστεύοντι γίνεται.

Κατάρχέτω σου πάσης προθέσεως, ὁ κατάρχων παντὸς ἀγαθοῦ. ὅπως κατὰ θεὸν γίνηται τὸ προκείμενον.

Ο ταπεινόφρων καὶ ἔργον ἔχων πνευματικὸν, ἀναγινώσκων τὰς θείας γραφὰς, πάντα εἰς ἑαυτὸν νοήσει καὶ οὐκ εἰς ἕτερον.

Επικαλοῦ τὸν κύριον, ἵνα ἀνοίξῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας σου, καὶ ἴδῃς τὴν ὠφέλειαν τῆς προσευχῆς καὶ ἀναγνώσεως.

Ο ἔχων τι χάρισμα καὶ συμπάσχων τοῖς μὴ ἔχουσι, διὰ τῆς συμπαθείας φυλάσσει τὸ δώρημα. ὁ δὲ ἀλάζων, ἀπόλλει αὐτὸ τοῖς τῆς ἀλαζονείας πειρασμοῖς προσκρουόμενος.

Στόμα ταπεινόφρονος λαλεῖ ἀλήθειαν. ὁ δὲ ἀντιλέγων αὐτῷ, ὅμοιός ἐστι τῷ ὑπηρέτῃ ἐκείνῳ, τῷ ῥαπίσαντι τὸν κύριον κατὰ σιαγόνα.

Μὴ γίνου μαθητὴς τοῦ ἐπαινοῦντος ἑαυτόν. ἵνα μὴ ἀντὶ ταπεινοφροσύνης, ὑπερηφανίαν μάθῃς.

Μὴ πειρῶ πρᾶγμα σκολιὸν ἐπιλῦσαι διὰ φιλονεικίας ἀλλὰ δι᾽ ὧν ὁ πνευματικὸς νόμος κελεύεται

Postquā ſæpenumero ſcire uoluiſtis, qui nam lex Spiritualis ſe haberet ſecundum Apoſtolum, tum quomodo cognoſcēda, & opere implenda ſit ijs, qui eandem ſeruare decreuiſſent animo, eius rei gratia pro uirili noſtra diſſeruimus. Primum igitur omnium certo ſcimus, deū omnis boni eſſe autorem, cum principiū, tum medium & finem. Porro, bonum opus fieri non poſſe, ut aut efficax ſit, aut credatur, niſi in Chriſto Ieſu & Spiritu ſancto.

Omne bonum à deo gratuito nobis datum eſt. Ad hunc ergo modum credens, illud neutiquam amiſſurus eſt. Cæterum firma & conſtans fides, turris eſt fortiſſima. Chriſtus autem credenti fit omnia.

Incipiat ille promouendo omne animi tui propoſitum, qui omnia boni conſueuit eſſe principium, ut ſecundū deum fiat quicquid faciendum ſtatueris.

Homo humilis, & opus habens ſpirituale, ſacras Scripturas perlegendo, omnia in ſeipſum, & non in alium dicta, intelliget.

Inuoca Dominum, ut aperiat oculos cordis tui, & uideas utilitatem orationis & lectionis.

Qui habuerit aliquod donum ſeu gratiam, & compatitur non habentibus, hac ipſa compaſſione conſeruat munus à deo acceptum. Cæterum homo iactabundus, et arrogans amittit illud, dum arrogantiæ tentationibus decipitur.

Os humilia ſentientis, loquitur ueritatem: at qui ei contradicit, ſimilis eſt ſeruo illi, qui Chriſto in maxillam incuſſit alapam.

Ne fias diſcipulus nominis ſemetipſum extollentis, ne humilitatis loco, diſcas ſuperbiam.

Ne extollaris unquam in corde tuo, propter ſcripturæ intelligentiam, nequādo in ſpiritum blaſphemiæ incidas in animo. Caue, ne unquam tentes rem prauam, per contentionem diſſoluere, ſed per ea quæ lex ſpiritualis facienda mandat,

νόμος

νόμενος διὰ ὑπομονῆς καὶ προσευχῆς, καὶ μονολογίστου ἐλπίδους.

nempe per patientiam & precationem & spem unicam.

Τυφλὸς ἐστὶ κράζων καὶ λέγων υἱὲ Δαβὶδ ἐλέησόν με. ὁ προσευχόμενος σωματικῶς καὶ μήπω ἔχων γνῶσιν πνευματικήν.

Cœcus est clamans & dicens: Filij Dauid miserere mei. Precabatur autem corporaliter, nondum instructus cognitione spirituali.

Ὁ ποτὲ τυφλὸς ἀναβλέψας καὶ ἰδὼν τὸν κύριον, οὐκ ἔτι υἱὸν Δαβίδ, ἀλλὰ υἱὸν θεοῦ ὁμολογήσας προσεκύνησε.

Idem receptis oculis, ac uiso domino, nō amplius eundem filij Dauid, sed filij dei appellatione confessus, adorauit.

Μὴ ἐπαρθῇς ἐκχέων δάκρυον ἐν προσευχῇ σου. Χριστὸς γὰρ ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν σου καὶ νοερῶς ἀνέβλεψας.

Ne extollaris, si inter orandum profuderis lachrymas. Christus enim oculos tuos tetigit, & iam paulo ante uisum recepisti.

Ὁ κατὰ μίμησιν τοῦ τυφλοῦ ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον καὶ ἐγγίσας τῷ κυρίῳ, ἀκολουθεῖ αὐτῷ καὶ κῆρυξ γίνεται τῶν τελειοτέρων δογμάτων.

Qui cœcum imitans abiectis uestimentis dominum appropinquauerit, eundem sequitur, ac perfectiorum doctrinarum preco fit.

Κακία ἐν λογισμοῖς μελετωμένη, θρασύνει καρδίαν, ἀναιρουμένη δι' ἐγκρατείας καὶ ἐλπίδος συντρίβει αὐτήν.

Malitia animi cogitationibus meditata, audatia cor confirmat, dum autem per temperantiam & spem tollitur, conteret illam.

Ἐστὶ συντριμμὸς καρδίας ὁμαλὸς καὶ ἐπωφελὴς, εἰς κατάνυξιν αὐτοῦ. καὶ ἔστιν ἕτερος ἀνώμαλος καὶ ἐπιβλαβὴς πλῆξιν αὐτοῦ.

Ἀγρυπνία καὶ προσευχὴ καὶ τῶν ἐπερχομένων ὑπομονὴ συντριμμός ἐστιν ἀνεπηρέαστος καὶ ἐπωφελὴς τῇ καρδίᾳ. μόνον, εἰ μὴ διά τινος πλεονεξίας ἐκκόψομεν αὐτῶν τὴν σύγκρασιν. ὁ γὰρ ἐν τούτοις ὑπομένων, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς βοηθηθήσεται. ὁ δὲ ἀμελῶν καὶ διαχεόμενος, ἐν τῇ ἐξόδῳ ἀφορήτως ὀδυνηθήσεται.

Vigiliæ & præcatio, & earum rerū quæ nobis obijciuntur tolerantia, contritio est inoffensa & cordi utilis, nisi alicuius lucri gratia eatundem commixtionem absciderimus. Etenim in hisce constanter perdurans, & in reliquis sentiet auxilium. At ista negligens et effundens temere, in exitu difficiles dolores sentiet.

Φιλήδονος καρδία, εἱρκτὴ καὶ ἅλυσις τῇ ψυχῇ ἐν καιρῷ τῆς ἐξόδου. ἡ δὲ φιλόπονος θύρα ἐστὶν ἀνεῳγμένη.

Cor uoluptatis amans, carcer et cathena est animæ in tempore egressionis, at idem laboris studiosum ianua est aperta.

Σιδηρὰ πύλη ὑπὲρ τὴν πόλιν ἀπάγουσα ἐστὶ σκληρὰ καρδία. τῷ δὲ κακοπαθεῖ καὶ τεθλιμμένῳ, αὐτομάτη ἀνοιχθήσεται καθὼς καὶ τῷ Πέτρῳ.

Ferrea porta ducens ad ciuitatem cordu rum est. Cæterum ei qui malis affligitur & tribulationibus iactatur, sua sponte quemadmodum Petro aperitur.

Πολλοὶ μὲν εἰσὶ προσευχῆς τρόποι. ἕτερος ἑτέρου διαφορώτερος. ὅμως οὐδὲ εἷς τρόπος εὐχῆς ἐπιβλαβὴς τυγχάνει. εἰ μή τι ἂν οὐκ ἐστὶν εὐχὴ ἀλλ' ἐργασία σατανική.

Multæ sunt præcationis faciendæ rationes, altera tamen est altera præstantior. Veruntamen nulla existit noxia, nisi nō fuerit præcatio, sed operatio quædam diabolica.

Ἄνθρωπος κακοποιῆσαι θέλων πρῶτον ηὔξατο κατὰ συνήθειαν. καὶ οἰκονομικῶς ἐμποδισθεὶς, ὕστερον εὐχαρίστησεν.

Homo malum facinus perpetrare uolēs primum pro more præcatus est, atq; ita domestico præpeditus negocio, postea gratias egit.

Ὁ Δαβὶδ φονεῦσαι βουληθεὶς Ναβὰλ τὸν Καρμήλιον, ὑπόμνησιν λαβὼν περὶ θείας ἀνταποδόσεως, ἐγκοπεὶς τῆς προθέσεως, πολλὰ εὐχαρίστησεν.

Dauid cum apud animum suum decreuisset, neci dare uelle Nabal Carmelitam, cum eius mentē subijsset diuina retributio, abstractus à proposito, magnas Deo egit gratias.

Οἴδαμεν δὲ πάλιν ἃ πεποίηκεν ἐπιλαθόμενος τοῦ θεοῦ. καὶ οὐκ ἐπαύετο ἕως ὁ Νάθαν αὐτὸν εἰς μνήμην κατέστησεν.

Ἐν καιρῷ μνήμης θεοῦ πολυπλασίασον δέησιν, ἵνα ὅταν ἐπιλάθῃ ὁ κύριος ὑπομνήσῃ σε.

Neq; rursum ignoramus quid fecerit dei oblitus, neque eius rei prius finem fecit, quam eidem Nathan propheta deum uindicem in memoriam reuocarit.

Quo tempore memoria Dei in mentem tibi uenerit, omnibus modis præcationi uacandum censeas, ut si eius forte tibi ueniret obliuio, ille te sui commonefaciat.

Ἀναγινώ-

Ἀναγινώσκων τὰς θείας γραφὰς, νόει σου τὰ κεκρυμμένα. ὅσα γὰρ προεγράφη φησὶν, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη.

Τὴν πίστιν ἡ γραφὴ λέγει ἐλπιζομένων ὑπόστασιν. καὶ τοὺς μὴ ἐπιγινώσκοντας τὴν ἐνοίκησιν τοῦ χριστοῦ, ἀδοκίμους εἴρηκεν. ὥσπερ δι' ἔργων καὶ λόγων φανεροῦται ἔννοια, οὕτω διὰ τῶν καρδιακῶν ἐνεργημάτων, ἡ μέλλουσα ἀνταπόδοσις.

Οἰκτίρμων καρδία δηλονότι οἰκτειρηθήσεται. καὶ ἐλεηθήσεται ὁμοίως ἐλεήμων. τὰ δὲ ἐναντία, ἡ ἀκολουθία ἀντιπεφώνισεν.

Ο νόμος τῆς ἐλευθερίας, διδάσκει πᾶσαν ἀλήθειαν, καὶ οἱ μὲν πολλοὶ, αὐτὸν κατὰ γνῶσιν ἀναγινώσκουσιν. ὀλίγοι δὲ νοοῦσιν αὐτὸν κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν.

Μὴ ζήτει αὐτοῦ τὴν τελειότητα ἐν ἀρεταῖς ἀνθρωπίναις. τέλειος γὰρ ἐν αὐταῖς οὐχ εὑρίσκεται. ἡ γὰρ τελειότης αὐτοῦ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ χριστοῦ ἐγκέκρυπται.

Νόμος ἐλευθερίας, διὰ μὲν γνώσεως ἀληθοῦς ἀναγινώσκεται. διὰ δὲ ἐργασίας ἐντολῶν νοεῖται. πληροῦται δὲ, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ.

Ὅταν πρὸς πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ διὰ συνειδήσεως κατορθοῦσθαι, βιασώμεθα, τότε νοήσομεν τὸν νόμον τοῦ κυρίου ἄμωμον. ἐν τοῖς ἡμετέροις μὲν καλοῖς ἐπιτηδευόμενον, χωρὶς δὲ οἰκτιρμῶν θεοῦ, ἀνθρώποις τελειωθῆναι μὴ δυνάμενον.

Ὅσοι πάσης ἐντολῆς ἑαυτοὺς ὀφειλέτας οὐκ ἐλογίσαντο, οὗτοι τὸν τοῦ θεοῦ νόμον σωματικῶς ἀναγινώσκουσι, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνος διαβεβαιοῦνται, διὸ καὶ πληροῦν αὐτὸν δι' ἔργων νομίζουσιν.

Ἔστι πρᾶγμα προφανῶς ἐπιτελούμενον ὡς καλὸν, καὶ ὁ σκοπὸς τοῦ ἐπιτελοῦντος αὐτὸ, οὐκ ἀγαθόν. καὶ ἔστιν ἕτερον ὡς πονηρὸν, καὶ ὁ σκοπὸς τοῦ ἐπιτελοῦντος αὐτὸ εἰς ἀγαθόν.

Οὐ μόνον δὲ ἔργα ποιοῦσί τινες, ἀλλὰ καὶ λόγους λαλοῦσι τῷ τρόπῳ ᾧ προειρήκαμεν. οἱ μὲν γὰρ ἐναλλάσσουσι πράγματα κατὰ ἀπειρίαν ἢ ἄγνοιαν. οἱ δὲ ἐναλλάσσουσι κατὰ πρόθεσιν πονηρίας. ἕτεροι δὲ, κατὰ σκοπὸν εὐσεβείας.

Ὁ ἐν προβολῇ ἐπαίνου ἐγκρύπτων διαβολὴν, δυσεύρετός ἐστι τοῖς ἁπλουστέροις. ὅμοιος δὲ τούτῳ ἐστὶν, ὁ κενοδοξῶν ἐν ταπεινῷ σχήματι.

Οἵτινες ἐπὶ πολὺ κατασοφισάμενοι τὴν ἀλήθειαν ἐν τῷ ψεύδει, παραχωρηθέντες ὕστερον, διὰ πραγμάτων ἐλέγχονται.

Sacram scripturam perlegens, mysteriorum rationem habe. Quæcunque enim præscripta sunt, inquit, ad nostram doctrinam præscripta sunt.

Fidem uocat scriptura rerum sperandarum substantiam, & eos qui nullam habent Christi conuersationis in nobis cognitionem, reprobos esse dixit.

Quemadmodum operibus & sermonibus manifestatur animi cogitatio, sic cordis operationibus futura retributio.

Cor clemens & benignum clementiam ut delicet consequitur, pari quoque ratione misserescens misericordiæ fit particeps. Cæterum ab his uirtutibus alieno & auerso, consimilis etiam respondebit consequentia.

Lex libertatis omnem ueritatem perdocet, atque equidem non pauci illam iuxta cognitionem legunt: porro autem perpauci eandem iuxta proportionem operationis mandatorum cognoscunt.

Ne quæras legis perfectionem in humanis uirtutibus, perfectus enim nullus in illis inuenitur. Siquidem perfectio legis in cruce Christi abscondita est.

Lex libertatis ueritatis quidem cognitione legitur, operatione autem mandatorum intelligitur. Completur autem per miserationes domini Iesu Christi.

Quando ad omnia mandata dei consciētia nostra emendari cogemur, tūc primum intelligemus legem domini esse irreprehēsibilem, quæ nostris quidē bonis operibus exercetur, uerum citra dei miserationes ab hominibus compleri non potest.

Quicunque totius legis Christi debitores se ipsos non reputauerunt, illi legem diuinam tantum legunt corporaliter, non intelligentes & quæ dicant, neque de quibus certo affirment, propterea eandem semet operibus quoque complere posse existimant.

Est res quæ manifeste perficitur ut bona, neque tamen scopus perficiētis illam bonus est, est rursum alia ueluti mala, scopus tamē illam perficientis non malus est.

Non solum autem opera quidam faciūt, uerum sermones etiam loquuntur ad eum modum quē prædiximus. Alij enim immutant opera iuxta imperitiam aut ignorantiam, alij uero immutant proposito malitiæ, partim autem iuxta scopum pietatis.

Qui laudis prætextu cælat calumniam, comprehensu difficilis est simplicioribus. Similis autem illi est qui uestitu sordido amictus ambitiose arrogans est.

Qui aliquandiu ueritatem mendacijs fraudulenter obfuscarunt, tādem ubi secesserint, ipsis operibus mendaces redarguuntur.

Z Est

Ἐστι ποιῶν τι προφανὲς καλὸν τῷ πλησίον ἀμυνόμενος, καὶ ἔστιν ἐν τῷ μὴ ποιῆσαι αὐτὸ, ὠφεληθεὶς κατὰ διάνοιαν.

Ἔστιν ἔλεγχος κατὰ κακίαν, καὶ δι᾽ ἄμυναν, καὶ ἔστιν ἕτερος, κατὰ φόβον θεοῦ καὶ ἀληθείας. τὸν παυσάμενον καὶ μετανοοῦντα, μηκέτι ἔλεγχε. εἰ δὲ λέγεις κατὰ θεὸν αὐτὸν ἐλέγχειν, πρῶτον τὰ σὰ κακὰ φανεροποίησον. πάσης ἀρετῆς κατάρχει θεὸς, ὡς καὶ τοῦ μεθημερινοῦ φωτὸς ἥλιος. ποιήσας ἀρετὴν, μνήσθητι τοῦ εἰρηκότος ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν.

Διὰ θλίψεως τὰ ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις ἡτοίμασται. ὁμοίως καὶ τὰ κακὰ διὰ κενοδοξίας καὶ ἡδονῆς.

Ἐκφεύγει ἁμαρτίας, ὁ παρὰ ἀνθρώπων ἀδικούμενος. καὶ ὁμοίαν τῆς θλίψεως, εὑρίσκει τὴν ἀντίληψιν.

Ὁ μὴ πιστεύων τῷ Χριστῷ περὶ ἀνταποδόσεως, πᾶσαν ἀδικίαν ὑπομένει κατὰ ἀναλογίαν τῆς πίστεως.

Ὁ ἀδικούντων ἀνθρώπων ὑπερευχόμενος, καταράσεται * δαίμονας. ὁ δὲ τοῖς πρώτοις ἀντιτασσόμενος, ὑπὸ τῶν δευτέρων τιτρώσκεται.

* δαίμοσι

Κρείσσων πλημμέλεια ἀνθρώπων, καὶ μὴ δαιμόνων. ὁ δὲ εὐαρεστῶν τῷ κυρίῳ, ἀμφοτέρους ἐνίκησεν. πᾶν ἀγαθὸν παρὰ θεοῦ οἰκονομικῶς παραγίνεται, διαφεύγει δὲ μυστικῶς τοὺς ἀγνώμονας.

Πᾶσα κακία εἰς τὴν ἀπηγορευμένην ἡδονὴν καταλήγει, καὶ πᾶσα ἀρετὴ, εἰς παράκλησιν πνευματικήν, καὶ ἡ μὲν προτέρα κρατοῦσα, προσερεθίζει τὰ οἰκεῖα, καὶ ἡ δευτέρα δὲ ὁμοίως τὰ συγγενῆ.

Ὀνειδισμὸς ἀνθρώπων, θλῖψιν παρέχει τῇ καρδίᾳ, ἁγνείας δὲ γίνεται αἰτία τῷ ὑπομένοντι. ἄγνοια ἀντιλέγειν πρὸς τὰ ὠφέλιμα παρασκευάζει, καὶ θρασυνομένη αὔξει τῆς κακίας τὰ προεγκείμενα. μηδὲν ζημιούμενος, τὰ θλιβερὰ προσδέχου, καὶ ὡς ἀποδώσων λόγον τὴν πλεονεξίαν ἀποβαλεῖν.

Ἁμαρτήσας λαθραίως, μὴ πειρῶ λανθάνειν. πάντα γὰρ γυμνὰ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος.

Κατὰ διάνοιαν σεαυτὸν ἐπιδείκνυε τῷ δεσπότῃ. ἄνθρωπος γὰρ εἰς πρόσωπον, ὁ δὲ θεὸς εἰς καρδίαν ὁρᾷ.

Eſt qui aperte bonum opus facit, & nocet per hoc proximo, eſt rurſum qui illud non facit, & proximo utilis eſt ſecundum animi cogitationem.

Eſt reprehenſio quæ fit impulſu malitiæ, & propter uindictam, eſt rurſum alia, quæ fit in timore dei & ſecundum ueritatem.

Eum qui delinquendi finem fecit & reſipiſcit, non amplius coargue. Si autem dixeris ſecundum deum te illum redarguere, primum tua uitia palam facito.

Omnis uirtutis initium & autor Deus eſt, quemadmodum Sol quotidiani luminis.

Quoties aliquid uirtutis feceris, fac memor ſis eius, qui dixit: Sine me nihil poteſtis facere.

Per tribulationes & afflictiones bona parantur hominibus, quemadmodum mala per uanam gloriam & uoluptatis ſtudium.

Peccata ſolet effugere, quiſquis ab hominibus iniurioſe afficitur, ac æquale tribulationi inuenit ſubſidium.

Qui non credit Chriſto de retributione, omnē iniuſtitiam ſuffert iuxta proportionem fidei.

Qui pro hominibus iniuriam inferentibus præcatur, maledicit dæmonibus. Qui uero primis reſiſtit, à ſecundis uulnus accipit.

Melior eſt iniuria ab hominibus illata quam à dæmonibus, cæterum qui deo placuerit, utroſque ſuperabit.

Omne bonum à deo gubernante peculiariter procedit, diſcriminat autem myſtice ingratos.

Omne uitium in deſperantem uoluptatem deſinit, & omnis uirtus in conſolationem ſpiritualem. Ac illud quidem ſuperās, prouocat domeſtica ſeu propria, hæc uero ſimiliter cognota.

Probrum obiectum ab hominibus, cordi tribulationem exhibet, ſanctimoniæ autem & puritatis cauſſa eſt pertoleranti.

Ignorantia occaſio fit contradicendi ijs quæ ſunt utilia, quæ ſi audatia animatur, auget uitiorum propoſitum.

Nullam inferens iniuriam, moleſta & affligentia te ſuſcipe, & tanquam rationem redditurus abijce à te auaritiam.

Si quid occulte aut clanculum peccaueris, ne coneris cælare aut clam habere. Omnia enim nuda & aperta ſunt oculis illius, erga quem nobis ſermo eſt.

Etiam quod ad animum & cogitationes attinet, hero tuo temet oſtende. Homines enim in faciem, deus autem in cor & pectus fixos habet oculos.

μηδὲν

Μηδὲν λογίζου ἢ πράττε ἄνευ σκοποῦ. ὁ γὰρ ἀσκόπως ὁδοιπορῶν, ματαιοπονήσει.

Τῷ ἐκ τῆς ἀνάγκης ἁμαρτάνοντι, δυσμετανόητα γίνεται. διότι ἀλάθητος ἡ τοῦ θεοῦ δικαιοσύνη.

Σύμβασις ὀδυνηρά, μνήμην θεοῦ παρέχει τῷ συνετῷ. θλίβουσα κατὰ ἀναλογίαν, τὸν ἐπιλανθανόμενον τοῦ κυρίου.

Πᾶς ἀκούσιος πόνος γινέσθω σοι μνήμης θεοῦ διδάσκαλος, καὶ οὐκ ἐπιλείψει σοι ἀφορμὴ πρὸς μετάνοιαν.

Λήθη καθ' ἑαυτὴν οὐδεμίαν ἔχει δύναμιν. ἀλλ' ἐκ τῶν ἡμετέρων ἀνομιῶν κατ' ἀναλογίαν κρατύνεται.

Μὴ λέγε τί ποιήσω. ὅτι οὐκ ἐθέλω καὶ ἔρχεται. διότι μνημονεύων παρελογίσω τὸ ὀφειλόμενον.

Ὁ μνημονεύεις, ποίησον, καὶ ὁ ἀμνημονεῖς, ἀποκαλύπτεται, καὶ οὐ μὴ παραδῷς ἀκρίτως τὴν ἔννοιαν.

Ἡ γραφή φησιν ᾅδης καὶ ἀπώλεια φανερὰ παρὰ κυρίῳ. ταῦτα δὲ περὶ καρδιακῆς ἀγνοίας καὶ λήθης λέγει.

ᾍδης οὖν ἐστιν, ἄγνοια, ἀπώλεια δὲ ἐστὶ, λήθη. ἀμφότερα δὲ ἐστιν, ἀφάνηρα. διότι ἐξ ὑπαρχόντων ἀπώλοντο.

Τὰ σὰ περιεργάζου κακά. καὶ μὴ τὰ τοῦ πλησίον. καὶ οὐ μὴ συληθῇ σου τὸ νοερὸν ἐργαστήριον.

Πάντων τῶν κατὰ δύναμιν καλῶν, δυσχώρητος ἡ ἀμέλεια. ἐλεημοσύνη δὲ καὶ προσευχή, ἀνακαλεῖται τοὺς ἀμελήσαντας.

Πᾶσα θλίψις κατὰ θεόν, ἔργον ἐστὶν εὐσεβείας ἀπόστατον. ἡ γὰρ ἀληθινὴ ἀγάπη δι' ἐναντίων δοκιμάζεται.

Μὴ λέγε κεκτῆσθαι ἀρετὴν ἐκτὸς θλίψεως. ἀδόκιμος γάρ ἐστι διὰ τὴν ἄνεσιν.

Πάσης ἑκουσίου θλίψεως, ἀναλογίζου τὴν ἔκβασιν, καὶ εὑρήσεις ἐν αὐτῇ ἁμαρτίας ἀναίρεσιν.

Πολλαὶ συμβολίαι τοῦ πέλας πρὸς τὸ συμφέρον. ἑκάστῳ δὲ τῆς ἰδίας γνώμης οὐδὲν ἁρμοδιώτερον. ζητῶν θεραπείαν, ἐπιμελήσαι τῆς συνειδήσεως, καὶ ὅσα λέγει, ποίησον, καὶ εὑρήσεις τὴν ὠφέλειαν.

Τὰ κρυπτὰ ἑκάστου, ὁ θεὸς οἶδε καὶ ἡ συνείδησις, καὶ διὰ τούτων αὐτῶν λαμβανέτω διόρθωσιν.

Ὁ ἀβουλήτως κοπιῶν, καθολικῶς πτωχεύει. ὁ δὲ μετ' ἐλπίδος τρέχων δίπλουτός ἐστιν.

Ἄνθρωπος ὅσα δύναται ἐπιτηδεύει κατὰ τὸ θέλημα. ὁ δὲ θεὸς τὰς τούτων ἐκβάσεις, ποιεῖ κατὰ τὸ δίκαιον.

Nihil cogites aut facias citra præfixum fcopum,etenim qui fine fcopo iter facit,nequicquam laborat.

Qui nulla neceffitate coactus peccat, hunc difficulter fubit pœnitẽtia,propterea falli non poteft diuina iuftitia.

Cafus moleftus ac dolorem adferẽs, dei memoriam homini intelligẽtia exculto exhibet,cõturbans proprie eum,qui domini obliuifcitur.

Omnis labor quem inuitus feceris,dei remínifcendi tibi magifter fit,ita fiet,ut nunquam tibi defit occafio refipifcentiæ.

Obliuio per fe nullius eft uirtutis, fed per noftra fcelera uiribus roborata dominatur.

Ne dicas quid faciam,quoniam quod nõ uolo,mihi euenit, propterea deliberans ftatue,quod factu fit optimum.

Quorum memor es facito,& quorum non memor es, ea reuelantur, & ne citra iudicium temere tradas tuam cogitationem.

Scriptura dicit infernus & perditio manifefta funt apud dominum. Hæc autem de cordis ignorantia & obliuione dicta funt.

Infernus eft ignorantia, perditio autem obliuio,utraq; uero obfcura eft, propterea quoq; noxia.

De tuis ipfis malis fatage, & non de proximi, neque unquam non bene cauto tibi imponat, fi quid in te innouatum fuerit.

Omnis afflictio fecundum deũ opus pietatis eft,Siquidem uera charitas in aduerfis probatur.

Ne dicas te uirtutis poffefforem effe citra afflictionem, neque enim probari poteft propter requiem & trãquillitatis ociũ.

Omnis uoluntariæ afflictionis exitum confidera, & inuenies in illa peccati interitum.

Multa confilia proximi ad utilitatem,unicuique autem propria fententia nihil cõuenientius.

Quærens remedium,curam habe cõfcientiæ,& quæcunq; loquitur facito,& ita utilitatem inuenies.

Cuiufq; hominis arcana deus comperta habet & confcientia,& propter hæc ipfa femet emendat & corrigit.

Inconfulto labore femet conficiens, prorfus mendicum agit. Cæterum qui fpe propofita currit,locuples eft admodum.

Quæcunq; poteft homo pro uoluntate fua facit. Verum deus horum exitum pro ut iuftum eft difpenfat.

Ἐὰν θέλῃς ἀκατακρίτως παρὰ ἀνθρώπων ἔπαινον λαβεῖν, πρῶτον ὑπὲρ ἁμαρτιῶν σου ἀγάπησον ἔλεγχον.

Ὅσην ἄν τις ὑπὲρ ἀληθείας χριστοῦ καταδέξηται ἐντροπήν, ἑκατονταπλασίως ὑπὸ πλήθους δοξάζεται.

Κρεῖσσον δὲ πᾶν ἀγαθὸν ἐργάζεσθαι διὰ τὰ μέλλοντα.

Ὅταν ἄνθρωπος ἄνθρωπον ὠφελήσῃ ἐν λόγοις ἢ ἐν πράγμασιν, θεοῦ εἶναι τὴν χάριν νοείτωσαν ἀμφότεροι. ὁ δὲ μὴ συνιῶν τοῦτο, παρὰ τοῦ συνιέντος ἐξουσιασθήσεται.

Ὁ ἐπαινῶν τὸν πλησίον κατά τινα ὑπόκρισιν, ὀνειδίσει αὐτὸν ἐν καιρῷ καὶ αὐτὸς ἐντραπήσεται.

Ὁ ἀγνοῶν ἐνέδραν πολεμίων, σφάζεται εὐχερῶς, καὶ ὁ μὴ εἰδὼς τὰς αἰτίας τῶν ἀγαθῶν, καταπίπτει ῥᾳδίως.

Ἀπὸ φιληδονίας, ἀμέλεια, καὶ ἀπὸ ἀμελείας, λήθη προσγίνεται. τῶν συμφερόντων γὰρ τὴν γνῶσιν ὁ θεὸς πᾶσι δεδώρηται.

Ἄνθρωπος ὑποτίθεται τῷ πλησίον, καθὰ ἐπίσταται. θεὸς δὲ ἐνεργεῖ τῷ ἀκούοντι, καθὰ ἐπίστευσεν.

Εἶδον ἰδιώτας, ἔργῳ ταπεινοφρονήσαντας, καὶ ἐγένοντο τῶν σοφῶν σοφώτεροι.

Ἕτερος ἰδιώτης ἀκούσας ἐκείνου ἐπαινουμένου, τὴν ταπείνωσιν οὐκ ἐμιμήσατο. ἀλλ' ἐπὶ τῇ ἰδιωτείᾳ κενοδοξῶν, ὑπερηφανίαν προσελάβετο.

Ὁ σύνεσιν ἐξουθενῶν καὶ εἰς ἀμαθίαν ἐγκαυχώμενος, οὐκ ἔστιν ἰδιώτης τῷ λόγῳ ἀλλὰ καὶ τῇ γνώσει.

Ὥσπερ ἐστὶν ἄλλο σοφία λόγου καὶ ἄλλο φρόνησις, οὕτως ἕτερον ἰδιωτεία λόγου καὶ ἕτερον ἀφροσύνη.

Οὐδὲν βλάψει ἀμαθία λέξεων τὸν εὐλαβέστατον. ὡς οὐδὲ σοφία λόγων τὸν ταπεινόφρονα.

Μὴ λέγε· οὐκ ἐπίσταμαι τὸ δέον, καὶ ἀναίτιός εἰμι μὴ ποιῶν αὐτό. εἰ γὰρ ἐποίεις καλὰ ὅσα ἐπίστασαι, καὶ τὰ λοιπά σοι ἀκολούθως ἀπεκαλύπτετο. οἰκείῳ τρόπῳ ἓν δι' ἑνὸς κατανοούμενος.

Οὐ συμφέρει σοι πρὸ τῆς ἐργασίας τῶν πρώτων, εἰδέναι τὰ δεύτερα. ἡ γὰρ γνῶσις φυσιοῖ διὰ τὴν ἐνέργειαν. ἡ δὲ ἀγάπη, οἰκοδομεῖ διὰ τὸ πάντα ὑπομένειν.

Τῆς γραφῆς τὰ ῥήματα διὰ πράξεων ἀναγίνωσκε, καὶ μὴ πλατυλόγει ἐπὶ ψιλοῖς τοῖς νοήμασι φυσιούμενος.

Quod ſi animus eſt nullius iudicij laudē obnoxiam ab hominibus conſequitur, primum de peccatis tuis redargutionē amans, boni conſule.

Quantamcunque pro Chriſto ignominiam quis pertulerit, tantum in cētuplo magis à multitudine gloriæ conſequetur.

Satius autem eſt omne bonum operari propter futura.

Quoties homo homini uerbis profuerit aut operibus, dei uterque gratiam eſſe agnoſcat.

Cæterum hoc non intelligens, ab intelligente poteſtate ſuperabitur.

Laudans proximum ſimulata quadam & figurata laude, temporis progreſſu illum probro afficiet & ipſe rurſum pudore ſuffundetur.

Ignorans hoſtium inſidias, haud difficulter iugulatur, & cui bonorum cauſſæ non ſunt perſpectæ, facile labitur.

A uoluptatis amore & ſtudio negligentia, à negligentia proficiſcitur obliuio. Rerum enim utilium cognitionem deus omnibus largitus eſt.

Homo dat cōſilium homini quemadmodum nouit. Deus autem operatur in audiente, ſecundum quod credidit.

Vidi homines idiotas opere humilia ſapientes, & facti ſunt ſapientiores ſapientibus. Alter idiota cum audiſſet illum extolli laudibus, humilitatem non eſt imitatus, ſed in priuata ſua conditione ambitioſe & arrogantet ſemet efferens, ſuperbiam arripuit.

Reſpuens intellectus prudentiam, & ad imperitiam ſemet conuertens non eſt idiota ratione, ſed cognitione.

Quemadmodum aliud eſt ſapientia ſermonis, & aliud intellectus, ſic aliud ſermonis proprietas, aliud inſipientia.

Nihil oberit ruditas dictionum attentiſſimo: quemadmodum nec ſapientia ſermonum humilia ſapienti.

Ne dixeris: haud ſcio quid deceat, adeoq; culpa uaco ſi non fecero id. Si enim, quæcū que honeſta cognoſcis, facies: Et reliqua merito tibi reuelabuntur: proprio quodam modo ſenſim intelligendo.

Non tibi conducit, antequam perfeceris prima, ſcire poſteriora. Cognitio enim inflat propter efficaciam. Dilectio autem ædificat, eò quod omnia tolleret.

Scripturæ uerba per ipſas actiones cognoſce: nec faſtuoſe diſſeras, nudo ſolum intellectu inflatus.

ὁ ἀφεὶς

Ὁ ἀφεὶς τὴν πρᾶξιν καὶ γυμνῇ τῇ γνώσει ἐπερειδόμενος, ἀντὶ διστόμου μαχαίρας, καλαμίνην ῥάβδον κρατεῖ, ἥτις ἐν καιρῷ πολέμου κατὰ τὴν γραφὴν, τρήσει τὴν χεῖρα αὐτοῦ καὶ εἰσελεύσεται. τὸν ἰὸν τῆς φύσεως πρὸ τῶν πολεμίων ἐμβάλλουσα.

Μέτρον ἔχει καὶ σταθμὸν παρὰ θεῷ, πᾶσα ἔννοια, ἔστι γὰρ τὸ αὐτὸ ἢ ἐμπαθῶς ἢ μεσοτρόπως λογίσασθαι.

Ὁ ποιήσας ἐντολὴν, ἐκδεχέσθω τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ πειρασμόν. ἡ γὰρ εἰς Χριστὸν ἀγάπην, διὰ ἐναντίων δοκιμάζεται.

Μὴ καταφρονήσῃς ποτὲ ἐν λογισμῶν ἀμελείᾳ. ἀλάθητος γὰρ ὢν ὁ θεὸς ἐπὶ πάσης ἐννοίας.

Ὅταν ἴδῃς λογισμὸν ἀνθρώπινην σοι δόξαν ὑπαγορεύοντα, γίνωσκε σαφῶς, ὅτι αἰσχύνην σοι κατασκευάζει.

Ἐπίσταται ὁ ἐχθρὸς τοῦ πνευματικοῦ νόμου τὸ δίκαιον, καὶ ζητεῖ μόνον τὴν νοερὰν συγκατάθεσιν. οὕτω γὰρ ἂν, ἢ τοῖς τῆς μετανοίας ὑπεύθυνον ποιήσει τὸν ὑποχείριον, ἢ μὴ μετανοοῦντα, ἀκουσίοις ἐπιφοραῖς ὀδυνήσει αὐτόν.

Ἔστι δὲ ὅτε καὶ πρὸς τὰς ἐπιφορὰς ἀντιμάχεσθαι παρασκευάζει. ὅπως καὶ ὧδε τὰς ὀδύνας πολυπλασιάσῃ, καὶ ἐν ἐξόδῳ διὰ τὴν ἀνυπομονησίαν, ἀποδείξει ἄπιστον.

Πρὸς τὰ ἐπερχόμενα πολλοὶ πολλὰ ἀντετάξαντο. ἀλλ᾽ ἐκτὸς προσευχῆς καὶ μετανοίας, οὐδεὶς τὸ δεινὸν διέφυγεν.

Ἐν δι᾽ ἑνὸς τὰ κακὰ λαμβάνει τὴν δύναμιν. ὁμοίως καὶ τὰ ἀγαθὰ, δι᾽ ἀλλήλων αὐξάνεται, καὶ τὸν ἑαυτῶν μέτοχον, ἐπὶ τὰ πρόσω μείζονα προτρέπονται.

Τὰ μικρὰ ἁμαρτήματα, εὐτελίζει ὁ διάβολος. ἄλλως γὰρ ἐπὶ μεῖζον κακὸν ἀγαγεῖν οὐ δύναται.

Ῥίζα αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας, ἀνθρώπινος ἔπαινος, ὥσπερ καὶ σωφροσύνης ὁ περὶ κακίας ἔλεγχος. οὐχ ὅταν ἀκούωμεν. ἀλλ᾽ ὅταν αὐτὰ καταδεχώμεθα.

Οὐδὲν ὠφελήθη ὁ ἀποταξάμενος καὶ ἡδυπαθῶν. ὃ γὰρ ἐποίει διὰ τῶν χρημάτων, τοῦτο καὶ μηδὲν ἔχων ἐργάζεται.

Πάλιν ὁ ἐγκρατὴς ἐὰν κέκτηται χρήματα, ἀδελφός ἐστι τοῦ προτέρου κατὰ διάνοιαν. μητρὸς μὲν τοῦ αὐτοῦ διὰ τὴν νοερὰν ἡδονήν. πατρὸς δὲ ἑτέρου, διὰ τὴν τοῦ πάθους ἐναλλαγήν.

Ἔστιν ὁ περικόπτων πάθος, διὰ μείζονα ἡδυπάθειαν, καὶ ὑπὸ τῶν ἀγνοούντων αὐτοῦ τὸν σκοπὸν, δοξάζεται. τάχα δὲ καὶ ἑαυτοῦ ἀγνοεῖ κοπιῶν ἀνόνητα.

Qui omiſſa actione, nuda cognitione nititur, is pro bicipiti gladio arundineam uirgam obtinebit, quæ tēpore belli, iuxta ſcripturam, manum eius perforabit ac penetrabit: naturæ ſagittam ante hoſtes immittēs.

Menſuram habet & ſtationem à deo omnis meditatio. Cōtingit enim idem aliquid aut cum affectu aut moderate conſiderare.

Ne deſpexeris quippiam quandoq; per cogitationum negligentiam. Nulla em̄ eſt cogitatio quæ deum lateat.

Si cogitatio ſubierit, quæ humanam tibi gloriam deprædecet: certo ſcias quòd infamiam tibi ea paret.

Nouit inimicus ſpiritualis legis iuſtitiam ac quærit ſolum intellectus aſſenſionē. Sic etenim aut potentiæ debitum effecerit mācipium: aut non reſipiſcentem moleſtijs alias inſtantijs aut impreſſionibus tentationibus afflixerit.

Fit autem quandoq; ut ad pugnam aduerſus tentationes illas præparet eum atq; incitet, quò uel ſic dolores ei multiplicet, ac in fine propter intollerantiam infidelem eum conuincat.

Aduerſus imminens infortunium, multi multa oppoſuerunt, ſed citra orationem & reſipiſcentiam nullus ſatū effugere potuit.

Quæ mala ſunt, gradatim ac ſenſim incrementum accipiunt, ſimiliter etiam quæ bona ſunt mutuo augmento multiplicantur, ſuiq; participem ſubinde porro ad maiora cohortantur & impellunt.

Modica delicta admodum eleuat & extenuat diabolus, alioqui enim ad maius malum aut uitium hominem adducere non poſſet.

Turpis concupiſcentiæ radix eſt laus humana, quemadmodum etiam modeſtiæ uitiorum reprehenſio, non quando illam audimus, ſed quando illam non grauatim ſuſcipimus.

Nihil utilitatis conſequutus eſt, qui bonis ſuis renunciauit & indulget delitijs. Quod enim faciebat opes poſſidens, illud etiam nihil habens operatur.

Rurſus homo temperans, ſi opum diues fuerit, frater eſt prioris in animo, matris autem ipſius propter nouam uoluptatem, patris uero alterius propter affectuum mutationem.

Eſt qui affectus reſecat maioris uoluptatis conſequendæ gratia, atque ita ab ignorantibus ſcopum eius gloriam conſequitur, fortaſſe autem ſeipſum quoq; ignorat, quod inutili labore ſemet conturbet.

Ἡ αἰτία πάσης κακίας, κενοδοξία καὶ ἡδονή. ἃ δὲ μὴ μισήσας· αὐτά, οὐ μὴ περιάρῃ πάθος.

Ῥίζα πάντων τῶν κακῶν, εἴρηται ἡ φιλαργυρία. ἀλλὰ καὶ αὕτη σαφῶς δι' ἐκείνων συνίσταται. ἐκτυφλοῦται ὁ νοῦς διὰ τῶν τριῶν τούτων παθῶν. φιλαργυρίας λέγω, κενοδοξίας καὶ ἡδονῆς.

Τρεῖς θυγατέρας λέγω βδέλλης. αὗται εἰσὶ κατὰ τὴν θείαν γραφὴν ὑπὸ μητρὸς ἀφροσύνης ἀγαπητῶς ἀγαπώμεναι.

Γνῶσις καὶ πίστις αἱ τῆς φύσεως ἡμῶν σύντροφοι, δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ δι' ἐκείνας ἠμβλύνθησαν.

Θυμὸς καὶ ὀργὴ καὶ πόλεμος καὶ φόνοι καὶ πᾶς ὁ λοιπὸς κατάλογος τῶν κακῶν, δι' ἐκείνας ἐν ἀνθρώποις σφόδρα ἐκραταιώθησαν.

Οὕτως μισῆσαι δεῖ φιλαργυρίαν καὶ κενοδοξίαν καὶ ἡδονήν, ὡς μητέρας τῶν κακῶν καὶ μητρυιὰς τῶν ἀρετῶν, διὰ ταῦτα μὴ ἀγαπῶμεν τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ προστεταγμένα. οὐχ ἵνα τὰ κτίσματα τοῦ θεοῦ ἀκρίτως μισήσωμεν. ἀλλ' ὅπως τῶν τριῶν ἐκείνων παθῶν τὰς ἀφορμὰς περικόψωμεν.

Οὐδεὶς φησὶ στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις. ὁ γὰρ μετὰ τῆς ἐμπλοκῆς τὰ πάθη νικῆσαι θέλων, ὅμοιός ἐστι τῷ μετὰ ἀχύρων σβεννύοντι ἐμπυρισμόν.

Ὁ διὰ χρήματα ἢ δόξαν ἢ ἡδονὴν ὀργιζόμενος τῷ πλησίον, οὔπω ἔγνωκεν ὅτι ἐν δικαιοσύνῃ διοικεῖ ὁ θεὸς τὰ πράγματα.

Ὅταν ἀκούσῃς τοῦ κυρίου λέγοντος. ὅτι εἴ τις οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ οὐκ ἔστι μου ἄξιος, μὴ μόνον περὶ χρημάτων νόει τὸ εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων τῶν τῆς κακίας πραγμάτων.

Ὁ μὴ γινώσκων τὴν ἀλήθειαν, οὔτε ἀληθῶς πιστεύειν δύναται, ἡ γὰρ γνῶσις, κατὰ φύσιν προηγεῖται τῆς πίστεως.

Ὥσπερ ἑκάστῳ τῶν ὁρωμένων τὸ προσφυὲς ἀπένειμεν ὁ θεός, οὕτω καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς, κἂν θέλωμεν κἂν μή.

Εἴ τις προφανῶς ἁμαρτάνων καὶ μὴ μετανοῶν οὐδὲν ἔπαθεν ἕως ἐξόδου, τοῦτον νόμιζε ἀνηλέως εἶναι τὴν κρίσιν.

Ὁ ἐμφρόνως προσευχόμενος, ὑπομένει τὰ ἐπερχόμενα, ὁ δὲ μνησικακῶν, οὔπω καθαρῶς προσηύξατο.

Ζημιωθεὶς ἢ ὀνειδισθεὶς ἢ διωχθεὶς παρά τινος, μὴ λογίζου τὸ παρόν. ἀλλὰ τὸ μέλλον ἐκδέχου, καὶ εὑρήσεις ὅτι πολλῶν σοι ἀγαθῶν γέγονε πρόξενος. οὐ μόνον ἐν τῷ παρόντι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

Om̄is uitiofitatis cauſſa eſt inanis gloriæ cupiditas & uoluptas, quas qui non odio habuerit, affectibus nunquam exonerabit.

Radix omnium malorum dicta eſt auaritia. Verum etiam hæc per illa manifeſta cõſiſtit. Excæcatur autem mens tribus hiſce affectionibus, auaritia uidelicet & gloriæ cupidine ac uoluptate.

Tres hirundinis ſeu ſanguiſugæ filias eſſe affirmo, hæ ſcripturę teſtimonio, à matre Immodeſtia ſummo amore diliguntur.

Cognitio & fides naturæ noſtræ coalumnæ, nulla alia re, quã per illas hebetatę ſunt.

Furor & iracundia & bellũ & cædes, & reliquus uniuerſus uitiorum catalogus, inter homines uehementer inualuerunt.

Itaq; odio habenda eſt auaritia & ambitio & uoluptas, ut uitiorum matres, & uirturum nouercæ,

Propter hęc ne diligamus mundũ, neq; ea quæ in mundo ſunt nobis colenda proponamus. Nõ ut ea quæ à deo creata ſunt ſine iuditio proſequamur odio, uerum ut horum trium affectuum occaſiones prædicamus.

Nemo, inquit Apoſtolus, militãs huius uitæ negocijs implicatur. Etenim qui hiſce implicitus affectiones ſuperare uoluerit, ſimilis eſt ei qui paleis conatur incendium reſtinguere.

Qui propter opes aut gloriam aut uoluptatem proximo iraſcitur, nondum cognouit dominum in iuſtitia res mundanas adminiſtrare ſolere.

Quando audieris dominum dicentem, niſi quis renunciauerit omnibus ſubſtantijs ſuis, non eſt me dignus, nõ tantum de relinquendis diuitijs hoc dictum accipias, ſed etiam de omnibus uitiorum ac improbitatis actionibus.

Ἔστι πίστις ἐξ ἀκοῆς κατὰ τὸν ἀπόστολον, καὶ ἔστι πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις.

Cogitatio perseuerans, hominis affectũ significat, at quæ celeriter tollitur, bellũ & aduersitatem indicat.

Tres loci sunt intelligibiles, in quos animus ex mutatione ingreditur. Vnus secundum naturam, alter præter naturam, tertius super naturam. Et quando eum qui est secundum naturam ingreditur, inuenit se ipsum malarum cogitationum caussam & autorem esse, confiteturq́ deo peccata, cognoscens caussam affectuum. Cum uero in eo qui est præter naturam constitutus fuerit, iustitiæ dei obliuiscitur, contenditq́ cum hominibus, tanquam ipsum iniuria afficerent. At quando in eum qui est supra naturam inductus fuerit, tum Spiritus sancti fructus offendit, quos Apostolus uocat charitatem, gaudium, pacem & reliqua. Neque illud ignorat, quod si corporalium rerum curas prætulerit, se ibi perdurare non posse. Atq; discedens ex illo loco, in peccatum incidit, inq́; grauia quæ hæc consequũtur dispendia. Etsi non ilico, suo tamen peculiari tempore, quemadmodum nouit dei iustitia.

In tantum cuiusque cognitio uera esse solet, quantum mansuetudo & humilitas charitatem firmam fecerint.

Omnis recte baptizatus, omnem gratiã accepit mystice, plenissime uero nouit reliquum per præceptorum operationem.

Præceptum Christi quod iuxta conscientiam perficitur, secũdum multitudinem dolorum cordis largitur consolationem. Veruntamen unumquodq; horum suo tempore perficitur.

Constantem in omni re precationem obtine, quasi nihil citra opem possis effectum reddere.

Ad parandum dei subsidiũ nihil est præcatione efficacius aut potentius, atq; ad eiusdem beneplacitum nihil illa utilius. Omnis præceptorum opera in illa conclusa est, ea enim quæ est erga deum charitate, nihil dictũ est sublimius.

Præcatio attenta signum est amoris erga deum perseuerantis. At eiusdem negligentia & distracta mentis occupatio studij uoluptatis argumentum est.

Qui sine dolore & molestia uigilat, lõganimis est uacans præcationibus, ille perspicue Spiritus sancti est particeps. Qui uero in his affligitur, uoluntate tamen constanter perseuerat, actutum & ille subsidium consequetur.

Præceptum præcepto ostensum est excellentius, ideo etiam fides fide firmior inuenitur.

Est fides ex auditu secundum Apostolum, & est fides rerum sperandarum substantia.

Καλὸν τὸ διὰ λόγων ὠφελεῖν τοὺς πυνθανομένους. κρεῖττον δὲ τὸ δι' ἀρετῆς καὶ προσευχῆς συνεργεῖν αὐτοῖς. ὁ γὰρ διὰ τούτων ἑαυτὸν προσφέρων τῷ θεῷ, βοηθεῖ καὶ τῷ πέλας διὰ τοῦ ἰδίου βοηθήματος.

Εἰ θέλεις συντόμῳ λόγῳ ὠφελῆσαι τὸν φιλομαθῆ, ὑπόδειξον αὐτῷ προσευχὴν καὶ πίστιν ὀρθὴν, καὶ τῶν ἐπερχομένων ὑπομονήν. πάντα γὰρ λοιπὰ τὰ καλὰ, διὰ τούτων εὑρίσκεται.

Περὶ ὧν τις ἤλπισεν εἰς θεὸν, οὐκ ἔτι περὶ ἐκείνων τῷ πλησίον διαμάχεται.

Εἰ πᾶν ἀκούσιον ἐκ τῶν ἑκουσίων τὴν αἰτίαν ἔχει κατὰ τὴν γραφὴν, οὐδεὶς οὕτως ἐχθρὸς ἀνθρώπου, ὡς αὐτὸς ἑαυτοῦ τυγχάνει. ἑκούσιον λέγει τὸν λογισμόν. ἀκούσιον δὲ τὴν συμβασιν.

Πάντων τῶν κακῶν, προηγεῖται ἡ ἄγνοια. δευτέρα δὲ αὐτῆς ἐστὶν, ἡ ἀπιστία.

Φεῦγε πειρασμὸν δι' ὑπομονῆς καὶ δεήσεως. εἰ δὲ ἐκτὸς τούτων ἀντιτάσσῃ, σφοδροτέρως ἐπέρχεται.

Ὁ πρᾶος κατὰ θεὸν, τῶν σοφῶν ἐστὶ σοφώτερος καὶ ὁ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ τῶν δυνατῶν δυνατώτερος. ἐπειδὴ τὸν ζυγὸν τοῦ χριστοῦ κατὰ γνῶσιν βαστάζουσιν.

Ὅσα ἐκτὸς προσευχῆς ἢ λαλοῦμεν ἢ πράττομεν, ὕστερον ἢ σφαλερὰ ἢ ἐπιβλαβῆ τυγχάνουσι, καὶ ἡμᾶς ἀγνώστους διὰ τῶν πραγμάτων ἐλέγχουσιν.

Ἐξ ἔργων καὶ λόγων καὶ ἐννοίας, δικαίωσις, ἐκ δὲ πίστεως καὶ χάριτος καὶ μετανοίας, θησαυροὶ σωτηρίας πολλοί.

Ὥσπερ μετανοοῦντι ὑψηλοφρονεῖν ἀλλότριον, οὕτως ἑκουσίως ἁμαρτάνοντι, ταπεινοφρονεῖν ἀδύνατον.

Οὐκ ἔστι συνειδήσεως κατάγνωσις ἡ ταπεινοφροσύνη, ἀλλὰ χάριτος θεοῦ καὶ συμπαθείας ἐπίγνωσις.

Ὅπερ ἐστὶν οἶκος αἰσθητὸς τῷ κοινῷ ἀέρι, τοῦτο νοῦς λογικὸς, τῇ θείᾳ χάριτι.

Ὅσην ἂν ἐκβάλῃς ὕλην, τοσοῦτον αὐτομολήσει, καὶ ὅσην ἂν ἐμβάλῃς, τοσοῦτον ὑποχωρήσει.

Ὕλη οἴκου, σκεύη καὶ βρώματα, ὕλη δὲ νοὸς, κενοδοξία καὶ ἡδονή.

Χώρημα καρδίας, ἐλπὶς εἰς θεόν. στενοχωρία δὲ αὐτοῦ, φροντὶς σωματική. μία μὲν ἐστὶ καὶ ἀναλλοίωτος ἡ χάρις τοῦ πνεύματος. ἐνεργεῖ δὲ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται.

Ὥσπερ ὑετὸς ἐπιχυθεὶς τῇ γῇ, τοῖς φυτοῖς προσφυῆ παρέχει ποιότητα, γλυκεῖαν μὲν τοῖς γλυκέσι. στρυφνὴν δὲ τοῖς στρυφνοῖς, οὕτως ἡ χάρις ταῖς καρδίαις τῶν πιστῶν ἀπαθῶς ἐπιβάλλουσα, ἁρμοζούσας ταῖς ἀρεταῖς τὰς ἐνεργείας χαρίζεται.

Pulchrum est oratione prodesse interrogantibus. Est autem longe præstatius per uirtutẽ & precationem illis cooperari. Etenim qui per hæc seipsum deo offert, etiam proximo auxiliatur proprio quodam auxilio.

Quod si compendioso quodam sermone discendi cupidum iuuare est animus, fac illi ostendas præcationem & ueram fidem, necnon rerum accidentium tolerantiam. Omnia enim reliqua quæ pulchra sunt, per hæc inueniuntur.

Pro quibus rebus consequendis aliquis in deum sperauit, illarum gratia non amplius contendit cum proximo.

Si omne non uoluntarium ex uoluntarijs secundum scripturam caussam habet & originem, nemo ita infensus est homini, ut si bi ipsi existit. Voluntariã dicit cogitationẽ non uoluntariam autem contingentiam.

Omnium malorum dux est ignorantia, secunda post hanc est incredulitas.

Patientia & præcatione fugienda est tentatio. At si extra has te illi opposueris, uehementius te impugnabit.

Qui iuxta doctrinam Christi mitis est, sapientibus est sapientior. Et qui humilis est corde, potentibus est potentior. Quoniam iugum secundum cognitionem baiulant.

Quæcunque extra præcationem aut loquimur aut facimus, postea aut periculosa aut damnosa existunt. Ac nos ab omni cognitione rerum alienos esse arguunt.

Ex operibus & sermonibus & cogitatione est iustificatio, ex fide autem & gratia & pœnitentia multi salutis thesauri proueniunt.

Quemadmodum à pœnitentiam agente alienum est elato animo superbire, sic sua spõte peccantẽ humilẽ esse impossibile est.

Non est conscientiæ damnatio humilitas, sed gratiæ dei & condolentis affectus cognitio.

Quod domus sensibilis est communi aëri, hoc mens rationalis diuinæ gratiæ.

Quantum eieceris materiæ, tantũ aufugiet, quantũ uero inieceris, tãtum secedet.

Materia domus supellex, & res cibaria, materia autem mentis uoluptas, & inanis gloriæ cupiditas.

Alueus cordis spes in deũ est, at eiusdẽ angustia cura rerum corporaliũ. Vna est & immutabilis gratia spiritus. Operatur autem in uno quoque quemadmodũ sibi uisum fuerit.

Quemadmodum pluuia terræ infusa accommodam qualitatem, plantis suppeditat, dulcem quidẽ dulcibus, amaram autem amaris, sic quoque gratia fidelium cordibus indeclinabiliter adijciens conuenientibus uirtutibus actiones largitur.

τῷ δὲ διὰ Χριστὸν πεινῶντι, γίνεται τροφή. καὶ τῷ διψῶντι, πόμα ἡδύτατον. τῷ ῥιγῶντι, ἔνδυμα, καὶ τῷ κοπιῶντι, ἀνάπαυσις, τῷ προσευχομένῳ, ἐλπὶς καρδιακή, καὶ τῷ πενθοῦντι παράκλησις.

Ὅταν δὲ οὖν ἀκούσῃς τῆς ἁγίας γραφῆς λεγούσης περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὅτι ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον τῶν ἀποστόλων, ἢ ὅτι ἐφήλατο ἐπὶ τὸν προφήτην, ἢ ἐνεργεῖ, ἢ λυπεῖται, ἢ σβέννυται, ἢ παροξύνεται, καὶ πάλιν τοὺς μὲν ἀπαρχὴν ἔχοντας, τοὺς δὲ πλήρεις πνεύματος ἁγίου, μὴ τομήν, ἢ ἀλλοίωσιν τινὰ ἐννοήσῃς ἐπὶ τοῦ πνεύματος. ἀλλὰ πίστευε, καθ' ὃν προειρήκαμεν τρόπον. ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ παντοδύνατον. διὸ ἐν ταῖς ἐνεργείαις καὶ μένει καὶ ἐστί. καὶ ἑκάστῳ τὸ δέον ἀποσώζει θεοπρεπῶς. αὐτὸ μὲν γὰρ ἡλίου δίκην ἐπὶ τοὺς βαπτισθέντας ἐκκέχυται τελείως. ἕκαστος δὲ ἡμῶν καθ' ὃ ἂν τὰ ἐπισκοτοῦντα πάθη μισήσας περιέλῃ, ἀναλόγως φωτίζεται. καθ' ὃ δὲ ἂν ἀγαπῶν αὐτὰ διαλογίζηται, ὁμοίως σκοτίζεται.

Ὁ μισῶν πάθη περιαιρεῖ τὰς τούτων αἰτίας. ὁ δὲ ταῖς αἰτίαις ἐγκείμενος, ὑπὸ τῶν παθῶν καὶ μὴ βουλόμενος πολεμεῖται.

Ὅταν ὑπὸ τῶν πονηρῶν ἐνεργώμεθα, ἑαυτοὺς αἰτιασώμεθα, καὶ μὴ πατρῴαν ἁμαρτίαν.

Ῥίζαι τῶν λογισμῶν εἰσίν, αἱ προφανεῖς κακίαι. ἃς χερσὶ καὶ ποσὶ καὶ στόματι, ἐκδικοῦμεν ἕκαστος.

Οὐκ ἔστι προσομιλεῖν πάθει, μὴ ἀγαπῶντα τὰς τούτου αἰτίας. τίς γὰρ αἰσχύνης καταφρονῶν, κενοδοξίᾳ προσομιλεῖ. ἢ τίς ἐξουδένωσιν ἀγαπῶν, ἐπὶ ἀτιμίᾳ ταράσσεται. τίς δὲ καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ἔχων, ἡδονὴν σαρκὸς παραδέχεται. ἢ τίς τῷ Χριστῷ τελείως πιστεύων μεριμνᾷ περὶ προσκαίρων ἢ διαμάχεται.

Ὁ ἀθετούμενος ὑπό τινος καὶ μήτε λόγῳ μήτε ἐννοίᾳ τῷ ἀθετοῦντι φιλονεικῶν, γνῶσιν ἀληθῆ κέκτηται καὶ πίστιν βεβαίαν ἐπιδείκνυται τῷ δεσπότῃ.

Ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς τοῦ ἀδικῆσαι, ἑκάστῳ τὸ δίκαιον τοῦ θεοῦ ἀποσώζοντος.

Εἰ οὔτε τῷ ἀδικοῦντι ἐστὶ περίσσεια. οὔτε τῷ ἀδικουμένῳ ὑστέρημα, ἐν εἰκόνι μὲν διαπορεύεται ἄνθρωπος. πλὴν μάτην ταράσσεται.

Ὅταν ἴδῃς τινὰ ἐν πολλαῖς ἀτιμίαις ὀδυνώμενον, γίνωσκε ὅτι λογισμοῖς κενοδοξίας ἐμφορηθείς, ἀηδῶς τῶν καρδιακῶν σπερμάτων θερίζει τὰ δράγματα.

Eſurienti propter Chriſtum cibus dabitur, & ſitienti potus delicatus, algenti indumentum, & laboranti requies, precanti cordis ſpes infundetur, & lugens conſolatione erigetur.

Cum audieris ſacram ſcripturam dicentem de ſancto Spiritu, quod ſederit ſuper ſingulos Apoſtolorum, aut quod inſilierit ſuper Prophetam, aut operatur, conturbatur, extinguitur, aut exaſperatur. Et rurſus alios quidem ab initio habentes, alios uero plenos ſancto Spiritu, ne ſectionem aut uerſionem, ſeu mutationem Spiritus ſancti in animo cogites, ſed aut eum modum crede quem diximus, nempe indeclinabilem, immobilem, & omnipotentem. Propterea etiam in actionibus & manet & uerſatur, & unicuique quod decet conſeruat diuinitus. Ille enim ſolis inſtar ſuper baptiſatos perfecte effuſus eſt. Vnuſquiſq; autem noſtrum in quantum obtenebratos affectus odio habuerit & ſuſtulerit è medio, similiter & illuminatur. Quantum uero eiuſdem amans animo retractauerit, obſcuratur.

Qui affectus odio habuerit, eorundem cauſam tollit ac præſcidit. Verum qui cauſis incumbit, ille etiam nolens ab affectibus impugnatur.

Cum à prauis uitijs irritamur, aut impellimur, ipſi nos accuſemus, & non paternū piaculum.

Cogitationum radices ſunt aperta uitia, quę manibus pedibusq; & ore noſtrū quiſque eijciat.

Non licet conuerſari affectui niſi eius cauſas & occaſiones dilexerimus. Quis enim contemnens turpitudinem, ambitionem colendam amplectitur? Aut quis contemptum amans propter acceptam ignominiam conturbaretur? Quis autē cor contritum & humiliatum habens, uoluptatem carnis ſuſciperet? Aut quis Chriſto perfecta & ſyncera fide adhærens, de rebus temporalibus ſolicitus eſt, aut pro eiuſdem cōtentioſe pugnat.

Qui ſpernitur ab aliquo, neque tamen uel uerbo, uel cogitatione, cum eo à quo ſpernitur expoſtulat, ille ueram cognitionem poſſidet, ac firmam fidem domino oſtendit.

Mendaces ſunt filij hominum in nugis iniuriandi, unicuiq; iuſticiam dei conſeruantis.

Si neq; iniuriam inferenti ulla accreſcit abundantia, neq; eandem perferenti ulla pœnuria, in imagine incedit homo, ueruntamen ne quicquam conturbatur.

Cum uideris aliquem in multa ignominia dolentem, ſcias eum ambitionis cogitationibus impletum, libenter cordis ſeminum metere manipulos.

σωματι-

Ὁ σωματικαῖς ἡδοναῖς πέρα τοῦ δέοντος ἀπολαύσας, ἑκατονταπλασίοις πόνοις ἀποτίσει τὴν περιουσίαν.

Ἀρχικὸς ὑποτακτικῷ χρεωστεῖ λέγειν τὸ ὀφειλόμενον. παρακούοντος δὲ, τὴν ἐπιφορὰν τῶν κακῶν προδιαγγέλλειν.

Ὁ ἀδικούμενος παρά τινος καὶ μὴ παραιτῶν τῷ ἀδικοῦντι τὰ δέοντα, κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος πιστεύει τῷ Χριστῷ, καὶ ἑκατονταπλασίως λαμβάνει ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ κληρονομεῖ ζωὴν τὴν αἰώνιον.

Μνήμη θεοῦ ἐστι, πόνος καρδίας ὑπὲρ εὐσεβείας γινόμενος, πᾶς δὲ ἐπιλανθανόμενος τοῦ θεοῦ, ἡδυπαθὴς καὶ ἀνάλγητος γίνεται.

Μὴ λέγε ὅτι ὁ ἀπαθὴς θλίβεσθαι οὐ δύναται. κἂν μὴ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ πλησίον ὥσπερ ἐκχρεώστηκεν.

Ὅταν ὁ ἐχθρὸς τῶν ἐν τῇ λήθῃ ἁμαρτημάτων πολλὰ κρατήσῃ χειρόγραφα, τότε καὶ ἐν τῇ μνήμῃ ποιεῖν αὐτὰ τὸν χρεωφειλέτην ἀναγκάζει, τῷ τῆς ἁμαρτίας λόγῳ, εὐλόγως ἀποχρώμενος.

Εἰ βούλει διηνεκῶς μνημονεύειν θεοῦ, μὴ ἀπωθοῦ ὡς ἀδίκους τὰς ἐπιφοράς. ἀλλ' ὡς δικαίως ἐρχομένας ὑπόμενε. ἡ μὲν γὰρ ὑπομονὴ, δι' ἑκάστης συμβάσεως, τὴν μνήμην ἀνακινεῖ. ἡ δὲ παραίτησις, μειοῖ τὸν φαιδρὸν τῆς καρδίας πόνον, καὶ διὰ τῆς ἀνέσεως τὴν λήθην ἐργάζεται.

Ἐὰν θέλῃς παρὰ κυρίου ἐπικαλυφθῆναι τὰς ἁμαρτίας σου, μὴ φανερὰ ποιήσῃς ἀνθρώποις τὰς σὰς ἀρετάς. ὃ γὰρ ἂν πράττωμεν ἐπὶ ταύταις, ὥσπερ καὶ ὁ θεὸς ἐπ' ἐκείναις ἐργάζεται.

Κρύψας ἀρετὴν μὴ ἐπαίρου ὡς δικαιοσύνην ἐκτελῶν. δικαιοσύνη γάρ ἐστι μὴ μόνον τὸ κρύπτειν τὰ καλὰ, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ ἐννοεῖν τῶν ἀπηγορευμένων.

Μὴ χαῖρε ὅταν εὖ ποιήσῃς τινὶ, ἀλλ' ὅταν ἀμνησικάκως ὑπομείνῃς τὴν παρεπομένην ἐναντιότητα. ὃν γὰρ τρόπον αἱ νύκτες τὰς ἡμέρας, οὕτως αἱ κακίαι τὰς ἀρετὰς διαδέχονται.

Κενοδοξία καὶ φιλαργυρία καὶ ἡδονὴ ἄσπιλον εὐποιΐαν διαμένειν οὐκ ἀφιᾶσιν, εἰ μὴ πρότερον αὐταὶ φόβῳ θεοῦ καταπέσωσιν.

Εἰς τὰς ἀκουσίους ὀδύνας, τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ θαυμασίως ἐγκέκρυπται, τὸν ὑπομένοντα εἰς μετάνοιαν ἕλκον, καὶ ἀπαλλάττον τῆς αἰωνίου κολάσεως.

Τινὲς ἐργαζόμενοι ἐντολὰς, ἐν ζυγῷ ἀντιρρέψαι αὐτὰς ταῖς ἁμαρτίαις ἐκδέχονται. τινὲς δὲ δι' αὐτοῦ τὸν ἀποθανόντα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐξευμενίζονται. ζητητέον τίς αὐτῶν ἔχει ὀρθὸν τὸ φρόνημα.

Qui uoluptatibus corporalibus præter quam par est fruitur, ille cētuplicibus laboribus pensabit abundantiam.

Qui in imperio est subdito, debet dicere debitum officium, at non auscultanti malorum pœnam annunciare.

Qui iniuria afficitur ab aliquo, neque tamen iniurianti debitam ultionem quærit, secundum eam quidē partem Christo credit, & centuplicia quidē in hoc seculo accipit, & uitam æternam hæreditate consequetur.

Memoria dei labor cordis est pro pietate susceptus. Omnis autem qui dei obliuiscitur, uoluptarius & inhumanus redditur.

Ne dicas eum qui ab affectibus liber est affligi aut dolere non posse nam tamersi non pro se ipso, pro proximo tamen istud facere debuit.

Cum inimicus peccatorum obliuioni datorum multa chirographa assequutus fuerit, tunc debitorem etiam in memoria ea ipsa facere adigit, peccati caussa rationabiliter abutens.

Si uolueris indesinenter dei memor esse, ne auerseris eius correptiones & pœnas tanquam iniustas, sed uelut iuste uenientes tolera. Siquidem tolerantia in singulis malis accidentibus memoriam renouat ac refricat. Cæterum excusatio, hilarem cordis laborem minuit, atq; ita omissione obliuionem inducit & operatur.

Si uolueris apud dominum peccata tua occultare, fac ne ambitiose uirtutes tuas manifestes hominibus. Quicquid enim in his fecerimus, hoc etiam Deus in illis faciet.

Virtutem occultans ne extollaris quasi iustitiam operatus esses. Iustitia enim est non tantum cælare quæ pulchra sunt, uerum etiam rerum quas denegaueris nō esse memorem.

Ne gaudeas cum alicui bene feceris sed cum citra acceptarum iniuriarum memoriam ingruentem aduersitatem pertuleris. Quo enim modo noctes diebus, eodem uitia succeduntuirtutibus.

Gloriæ & auaritiæ studium benefactorum collationem immaculatam permanere non sinunt, nisi prius metu dei prostratum conciderit.

In doloribus non uoluntarijs misericordia dei mirabili quadam ratione occultata est, tolerantem trahens ad pœnitentiam, & liberans ab æternis supplicijs.

Quidam operantes præcepta, expectant ut ea peccatis in statera præponderent. Alij uero per eum qui pro peccatis nostris mortuus est in beneuolentiam dei semet insinuant. Quærendum qui nam illorum rectius sapiant.

γεέννης φόβος καὶ παραδείσου πόθος, παρέχουσι τὴν τῶν θλίψεων ὑπομονήν. καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ἑαυτῶν. ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ γινώσκοντος τοὺς διαλογισμοὺς ἡμῶν.

Ο πιστεύων περὶ τῶν μελλόντων, τῶν ὧδε ἡδέων ἀδογματίστως ἀπέχεται. ὁ δὲ ἀπιστῶν, ἡδὺς καὶ ἀνάλγητος γίνεται.

Μὴ εἴπῃς. πῶς ἡδυπαθεῖ ὁ πένης, μὴ ἔχων τὰ αἴτια. δύναται γάρ τις καὶ διὰ μόνων τῶν λογισμῶν, ἀθλιωτέρως ἡδυπαθεῖν.

Ετερόν ἐστι γνῶσις πραγμάτων, καὶ ἕτερόν ἐστιν ἀληθείας ἐπίγνωσις. καθόσον διαφέρει ὁ ἥλιος τῆς σελήνης, κατὰ τοσοῦτον τῆς προτέρας ἡ δευτέρα ὠφελιμωτέρα τυγχάνει.

Η τῶν πραγμάτων γνῶσις, κατ᾽ ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν προσγίνεται. ἡ δὲ ἀληθείας ἐπίγνωσις, κατὰ τὸ μέτρον τῆς εἰς χριστὸν ἐλπίδος. εἰ οὖν θέλεις σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, πειρῶ πάντοτε ὑπερβαίνειν τὰ αἰσθητά. καὶ διὰ μόνης ἐλπίδος προσκολλᾶσθαι τῷ θεῷ. οὕτω γὰρ ἀκοντὶ μὲν περιτρεπόμενος, εὑρήσεις ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, διὰ τῶν προσβολῶν πολεμούσας σοι. ταύτας δὲ διὰ τῆς προσευχῆς νικῶν καὶ μένων εὔελπις εἰς τὴν χάριν τοῦ θεοῦ τῆς μελλούσης ὀργῆς ῥυομένην σε.

Ο συνιῶν τὸ ὑπὸ τοῦ ἁγίου παύλου μυστικῶς εἰρημένον, τὴν πάλην ἡμῶν πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας φήσαντος, γνώσεται καὶ τὴν παραβολὴν τοῦ κυρίου, πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι καὶ μὴ ἐκκακεῖν.

Ο νόμος ἓξ ἡμέρας τυπικῶς ἐργάζεσθαι. τῇ δὲ ἑβδόμῃ σχολάζειν παρακελεύεται. διότι ψυχῆς ἔργον ἐστὶν, ἡ διὰ χρημάτων εὐποιΐα. σχολὴ δὲ αὐτῆς καὶ κατάπαυσις, τὸ πωλῆσαι πάντα καὶ δοῦναι πτωχοῖς κατὰ τὸν λόγον τοῦ κυρίου, καὶ διὰ τῆς ἀκτημοσύνης καταπαύσαντα, τῇ νοερᾷ σχολάζειν ἐλπίδι. Εἰς ταύτην τὴν κατάπαυσιν, καὶ ὁ παῦλος ἡμᾶς μετὰ σπουδῆς προτρέπεται λέγων, σπουδάσωμεν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν. ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν, οὐκ ἀποκλείοντες τὰ μέλλοντα. οὔτε ὧδε τὴν καθολικὴν ἀνταπόδοσιν ὁρίσαντες. ἀλλ᾽ ὅτι χρὴ πρῶτον ἐν τῇ καρδίᾳ ἔχειν τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργοῦσαν. καὶ οὕτω κατ᾽ ἀναλογίαν εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. τοῦτο φανεροποιῶν ὁ κύριος, ἔλεγεν. ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστι. τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος ἔλεγεν, ἔστι πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις, καὶ πάλιν οὕτως τρέχετε ἵνα καταλάβητε, καὶ πάλιν δοκιμάζετε ἑαυτοὺς εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει. εἰ δὲ οὐκ ἐπιγινώσκετε ὅτι χριστὸς ἰησοῦς οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, εἰ μή τι ἄρα ἀδόκιμοί ἐστε.

Gehennæ metus, & paradisi desyderium præbent afflictionum patientiã, & hoc non ex seipsis, sed ex eo qui cognoscit cogitationes nostras.

Qui de rebus futuris fidẽ habet, à rebus huius seculi dulcibus ex uoluptuosis inde liberanter abstinet. Qui uero non credit, uoluptarius & inhumanus efficitur.

Ne dixeris: quomodo pauper indulget uoluptatibus, non habens occasionem aut facultatem seruiendi illis. Potest enim aliquis uel solis cordis cogitationibus, uoluptarum illecebris miserrime esse deditus.

Aliud est rerum cognitio, & aliud ueritatis cognitio. Quantum enim sol à luna differt, tanto priore secunda existit præstantior.

Rerum cognitio secundum proprietatem operationis præceptorum accidit, at ueritatis cognitio, secundum mensurã spei quæ est in Christum. Itaq; si saluari uolueris, & in ueritatis cognitionem peruenire, ubiq; periculum facias, omnia sensibilia excedẽdi, ac sola spe deo adhærendi. Ad hũc enim modum animaduertens, inuenies principia & facultatem incursionibus tibi repugnantia. Hæc autem oratione uincẽs, inq; bona spe perseuerans gratiæ dei, quę à uentura ira liberabit.

Qui intelligit id, quod à sancto Paulo mystice dicitur, affirmante nostram luctam aduersus spiritualia esse nequitiæ, ille eo cognoscet etiam parabolam Domini, docentis semper orandum esse, & non defatigandum.

Sex dies sub figuræ prætextu operari, septimo autem ociũ agere lex iubet. Quia animæ opus est opibus prodesse egentibus. Ocium autem eius & requies, uendere omnia & dare pauperibus secundum sermonem Domini. Atque ita per rerum nuditatem, quiescentem nouæ spei uacare. Ad eandem requiem & Paulus omni nos hortatur studio, sic inquiens: Studeamus ingredi in illam requiem. Hæc autem diximus, non excludentes futura, neque hic uniuersalem retributionem definientes. Sed quod oporteat primum in corde habere gratiam Spiritus sancti operantem, atque ita secundum proportionem ingredi in regnum cœlorum. Hoc manifestans etiam dominus dicebat: regnum cœlorum intra uos est. Hoc etiam Apostolus dixit: Fides est rerum sperandarum substantia. Et iterum: Sic currite ut comprehendatis. Et iterum: Probate uos ipsos num sitis in fide. An uero non cognoscitis, quod Christus Iesus in uobis habitat, ne igitur sitis reprobi.

ἀλήθειαν

Ὁ ἀλήθειαν ἐγνωκὼς, ταῖς θλιβεραῖς ἐπιφοραῖς οὐκ ἀντιτάσσεται. οἶδε γὰρ ὅτι εἰς φόβον θεοῦ ὁδηγοῦσι τὸν ἄνθρωπον.

Αἱ παλαιαὶ ἁμαρτίαι κατ' εἶδος μνημονευθεῖσαι, βλάπτουσι τὸν εὔελπιν. μετὰ λύπης μὲν γὰρ ἀντιδοθεῖσαι, τῆς ἐλπίδος ἀφιστῶσιν. ἀλύπως δὲ ἐξεικονισθεῖσαι, τὸν παλαιὸν μολυσμὸν ἐναποτίθενται.

Ὅταν ὁ νοῦς κρατήσῃ διὰ ἀρνήσεως τὴν μονολόγιστον ἐλπίδα, τότε ὁ ἐχθρὸς προφάσει ἐξομολογήσεως, τὰ προγεγραμμένα κακὰ ἐξεικονίζει, ἵνα τὰ χάριτι θεοῦ ἐπιλησθέντα πάθη, ἀναζωπυρήσῃ καὶ λεληθότως ἀδικήσῃ τὸν ἄνθρωπον. τότε γὰρ κἂν φαιδρὸς καὶ μισοπαθὴς ὑπάρχῃ, ἐξ ἀνάγκης σκοτισθήσεται, συγχυθεὶς ὑπὸ τοῖς πεπραγμένοις. κἂν ὁ μιχλώδης ἔτι καὶ φιλήδονος εἴη, συγχρονίσει πάντως καὶ ἐμπαθῶς προσομιλήσει ταῖς προσβολαῖς, ὡς πρόληψιν εὑρεθῆναι τὴν τοιαύτην μνήμην, καὶ οὐκ ἐξομολόγησιν, ἂν θέλῃς θεῷ προσφέρειν ἀκατάκριτον ἐξομολόγησιν, μὴ μνημόνευε κατ' εἶδος τὰς παραφορὰς, ἀλλ' ὑπόμενε γενναίως τὰς τούτων ἐπαγωγάς.

Τὰ ἀνιαρὰ, διὰ τὰς προγεγενημένας ἁμαρτίας τὸ προσφυὲς ἐπικομίζοντα.

Ὁ γνωστικὸς καὶ εἰδὼς τὴν ἀλήθειαν, οὐ διὰ μνήμης τῶν πραχθέντων, ἀλλὰ διὰ ὑπομονῆς τῶν ἐπερχομένων, ἐξομολογεῖται τῷ θεῷ.

Ἀποβαλὼν πόνον καὶ ἀτιμίαν, μὴ ἐπαγγέλλου δι' ἑτέρων ἀρετῶν μετανοεῖν. κενοδοξία γὰρ καὶ ἀναλγησία δουλεύειν τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ διὰ δεξιῶν πεφύκασιν.

Ὥσπερ τὰς ἀρετὰς πόνοι καὶ ἀτιμίαι, οὕτω καὶ τὰς κακίας, ἡδοναὶ καὶ δόξαι τίκτειν εἰώθασι. πᾶσα σωματικὴ ἡδονὴ, ἐκ προβαλούσης ἐστὶν ἀνέσεως, ἄνεσιν δὲ γεννᾷ ἡ ἀπιστία.

Ὁ ὢν ὑπὸ ἁμαρτίας οὐ δύναται μόνος περιγενέσθαι τοῦ σαρκικοῦ θελήματος. διότι τὸν ἐρεθισμὸν ἄπαυστον ἔχει καὶ ἐγκείμενον τοῖς πάθεσιν.

Ἐμπαθεῖς ὄντες, προσεύχεσθαι δεῖ καὶ ὑποτάσσεσθαι. μόλις γάρ ἐστι μετὰ βοηθείας πολεμῆσαι ταῖς προλήψεσι.

Ὁ μετ' ὑποταγῆς καὶ προσευχῆς πυκτεύων τῷ θελήματι, ἀθλητής ἐστιν εὐμέθοδος.

Ὁ τὴν νοητὴν πάλην διὰ τῆς τῶν αἰσθητῶν ἀποχῆς προφανῶς ἐπιδεικνύμενος.

Ὁ μὴ συναλλάσσων τῷ θεῷ τὸ ἑαυτοῦ θέλημα, ὑποσκελίζεται ἐν τοῖς ἰδίοις ἐπιτηδεύμασι. καὶ ὑποχείριος τῶν ἀντιπάλων γίνεται.

Ὅταν ἴδῃς δύο κακοὺς ἔχοντας πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην, γίνωσκε ὅτι ἕτερος τῷ ἑτέρῳ συνεργεῖ πρὸς τὸ θέλημα.

Qui ueritatis cognitionem conſequutus eſt, adflictionibus non repugnat, neque enim ignorat quod in timorem dei perducant hominem.

Præterita peccata ſpecie quadam memoria repitita, nocent homini in bona ſpe cõſtituto. Nam cum triſtitia retributa à ſpe deficiunt.

Sine triſtitia autem ſub imagine quadam concepta in animo, ueteri inquinatione hominem contaminant.

Cum mens per negationem ſpem unice conſiderandam appræhenderit, tunc inimicus ſub confeſſionis prætextu ante ſcripta uitia effingit, ut affectus gratia dei obliuioni traditos iterum incenſos exuſcitet, & hominem latenter iniuria afficiat. Tunc enim ſi alacris & affectibus inimicus exiſtat, neceſſario obtenebrabitur, detentus & cõfuſus propter perpetrata uitia. Et ſi nebuloſus eſt & uoluptatem amãs fuerit omnino una perdurabit, & affecto animo incurrentibus paſſionibus conuerſabitur, ut mẽtis anticipatio talis memoria & nõ confeſſio inueniatur. Itaqꝫ ſi uolueris deo offerre condemnatam confeſſionem, impulſionum in errorem ne recorderis, uerum horum illecebras generoſe perferto.

Triſtia ſunt, quæ propter peccata præterita commodum adferunt.

Scientia prædıtus quiqꝫ ueritatem nouit, nequaqꝫ memoria rerum factarũ, ſed patientia rerum confitentium confitetur deo.

Cum abieceris laborem & ignominiam, ne pollicearis per alias uirtutes reſipiſcentiam. Ambitio enim & indolentia ad ſeruiendum peccato natæ ſunt.

Sicut uirtutes laborib. & ignominia, ſic etiam uitia uoluptatibus & gloria procreari conſueuerunt. Omnis corporalis uoluptas ex præſumpta licentia prouenit. Porro licentiam incredulitas generat.

Qui in peccatis conſtitutus eſt, non poteſt ſolus carnalem uoluntatem ſuperare. Quapropter prouocatorẽ habet irrequietum, & urgentem affectibus.

Qui urgentur affectibus his orandũ eſt: Vix enim licet cum auxilio mentis anticipationibus repugnare.

Qui cum ſubiectione & præcatione aduerſus uoluntatem luctatur, hic athleta ualde promptus eſt, qui mentis luctam per rerum ſenſibilium abſtinentiam manifeſto oſtendit.

Qui non conciliat deo ſuam uoluntatem ſupplantatur & euertitur proprijs exercitijs, & ab aduerſarijs ſuperatur.

Cum uideris duos improbos mutua beneuolentia coniunctos tum ſcias quod alter alteri cooperatur ad uoluntatem.

Ὑψηλόφρων καὶ κενόδοξος, ἡδέως συναλλάσσουσιν. ὁ μὲν γὰρ δουλικῶς ὑποπίπτοντα, ἐπαινεῖ τὸν κενόδοξον. ὁ δὲ συνεχῶς ἐπαινοῦντα, μεγαλύνει τὸν ὑψηλόφρονα.

Φιλαλήθης ἀκροατὴς, ἀμφοτέρωθεν πορίζει τὴν ὠφέλειαν, ἐπὶ μὲν τοῖς ἀγαθοῖς μαρτυρούμενος, προθυμότερος γίνεται, ἐπὶ δὲ τοῖς κακοῖς ἐλεγχόμενος μετανοεῖν ἀναγκάζεται.

Δεῖ ἡμᾶς κατὰ τὴν προκοπὴν καὶ τὸν βίον ἔχειν. καὶ κατὰ τὸν βίον ὀφείλομεν τὰς προσευχὰς ἀναφέρειν.

Καλὸν μὲν τὴν κεφαλαιωδεστέραν κρατεῖν ἐντολὴν, καὶ μηδὲν κατ' εἶδος μεριμνᾶν μὴ ἢ κατ' εἶδος προσεύχεσθαι. ἀλλὰ μόνον ζητεῖν τὴν βασιλείαν κατὰ τὸν λόγον κυρίου. εἰ δὲ περὶ ἑκάστης χρείας φροντίζομεν, ὀφείλομεν περὶ ἑκάστης προσεύχεσθαι. ὁ γὰρ ἐκτὸς προσευχῆς τι ποιῶν ἢ φροντίζων, οὐκ εὐοδοῦται ἐπὶ τὸ τέλος τοῦ πράγματος, καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὅπερ εἶπεν ὁ κύριος, οὐ δύνασθε χωρὶς ἐμοῦ ποιεῖν οὐδέν.

Τὸν παραλογιζόμενον τὴν περὶ προσευχῆς ἐντολὴν, ἀτοπώτεραι παρακοαὶ διαδέχονται. ἑτέρα τῇ ἑτέρᾳ καθάπερ δέσμιον παραπέμπουσα.

Ὁ τὰ ἐνεστῶτα θλιβερὰ προσδοκίᾳ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν προσδεχόμενος, γνῶσιν ἀληθείας εὕρηκε, καὶ ὀργῆς καὶ λύπης, ταχέως ἀπαλλαγήσεται.

Ὁ κακουχίαν καὶ ἀτιμίαν ὑπὲρ ἀληθείας αἱρούμενος, ἀποστολικὴν ὁδὸν πορεύεται, τὸν σταυρὸν ἄρας, καὶ τὴν ἅλυσιν περικείμενος. ὁ δὲ ἐκτὸς τῶν δύο τούτων προσέχειν τῇ καρδίᾳ πειρώμενος, πλανᾶται κατὰ νοῦν, καὶ ἐμπίπτει εἰς πειρασμοὺς καὶ παγίδας τοῦ διαβόλου.

Οὔτε τοῖς λογισμοῖς τοῖς κακοῖς ἐκτὸς τῶν αἰτιῶν, οὔτε ταῖς αἰτίαις ἐκτὸς τῶν λογισμῶν δυνατὸν πολεμοῦντα νικῆσαι ποτέ. ὅταν γὰρ τὸ ἓν μονομερῶς ἀποβάλωμεν, μετ' οὐ πολὺ διὰ τοῦ ἑτέρου τοῖς ἀμφοτέροις ἐμφερόμεθα.

Ὁ φόβῳ κακοπαθείας καὶ ὀνειδισμοῦ τοῖς ἀνθρώποις μαχόμενος. ἢ ὧδε δι' ἐπιφορᾶς περισσοτέρως κακοπαθεῖ. ἢ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἀνηλεῶς κολάζεται.

Ὁ πᾶσαν κακὴν ἐπιφορὰν ἀποκλεῖσαι βουλόμενος, ὀφείλει διὰ προσευχῆς, συναλλάσσειν τῷ θεῷ τὰ πράγματα, καὶ κρατεῖν μὲν νοερῶς τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα, τὴν δὲ φροντίδα τῶν αἰσθητῶν, κατὰ δύναμιν παραλογίζεσθαι.

Ὅταν εὕρῃ ὁ διάβολος ἐκτὸς ἀνάγκης ἄνθρωπον τοῖς σωματικοῖς ἐνασχολούμενον, πρότερον ἁρπάζει αὐτοῦ τὰ τῆς γνώσεως λάφυρα. εἶθ' οὕτω τὴν εἰς θεὸν ἐλπίδα, ὡς κεφαλὴν ἀποτέμνει.

Alte ſapiens & ambitioſus libenter ſamiliaritatem ineunt. Ille enim ſeruiliter ſuccūbentem ambitioſum laudat, hic uero indeſinenter laudantē magnificat alte ſapiētem.

Veritatis amans auditor, utrinq; ueritatē lucraẽ. Cum enim in bonis teſtimonio uincitur, promptior & melior reddiẽ. In malis autem dum coarguitur, ad reſipiſcētiam adigitur.

Oportet nos ſecundum quod proficimus etiam uitam inſtituere & ſecundum uitam debemus precationes offerre.

Equidem pulchrum eſt ut maxime ſummarium illud præceptum arripiamus, & nihil ſpeciatim ſoliciti ſimus, neq; quicq̃ ſpeciatim precemur, ſed ſolum regnū dei iuxta domini ſermonem quæramus. Si uero de unaquaque re neceſſaria ſolicite cogitauerimus, debemus etiā de unaquaq; conſequenda preces ad deum fundere. Quicūq; enim ſine deprecatione aliquid facit aut ſollicito animo cogitat, ille nullam proſperitatē ſentiet. Et hoc eſt quod dixit dominus: Sine me nihil poteſtis facere.

Fallentem præceptum de faciendis precationibus abſurdiores inobedientiæ excipient, altera alteri tanquā uinctum alterius uicibus tranſmittentes.

Qui inſtantes huius uitæ moleſtias ac tribulationes futurorū bonorum expectatione ſuſcipit, ueram cognitionem inuenit, & ab iracūdia atq; triſtitia ſtatim liberabitur.

Qui paſſionū moleſtiam et ignominiam pro ueritate eligit, ille apoſtolicā uiam ſubit lata in humeros cruce & uinctus catena ambulat. Qui uero citra hæc duo cordi morem gerere uoluerit, errat ſecundū animū, & incidit in tentationes & laqueos diaboli.

Neq; qui aduerſus malas cogitationes ſine cauſis, neq; qui aduerſus cauſas, ſine cogitationib. pugnat unquam uincit. Vno enim tantum profligato non multo poſt per alterum in utrunque rapimur.

Qui metu uexationis & contumeliæ pugnat cum hominibus, ille aut in hac uita per impreſſiones abundantius uexabitur, aut in futuro ſeculo immiſericorditer punieẽ.

Qui omnium malorum impetum & impreſſionem excludere uoluerit, debet precationibus Deo commendare ſua negotia, & ſpem quæ in illum eſt, animo apprehendere, curam uero rerum ſenſibiliū pro uirili contemnere.

Cum diabolus hominē inuenerit ſine neceſſitate negotijs corporalibus uacantem, primum quidem rapit ipſius cognitionis ſpolia, deinde ſpem quam in deum habet, ueluti caput amputat.

Εἴποτε λάβοις καθαρᾶς προσευχῆς ὀχυρὸν τόπον, τὴν γνῶσιν τῶν πραγμάτων ἀναδιδομένην παρὰ τοῦ ἐχθροῦ ἐν τῷ καιρῷ, μὴ καταδέξῃ. ἵνα τὸ μεῖζον μὴ ἀπολέσῃς. κρεῖσσον γὰρ τοῖς τῆς προσευχῆς βέλεσι κατατοξεύειν αὐτὸν κατὰ τόπον συγκεκλεισμένον, ἢ προσομιλεῖν αὐτῷ τὰ σκῦλα προσφέροντι καὶ ἀποσπᾶν ἡμᾶς τῆς κατ' αὐτοῦ δεήσεως μηχανωμένῳ.

Ἡ τῶν πραγμάτων χώρα, ἐν καιρῷ πειρασμοῦ καὶ ἀκηδίας, ὠφελεῖ τὸν ἄνθρωπον, ἐν καιρῷ δὲ καθαρᾶς προσευχῆς, καταβλάπτειν εἴωθε.

Διδάσκειν ἐν κυρίῳ λαχὼν καὶ παρακουόμενος, θλίβου νοερῶς καὶ μὴ ταράσσου προφανῶς. θλιβόμενος γὰρ, οὐ συγκατακριθήσῃ τῷ παρακούοντι. ταρασσόμενος δὲ, ἐν τῷ αὐτῷ πράγματι πειρασθήσῃ.

Ἐν καιρῷ δ' ὑφηγήσεως, μὴ κρύψῃς τὰ τοῖς παροῦσι προσήκοντα. τὰ μὲν εὐπρεπῆ, σαφεστέρως. τὰ δὲ σκληρὰ, αἰνιγματωδῶς διηγούμενος. τῷ ἐν ὑποταγῇ σου μὴ ὄντι, σφάλμα μὴ προσενέγκῃς εἰς πρόσωπον. ἐξουσίας γὰρ ἀπόδειξις μᾶλλον ἢ συμβουλίας ἐστί.

Τὰ πληθυντικῶς γινόμενα, γίνεται πᾶσιν ὠφέλιμα. ἑκάστῳ τὰ ἴδια, κατὰ συνείδησιν ἐμφανίζονται.

Ὁ λαλῶν ὀρθῶς, ὀφείλει καὶ αὐτὸς ὡς παρὰ θεοῦ λαμβάνειν τὰ ῥήματα, ἡ γὰρ ἀλήθεια, οὐ τοῦ λαλοῦντός ἐστιν, ἀλλὰ τοῦ ἐνεργοῦντος θεοῦ.

Παρ' ὧν οὐκ ἔχεις ὁμολογίαν ὑποταγῆς, μὴ φιλονείκει ἀνθιστάμενος τῇ ἀληθείᾳ, ἵνα μὴ μῖσος ἐγείρῃς κατὰ τὴν θείαν γραφήν.

Ὁ ὑποτακτικῷ ὅπου οὐ δεῖ ἀντιλέγοντι παραχωρῶν, πλανᾷ αὐτὸν ἐν ἐκείνῳ τῷ πράγματι, καὶ τὰς συνθήκας τῆς ὑποταγῆς, ἀθετεῖν παρασκευάζει.

Ὁ φόβῳ θεοῦ νομοθετῶν ἢ παιδεύων τὸν ἁμαρτάνοντα, τὴν ἐναντιουμένην τῷ σφάλματι ἀρετὴν, ἑαυτῷ περιποιεῖται.

Ὁ δὲ μνησικακῶν καὶ κακοθελῶς ὀνειδίζων, τῷ ὁμοίῳ πάθει κατὰ τὸν πνευματικὸν περιπίπτει νόμον.

Ὁ καλῶς μαθὼν τὸν νόμον, φοβεῖται τὸν νομοθέτην, καὶ ἐλπίζων ἐπ' αὐτῷ, ἐκκλίνει ἀπὸ παντὸς κακοῦ.

Μὴ γίνου δίγλωσσος ἑτέρως μὲν τῷ λόγῳ. ἑτέρως δὲ τῇ συνειδήσει δεικνύμενος, τὸν γὰρ τοιοῦτον ἡ γραφὴ, ὑπὸ κατάρας ἵστησιν.

Ἔστιν ὁ ἀλήθειαν λέγων καὶ ὑπὸ ἀφρόνων μισούμενος, κατὰ τὸν ἀπόστολον, καὶ ἔστιν ὁ ὑποκρινόμενος, καὶ διὰ τοῦτο ἀγαπώμενος, ὅμως οὐδέτερον τῶν ἀνταποδόσεων τούτων, πολυχρόνιον γίνεται, διότι ὁ κύριος ἐν ἰδίῳ καιρῷ, ἑκάστῳ τὸ δέον ἀνταποδίδωσιν.

Si quando puræ præcationis tutum locū inueneris, rerū cognitionem quam tibi inimicus ſuggerit in tempore caue ſuſcipias, ne id quod maius eſt amittas. Præſtabilius enim eſt præcationis iaculis iaculari ipſum in loco concluſo, quam cõuerſationem cū illo habere exuuia afferente, & nos à præcādi ſedulitate quæ aduerſus illum fit abſtrahere moliente.

Locus rerum aut negotiorum tempore tentationis & ſocordiæ iuuat hominem. Tempore uero puræ præcationis conſueuit lædere.

Si docendi prouinciam aſſequutus es in domino, & obaudiendo negligeris, mente fac affligaris, neq; tamē aperte perturberis. Cum enim affligeris, nequaquam cum obaudiente damnaris, porro ſi perturbaris, ea dem re tentaberis.

Quo tempore tibi aliquid exponendum fuerit, ne uelis præſentes quæ dictu & auditu conſentanea ſunt clam habere. Et ea quidem quæ honeſta & decora ſunt manifeſtius, quæ uero dura & obſcura per ambages exponens.

Ei qui tibi ſubiectus non eſt, errorem ne exporbres in faciem. Hoc enim poteſtatis magis quam conſilij argumentum eſſet.

Quæ in communi fiunt pro pluribus, omnibus fiunt utilia. Vnicuiq; propria ſecundum ſcientiam apparent.

Qui recte loquitur, iuuat & ipſe alios, tā quam à deo uerba ſumit. Etenim ueritas nō loquentis ſed operantis dei eſt.

A quibus obedientiæ confeſſionem non habes, ne contentioſe repugnes ueritati reſiſtēs, ne quod odium aduerſus ſcripturam ſacram importunitate tua exuſcites.

Qui ſubdito cōtradicenti ubi non oportet ceſſerit, ea in re ſeducit illum, & obediētiæ fœdera obijcit contemptui.

Qui timore dei legem condit, aut peccātem caſtigat, contrariam errori uirtutem, ſibi ipſi uendicat atq; conciliat. Qui uero iniuriarū memor eſt & malicioſe exprobrat, in eundem affectum ſecundum legem ſpiritualem incidit.

Qui probe legem perdidicit, timet legislatorem, & ſperans in eundem ab omni malo declinat.

Ne fias bilinguis, aliter quidem ſermone, aliter uero conſcientia temet oſtentans. Eiuſmodi enim hominem ſcriptura ſub maledictione ſtatuit.

Eſt qui ueritatem dicit, & ab inſipientibus habetur odio ſecundum Apoſtolum. Et eſt qui ſimulat, & propter hoc amatur. Attamen neutrum horū retributionis diurnum erit. Quoniam dominus ſuo tempore unicuiq; ut oportet retribuet.

Oτὰ

Ὁ τὰ μέλλοντα μοχθηρὰ ἀναιρεῖν βουλόμενος, ὀφείλει τὰ ἐνεστῶτα ἡδέως ὑποφέρειν. οὕτω γὰρ νοερῶς συναλλάσσων πράγματι, διὰ μικρῶν ὀδυνῶν μεγάλας ἐκφεύξεται.

Ἀσφάλισαι λόγον ἀπὸ καυχήσεως, καὶ λογισμὸν ἀπὸ οἰήσεως. ἵνα μὴ παραχωρηθεὶς, πράξῃς τὰ ἐναντία. οὐ γὰρ δι' ἀνθρώπου μόνον τελεσιουργεῖται τὸ ἀγαθόν. ἀλλὰ τοῦ παντεπόπτου θεοῦ.

Ὁ παντεπόπτης θεὸς ὥσπερ τοῖς ἔργοις ἡμῶν ἀξίας ἐπιφορὰς ἀπένειμεν, οὕτω καὶ τοῖς λογισμοῖς καὶ τοῖς ἑκουσίοις νοήμασιν.

Οἱ ἀκούσιοι λογισμοὶ, ἐκ προλαβούσης ἁμαρτίας ἀναφύονται. οἱ δὲ ἑκούσιοι, ἐκ τοῦ αὐτεξουσίου θελήματος. ὅθεν αἴτιοι εὑρίσκονται τῶν προτέρων οἱ δεύτεροι.

Ταῖς μὲν παρὰ πρόθεσιν κακαῖς ἐννοίαις, λύπη παρέπεται. διὸ καὶ συντόμως ἀφανίζονται. ταῖς δὲ κατὰ πρόθεσιν, χαρά, ὅθεν καὶ δυσαπάλλακτοι γίνονται.

Ὁ φιλήδονος λυπεῖται ἐν ψόγοις καὶ κακοπαθείαις. ὁ δὲ φιλόθεος, ἐν ἐπαίνοις καὶ πλεονεξίαις.

Ὁ μὴ γνώσκων τὰ κρίματα τοῦ θεοῦ, ἀμφίκρημνον ὁδὸν κατὰ νοῦν διαβαίνει, καὶ ὑπὸ παντὸς ἀνέμου ῥαδίως ἀναρριπτεῖται. ἐπαινούμενος γαυριᾷ, καὶ ψεγόμενος ὑποπικραίνεται, εὐωχούμενος ἀσελγαίνει, καὶ κακοπαθῶν, ἀποδύρεται. συνιῶν φαντιᾷ, καὶ μὴ νοῶν σχηματίζεται, πλουτῶν ἀλαζονεύεται, καὶ πτωχεύων, ὑποκρίνεται, κορεσθεὶς θρασύνεται, καὶ νηστεύων κενοδοξεῖ. τοῖς ἐλέγχουσι φιλονεικεῖ, καὶ τοῖς συγγνώμην αὐτῷ ἀπονέμουσιν ἐφυβρίζει. ἐὰν μήτε οὖν κατὰ χάριν Χριστοῦ γνῶσιν ἀληθείας καὶ φόβον θεοῦ αἰτήσηται, οὐ μόνον ἐκ τῶν παθῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν συμβάσεων, χαλεπῶς τραυματίζεται.

Ὅταν λῦσαι θέλῃς πρᾶγμα συμπεπλεγμένον, ζήτει ἐπ' αὐτοῦ τί τῷ θεῷ ἀρέσκει. καὶ εὑρήσεις τὴν λύσιν αὐτοῦ ἐπωφελῆ.

Ἐν οἷς ἂν πράγμασιν εὐδοκῇ ὁ θεὸς, ἐν τούτοις καὶ πᾶσα ἡ κτίσις ὑπηρετεῖ. ἐν οἷς δὲ ἂν αὐτὸς ἀποστρέφηται, ὁμοίως καὶ ἡ κτίσις ἀντιτάσσεται.

Ὁ ἀντιτασσόμενος ταῖς σκυθρωπαῖς ἐπιφοραῖς, οὐκ οἶδεν ἀντιμάχεται τῇ κελεύσει τοῦ θεοῦ. ὁ δὲ καταδεχόμενος αὐτὰς μετὰ γνώσεως ἀληθοῦς, οὗτος κατὰ τὴν γραφὴν ὑπομένει τὸν κύριον.

Πειρασμοῦ ἐπελθόντος, μὴ ζήτει διατί, ἢ διὰ τίνος ἐλήλυθεν. ἀλλ' ὅπως ἂν αὐτὸν εὐχαρίστως καὶ ἀμνησικάκως ὑπομείνῃς.

Ἀλλότριον κακὸν, οὐ προστίθησιν ἁμαρτίαν. ἐὰν μὴ ἡμεῖς αὐτὸ, κακαῖς παραδεξώμεθα ἐννοίαις.

Qui futuras tribulationes tollere uoluerit, ille præsentes debet iucunde & libenter perpeti. Ita enim mente assuescens rei, modicis dolorib. et molestijs magnas effugiet.

Fac munias linguam tuam à iactantia & cogitationem ab opinione, ne cum cesseris diuersa facias. Neque enim ex homine solo bonum perficitur, sed omnia uidente deo.

Omnia uidens deus quemadmodum operibus nostris digna additamenta suppeditat, sic etiam cogitationibus & uoluntarijs consilijs.

Nō uoluntariæ cogitationes ex anteuertente peccato nascuntur, cæterum uoluntariæ ex uoluntate per se existente. Vnde noxiæ inueniunt præ primis posteriores. Malas cogitationes præter propositum contingentes tristitia subsequitur, quapropter etiam breui momento euanescunt. At quæ sunt iuxta propositum, gaudiū, unde fit ut etiam difficulter queant abijci.

Voluptatis studiosus & amans in reprehensionibus & uexationibus tristitia afficitur. Porro homo pius in laudibus & abundantia, cui nō sunt explorata iudicia dei periculosam & præcipitem uiam iuxta mentē ambulat, & à quouis uento facile mouetur & impellitur. Si laudatur iactabundus insolescit, si reprehenditur, irritatur. Cōuiuium agitans, lasciuit ebrius. Si uexatur malis, lamentatur. Intelligens effertur ostētatione, non intelligens, simulat. Abūdans opibus, arroganter superbit, mendicum agens, opes domi simulat. Saturatus, ferocit, & ieiunans inani seruit gloriæ. Cum reprehendētibus contendit, & his qui illi largiuntur ueniam tanquam stultis petulāter iniuriosus est. Itaque si non secundum gratiam Christi ueritatis cognitionem, & dei timorem postulauerit, nō tantum ab adfectionibus, sed etiam ab accidentibus grauiter uulneratur.

Quādo causam aut negotium aliquod intricatum soluere animo decreueris, primū fac in eo quæras quod deo placet, atque ita eius negotij cōmodam solutionē inuenies.

In quibus rebus Deus complacitum habuerit, in illis etiam omnis creatura subseruit. Quæ uero ille auersatur, similiter in illis & omnis creatura reluctatur.

Qui repugnat semet opponens tristibus aduersitatibus, ille nesciens repugnat dei imperio. Qui autem easdem suscipit, uera cognitione ille secūdum scripturam suffert dominū.

Tentatione ueniente ne quæras quare aut per quem uenerit, uerum ut eandem gratanter & sine iniuriarum recordatione perferas memento.

Alienum malum non addit peccatum, si nos illud malis cogitationibus non susceperimus.

Εἰ οὐκ ἔστι ῥᾳδίως εὑρεῖν τὸν ἐκτὸς πειρασμοῦ εὐαρεστήσαντα, εὐχαριστεῖν δεῖ τῷ θεῷ ἐπὶ πᾶσι συμβᾶσι.

Εἰ μὴ νυκτερινῆς ἐπέτυχεν ὁ πέτρος, οὐκ ἂν τῆς ἡμερινῆς ἐπέτυχε, καὶ εἰ μὴ αἰσθητῶς ἐτυφλοῦτο ὁ παῦλος, οὐκ ἂν πνευματικῶς ἀνέβλεψε, καὶ εἰ μὴ ὡς βλάσφημος ἐσυκοφαντεῖτο ὁ στέφανος, οὐκ ἂν τῶν οὐρανῶν αὐτῷ ἀνοιχθέντων, τὸν κύριον ἐθεάσατο.

Ὥσπερ ἡ κατὰ θεὸν ἐργασία ἀρετὴ λέγεται, οὕτως ἡ παρὰ προσδοκίαν θλῖψις, περισπασμὸς λέγεται.

Ὁ θεὸς τὸν ἀβραὰμ ἐπείραζε. τουτέστι πρὸς τὸ συμφέρον ἔθλιβεν. οὐχ ἵνα μάθῃ ὁ ποῖος ἦν, ἀλλ' ὅπως ἀφορμὰς αὐτῷ παράσχῃ τῆς τελείας πίστεως.

Πᾶσα θλῖψις, ἐλέγχει τὴν ῥοπὴν τοῦ θελήματος. εἴτε εἰς δεξιὰ ῥέπει, εἴτε ἀριστερά. διὰ τοῦτο ἡ συμβατικὴ θλῖψις, πειρασμὸς ὀνομάζεται, τῷ μετόχῳ πεῖραν τῶν κεκρυμμένων θελημάτων παρέχουσα.

Φόβος θεοῦ, ἀναγκάζει ἡμᾶς πολεμεῖν τῇ κακίᾳ. ἡμῶν δὲ πολεμούντων, ὁ κύριος ἀναιρεῖ αὐτήν.

Σοφία ἐστὶν, οὐ μόνον διὰ φυσικῆς ἀκολουθίας εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπομένειν ὡς ἰδίαν τὴν τῶν ἀδικούντων τιμωρίαν. οἱ μὲν γὰρ τοῦ προτέρου ἐναπομείναντες, πρὸς ὑπερηφανίαν ἀνεπάρθησαν. οἱ δὲ ἐπὶ τὴν δευτέραν φθάσαντες, ταπεινοφροσύνην ἐκτήσαντο.

Εἰ βούλει μὴ ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ πονηρῶν λογισμῶν, ἐξουδένωσιν ψυχῆς καὶ θλῖψιν σαρκὸς ὑποδέχου, καὶ τοῦτο οὐ μερικῶς. ἀλλ' ἐν παντὶ τόπῳ καὶ καιρῷ καὶ πράγματι.

Ὁ τοῖς θλιβεροῖς ἑκουσίως ἐμπαιδευόμενος, ὑπὸ τῶν ἀκουσίων λογισμῶν, οὐ καταδέχεται. ὁ δὲ τὰ πρῶτα μὴ καταδεχόμενος, ὑπὸ τῶν δευτέρων καὶ μὴ καταδεχόμενος, αἰχμαλωτίζεται.

Ὅταν ἀδικουμένου σου σκληρυνθῶσι τὰ σπλάγχνα καὶ ἡ καρδία, μὴ λυποῦ. ὅτι οἰκονομικῶς ἐκινήθη τὸ προκείμενον, ἀλλὰ χαίρων, ἀνέζαπτε τοὺς ἐπανακύπτοντας λογισμούς. εἰδὼς ὅτι τούτων ἐκ προσβολῆς ἀναιρουμένων, κἀκεῖνα μετὰ τὴν κίνησιν ἀναιρεῖσθαι πέφυκε. τῶν λογισμῶν ἐνδελεχούντων, κἀκεῖνα προσθήκην λαμβάνειν εἴωθεν.

Ἐκτὸς συντριμμοῦ καρδίας, ἀδύνατον καθόλου ἀπαλλαγῆναι κακίας. συντρίβει δὲ καρδίαν, ἡ τριμερὴς ἐγκράτεια. ὕπνου λέγω καὶ τροφῆς, καὶ σωματικῆς ἀνέσεως. ἡ δὲ περὶ τούτων περισσεία, ἡδυπάθειαν ἐντίθησιν, ἡ ἡδυπάθεια δὲ, τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς παραδέχεται. ἀντίκειται δὲ καὶ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ προσηκούσῃ διακονίᾳ.

Si non facile inuenire licet eum qui fine tentationibus placuerit, gratiæ deo agēdæ sunt in omnibus quæcunque nobis acciderint.

Nisi nocturnā assecutus esset Petrus, neque diurnam assequutus esset, et nisi corporaliter excœcatus fuisset Paulus, nunquam spiritualiter uisum recepisset. Et nisi ut blasphemus sycophantice accusatus fuisset Stephanus, nequaquam apertis cœlis Christū uidisset.

Quemadmodum operatio secundū deū uirtus dicitur, sic præter expectationem afflictio uocatur distractio.

Deus tētauit Abrahamum hoc est ad utilitatem eius afflixit, nō ut disceret qualis esset, sed ut perfectæ fidei occasiones illi suppeditaret.

Omnis afflictio arguit momētum seu inclinationem uoluntatis, siue in dexterā uergat siue in sinistram. Quapropter accidens tribulatio uocatur tentatio occultarum uoluntatum experientiam participi exhibēs.

Timor dei cogit nos pugnare aduersus animi prauitatem atque malitiam, nobis autem pugnantibus Dominus illam destruit.

Sapientia est non solum per naturalem consequentiam nosse ueritatem, sed perferre tanquam proprium hominum iniuria afficientium supplicium. Nam qui in priori persistunt, efferuntur superbia. At qui ad secundum quoque peruenerunt, humilitatē consecuti sunt.

Quod si nolueris à prauis cogitationibus ad ullum opus impelli, contemptum uitæ & carnis tribulationem suscipe. Et hoc non particulariter, sed in omni loco & tempore & negotio.

Qui afflictionibus animo uoluntario castigatur, ab inuitis cogitationibus nequaquam suscipitur. At qui prima non suscipit à posterioribus tametsi non suscipitur, capitur.

Cum iniuria affectus cor & uiscera indurauerint, ne perturberis, quoniam rectè commotum est propositum, sed gaudens auerte prorumpentes & prospicientes cogitationes. Sciens quod si has sine impressione sustuleris, & illa post motum tolli solere. At cogitationibus assidue mouētibus et illa augmentum accipere consueuerunt.

Sine corde contrito, impossibile est omnino liberari à malitia & uitiis. Conterit autem cor tripartita temperantia, somni dico & cibi & corporalis licentiæ. Cæterum horum excessus & abundantia uoluptatem generat.

Voluptas autem prauas cogitationes ingerit, repugnat uero præcationi & conuenienti cogitationi.

κελεύειν

Κελεύειν ἀδελφοῖς λαχὼν φύλαττε τὴν τάξιν σου, καὶ μὴ διὰ τοὺς ἀντιλέγοντας, παρασιωπήσῃς τὰ δέοντα. ἐν οἷς μὲν γὰρ ὑπακούσουσι μισθὸν ἕξεις ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς, ἐν οἷς δὲ παρακούσουσι, πάντως ἀφήσεις αὐτοῖς, καὶ λήψῃ τὰ ἴσα παρὰ τοῦ εἰρηκότος, ἀφίετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν.

Πανηγύρει ἔοικε πᾶσα σύμβασις. ὁ εἰδὼς πραγματεύεσθαι κερδαίνει πολλά, ὁ δὲ μὴ εἰδώς, ζημίας ὑποφέρει.

Τὸν ἀπὸ ἑνὸς λόγου μὴ ὑπακούοντα, μὴ βιάζου μετὰ φιλονεικίας. ἀλλὰ τὸ κέρδος ὃ ἀπέβαλεν ἐκεῖνος συμπεριποίησαι σεαυτῷ. πλεῖον γάρ σε τῆς ἐκείνου διορθώσεως ὠφελήσει ἡ σὴ ἀνεξικακία.

Ὅταν ἡ τοῦ ἑνὸς βλάβη εἰς τοὺς πολλοὺς διατρέχῃ, τότε οὐ δεῖ μακροθυμεῖν. οὔτε ζητεῖν τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον. ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν ἵνα σωθῶμεν. διότι τῆς μονομεροῦς ἀρετῆς ἡ πολυμερὴς ὠφελιμωτέρα τυγχάνει.

Ὥσπερ λέαινα δαμάλει φιλικῶς οὐ προσίεται, οὕτως ἀναισχυντία τὴν κατὰ θεὸν λύπην, εὐμενῶς οὐ παραδέχεται.

Ὥσπερ λύκῳ πρόβατον οὐ συνέρχεται εἰς τεκνογονίαν, οὕτως οὔτε κόρῳ πόνος καρδιακὸς, εἰς κύησιν ἀρετῶν.

Οὐδεὶς δύναται πόνον καὶ λύπην κατὰ θεὸν ἔχειν. ἐὰν μὴ πρότερον καὶ τούτων τὰς αἰτίας ἀγαπήσῃ.

Φόβος καὶ ἔλεγχος, εἰσδέχονται λύπην. ἐγκράτεια δὲ καὶ ἀγρυπνία προσομιλοῦσι πόνῳ.

Ὁ γραφικαῖς ἐντολαῖς μὴ παιδευόμενος, τῇ μάστιγι τοῦ ἵππου, καὶ ὑπὸ κέντρῳ τοῦ ὄνου ἐλαθήσεται· καὶ ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ, τὰς σιαγόνας ἀχθήσεται.

Ὁ ὑπὸ τῶν μικρῶν εὐχερῶς νικώμενος, καὶ τοῖς μεγάλοις ἐξ ἀνάγκης δεδούλωται. ὁ δὲ τούτων καταφρονῶν, ἐν τοῖς μεγάλοις ἐν κυρίῳ ἀντιτάσσεται.

Μὴ πειρῶ ἐλέγχων ὠφελεῖν τὸν ἐν ἀρεταῖς καυχώμενον. διότι ὁ αὐτὸς καὶ φιλένδειξις καὶ φιλαλήθης εἶναι οὐ δύναται.

Πᾶν ῥῆμα χριστοῦ, ἔλεον καὶ δικαιοσύνην καὶ σοφίαν ἐμφαίνει θεοῦ, καὶ τὴν τούτων δύναμιν, διὰ τῆς ἀκοῆς ἐμβάλλει τοῖς ἡδέως ἀκούουσιν. ὅθεν οἱ ἀνελεήμονες καὶ ἄδικοι ἀηδῶς ἀκούοντες, τὴν τοῦ θεοῦ σοφίαν γνῶναι οὐκ ἠδυνήθησαν, ἀλλὰ καὶ λαλοῦντες ἐσταύρωσαν, καὶ ἡμεῖς οὖν, ἴδωμεν εἰ ἡδέως αὐτοῦ ἀκούομεν. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, ὁ ἀγαπῶν με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσει, καὶ ἀγαπηθήσεται

Cum fratribus præcipiendi prouinciam nactus es, custodi ordinem tuũ, et caue ne propter contradicentes ea quæ decent silẽtio dissimulata prętereas. Etenim in quibus obtẽperauerint, præmiũ habebis propter ipsorũ uirtutes. In quibus uero minus morem gesserint, remittes eis concessa uenia, et accipies paria ab eo qui dixit, remittite et remittetur uobis.

Nundinis seu populoso conuentui simile est omne quod nobis accidit. Qui nouerit uti foro, multa lucratur, qui uero minus nouerit, damno afficitur.

Eum qui uno sermone nõ statim obtemperat, ne contentiose cogas, sed lucrũ quod obtulit tibi ipsi uendica, plus enim ex eius emendatione, quam tua clementia utilitatis capies.

Cum unius detrimentum in multos percurrens diffunditur, tunc nõ oportet esse lõganimem, neq; quærenda est sua ipsius utilitas, sed multorum, ut seruemur. Quoniam unius uirtute multorum uirtus potior est atque præstantior. Si quis in quodcunq; peccatum inciderit, neq; lapsu peccati cõturbatur, haud difficulter idem reie iterũ incidit.

Sicut leæna iuuencam amico non accedit animo, ita neq; impudentia tristitiã quæ secundũ deũ est beneuole & libẽter accipit.

Quemadmodum ouis cum lupo procreandæ sobolis gratia nullam conuersationẽ contrahit, ita neq; cum satietate labor cordialis procreandarum uirtutum gratia ullã coniunctionem copulat.

Nemo laborem & tristitiam secundum deum habere potest, nisi prius harum caussas amauerit.

Metus & redargutio tristitiam suscipiũt, temperantia autem & uigilia cũ labore habent commertium.

Qui præceptis scripturæ non docet, aut castigatur, equi flagello & asini stimulo impellendus est. Et in chamo ac freno maxilla eius constringenda est.

Qui à paruis tentationibus facile uincit, etiam à magnis necessario in captiuitatem subigitur. Qui uero illas contempserit, etiam maioribus Domini auxilio repugnat.

Ne tentes redarguendo iuuare hominem uirtutũ suarum iactabundum ostentatorem, propterea quod monitorum impatiens est, & ueritatis amator esse nequeat.

Omne uerbum Christi misericordiam & iustitiam & sapientiam dei ostendit. Et harũ uirtutem per auditum inijcit iucunde audientibus.

Vnde immisericordes & iniusti, non libenter audientes dei sapientiam cognoscere nõ potuerunt, quinetiam loquentes crucifixerunt. Nobis igitur uidendum est, num libenter ipsum audimus. Ipse enim dicit, qui diligit me, præcepta mea scripta seruabit, &

ὑπὸ τοῦ πατρός μου. κἀγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν. Βλέπεις πῶς τὴν ἑαυτοῦ ἐμφάνειαν ἐν ταῖς ἐντολαῖς ἐνέκρυψε.

Πασῶν τῶν ἐντολῶν ἐστὶ περιεκτικωτάτη, ἡ εἰς θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπη. ἥτις ἐκ τοῦ τῶν ὑλῶν ἀποχῆς καὶ τοῦ τῶν λογισμῶν ἡσυχίας συνίσταται. τοῦτο εἰδὼς ὁ κύριος, παραγγέλλει ἡμῖν λέγων. μὴ μεριμνήσητε περὶ τοῦ αὔριον, καὶ εἰκότως. ὁ γὰρ τῶν ὑλῶν καὶ τοῦ μερίμνης αὐτῶν μὴ ἀπαλλαγεὶς, τῶν πονηρῶν λογισμῶν, πῶς ἀπαλλαγήσεται. ὁ δὲ τοῖς λογισμοῖς περιεχόμενος, πῶς ἂν ἴδοι, τὴν ὑπὸ τούτων καλυπτομένην ἁμαρτίαν ἐνυπόστατον, ἥτις ἐστὶ, σκότος καὶ ὁμίχλη ψυχῆς.

Ἐξ ἐννοιῶν πονηρῶν καὶ λόγων καὶ πράξεων ἐμπεσοῦσα, τοῦ μὲν διαβόλου διὰ προσβολῆς ἀβιάστου πειράζοντος, καὶ τὴν ἀρχὴν ὑποδεικνύοντος. τοῦ δὲ ἀνθρώπου, διὰ φιληδονίαν καὶ κενοδοξίαν, ἡδέως προσομιλήσαντος. εἰ γὰρ καὶ κατὰ διάκρισιν οὐκ ἐβούλετο, ἀλλὰ κατ᾽ ἐνέργειαν, ἐδύνατο καὶ παρεδέχετο. ὁ δὲ ταύτην μὴ θεασάμενος τὴν περιεκτικὴν ἁμαρτίαν, πότε ἂν δεηθείη περὶ αὐτοῦ καθαρισθήσεσθαι. ὁ δὲ μὴ καθαρισθεὶς, πῶς ἂν εὕροι τὸν τόπον τοῦ καθαρᾶς φύσεως. ὁ δὲ τοῦτο μὴ εὑρὼν πῶς ἂν ἴδοι τὸν ἐνδότερον οἶκον τοῦ χριστοῦ. εἴπερ οἶκος τοῦ θεοῦ ἐσμὲν, κατὰ τὸν προφητικὸν καὶ εὐαγγελικὸν καὶ ἀποστολικὸν λόγον. χρὴ οὖν διὰ τοῦ τῶν προειρημένων ἀκολουθίας ζητῆσαι τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ διὰ προσευχῆς παραμένοντας, κρούειν. ὅπως ἢ ὧδε ἢ ἐν τῇ ἐξόδῳ ἀνοίξῃ ἡμῖν ὁ οἰκοδεσπότης, καὶ ἀμελὴ εἴποι. οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ. οὐ μόνον δὲ ὀφείλομεν αἰτήσασθαι καὶ λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ δοθὲν φυλάξαι.

Εἰσὶ γάρ τινες καὶ μετὰ τὸ λαβεῖν, ἀπολέσαντες, διὸ τῶν προειρημένων πραγμάτων, ψιλὴν μὲν τὴν γνῶσιν ἢ καὶ συμβατικὴν πεῖραν, ἴσως καὶ ὀψιμαθεῖς καὶ νέοι κατέχουσι, τὴν δὲ μεθ᾽ ὑπομονῆς παράμονον ἐργασίαν, μόλις τῶν γερόντων οἱ εὐλαβεῖς καὶ πολύπειροι. οἱ πολλάκις αὐτὴν δι᾽ ἀπροσεξίας ἀπολέσαντες, καὶ δι᾽ ἑκουσίου πόνου ἀναζητοῦντες καὶ εὑρίσκοντες. τοῦτο οὖν ποιεῖν καὶ ἡμεῖς μὴ παυσώμεθα, ἕως αὐτὴν ἀναφαίρετον καθ᾽ ἐκείνους κτησώμεθα.

Ταῦτα τοῦ πνευματικοῦ νόμου ἐκ πολλῶν, ὀλίγα ἐγνώκαμεν τὰ δικαιώματα ἃ καὶ ὁ μέγας ψαλμῳδὸς ὑφηγεῖται, τοῦ μαθεῖν αὐτὰ καὶ ποιεῖν τοὺς συνετῶς ψάλλοντας ἐν κυρίῳ, αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Τέλος τῶν τοῦ μακαρίου κεφαλαίων Μάρκου.

diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Vides, quomodo ſui ipſius manifeſtationem in præceptis abſconderit.

Ex omnibus præceptis non aliud plura complectitur, quam charitatis quę eſt erga deum & proximum. Hæc ex rerum naturalium abſtinentia & cogitationũ quiete conſtat et ſubſiſtit. Hoc cum non ignoraſſet dominus, præcepit nobis dicens: ne ſoliciti ſitis de craſtino, & iuſte quidem, nam qui à rebus materialibus ſolicitudine ſua liberatus non eſt, à prauis cogitationibus quomodo liberabitur? porro qui cogitationibus detinetur, quomodo uidere poſſit peccatum in illis abſconditum, aut quæ ſint tenebræ & caligo animæ.

Quæ prauis cogitationibus & ſermonibus & operibus incidit, partim quidem diabolo uiolento incurſu tentante, & principium commonſtrante, partim uero homine ſtudio uoluptatis & ambitione iucunde cõuerſante. Etenim, ſi ſecundum dijudicationem non uoluit, ſecundum tamẽ operationem potuit & ſuſcepit. Cęterum qui hoc tã late patens peccatũ non animaduertit, quãdo tamen precatur, ut ab illius cõtagio perpurgetur. At ab illo nõdum purgatus, quomodo purę naturæ locum inueniret. Porro, qui hunc non inuenerit, quomodo interiorem Chriſti domum perſpiceret. Siquidem domus dei ſumus iuxta Propheticũ & Euãgelicum, & Apoſtolicũ ſermonem. Oportet itaq; iuxta prædictorum cõſequentiam, eiuſmodi domum quærere, & precãdo perſeuerantes pulſare, ut aut hic, aut in exitu aperiat nobis paterfamilias, & non dicat, neſcio unde uos eſtis. Non autem ſolum debemus petere & accipere, ſed etiam quod datum eſt ſeruare.

Sunt enim quidam, qui quod acceperunt, amittunt. Quapropter prædictarum rerum nudam cognitionem & accidentem experiẽtiam fortaſſe etiam qui tardo ſunt ad diſcendum ingenio, & iuuenes apprehendũt & amplectuntur, operationem uero cũ perſeuerantia conſiſtentem uix è ſenibus qui religioſi habentur & multa ornati experientia. Qui non raro ipſam amiſerunt ſua negligentia, et uoluntarijs laboribus eandem iterum quæſiuerunt & inuenerunt. Itaq; hoc ipſum nec nos facere deſiſtamus, donec illam ita in noſtra poteſtate poſſideamus ut à nobis auferri nequeat amplius.

Hæc quidem de lege ſpirituali ex multis pauca ſtatuta nouimus, quæ etiam à magno Pſalmiſta percenſentur, ut ea perdiſcant et faciant, qui cum aliqua intelligentia pſallant in domino. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

FINIS.

Philonis

PHILONIS IVDAEI
Antiquitatum biblicarum
liber incerto interprete.



INitio mundi Adam genuit tres filios, & unam filiam, Cain, Noaba, Abel, & Seth. Et uixit Adam, postquam genuit Seth, annos DCC. & genuit filios duodecim, & filias octo. Et hæc sunt nomina uirorum, Aeliseel, Suris, Aelamiel, Brabal, Naat, Harama, Zasam, Maathal, & Anath. Et hæ filiæ eius, Phua, Iectas, Arebica, Siphatecia, Sabaasin. Et uixit Seth annos CV. & genuit Enos. Et uixit Seth, postq̃ genuit Enos annos DCCVII. & genuit filios tres, & filias tres. Et hęc sunt nomina filiorum eius, Elidia, Phonna, & Matha: Filiarum uero, Malida, & Thila. Et uixit Enos annos CLXXX., & genuit Cainan. Et uixit Enos, postquam genuit Cainã, annos DCCXV. & genuit filios duos, & filiã. Et hæc sunt nomina filiorũ eius, Phoẽ, Thaal: Filiæ autem, Catennath. Et uixit Cainan annos DXX. & genuit Malalech. Et uixit Cainan, postquam genuit Malalech, annos DCCXXX. & genuit tres filios, et duas filias. Et hæc sunt nomina uirorum, Athac, Socer, Lopha. Et nomina filiarum, Ana, & Leua. Et uixit Malalech annos CLXV. & procreauit Iareth. Et uixit Malalech, postquam procreauit Iareth, annos DCCXXX. et genuit filios septem, & filias quinq;. Et hæc sunt nomina uirorum, Leta, Mata, Cechar, Melie, Suriel, Lodo, Otim. Et hæc sunt nomina filiarum eius, Ada, & Noa, Iebal, Mada, Sella. Et uixit Iareth annos CLXXII. & genuit Enoc. Et uixit Iareth, postquam genuit Enoc, annos DCCC. & genuit filios quatuor, & filias duas. Et hæc sunt nomina uirorum, Lead, Anac, Soboac, & Ietar: Filiarum autem, Tetheco, Lesse. Et uixit Enoc annos CLX. & V. & genuit Matusalam. Et uixit Enoc, postquam genuit Matusalam, annos CC. & genuit filios quinq;, & filias tres. Placuit autem Enoc deo in tempore illo, et non inueniebatur, quoniam transtulit illum deus. Nomina autem filiorum eius, Anaz, Zeum, Achaun, Pheledi, Elid: Filiarum autem, Theth, Lephith, Leath. Et uixit Mathusalam CLXXXVII. & genuit Lamech. Et uixit Mathusalam, postq̃ genuit Lamech, annos DCCLXXXII. et genuit duos filios, & duas filias, et hæc sunt nomina uirorum, Inab, & Rapho: Filiarum autem, Aluma, et Aniuga. Et uixit Lamech annos CLXXXII. & genuit filium, & uocauit eũ secundũ natiuitatem suam, Noẽ, dicens: Hic requiem dabit nobis, et terræ, ab his qui sunt in ea, in quibus uisitabitur, propter iniquitatem operum malorum: & uixit Lamech, postquam procreauit Noẽ, annos DLXXX. & V. Et uixit Noẽ annos CCC. & genuit filios tres, Sem, Cham, Iapheth. Cain autem habitauit in terra tremẽs, secundum quod constituit ei deus, postquam interfecit Abel fratrem suum, et nomẽ mulieris eius Themech, et cognouit Cain Themech mulierem suam, & concepit, et peperit Enoc. Cain autem erat annorum quindecim, quando fecit hæc, et ex eo cœpit ædificare ciuitates, quousq; conderet ciuitates septem, & hæc sunt nomina ciuitatum: Nomen primæ ciuitatis secundum nomen filij sui Enoc; Nomen autem secundæ ciuitatis Mauli, & tertiæ Leed, & nomen quartæ Tehe, et nomen quintæ Iesca, nomen autem sextæ Celet, & nomẽ septimæ Iebbat: & uixit Cain, postquã genuit Enoc, annos DCCXV. et genuit tres filios, & duas filias, et hæc sunt nomina filiorum eius, Olad, Lizaph, Fosal, et filiarũ eius, Citha, et Maac, et facti sunt omnes dies Cain anni DCCXXX. et mortuus est. Tũc accepit Enoc mulierem de filiabus Seth, et genuit ei Ciram, et Cuuth, et Madab. Ciram autem genuit Matusaël. Matusaël autem genuit Lamech, Lamech autem accepit sibi mulieres duas, nomen uni Ads, et nomen alteri, Sella, et peperit Ada Iobab, ipse erat pater omnium habitantium in tabernaculis, et pascentium pecora, et iterum genuit ei Iobal, qui initiauit docere omnem psalmum organorum. In tempore illo cum initiassent habitantes terram operari iniqua, unusquisq; in uxores proximi sui, contaminantes eas, indignatus est deus, et cœpit percutere cyneram, cytharam, et omne organum dulcis psalterij, et corrumpere terrã. Sella autem genuit Thobel, et Nuha, et Theffa, et hic est Thobel, qui ostẽdit hominibus artes in plumbo, & stagno, & ferro, & æramento, & argento, & auro, & tunc cœperunt habitantes terram facere sculptilia, & adorare ea. Dixit autem Lamech ambabus

Historia Geneseos habet. DCCC. annos cap. 5.

Cain cœpit primus ædificare urbes.

Lamech pastorum pater.

Thobel sculpturæ inuẽtor.

mulieribus ſuis, Adæ & Sellæ: Audite uocem meam mulieres Lamech, & intendite in obſeruatione mea, quia uiros corrupi pro me, & lactentes de mamillis abſtraxi, ut filijs meis

Gen. 6. oſtenderem iniqua operari, & habitãtibus terram, & nunc ſepties uindicabitur de Cain, de Lamech autem ſeptuagies ſepties. Et factum eſt cum cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, filiæ ſpecioſę natę ſunt eis, & uiderunt filij dei filias hominum, quoniam pulcherrimæ erant, & acceperunt ſibi uxores ex omnibus quas elegerant, & dixit deus: Non diiudicabit ſpiritus meus in omnibus iſtis in ſecula, eò quod carnales ſunt: erunt autem anni eorum centum uiginti, in quos poſuit terminos ſeculi, & in manibus eorum ſcelera nõ extinguebantur, & uidit deus, quoniam in omnibus inhabitantibus terram, adimpleta erant opera malignitatum & iniquitatem cogitantibus his in omnibus diebus, dixit: Deleam hominem, & omnia quæ germinata ſunt in terra, quoniam pœnitet in eo quod feci eũ. Noë uero inuenit gratiam & miſericordiam ante dominum, & procreatio eius: Noë qui erat homo iuſtus, & immaculatus in progenie ſua, placuit domino. Ad quem dixit deus: Aduenit tempus omnium hominum habitantium ſuper terram, quia peſſima ſunt opera eorum, & nunc facito tibi arcam de lignis cedrinis, & ſic eam facies: trecentorum cubitorum longitudo eius, & quinquaginta cubitorum latitudo, et triginta cubitorum altitudo, & ingredieris in arcam tu, & mulier tua, & filij tui, & mulieres filiorum tuorum tecum: &

Gen. 7. diſponã teſtamẽtum meum ad te, ut diſperdam omnes habitantes terram. De animalibus autem mundis, & de uolatilibus cœlis mundis, accipies ſeptem & ſeptem, maſculum & fœminam, ut poſſit uiuificari ſemen eorum ſuper terram. Nam de pecoribus, & de uolatilibus immundis, accipies tibi duo & duo, maſculum & fœminam, ſimulq; accipies tibi & illis in eſcam. Et fecit Noë quæ præcepit ei deus, & ingreſſus eſt in arcam ipſe, & omnes filij eius cum eo, & factum eſt poſt ſeptem dies, cœpit aqua diluuij eſſe ſuper terram. Et in illa die aperti ſunt omnes abyſſi, & fons magnus, & cataractæ cœli, & erat pluuia ſuper terram XL. dies, & XL. noctes. Erat autem tunc annus milleſimus ſexcẽteſimus quinquageſimus & ſecundus, ex quo fecerat deus cœlum & terram, in die qua corrupta eſt terra, cum habitantibus in ea, propter iniquitatem operum eorum. Et perſeuerante centum & quadraginta diebus Cataclyſmo in terra, ſuperſuit ſolus Noë, & qui cum eo erãt in arca, & ut memoratus eſt deus Noë, minuit aquam. Et factum eſt in die nonageſimo ſiccauit deus terram, & dixit ad Noë: Exi de arca, tu & omnes qui tecum ſunt, & creſcite, & multiplicamini ſuper terram. Et exiuit Noë de arca, ipſe & filij eius, & mulieres filiorum eius, & omnes beſtias, & reptilia, & uolatilia, & pecora duxit ſecũm, ſicut præcepit ei deus. Tunc ædificauit Noë aram domino, & accepit de omnibus pecoribus, & de uolatilibus mundis, & obtulit holocauſtomata in aram, & acceptus eſt domino tanquam odor requietionis. Et dixit deus Non adijciam iam maledicere terræ pro homine, quoniam

Diluuiũ anno creationis mũdi MDCLII. fuit.

Menſe ſecũdo, ſeptimo & uiceſimo die habet hiſtoria Geneſeos.

Gen. 8. figura cordis hominis deſijt à iuuentute ſua. Et ideo non adijciam ſimul diſperdere omnes uiuentes, ſicut feci. Cum autem peccauerint inhabitantes terram, diiudicabo eos in fame, ſiue in gladio, ſiue in igne, ſiue in morte, & erit terræmotus, & diſpergentur inhabitabilia. Terram autem non adijciam corrumpere aqua diluuij, & in omnibus diebus, terræ ſementes & meſſes, frigus & calor, æſtus & autumnus, dies ac nox non requieſcent, quouſque rememorabor qui inhabitant terram, donec compleantur tempora. Cum autem cõpleti fuerint anni ſeculi, tunc quieſcet lumen, & extinguentur tenebræ, & uiuificabo mortuos, & erigam dormientes de terra, & reddet infernus debitum ſuum, & perditio reſtituet paratecem ſuam, ut reddam unicuiq; ſecundum opera ſua, & ſecundum fructus adinuẽtionum ſuarum, quouſq; iudicem inter animam & carnem, & requieſcet ſeculum, & extinguetur mors, & infernus claudet os ſuum, & non erit ſine fœtu terra, nec ſterilis habitantibus in ſe, & non coinquinabitur ullus, qui in me iuſtificatus eſt, & erit terra alia, & cœlũ aliud habitaculum ſempiternum. Et adiecit dominus ad Noë, & ad filios eius dicens: Ecce ego diſponam teſtamentum meum ad uos, & ad ſemen ueſtrum poſt uos, & non adijciam iam corrumpere aqua diluuij terrę, & omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum. Veruntamen carnem in ſanguine animæ editis. Qui enim effundet ſanguinem hominis, ſanguis eius effundetur, quoniam ad imaginem dei factus eſt homo. Vos autẽ creſcite & multiplicamini, & implete terram, ſicut multitudo piſciũ multiplicantiũ in fluctibus. Et dixit deus; Hoc eſt teſtamentum quod diſpoſui inter me & uos, & erit cum in

nubilauero

nubilauero cœlum nubibus, apparebit arcus meus in nube, & erit in memoriam testamē-
ti inter me & uos, & inter omnes habitantes terram. Et fuerunt filij Noë, qui exierunt de
arca: Sem, Cam, & Iapheth. Filij Iapheth, Magog, Madai, Nidiazec, Tubal, Mocteras,
Cenez, Riphath, & Thegorma, Elisa, Dessin, Cethin, Tudant. Et filij Gomer, The-
lez, Lud, Deberlet. Et filij Magog, Cesse, & Tripha, Pharuta, Ammiel, Golaza, Sama-
nac. Et filij Duden, Sallus, Phelucici, Phallita. Et filij Tubal, Phanatonoua, Eteua. Et
filij Diras, Maac, Tabel, Callana, Samplameac, Elaz. Et filij Mellec, Amboradat, Vrac,
Bosara. Et filij Cenez, Iubal, Zaraddana, Anac. Et filij Heri, Phuddet, Doad, Dephad,
Zeath, Enoc. Et filij Torgama, Abiuth, Saphath, Asapli, Zepthir. Et filij Elisa, & Zaac,
Zenez, Mastisa, Rira. Et filij Zepti, Macziel, Temna, Aela, Phinon. Et filij Tessis, Mec
cul, Loon, Zelatabar. Et filij Duodennin, Itheb, Peat, Pheneth. Et hi sunt qui dispersi
sunt, & habitauerunt in terra apud Persas, & Monadas, in insulis, quæ sunt in mari. Et ascē-
dit Phanat, filius Dudeni, & præcepit fieri naues maris, et tunc diuis. [...]st pars tertia terræ.
Domereth, & filij eius acceperunt Ladech. Magoge autem, & filij eius accepērūt Degal-
madam. * & filij eius acceperunt Besto. Iuban, & filij eius acceperunt Ceel. Tubal,
& filij eius acceperunt Pheed. Misech, & filij eius acceperunt Nepthi. Iras, & filij eius ac-
ceperunt * Duodennut, & filij eius acceperunt * Godariphath, & filij eius ac-
ceperunt Bosarra. Tergoma, & filij eius acceperunt * Fudelisa & filij eius accepe-
runt * Thabolathesis, & filij eius acceperunt Marecham. Cethim, & filij eius acce-
perunt Thaan. Dudennin, & filij eius acceperunt Caruba Et tunc cœperunt operari ter- *Agricultura.*
ram, & seminare super eam, & cum sitiret terra, exclamauerunt habitantes eam ad domi-
num, & exaudiuit eos, & ampliauit pluuia: & factum est cum descenderet pluuia super ter-
ram, apparuit arcus in nube, & uiderunt habitantes terram memoriam testamenti, & ce-
ciderunt in faciem suam, & immolauerunt offerentes holocaustomata domino. Filij au-
tem Cam, Chus, & Mestra, & Phuni, & Chanaan. Filij Ethij, Chus, Saba, & Tudan Et
filij Effuntenus, Zeleutelup, Geluc, Lephuc. Et filij Sidona Endain, Racin, Simmin, V-
ruiu, Nenugin, Amathinnephin, Telaz, Elat, Cusin. Chus autem genuit Nembroth, ipse
initiauit esse superbus ante dominum. Mestra uero genuit Ludin, & Iuenugin, & Labin,
& Laruin, & Petrosonun, & Ceslun: Vnde exierunt Philistini, & Cappadoces, & tunc *Philistini.*
cœperunt etiam & ipsi ædificare ciuitates, & hæ sunt ciuitates, quas ædificauerunt, Sido- *Cappadoces.*
na, & circumiacentia eius, id est, Resun, Beosamaza, Gerras, Calon, Dabircaino, Tellun
lacis, Sodoma, & Gomorra, Adama, & Segom. Et filij Sem, Elam, Assur, Arphaxa, Lu
zi, Aram, & filiarum, Assum, Gedrummese. Arphaxas autē genuit Sala, Sala genuit He
ber, & Heber nati sunt duo filij, nomen uni, Phalech. Quoniam in diebus eius diuisa est
terra, & nomen fratris eius Ieptam. Iepta autem genuit Elimodan, & Salastra, & Maza-
an, Rea, Dura, Vzia, Deglabal, Mimoël, Sabthphin, Eurlac, Iubab, & filij Phalec, Ra-
gau, Rephuth, Zepheram, Acilon, Sachar, Siphaz, Nabi, Suri, Seciur, Phalacus, Ra-
pho, Phalthia, Zaldephal, Zaphis, & Artemam, Heliphas. Hi filij Phalec, & hęc nomi-
na eorum, & acceperunt sibi uxores de filiabus Iectan, & generauerunt filios & filias, &
compleuerunt terram. Ragau autem accepit sibi mulierem, Melcham, filiam Ruth, & ge-
nuit ei Seruch, & quum factus fuisset dies partus eius, dixit: ex isto nascetur in quarta ge-
neratione, qui ponat habitationem super excelsa, & perfectus uocabitur, & immacula-
tus, & pater Gētium erit, & non dissoluetur testamentum eius, & semen eius in seculum
multiplicabitur: & uixit Ragau, postquam genuit Seruch, annos CXVIIII. Et genuit se-
ptem filios, & quinque filias, & hæc sunt nomina filiorum eius, Abielobth, Salma, De-
dasal, Zeneza, Accur, Nephes, & hæc nomina filiarum eius: Cedema, Derisa, Seipha, Phe
rita, Theila: & uixit Seruch annos XXIX. & genuit Nachor: & uixit Seruch, postquam
genuit Nachor, annos LXVII. & genuit quatuor filios, & tres filias, & hæc sunt no-
mina uirorum, Zela, Zobadica, & Phodde, & hæ filiæ eius Tephila, Oda, Selipha: & ui-
xit Nachor annos XXXIIII. & genuit Tharram, & uixit Nachor, postquam ge-
nuit Tharram, annos CC. & genuit VIII. filios, & V. filias, & hæc sunt nomina ui-
rorum, Recap, Dediap, Eerechap, Iosac, Sital, Nisab, Nadab, Camoël, & filiæ e-
ius, Esca, Thiphabruna, Ceneta, & uixit Tharra annos LXX. & genuit Ambram,
& Nachor, & Arram. Tharra autem genuit Loth. Tunc cœperunt hi, qui ha- *Astrologi.*
bitabant in terra, inspicere in astra, & inchoauerunt ex his imaginari, & diuina- *Augures.*
tiones

tiones facere, & filios, & filias ſuas traijcere per ignem. Serui autem & filij eius, non
ambulauerunt ſecundum eos. Et hæ ſunt generationes Noë in terris, ſecundum tribus
& linguaa eorum, ex quibus diuiſæ ſunt gentes ſuper terram poſt diluuium. Tunc uenien
tes filij Cam, poſuerunt ſibi principem Nembroth. Filij autem Iaphet, conſtituerunt ſibi
Phenech in ducem. Nam filij Sem, conuenientes præpoſuerunt ſibi principem Iectam, &
cum ueniſſent hi tres in unum fecerunt conſilium, ut inſpiciētes conſiderarent populum
adpropinquantium ſibi. Et hoc uiuente adhuc Noë factum eſt, ut conuenirent omnea in
unum, & habitauerunt unanimes, & erat terra pacifica. Anno autem CCC. & quadrageſi
mo exitus Noë de Arca, poſtquam ſiccauit deus diluuium, conſiderauerunt principes po
pulum ſuum, & inſpexit Phenech filius Iapher, filij Gomer, omnes trāſeuntes ſecundum
ſceptra ducationis ſuæ, fuerunt numero VMDCCC. Filiorum autem Magog, omnium trā
ſeuntium ſecundum ſceptra ducatus ſui, factus eſt numerus. VIMCC. Filij autem Madain
omnea tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum, fuerunt numero. VMDCC.
Filij autem Tubal omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum, fuerunt nu
mero. IXMCCCC. Et filij Meſca, omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationum ſua-
rum fuerunt numero. VMDC. Filij uero Thiras, omnes tranſeuntes ſecūdum ſceptra du-
cationum ſuarum fuerunt numero. XIIMCCC. Et Filij Ripa, tranſeuntes ſecundum ſcep-
tra ducationum ſuarum, fuerunt numero. XIMD. Filij uero Torgoma, tranſeuntes ſecū
dum ſceptra ducationis ſuæ, fuerunt numero. XIIIIMCCCC. Nam filij Eliſa, tranſeuntes
ſecundum ſceptra ducationia ſuæ, fuerunt numero. XIIIIMDCCCC. Filij autem Terſis om-
nes tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationis ſuæ, fuerunt numero. XIIMC. Nam filij Ce
chin, omnes tranſeuntea ſecundum ſceptra ducationia ſuæ, fuerunt numero. XVIIMCCC.
Filij uero Doin, tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum, fuerunt numero.
XVIIMDCC. Et factus eſt numerus caſtrorum filiorum Iaphet, omnes uirtutificati, & om-
nes in præcinctu armorum poſiti, in conſpectu ductorum ſuorum CXLMCCII. præter
mulieres & pueros. Conſideratio Iaphet in pleno fuerunt numero. CXLII. Et tranſiuit
Nembrot ipſe & filius Cam, omnea tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum,
inuenti ſunt numero. XXIIIIMDCCC. Filij Phua, omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra
ducationum ſuarum facti ſunt numero. XXVIIDMCC. Et filij Canam, omnes tranſeun-
tea ſecundum ſceptra ducationum ſuarum inuenti ſunt numero. XXXIIMDCCC. Filij ue
ro Soba omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum, inuēti ſunt numero.
IIIIMCCC. Et filij Lebilla, omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum inuē
ti ſunt numero. XXIIMICCC. Filij uero Sata uniuerſi tranſeuntes ſecundum ſceptra duca-
tionum ſuarum inuenti ſunt numero. XXVCCC. Et filij Remma, uniuerſi tranſeuntes ſe-
cundum ſceptra ducationum ſuarum inuenti ſunt numero. XXXDC. Filij uero Sabaca,
omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationum ſuarū inuenti ſunt numero. XLVICCCC.
Et factus eſt numerus caſtrorum filiorum Cam, uniuerſi uirtutis uiri, & in apparatu armo
rum poſiti in conſpectu ducationum ſuarum. CCXLIIIIDCCCC. Præter mulieres & pueros.
Et inſpexit Iectam filius Sem filios Elam, & fuerunt omnes tranſeuntes ſecundum ſcep-
tra ducationum ſuarum numero. XLVII. Filij autem Aſſur omnes tranſeuntes ſecūdum
ſceptra ducationum ſuarum inuenti ſunt numero. LXXVIII. Et filij ⋆ uniuerſi tranſe
untes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum, inuenti ſunt numero. LXXXVIICCC. Filij
uero Lud, omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum, inuenti ſunt nume-
ro. XXXDC. Factus eſt numerus filiorum Cam, ⋆ Nam filij Arphaxa, uniuerſi tranſe
untes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum numero. CXIIIIDC. Et factus eſt omnis nu-
merus eorum. CCCXLVIIDC. Numerus caſtrorum filiorum Sem, omnes erant proficiſcen
tes in uirtute & in præcepto belli, in conſpectu ducationum ſuarum IX. extra mulieres,
& pueroa. Et hæc ſunt generationes Noë diuiſæ poſitæ, quorum omnium numerus fa-
ctus eſt in unum. DCCCCXIIII. Et hi omnes conſiderati ſunt adhuc uiuente Noë, & iux-
ta Noë poſt Cataclyſmum annos CCCL. Et facti ſunt omnes dies Noë anni DCCCCL. &
mortuus eſt. Tunc hi omnes qui diuiſi erant habitantes terram, poſtea congregati habi-
tauerunt ſimul, & profecti ab Oriente inuenerunt campum in terra Babylonis, & habitan
Gen. 11. tea ibi, dixerunt quiſq; ad proximum ſuum: Ecce futurum eſt, ut diſpergamur unuſquiſq;
à fratre ſuo, & in nouiſſimis diebus alterutrum erimus expugnantes nos. Nunc ergo ue-
nite

nite & ædificemus nobismetipsis turrim, cuius caput erit usq; ad cœlum, & faciemus nobis nomen & gloriam super terram. Et dixerunt unusquisq; ad proximum suum. Accipiamus lapides & scribamus singuli quiq; nomina nostra in lapidibus, & incẽdamus eos igne, & erit quod perustũ fuerit in luto & in latere: & acceperunt singuli quiq; lapides suos, extra uiros duodecim, qui noluerunt accipere, & hæc nomina eorũ, Abraham, Nachor, Loth, Ruge, Tenute, Zaba, Armodath, Iobab, Esar, Abimahel, Saba, Auphin. Et cõprehendit eos populus terræ, & adduxerunt eos ad principes suos, & dixerunt. Hi sunt uiri qui transgressi sunt consilia nostra, & nolunt ambulare in uijs nostris. Et dixerunt ad eos duces: Quare noluistis mittere singuli quiq; lapides cum populo terræ? & ille responderunt dicentes: Non mittimus uobiscum lapides, nec coniungimur uoluptati uestræ. Vnũ dominũ nouimus, & ipsum adoramus. Et si nos mittatis in ignem cum lapidibus uestris, non consentiemus uobis, & irati duces dixerunt: Sicuti locuti sunt, sic eis facite, & nisi cõsenserint uobiscũ mittere lapides, consumetis eos igne cũ lapidibus uestris. Et respondit Iectam, qui erat primus princeps ducum: Non sic, sed dabit eis spacium dierum septem, et erit si pœnituerint super consilijs suis pessimis, & uoluerint uobiscum mittere lapides uiuant: si quo minus fiat, & secundum sententiam uestram tunc comburantur. Ipse aũt quærebat quemadmodum saluaret eos de manibus populi: quoniam de tribu eorum erat, & deo seruiebat. Et his dictis suscepit eos & inclusit in domo regia, & ut factum est uespera præcepit dux L. uiros potentes in uirtute uocari ad se, & dixit eis: Proficiscimini, & accipite hac nocte uiros istos, qui inclusi sunt in domo mea, & imponite stipendia eorum de domo mea: super decem iumenta, & ipsos uiros adducite ad me, & stipendia eorum cum iumentis adducite in montana, & sustinete eos ibidem, & scitote quia si quis scierit quæ dixi ad uos, igni uos concremabo, & profecti uiri fecerunt omnia quæ præcepit eis princeps eorum, & adduxerunt uiros à domino eius noctu, & accipientes stipendia imposuerũt iumentis, & duxerunt eos in montana sicut præcepit eis, & uocauit ad se princeps illos duodecim uiros, & dixit ad eos: Confidentes estote, & non timeatis, nõ enim moriemini. Fortis est enim deus in quo confiditis, & ideo stabiles estote in ipso, quia liberabit & saluabit uos, & ecce nunc præcepi quinquaginta uiris, qui uos educant acceptis stipendijs de domo mea, & pręcedite in montana, & sustinete uos in ualle, & alios uobis dabo L. uiros, qui deducant uos usque illuc, & euntes abscondite uos ibidem in ualle, habẽtes aquam in potu defluentem de petris, & continete uos usque in dies XXX. donec pauset animositas populi terræ, & quousque deus mittat iracundiam super illos, & disrumpat eos. Scio enim quia non permanebit consilium iniquitatis quod consiliati sunt facere, quoniam uana est cogitatio eorum, & erit cum consummati fuerint septem dies, & quæsierint uos, & dicam eis: exeuntes & fracto ostio carceris in quo erant inclusi fugerunt nocte, & misi ego centum uiros qui eos quærerent, & auocabo eos à præsenti furore, & responderunt ad eũ undecim uiri dicentes: Inuenerunt gratiam serui tui ante oculos tuos, quia soluimur nos de manibus superborum horum. Abram autem solus tacuit, & dixit dux ad eum. Quare non respondes mihi Abram serue dei? Respondit Abram & dixit: Ecce ego fugio hodie in montana, & si euasero ignem, exient de montibus feræ bestię, & comedent nos, aut escæ nobis deficient, & moriemur fame, & inueniemur fugientes ante populum terræ, cadentes in peccatis nostris. Et nunc uiuit in quo confido: quia non mouebor de loco meo in quo posuerunt me, & si fuerit aliquod peccatum meum, ut consumens cõsumar, fiat uolũtas dei. Et dixit ad eũ dux: Sanguis tuus super caput tuũ sit, si nolueris proficisci cũ istis. Si autem uolueris, liberaberis. Nam si uolueris remanere, secundũ quod uis remane. Et dixit Abrã: Nõ proficiscar, sed hic ero: Et accepit dux undecim illos uiros, & alios L. misit cũ eis, & præcepit eis dicens: Expectate & uos in mõtanis usq; in dies XV. cũ illis L. qui pręmissi sunt, & postreuertemini & dicetis: nõ inuenimus eos, sicut illis prioribus dixi. Et sciatis quia si quis prætererit ex his omnibus uerbis, quę locutus sum ad uos, igne comburetur. Et profectis uiris, accipiẽs Abrã solũ reclusit eũ ubi fuerat inclusus. Et transactis diebus septẽ, cõgregatus est populus, & dixerunt ad ducẽ suum dicentes: Redde nobis uiros qui noluerunt consiliari nobiscũ, & cõburemus eos igni. Et miserunt duces qui adducerent eos, & non inuenerunt nisi solũ Abrã. Et cõgregati omnes ad duces suos dixerunt: Fugierũt homines quos inclusistis, euadẽtes cõsiliũ nostrũ. Et dixit Phenech, & Nebroth ad Iectã:

Non est in Genesi.

Vbi

Vbi sunt uiri quos inclusisti? At ille dixit: Frangētes fregerunt noctu. Ego autem misi C. uiros, qui quærerent eos, & præcepi, ut si inuenirent eos, non tantū igni cōcremarent, sed & corpora eorum darent uolatilibus cœli, & sic perdant illos. Et tunc dixerunt illi, hunc ergo qui inuentus est solus, congregamus eum. Et acceperunt Abram, & adduxerunt eū ad duces suos, & dixerunt ad eum. Vbi sunt qui tecum fuerūt? & ille dixit: Ego nocte dormiens dormiebam, ubi expergefactus sum, non inueni eos. Et accipientes cum construxerunt caminum, & incenderunt cum igni, & lapides concrematos igni miserunt in caminum. Et tūc Iectam dux, liquefactus sensu accepit Abram, & misit eum cum lateribus in caminum ignis. Deus autem commouit terræ motum grandem, & ebulliens ignis de camino, exiliuit in flammas & scintillas flammæ, & combussit omnes circumstantes in conspectu camini, & fuerunt omnes qui concremati sunt in die illa LXXXIII D. Abræ autem non est quidem modica facta læsura concrematione ignis, & surrexit Abram de camino, & concidit caminum ignis, & saluatus est Abram, & abijt ad XI. uiros, qui erant absconsi in montanis, & renunciauit eis omnia quæ contigerant illi, & ascenderunt cum eo de montanis gaudentes in nomine domini, et nemo eos obuians terruit die illa. Et cognominauerūt locum illum nomine Abræ, & linguæ Chaldæorum Deli, quod interpretatur deus. Et factum est post hæc uerba, populus terræ non conuersus est à cogitationibus suis malignis. Et conuenerunt iterum ad duces, & dixerunt: In secula nō uincetur populus, & nunc conueniemus & ædificemus nobis ciuitatem & turrim, quæ nunquam auferetur. Et cum cœpissent fabricare, uidit deus ciuitatem et turrim quam fabricabant filij hominum, & dixit: Ecce populus unus, & lingua una, & hoc quod cœperūt facere, non sustinebit terra, neq; cœlum uidens patietur, & erit, si modo non prohibeantur, ut omnia audeant quæ præsumpserint facere. Et ideo ecce ego diuidam linguas eorum, & dispergam eos in omnes regiones, ut non cognoscat unusquisq; fratrem suum, nec audiant singuli quiq; linguam proximi sui, & commendabo eos petris, & ædificabūt sibi tabernacula in calamis stipularum, & effodient sibi speluncas, & quemadmodum feræ campi habitabunt ibi, & sic erunt ante conspectum meum in omni tempore, ut nunquam cogitent hæc, & tanquā stillicidium arbitrabor eos, & in scuto approximabo eos, & alijs in aqua finis ueniet, alij autem siti siccabuntur. Et ante omnes hos eligam puerum meum Abram, & eijciam eum de territorio eorum, & adducam in terram quam respexit oculus meus ab initio, cum peccauerunt ante cōspectum meum omnes inhabitantes terram, & adduxi aquam diluuij, & non exterminaui eam, sed conseruaui illam: Non enim dirupti sunt in illa fontes iræ meæ, neq; descendit in ea aqua consummationis meæ. Ibi enim faciam inhabitare puerum meū Abram, & disponam testamentum meum cum eo, & semini eius benedicam, & dominabor ei deus in æternum. Populi autem inhabitantes terram, cum initiassent ædificare turrim, diuisit deus linguas eorum, & mutauit eorum effigies. Et nō cognouit unusquisq; fratrem suum, nec audiebant singuli quiq; linguam proximi sui. Et sic factum est, ut dum ædificatores ministris suis iuberent afferrent lapides, illi afferrent aquam, & si deposcerent aquam, illi afferrent stipulam. Et sic intercisa cogitatione eorum, cessauerunt ædificare ciuitatem, & dispersit eos dominus inde super faciem totius terræ. Et propterea uocatum est nomen loci illius Cōfusio: quoniam ibi deus cōfudit linguas eorum, & inde dispersit eos in faciem totius terræ. Abram autem exiuit inde, & habitauit in terra Chanaam, & accepit secum Loth filium fratris sui, & Sarai mulierē suam. Et cū esset Sarai sterilis, & nō esset ei conceptus, tunc Abram tulit Agar ancillam suam, & peperit ei Ismaël. Ismaël autem genuit duodecim filios. Tunc discessit Loth ab Abram, & habitauit in Sodomis. Abram uero habitauit in terra Cam. Et uiri Sodomorum, uiri pessimi, & peccatores ualde. Et uisus est deus Abram dicens: Semini tuo dabo terram hanc, & uocabitur nomen tuū Abraham, & Sarai uxor tua dicetur Sara. Et dabo tibi ex ea semē sempiternum, & disponam testamentum meum tecum. Et cognouit Abraham Saram uxorem suam, & concepit, & peperit Isaac: Isaac autem accepit sibi mulierem de Mesopotamia, filiam Patuel, quæ concepit & genuit ei Esau & Iacob. Esau autem accepit sibi mulieres Iudin filiā Bereu, et Bassemech filiam Elon, & Elibemam filiam Anan, & Manem filiam Samael, & genuit ei Adeliphan. Et filij Adeliphan, Temar, Omar, Sefphor, Getan, Tenax, Amalech. Et Iudin genuit Tenacis, Ieruebemas, Bassemem, Rugil. Et filij Rugil, Naizar, Samaza. Et Elibeema genuit Auz, Ioollam, Coro. Manē genuit Tenetde, Thenatela. Iacob autem accepit sibi

mulieres

mulieres filias Laban Asiri, Lian, & Rachel, & duas concubinas, Ballam, & Zelphan. Et peperit ei Lia Ruben, Simeon, Leui, Iudam, Isachar, Zabulon, et Dinam sororem eorum. Rachel autem enixa est Ioseph, & Beniamin. Ballam peperit Dan, & Neptalim. Et Zelpha peperit Gad, & Asser. Hi filij sunt Iacob XII. & una filia. Et habitauit Iacob in terra Chanaã, & Dinam filiam eius rapuit Sycem, filius Emor Correi, & humiliauit eam. Et ingressi sunt filij Iacob Simeon, & Leui, & interfecerũt omnem ciuitatem eorum in ore gladij, & Dinam sororem suam acceperunt, & exierunt inde. Et postea accepit eam in uxorẽ Iob, & genuit ex ea XIIII. filios, & VI. filias, id est, VII. filios, & III. filias antequam percu teretur in passione, & postea VII. filios, & III. filias, quando saluus factus est. Et hæc nomi na eorum, Elipha, Ermoẽ, Diasat, Philias, Dissar, Zellud, Thelon. Et filiæ eius, Meru, Litaz, Zeli. Et sicuti fuerunt nomina priorum, sic & nouissimorum. Iacob autem & XII. filij eius habitauerunt in terra Chanaan, & oderant fratrem suum Ioseph, quem & tradiderunt in Aegyptum Petepbre principi cocorũ Pharaonis, & fecit apud eum annos XIIII. Et factum est posteaquam uidit somnium rex Aegypti, & nunciauerunt ei de Ioseph, & soluit ei somnia. Et factum est postquam soluit ei somnia fecit eum Pharo principem super omnem terram Aegypti. In illo tempore facta est fames super omnem terrã, sicut dixit dicauerat Ioseph. Et descenderunt fratres sui emere escas in Aegypto, quoniam tantummodo in Aegypto erant escæ. Et cognouit Ioseph fratres suos & agnitus est eis, & non malignatus est cum eis. Et misit, & uocauit patrem suum de terra Chanaan, & descẽdit ad eum. Et hæc sunt nomina filiorum Israël, qui descenderunt in Aegyptum cũ Iacob, unusquisq; in domo sua. Filij Ruben, Enoc, & Phallut, Afrom, & Carmin. Filij autem Simeon, Namuel, & Iamunetdot, & Iacim, Esaul filius Canantidis. Filij uero Leui, Gerson, Caat, et Merari. Nã filij Iudæ, Auna, Selon, Phares, Zarami. Filij ante Isachar, Tola, & Phua, Iob, & Sombran. Filij uero Zabulon, Sarelon, & Iallil, & Dina soror eorum peperit XIIII. filios, & VI. filias. Et hæc sunt generationes filiorum quas peperit Iacob. Omnes animæ filiorum & filiarum LXXII. Filij autem Dan, Vsinã. Filij Neptalim, Betaal, Neemmu, Surem, Optisarielet. Hæ generationes Ballæ, quas peperit Iacob. Omnes animæ VIII. Nam filij Gad, Sariel, Sua, Visui, Mophat, & Sar. Soror eorum filia Seriebel, Melchiel. Hæ sunt generationes Zelphæ mulieris Iacob quas peperit ei, & omnes animæ filiorum et filiarum numero X. Et filij Ioseph, Ephraim, & Manassen. Beniamin uero generauit Gela, Esbel, Nanubal, Abocinephec, Vtundeus. Et hæ sunt animæ quas peperit Rachel Iacob XIIII. Et descenderunt in Aegyptum, & habitauerunt ibi annos CCX. Et factum est post recessum Ioseph, multiplicati sunt filij Israël, & creuerunt ualde. Et surrexit rex alius in Aegypto, qui non nouerat Ioseph, & dixit populo suo: ecce populus iste multiplicatus est magis quàm nos: Venite, consilium habeamus aduersus eum, ut non multiplicetur. Et iussit rex Aegypti omni populo suo dicens: Omnem filium, qui natus fuerit Hebræis, in flumẽ abijcite, nam fœminas uiuificate. Et responderunt Aegyptij regi suo, dicentes: Masculos eorum interficiamus, & fœminas eorum seruemus, ut eas nostris demus seruis in uxores, & erit qui natus fuerit ex eis seruus, & seruiet nobis: & hoc est, quòd pessimum uisum est coram domino. Tunc seniores populi congregauerunt populum cum planctu, et planxe runt cum luctu, dicentes: ἀμοτοκίαν passa sunt uiscera mulierum nostrarum, fructus noster inimicis nostris traditus est, & nunc deficimus. At constituamus nobis terminos, ut non appropinquetur mulieri suæ uir, ne fructus uentris earum cõtaminetur, & uiscera nostra idolis seruiant, melius est ẽm sine filijs mori, donec sciamus quid faciet deus. Et respõdit Anram, & dixit: Celerius est, ut in uictoria minuatur seculum, aut immensurabilis mũdus concidat, aut cor abyssi astra contingat, quàm genus filiorum Israël minoretur. Et erit cum impletum fuerit testamentum, quod disponens deus locutus est ad Abraham, dicens: Habitando habitabunt nati tui in terra non sua, & in seruitutem redigentur, & affligentur annis CCCC. Et ecce ex quo inuentus est sermo dei, quem dixit ad Abraham, sunt anni CCCL. Ex eo quod nos in Aegypto seruimus anni sunt CXXX. Nunc ergo non permanebo in his, quæ uos determinatis, sed ingrediẽs mulierem meam accipiam, & faciam filios, ut amplificemur super terram. Non enim permanebit deus in ira sua, nec semper obliuiscetur populi sui, neq; genus Israël in uanum proijciet super terram, nec in uanũ dispo suit testamentum patribus nostris, et cũ adhuc non essemus, de his tamen locutus est deus. Nunc ergo iens accipiam mulierem meam, & non acquiescam præceptis regis, & si rectũ

Iob quatuordecim filij, & sex filiæ.

eſt ante oculos ueſtros, ita faciamus omnes. Erit enim cum conciplent mulieres noſtræ nõ agnoſcentur tanquam in utero habentes, quouſq; compleant̃ menſes tres, ſicut & fecit mater noſtra Thamar: quia non fuit conſilium eius in fornicatione, ſed nolens recedere de filijs Iſraël, recogitans dixit: Melius eſt mihi ſocero meo commixta mori, quàm Gentibus commiſceri, & abſcondit fructum uentris ſui uſq; ad tertiũ menſem, tunc enim agnita eſt, & iens ut interficeretur, ſtatuit hoc, dicens: Cuius eſt hæc uirga, & hic anulus, & melotis, de eo concepi. Et ſaluauit eam conſiliũ eius, de omni periculo. Nũc ergo faciamus & nos ſic. Et erit cum completum fuerit tempus parturitionis, ſi potuerimus non proijciemus fructum uẽtris noſtri. Et quis ſciet, ſi pro hoc zelabitur deus, ut liberet nos de humiliatione noſtra? Placuit uerbum ante conſpectum dei, quod cogitauit Anra, & dixit deus: Eò quod placuit ante conſpectum meum cogitatio Anræ, & non diſſipauit teſtamentũ meũ, inter me & patres eius diſpoſitum, & ideo ecce nunc quod genitum fuerit ex eo, mihi ſeruiet in æternum, & per eum faciam mirabilia in domo Iacob, & faciam per eũ ſigna et prodigia populo meo, quæ non feci ulli, & faciam in eis gloriam meam, & annũciabo eis uias meas. Ego deus incendam pro eo lucernam meam, quæ habitet in eo, & oſtendam ei teſtamentum meum, quod non uidit ullus, & patefaciam ei ſuper excellentiam meam, et iuſtitias & iudicia, et lumen ſempiternum luceam ei, quoniam pro eo cogitaui in antiquis diebus, dicens: Non erit mediator ſpiritus meus in hominibus his in ſempiternum, eò quod ſunt caro, & erunt dies eorum anni CXX. Et profectus eſt Anra de tribu Leui, & accepit uxorem de tribu ſua, & factum cum acceperat eam, imitati ſunt eum cæteri, & acceperunt uxores ſuas. Huic autem erat unus filius, & una filia, & nomen eorum Aaron, et Maria, et ſpiritus dei incidit in Mariam nocte, & uidit ſomnium, & enarrauit parentibus ſuis mane, dicens: Vidi in hac nocte, & ecce uir ſtabat in ueſte byſſina, & dixit mihi: Vade, & dic parentibus tuis: ecce quod naſcetur de uobis in aquam proijcietur, quoniam per eũ aqua ſiccabitur, & faciam per eum ſigna, & ſaluabo populum meum, & ipſe ducatum eius aget ſemper. Et cum enarraſſet Maria ſomnium ſuum, non crediderunt ei parentes eius. Verbũ autem regis Aegypti inualeſcebat contra filios Iſraël, & humiliabantur aggrauati in opere laterum. Iacob autem concepit de Anra, & abſcondit eum in utero ſuo per tres menſes: non enim poterat amplius cælare eum, quia rex Aegypti præpoſuerat principes locorum, ut quando parerent Hebrææ, ſtatim in flumen proijcerent maſculos eorum: & accepit infantem ſuum, et fecit ei tybin de cortice arboris pini, et poſuit tybin in os fluminis.

Fiſcella eſt in exodi cap. 2.

Ipſe autem puer natus eſt in teſtamento dei, & in teſtamento carnis eius. Et factum eſt ut proijcerent eum, congregati omnes presbyteri, altercabantur cum Anra, dicentes: Nónne ij erant ſermones noſtri, quos locuti ſumus, dicentes: Melius eſt nobis ſine filijs mori, quàm fructus uentris noſtri in aquis proijciantur? Et hæc dicentibus illis, non obaudiebat Anra. Filia autem Pharaonis deſcendit lauare in flumine, ſecundum quod in ſomnis uiderat, & uiderunt ancillæ eius tybin, & miſit unã, & accepit, & aperuit eam. Et ut uidit puerum, et dum uidiſſet ⁎ in Zaticon, hoc eſt, in teſtamentum carnis dixit: De filijs Hebræorum eſt. Et ſumpſit, et nutriuit eum, & factus eſt ei filius, & cognominauit nomen

Moſes.

eius Moſes. Mater autem eius uocauit eum Melchiel. Ei nutritus eſt infans, & glorioſus factus eſt ſuper omnes homines, & liberauit per eum deus filios Iſraël, ſicut dixerat. Rege autem Aegyptiorum mortuo, leuauit ſe alius rex, et afflixit omnem populum Iſraël. At illi clamauerunt ad dominum, et exaudiuit eos. Et miſit Moſen, & liberauit eos de terra Aegyptiorum. Miſit quoq; deus ſuper eos decem plagas, & percuſſit eos. Hæ autem erãt plagæ, id eſt, ſanguis, & ranæ, grando, & mors iumentorum, locuſtæ, et cynifes, et intractabiles tenebræ, & mortalitas primitiuorum. Et dum exiſſent inde, & proficiſcerentur, adhuc obturatum eſt cor Aegyptiorum, et appoſuerunt perſequi eos, & inuenerunt eos iuxta mare rubrum. Et clamauerunt filij Iſrael ad dominum ſuum, & dixerunt ad Moſen, dicentes: Ecce nunc aduenit tempus perditionis noſtræ mare enim ante nos, & multitudo inimicorum poſt nos eſt, & nos in medio. Ob hoc nos eduxit deus, aut hæc ſunt teſtamẽta quę diſpoſuit patribus noſtris, dicens: Semini ueſtro dabo terram quam uos habitatis, ut nunc quod placitum eſt ante conſpectum ſuum, faciat in nobis? Tunc conſiderantes metum tẽporis filij Iſrael, in tres diuiſiones conſiliorum diuiſerũt ſententias ſuas, nam tribus Rubẽ, & tribus Iſachar, et tribus Zabulon et tribus Simeon dixerunt: Venite mittamus nos in mare. Melius eſt enim nos in aqua mori, quã ab inimicis occidi. Tribus aũt Gad, & tribus

Asser,& tribus Dan,& Neptalim dixerunt:Nõ,sed reuertamur cũ eis,& si uoluerint no bis donare uitam,seruiemus eis.Nã tribus Leui,& tribus Iuda,& Ioseph,& tribus Benia min dixerunt:Non sic,sed accipientes arma nostra pugnemus cum eis,& erit deus nobis cum.Exclamauit & Moses ad dominũ,& dixit:Domine deus patrũ nostrorũ,nõne tu di xisti ad me:Vade,& dic filijs Liæ,misit me deus ad uos:Et nunc ecce adduxisti populum tuum ad labium maris & inimici persecuti sunt post eos,& tu domine memor esto nomi nis tui.Et dixit deus:Quoniam exclamasti ad me,tolle uirgam tuam,& percute mare,& siccabitur.Et faciente hæc omnia Mose cõminatus est deus mari,& siccatum est mare,& steterunt maria aquarum,& apparuerunt profunda terræ,& denudata sunt fundamenta habitationis à stridore timoris dei,& ab inspiratione iræ domini mei. Et pertrãsiuit Israel per siccum in medio mari,& uiderunt Aegyptij,& apposuerunt persequi eos,& deus ob durauit sensum eorũ,& non scierunt quoniam in mare ingrederentur. Factum est dũ Ae gyptij essent in mari,adiecit deus præcipere mari,& dixit ad Mosen:Appone adhuc per curere mare,& fecit sic,& præcepit domin⁹ mari,& reuersum est in fluxus suos,& coope ruit Aegyptios,& currus,& equites eorum.Populum autem suum deduxit in eremum, quadraginta annis pluit de cœlo panem,& ortigometram adduxit eis de mare,& puteum aquæ consequentis eduxit eis.In columna autem nubis per diem deducebat eos,& in co lumna ignis per noctem lucebat eis.Et in mense tertio profectionis filiorum Israel de ter ra Aegypti,uenerunt in eremum Sina,et memoratus est deus uerborum suorum,& dixit: Dabo lumen mundo,& illuminabo inhabitabilia,& disponam testamentũ meum cum fi lijs hominum,& glorificabo populum meum super omnes gentes,in quem eijciam excel sa sempiterna,quæ eius erunt in lumine,impijs uero in punitionem.Et dixit ad Mosen:Ec ce ego uocabo te crastina die,esto paratus,& dic populo meo:Tribus diebus non ascen dat uir ad mulierem,& tertia die loquar ad te,& ad eos,& post ea ascendes ad me,et dabo uerba mea in ore tuo,& illuminabis populum meum in eo quod dedi in manus tuas,legẽ sempiternam,& in hac omnem orbem iudicabo:erit enim hęc in testimonium.Si enim di xerint homines:Non sciuimus te,& ideo nõ seruiuimus tibi,propterea hoc uindicabo in eis,quoniam non cognouerunt legem meam.Et fecit Moses quæ præcepit ei deus,& san ctificauit populos,& dixit ad eos:Estote parati in tertium diem,quoniam post tres dies disponet dominus testamentum suum uobiscum. Et sanctificati sunt populi.Et factũ est in tertio die,ecce uoces sonantiũ,& coruscantiũ splẽdor,& uox organorum sonabat for titer.Pauor factus est in omni populo,qui erat in castris.Et eiecit Moses populos obuiam deo.Et ecce montes ardebant igni,& terra tremuit,& colles conturbati sunt,et mõtes uo luebantur,& abyssi ebulliebant,et omne habitabile mouebať,& cœli plicabantur,& nu bes hauriebant aquam,& flammæ ignis exardescebant,& tonitrua,& fulgura frequenta bant,& uenti & procellæ strepebant,astra congregabantur,& angeli præcurrebant, quo usq; deus poneret legem testamenti sempiterni filijs Israel,& daret præcepta æterna quæ non transirent.Et tunc locutus est dominus populo suo omnia uerba hæc,dicens:Ego sum dominus deus tuus,qui eduxit te de terra Aegypti,de domo seruitutis. Deos sculpti les nõ facies tibi,nec facies omẽ abominamentũ Solis & Lunæ,aut omniũ ornamentorũ cœli,nec omnium quæ sunt super terram facies similitudinem,nec eorum quæ repũt in a quis,uel super terram. Ego sum dominus deus tuus,deus zelans,& reddens peccata dor mientium in uiuos filios impiorum,si in uijs parentum suorum ambulabunt,usq; in tertiã & quartam progeniem,faciens misericordiam in mille generationes his qui diligunt me, & custodiunt mandata mea. Non accipies nomẽ domini dei tui in uanum,ne uiæ meæ ua næ efficiantur:abominatur enim eum deus,qui accipit nomen eius in uanum. Conserua diem sabbati,sanctifica eũ.Sex diebus fac opera,septima aũt dies sabbati domini est,non faciens in eo omne opus,tu,& omnis operatio tua,nisi ut in ea laudes dominum,in eccle sia presbyterorum,& glorifices fortem in cathedra seniorum.In sex enim diebus fecit do minus cœlum & terrã,& mare,& omnia quæ sunt in eis,& uniuersum orbẽ,& inhabita bilem eremum,& quæcunq; operãtur,& omnẽ dispositionẽ cœli,& pausauit septima die deus.Propterea sanctificauit deus septimã diem,quia requieuit in ea.Diliges patrẽ tuum, & matrem tuam,& timebis eos,& tunc exurget lumen tuũ,& præcipiam cœlo,& reddet pluuiam suam,& terra accelerabit fructum suum,& multorũ eris dierum,& habitabis in terra tua,& non eris sine filijs,quia non deficiet semen tuum habitantiũ eam.Non mœcha

Lex data pri mitus magno motu.

Decem præ cepta. Exod.20.

beris, quia inimici tui non mœchati sunt in te, sed existi in manu excelsa. Non occides, eo quod dominati sunt tibi inimici tui ut occiderent te, sed uidisti mortem eorum. Non eris falsus testis, aduersus proximū tuum dicens falsum testimoniū, ne falsum testimoniū dicāt contra te custodes tui. Non concupisces domū proximi tui, nec ea quæ habet, ne & alij cō cupiscant terram tuam. Et ut quieuit dominus loqui, populus in pauore timuit ualde, et in lampadibus uiderant montem ardentem igne, & dixerunt ad Mosen: Tu nobis loquerę, et non loquatur deus ad nos, ne forte moriamur. Ecce enim hodie scimus, quoniam loquitur deus homini, os ad os, ut uiuet homo. Et nunc cognouimus uere, quoniam portauit terra uocem dei cū tremore. Et dixit ad eos Moses: Nolite timere, propterea enim ut probaret uos uenit deus, ut recipiatis timorem eius in uos, ut nō peccetis. Et stetit omnis populus à longe. Moses autem accessit ad nebulam, sciens quoniā ibi erat deus, & tunc dixit ei deus, iustitias & iudicia sua: & detinuit eum secum quadraginta dies, & quadraginta noctes, &

Exodi 22.

ibi ei mandauit multa, & ostendit ei lignū uitæ, de quo abscidit, & accepit, & misit in myrrham, & dulcis facta est aqua myrrhæ, & sequebatur eos in eremo annis XL. & ascendit in montem cum eis, & descendit in campos, & pręcepit ei de tabernaculo, & arca domini, et de sacrificio holocaustomatum, & incensorum, & de obseruatione mēsis, & candelabro, et de labro, & uasis eius, & de hebdomade, & de logio, & de præciosissimis lapidibus, ut faciant sic filij Israël, & ostendit ei similitudinem eorum, ut faceret secūdum exemplar quod uiderat, & dixit ad eum: Facite mihi sanctificationem, & erit tabernaculum gloriæ meæ in uobis. Et descendit Moses, & cum perfusus esset lumine inuisibili, descendit in locum ubi lumen solis & lunæ est, uicit lumen faciei suæ splendorem solis & lunæ, et hoc nesciebat ipse. Et factum est cum descenderet ad filios Israël, uidentes non cognoscebant eum. Cū aūt locutus fuisset, tunc cognouerunt eum, & erat simile factū hoc, sicut in Aegypto quando cognouit Ioseph fratres suos, ipsi aūt non cognouerunt eum, & factum est postea cū sciret Moses quoniam gloriosissima facta fuerat facies eius, fecit sibi uelamen unde cooperiret faciem suam, & dum esset in monte, corruptum est cor populorum, et congregati sunt ad Aaron, dicentes: Fac nobis deos, quibus seruiamus, quemadmodum habent & cæteræ Gentes: quoniam Moses ille per quem facta sunt mirabilia coram nos, raptus est à nobis, & dixit ad eos Aaron: Aequo animo estote, Moses enim ueniet, & appropiabit nobis iudicium, & legem illuminabit nobis, & superexcellentiam dei exponet de ore suo, constituens iustitias generi nostro. Et hæc loquente eo, non obaudierūt ei, ut compleretur uerbum, q; dictum est in tempore quo peccauit populus ædificans turrim, cū dixit deus: & nunc nisi prohibeā eis, omne quod præuiderint sibi facere, præsument deterius. Timens aūt Aaron, quoniam uirtutificati erant populi ualde, dixit ad eos: Afferte nobis inaures mulierum uestrarum. Et petierunt uiri unusquisq; mulierem suam, & statim dederunt, & miserunt eas

Vitulus conflatilis ex inauribus.

in ignem: & effigiata sunt in figurā, & exiuit uitulus cōflatilis. Et dixit dominus Mosi: Festina hinc, quoniā corruptus est populus, & præuaricatus est uias meas, quas præcepi eis. Quid si cōpletæ fuissent sponsiones, quas spopondi patribus uestris, quando dixi eis: Semini uestro dabo terram hanc, in qua habitatis? Ecce enim nec dū ingressus est in terram, etiam portans iudiciū, & reliquerunt me: & ideo scio quia si ingressi fuerint in terrā ipsam, maiores iniquitates operabuntur: & nunc quoq; relinquā eos, & conuersus iterum cōcordabor eis, ut ædificetur mihi domus in eis, quæ & ipsa iterum deponetur, propter q; peccaturi sunt in me, & erit mihi hominum genus tanq; stillicidium urcei, & tanquam sputum æstimabitur. Et festinans Moses descendit & uidit Vitulum, & respexit in tabulas, & uidit quoniam non erant scriptę, & festinans confregit eas, & aperte sunt manus eius, & factus est similis mulieri parturienti in primitiuis suis, quæ cum tenetur in doloribus, & manus eius super pectus illius, & uirtus non erit quæ adiuuet partum eius. Et factum est post horā unam, dixit in sensu suo: Non usq; ad uictoriam possidet amaritudo, aut in sempiternū præualet malum. Et nunc exurgam, & confortabo lumbos, quomodo si peccauerunt, non in uano erunt quæ sursum enarrata sunt mihi. Et exurgens cōfregit Vitulum, & misit eum in aquam, & potauit populum. Et factum est si quis habuit in uoluntate sensus sui, ut perficeretur uitulus, abscidebatur lingua eius, si quis uero coactus in timore consenserat, splendebat uisus eius. Et tunc ascendit Moses in montem, & orauit dominū, dicens: Ecce nunc tu deus, qui plantasti uineam hanc, & dedisti radices eius in abyssum, & sarmenta eius extendisti usq; ad sedem tuam altissimam, respice in isto tempore, quia uinea ista emisit fructū suum,

suum,& non cognouit cultorem suum. Et modo si irasceris in uineã tuam,& eradices eã de abysso,& aretacias sarmenta eius de sede tua altissima & æterna, nõ ultra iam ueniet abyssus ut nutriat eam,nec thronus tuus ut refrigeret uineam tuam, illam quam incẽdisti. Tu es enim,qui omne lumen es,& domum tuam ornasti lapidibus præciosis , & auro,& aromatibus,& iaspide,& lignis balsami,& cinnamo,& radicib.myrrhæ,& costi.Inspersisti domum tuam,& diuersis escis,& suauitate diuersi potus saturasti eam.Si ergo nõ misertus fueris uineæ tuæ,omnia domine in uano facta sunt,& nõ habebis qui te glorificet. Nam etsi aliam uineam plantaueris,nec hæc tibi credet,eò quod priorem dissipasti.Si enĩ relinquens relinqueris seculum,& quis faciet tibi quod locutus es tanquam deus?Et nũc contineatur furor tuus à uinea,maius quod à te prædictum est, & quod dicendũ est,& nõ fiat in uano labor tuus,nec in uilibus distrahatur hæreditas tua.Et dixit ei deus: Ecce misericors factus sum iuxta sermones tuos.Excide itaq; tibi duas tabulas lapideas,de eo loco unde excideras priores,& rescribe in eis iustitias quæ erant in primis.Et festinauit Moses,& fecit omnia quæ præcepit ei deus.Et descendens fecit tabulas,& uasa eius, & arcã, & lucernam,& mensam& thuribulum holocaustomatum,& hippomidem,& logion,& lapides præciosos,& labrum,& bases,omniaq; quæ ei ostensa sunt. Et composuit uniuersa uestimenta sacerdotum,præcinctoriam quoq;,& cæteras,& citharam,& lamina aurea & coronam sanctam,& oleum unctionis sacerdotũ , & ipsos sacerdotes sanctificauit.Et completis omnibus,uniuersos eos operuit nubes.Tunc exclamauit Moses ad dominum, & locutus est ei deus de tabernaculo,dicens:Hæc est lex thuribili in qua immolabitis mihi,& exorabitis pro animabus uestris. De his autem ex quibus offeretis mihi,offerte de pecoribus uitulum,& ouem,& capram ; nam de auibus turturem,& columbam.Et si facta fuerit in terra uestra lepra,& erit ut purgetur leprosus,accipiant domino duos pullos uiuos,& lignum cedrinum,& hyssopum,& coccinum,& accedet ad sacerdotem, & occidet unum,unum autem seruet,& statuet leprosum in omnibus quę pręcepi in lege mea. Et erit cum obuiauerit uobis tempora,sanctificabitis me in die festiuitatis , & iucundabimini in conspectu meo in festiuitate Azymorum,& constituetis in conspectu meo panẽ, celebrantes festiuitatem memorialem,quia in ea die existis de terra Aegypti.Et in festiuitate hebdomadis,constituetis ante conspectũ meum panem,& facietis mihi oblationem fructibus uestris.Nam festiuitas psalphingarum in oblationẽ erit prospeculatoribus uestris,in eo quod præspexi creaturam memores sitis totius orbis per initia.Ostendentibus uobis,agnoscã numerum mortuorum,& natorum per ieiunium misericordiæ.Ieiunabitis enim mihi pro animabus uestris,ut compleantur sponsiones patrum uestrorum. Et festiuitatem Scenophegiæ afferte mihi,& accipietis mihi fructũ ligni speciosum,& ramum palmæ,& salicum,& cedrũ & ramos myrrhæ,et memor ero in pluuia totius terræ,& constituet modus temporum,& constituã astra,& præcipiam nubibus,& sonabunt uenti,& percurrẽt coruscationes,et erit turbo tonitruum,et hoc erit in signum sempiternum.Et rorem dabunt noctes,sicut locutus sum post diluuium terræ. Tunc præcepit ei de anno uitæ Noę,& dixit ad eum:Hij sunt anni quos disposui post hebdomadas, in quibus uisitaui ciuitatẽ hominum,in quo tempore ostendi eis locũ generationis,& colorẽ . Et dixit:Hic locus est,quem docui protoplastũ,dicens:Si non transgredieris quæ tibi mandaui,omnia sub te erunt.Ille autem transgressus est uias meas,& suasus est de muliere sua,& hæc seducta est de colubro.Et tũc cõstituta est mors in generationes hominũ . Et adiecit dominus adhuc ostendere uias paradisi,et dixit ei:Hæc sunt quæ perdiderunt homines,non ambulantes in eis,quoniã peccauerunt in me.Et præcepit ei dominus de saluatione animarũ populi,& dixit:Si in uijs meis ambulauerint,nõ relinquam eos,sed miserebor eis semper,& benedicam semen eorum & festinabit terra dare fructum suum,& pluuia erit eis in lucrificarionem,& non sterilizabit.Sciens autem scio,quoniam corrumpent uias suas,et relinquam eos,& obliuiscentur testamenta quæ disposui patribus eorum, & ego tamẽ non in sempiterno obliuiscar eos.Ipsi enim scient in nouissimis diebus,quoniam pro peccatis eorum derelictum est semen eorũ,quin fidelis sum in uijs meis. Tunc dixit ad eum deus: Incipe inspicere plebem meã à XX.annis,& supra usq; ad XL.annos ut ostendã nationibus uestris,quantum annunciaui patribus eorũ in terra aliena. Quomodo quinquagesima parte eleuaui eos de terra Aegypti,quadraginta autem & nouem partes mortuæ sunt in terra Aegypti.Dum insisteris eos,& cum inspexeris,scribe numerũ eorum,donec adimpleã

omnia quæ locutus sum patribus eorum, & donec constituam eos in terra sua cõfidenter: quia nullum uerbum de quibus locutus sum patribus eorum minueram, ex his quæ dixi eis: Semen uestrum tanquam stellæ cœli erit in multitudine. In numero ingredientur in terram, & in modico tempore sine numero efficientur. Et tunc descendit Moses, & numerauit eos, & erat numerus plebis DCIIIIMDL. Plebem autem Leui non dinumerauit cum eis, quoniam sic præceptum erat ei, sed enumerauit eos qui supra L. annos erant. Quorum numerus erat XLVIIMCCC. Et dinumerauit adhuc qui infra uiginti annos, & factus est numerus eorum DCCCM DCCCL. Et tribum Leui perspexit, & factus est omnis numerus eorum CXX. CCXD. DCXX. CC. DCCCC. Et nunciauit Moses numerum eorum deo. Et dixit ad eum deus: Hij sunt sermones quos dixi patribus eorum in terra Aegypti, & posui numerum in annis CCX. omnibus qui uiderunt mirabilia mea. Et factus est numerus omnium nouies milies decem milia, ducẽties nonaginta & quinq; milia hominum, præter mulieres. Et mortificaui omnem multitudinem eorum, quia non crediderunt mihi. Et superfuit quinquagesima pars de eis, et sanctificaui eos mihi. Propterea pręcipio generationi plebis meæ, ut dent mihi decimationes de fructibus suis, ut sit in conspectu meo in memoriam, quantos labores abstuli ab eis. Et ut descendit Moses, & annunciauit plebi hæc, plorauerunt & luxerunt, & habitauerunt circa eremum annis duobus. Et misit Moses exploratores explorare terram XII. uiros, sic enim ei præceptum erat. Qui ut ascenderunt, & conspexerunt terram, reuersi sunt ad eum, & deposuerunt fruges de fructibus terræ, & contribulauerunt cor populi, dicentes: Non poteritis hæreditare terram, quoniam ferreis uectibus clausa est à potentibus suis. Duo autem uiri de duodecim non ita locuti sunt, sed dixerunt: Sicut possunt serra dura superare astra, aut sicut uincunt arma coruscationes aut extinguuntur tonitrua à uolatilibus, sic poterunt isti repugnare domino. Videbant enim quoniam in ascensu eorum coruscationes lucebant astrorum, & sequebantur tonitrua consonantia eis. Et hæc nomina eorum, Chaleb filius Iessone, filij Beri, filij Batuel, filij Galipha, filij Cenen, filij Selunum, filij Selon, filij Ride. Secundus, Iesus filius Nauæ, filij Eliphat, filij Gal, filij Nephelien, filij Emon, filij Saul, filij Dabra, filij Effrem, filij Ioseph. Plebs autem non audierunt uocem duorum, sed conturbati sunt ualde, & locuti sunt, dicentes: Nunquid hæc sunt uerba, quæ locutus est deus, dicens: Inducam uos in terram fluentem lacte & melle? Et quomodo nunc eleuat nos, ut incidamus in romphæã, & mulieres nostræ erunt in captiuitatem? Et his dictis, subito apparuit gloria dei, & dixit Mosi. Sic perseuerat populus, ut omnino non exaudiat me? Ecce nunc in uano nõ erit cogitatio quæ exiuit de me, præmittam Angelum iræ meæ in ipsos, ut cõtribulet corpora eorum igni in eremo, ego autem mandabo angelis meis, qui custodiunt eos, ut non rogent pro eis, quia animas eorum includam in thesauros tenebrarum, & dicam seruis meis patribus eorum: Ecce hoc est semen cui locutus sum, dicens: Aduenict semen uestrum in terrã non suam, & Gentem cui seruierit ego iudicabo, & compleui uerba mea, & tabefeci inimicos eorum, & subieci angelos sub pedibus eorum, & nubem posui in tabernaculum capitis eorum, & præcepi mari, & disruptis ante faciem eorum abyssis steterunt muri aquarum. Et nihil simile factum est uerbo huic, ex qua die dixi: Congregentur aquæ sub cœlo in locum unum, usq; in hunc diem, & eduxi eos. Inimicos autem eorum interfeci, & adduxi eos in conspectu meo usq; ad montem Sina. Et inclinaui cœlos, & descendi incendere lucernam populo meo, & creaturæ ponere terminos, & docui eos, ut facerent mihi sanctimonia, ut habitarem in eis, ipsi autem dereliquerunt me, & increduli facti sunt uerborum meorum, & euanuit sensus eorum, & nunc ecce uenient dies, & faciam eis sicut uoluerũt, & corpora eorum deijciam in eremo. Et dixit Moses: Nunquid antequam semen acciperes, quo hominem faceres super terram, ego constitui uias eorum? & ideo nunc sustineat nos misericordia tua usq; in finem, & pietas tua in longitudinem dierum. In tempore illo præcepit illi de fimbribus, & tunc restitit Choreb, & ducenti uiri cum eo, & locuti sunt, dicentes: Quid si ponitur nobis lex insufferibilis? Et iratus est deus, & dixit: ego pręcepi terræ, & dedi mihi hominem, & nati sunt ei in primis duo filij, & surrexit maior, & occidit minorem. & festinans terra deglutiuit sanguinem eius. Ego autem expuli Cain, & maledixi terræ, & locutus sum Sion, dicens: Nõ adijcias ut deglutias sanguinẽ, & nunc fortiter contaminatæ sunt cogitationes hominum. Ecce ego pręcipio terræ, & deglutiet corpus & animam pariter, & erit habitatio eorum in tenebris, & in perditione, & non morientur,

sed

sed tabescent, quousque rememorabor seculi, & ero innouans terram, & tunc morientur & non uiuent, & auferetur uita eorum de numero omnium hominum, et non respuet eos infernus ultra, & perditio eorum non rememorabitur, & erit exitus eorum sicut tribus gẽtium, quarum dixi non memorabor, id est, castra Aegyptiorum, & Gẽtem quam perdideram aqua diluuij, & deglutiet eos terra, & non adijciam amplius. Et loquẽte Mose omnia uerba hæc populo, adhuc diffidens erat Choreb, & uiri eius, & misit Choreb conuocari septem filios suos, qui non fuerunt cum eo in consilio. Illi autem mandauerunt ei dicẽtes: Sicut imaginem non ostendit pictor per artem, nisi ante doctus fuerit, ita nos legem fortissimi accipientes, quæ docet nos uias eius, non intrabimus in eas, nisi ut in eis ambulemus. Pater nos non genuit, sed fortissimus non plasmauit, & nunc si ambulauerimus in uijs eius, erimus filij sui. Si autem tu diffidens es, ingredere uiam tuam, & non ascenderunt ad eum. Et factum est post hæc aperta est terra coram ipsis, & miserunt ad eum filij eius dicẽtes: Si adhuc instat furor tuus, quis te adiuuabit in die perditionis tuæ? & non audiuit eos, & aperuit terra os suum, & deglutiuit eos, & domos eorum, & motum est quater fundamentum terræ, ut deglutiret homines, sicut preceptũ fuerat ei. Et suspirauit post hæc Choreb, & Synagoga eius, quousque redderetur firmamentum terræ. Synagogæ autem plebis dixerunt Mosi: Non possumus manere in † Syna loci huius, unde glutitus est Choreb, & uiri eius. Et ille dixit ad eos: Tollite de gyro eorum tabernacula uestra, nec coniugamini peccatis eorum, & fecerunt sic. Tunc ostensum est genus sacerdotale in electione tribus, & dictum est Mosi: Accipe per duodecim tribus singulas uirgas, & pone eas in tabernaculo, & tunc ad quem locuta fuerit gloria mea, ipsius uirga florebit, & auferam murmurationem de populo meo. Et fecit sic Moses, & posuit XII. uirgas, & processit uirga Aaron, & protulit florem, & fecit semen amygdali. Erat autem illa similitudo quæ tunc nata est, similis operi quod operabatur Israël, dum esset in Mesopotamia apud Laban Syrum, quando tulit uirgas amygdalinas, & posuit eas in congregationem aquarum, & ueniebant pecora bibere, & diuidebantur per uirgas decoriatas, & pariebant albos hœdos, et guttis aspersos, & uarios. Propterea similis facta est Synagoga populi gregi ouium, & sicut pariebant pecora secundum amygdalinas uirgas, sic constitutum est sacerdotium per uirgas amygdalinas. In illo tempore interfecit Moses Seon & Og reges Amorrhæorum, & hæreditauit omnem terram eorum populo suo, & habitauerunt in ea, Balac aũt erat rex, Moab inhabitans contra eos, & timuit ualde, & misit ad Balaam filium Beor interpretem somniorum, qui habitabat in Mesopotamia, & mandauit ei dicens: Ecce ego scio, quomodo in regno patris mei Epher, cum expugnarẽt eum Amorrhæi, maledixisti eos, & traditi sunt in conspectum eius, & modo ueni, & maledic populum istum, quoniam multus est super nos, & honorificabo te nimium. Et dixit Balaam: Ecce placuit Balac, & nescit, quoniam non ita est consilium dei, sicut consilium hominis. Ipse autem non nouit, quoniã spiritus qui nobis datus est, in tempore datus est, uiæ aũt nostræ non sunt directæ, nisi uelit deus, et nunc expectate hic, & uidebo quid mihi loquatur dominus in hac nocte. Et dixit ad eum deus per noctem: Qui sunt uiri, qui uenerunt ad te? Et dixit Balaam: Vt quid domine tentas genus hominum? Hi ergo non possunt sustinere, quoniam tu plus scis quæ habentur in seculo, antequam fundares illud. Et nũc illumina seruum tuum, si rectũ est ut proficiscar cũ eis. Et dixit ad eum: Nónne de hoc populo locutus sum Abrahæ in uisu, dicẽs: erit semẽ tuũ tanquam sydera cœli, quãdo leuaui eũ super firmamentũ, & ostendi ei omniũ astrorum dispositiones, & filiũ eius petij in holocaustomata? & adduxit eũ ut cõponeret in sacrario, ego aũt reddidi eũ patri suo. Et quia nõ cõtradixit, facta est oblatio eius in conspectu meo acceptabilis, & pro sanguine eius elegi istos. Nõne de hoc dixi, ego reuelabo Abrahæ omnia quæ ego facio? Et Iacob, cum luctaretur in puluere cũ angelo, qui stabat super hymnos, non dimisit eũ donec benediceret illũ? Et nũc ecce tu cogitas proficisci cũ eis, ut maledicas quos elegi? Quod si maledixeris eos, quis erit qui benedicet te? Et surrexit Balaam mane, & dixit: Proficiscimini uiã uestram, quoniam non uult me deus uenire uobiscũ, & profecti sunt, & retulerunt Balac quæ dicta fuerant de Balaã, et adiecit Balac mittere alios uiros ad Balaam, dicens: Ecce ego scio, quoniam, cũ offeras deo holocaustomata, recõciliabitur deus hominibus, & nunc appone adhuc ut petas à domino tuo, & roges in holocaustis quãtis uolueris. Quod si forte propiciabit malis meis, habebis mercedẽ tuã, tũ & deus accipiet oblationes suas. Et dixit ad eos Balaam: Ecce insipiẽs est filius Ephor, & ne

† sinu fortasse legendum est.

Virga amygdalina.

scit quoniam inhabitat in gyro mortuorum,& nunc expectate hac nocte,& uidebo quid mihi dicat deus. Et dixit ad eum deus: Vade cum eis,& erit uia tua in scādalum,& ipse Balac erit in perditionem. Et leuauit se mane,& profectus est cum eis,& uenit asina eius in itinere eremi,& uidit angelum,& aperuit oculos Balaam,& uidit angelum,et adorauit eū in terra. Et dixit ad eum angelus: festina,& uade,quia quæ dixeris fient ei: & uenit in terrā Moab,& ædificauit sacrarium,& obtulit oblationes, & cum uidisset partem populi,non permansit in eo spiritus dei, & tulit parabolam eius, & dixit: Ecce adduxit me Balac ad montem dicens; Veni irrue in ignem hominum istorum, quem aquæ extinguent non sustineo, ignem uero qui absorbet aquam, quis sustinebit? Et dixit illi, facilius est tollere fundamenta,& omne fastigium eorum,& extinguere lumen solis,& intenebriscare lumen lunæ, quàm qui uoluerit eradicare plantaginem fortissimi, aut exterminare uineam eius. Et ipse nesciuit quoniam ideo elatus est sensus eius, ut festinet perditio eius. Ecce enim uideo hæreditatem quam ostendit mihi fortissimus in nocte,& ecce dies uenient,et admirabitur Moab quæ accidunt ei, quoniam uoluit Balac muneribus persuadere fortissimum,& pecunijs emere dogma. Nónne oportebat te interrogare, quæ misit in Pharaonem,& in terrā eius, propter quod uoluit in seruitutem redigere eos? Ecce uinea obumbrans in desiderio multo,& qui zelabitur quoniam non marcescit. Si autem quis dixerit in consilio suo, quoniam in uano laborauit fortissimus, aut superflue elegit eos, ecce nunc uideo salutem liberationis quæ futura est. Et continens eos retineo in sonis uocis meæ,& non possum dicere quæ uideo oculis meis, quia modicum mihi superest sancti spiritus, qui manet in me, quomodo cognoui,& per quod suasus sum à Balac, perdidi tempus uitæ meæ: ecce adhuc uideo hæreditatē dissolutionis populi huius,& splendet super splendorē fulgorum lumē eius,& leuior cursus eius sagittis. Et ueniet tempus,& suspirabit Moab,& infirmi erūt seruientes Cham, qui hæc cogitauerunt super eos. Ego autem stridebo dētibus, pro eo quod deductus sum,& transgressus sum quæ dicta sunt ad me nocte. Et prophetia mea manifesta permanebit,& uerba mea uiuent,& sapientes & intelligentes uerba mea memorabuntur, quoniam ego cum maledixi perij, benedixi autem, & non sum benedictus. Et hæc dicens tacuit. Et dixit Balac: Fraudauit te deus tuus multorum munerum meorum. Et tunc dixit ad eum Balaā; Veni,& consiliemur quid facias eis, elige speciosas mulieres, quæ sunt in nobis, et quæ in Mazia, et statue eas ante eos nudas, et ornatas auro, et lapidibus pręciosis. & erit cum uiderint & concubuerint cum illis, peccabunt domino suo, & incident in manus uestras, quia aliter expugnare eos non potes. Et his dictis, auertit se Balaam,& reuersus est in locum suū. Et post hæc seductus est populus post filias Moab: fecit enim Balac omnia quæ ostendit ei Balam. Et in tempore illo occidit Moses populos,& media spolia eorum diuisit populo,& cœpit manifestare eis uerba legis, quæ locutus est eis in Oreb deus,& locutus est ad illos dicens; ecce ego dormio cum patribus meis,& eam ad populū meum. Noui autem quia surgentes relinquetis disposita uobis per me uerba, & irascetur deus in uobis,& derelinquet uos,& discedet de terra uestra, et adducet super uos obediētes uos, & principabuntur uobis non usque in finem, quia rememorabitur testamenti quod disposuit ad patres uestros. Tunc autem & uos,& filij uestri, & omnes generationes uestræ resurgent post uos,& quærent diem mortis meæ,& dicent in corde suo. Quis dabit nobis pastorem unum sicut Moses, aut iudicem tanquam filijs Israël, qui in omni tēpore oret pro peccatis nostris,& exaudiatur pro iniquitatibus nostris? Ego autem hodie testor uobis cœlum & terram, quia cœlum hoc audiet, & terra perspiciet auribus, quia deus reuelabit finem orbis, ut uobiscum disponat super excelsa sua,& incendens in uobis sempiternam lucernam,& recordabimini iniqui. Cum autem locutus sum uobis, respondistis uos dicentes; Omnia quæ locutus est nobis deus, faciemus & audiemus. Si autem transgressi fuerimus, aut corruperimus uias nostras, uocabit super nos testem,& abscidet nos. Scitote autem quoniam panem angelorum manducastis XL. annis, et nunc ecce ego benedico tribus uestras, antequam finis meus ueniat. Vos autem scitote laborem meum quem laboraui uobiscū, ex quo ascēdistis de terra Aegypti. Et his dictis, locutus est ad eū deus tertio dicens, ecce tu proficisceris dormire cum patribus tuis. Exurget aūt populus hic et requiret me, et obliuiscetur legem meā in qua illuminaui eum, et relinquam ad tempus semen eorū. Tibi autē ostendam terram priusquam moriaris, sed non ingredieris ibi in hoc seculo, ne uideas sculptilia in quibus incipiet populus hic inplanari et deuiari.

Demon-

Demonstrabo tibi locum, in quo mihi seruiet annos DCCXL. & post hæc tradetur in ma-
nus inimicorum suorum, & demolientur eum, & circundabunt eum alienigenæ, & erit in
illa die secundum diem illum in quo contriui tabulas testamenti quas disposui ad te in O-
reb, & peccantibus illis, euolauit ex eis quod erat scriptum. Dies autem erat septima deci-
ma mensis quarti. Et ascendit Moses in montem Oreb, sicut præceperat ei deus, & orauit
dicens: Ecce ego quidem compleui tempus uitæ meæ, & compleui annos CXX. Et nũc pe-
to, misericordia tua cum populo tuo, & miseratio tua cum hæreditate sua solidetur domi-
ne, & longanimitas tua in loco tuo super electionis genus, quoniam tu præ omnibus dile-
xisti eos. Et tu scis quoniam ego eram pastor ouium, & cum pascerem gregẽ in eremo, ad-
duxi eos usq; in montem tuum Oreb, & tunc primum uidi angelum tuum ignitum de ru-
bo, tu autem uocasti me de rubo, & ego timui, & declinaui faciem meam, & misisti me ad
eos, & liberasti eos de Aegypto, inimicos autem eorum demersisti in aquam, & dedisti eis
legem, & iustitias in quibus uiuent. Quis est autem homo qui tibi non peccauit. Quomo
do constabilietur hæreditas tua, si non misertus fueris eis? Aut quis adhuc nascet̃, sine pec
cato? Emendabis autem eos in tempore, & non in ira. Tunc ostendit ei dominus terram,
& omnia quæ sunt in ea, & dixit: Hæc est terra quàm dabo populo meo. Et ostendit ei lo
cum unde eleuant nubes aquam, ad irrigandum omnem terram, & locum unde accipit flu
uius irrigationem, & terram Aegypti, & locum firmamenti, unde bibet sola terra sancta.
Et ostendit ei locum unde pluit manna populo, usq; ad semitas paradisi. Et ostendit ei mẽ
suras sanctuarij, & numerum oblationum, & signa in quibus incipiant inspicere cœlum,
& dixit: Hæc sunt quæ prohibita sunt generi hominum, quoniam peccauerunt sibi. Et nũc
uirga tua in qua facta sunt signa, erit in testimonia inter me & populum meum. Et cũ pec-
cauerint irascar eis, & memorabor uirgæ tuæ, & parcam eis iuxta misericordiam meã, &
erit uirga tua in conspectu meo in commemorationem omnium dierum, & similabitur ar
cui in quo disposui testamentum ad Noë, cum exiret de arca, dicens: Dabo arcum meũ in *Gen. 9.*
nubem, & erit in signum inter me & homines, ne ultra sit aqua diluuij in omnem terram.
Te autem accipiam inde, & glorificabo te cum patribus tuis, & requiem dabo tibi in dor-
mitione tua, & sepeliam tecum pace, & lugebunt te omnes angeli, & militiæ contrista-
buntur. Nullus autem angelorum nec hominum sciet sepulchrum tuum, in quo incipies *Deut. ult.*
sepeliri, donec uisitem seculum, & excitabo te & patres tuos de terra Aegypti, in qua dor
mietis, & uenietis simul, & habitabitis inhabitationem immortalem, quæ non tenetur in
tempore. Cœlum autem hoc erit in conspectu meo tanquam nebula currens, & tanquam
dies transiens externus, & erit cum appropinquauerit uisitare orbẽ, iubebo annis, & præ
cipiam temporibus, & breuiabuntur, & accelerabuntur astra, & festinabit lumen solis
in occasum, & non permanebit lumen lunæ, quoniam festinabo excitare uos dormientes,
ut quem ostendi tibi locum sanctificationis, in eo habitent omnes qui possunt uiuere. Et
Et dixit Moses: Si adhuc potero petere domine de te iuxta multitudinem misericordię tuę
non indigneris mihi, & ostende mihi quanta quantitas temporis transijt, & quanta re-
mansit, & dixit ad eum: Istic mel apex magnus momenti plenitudo & ciathi gutum, & o-
mnia compleuit tempus: quatuor enim semis transierunt, & duæ semis supersunt. Et au-
diens Moses repletus est sensu, & mutata est effigies eius in gloria, & mortuus est in glo-
ria secundum os domini, & sepeliuit eum iuxta quod promiserat ei, & luxerunt angeli in
morte eius, & præcedebant eum fulgura, & lampades, & sagittæ omnes unanimes, & in
illa die non est dictus hymnus militum pro recessu Mosi, nec fuit talis dies ex eo quo fe-
cit deus hominem super terram, nec erit talis adhuc in sempiternum, ut humilietur pro
hominibus hymnus angelorum, quoniam ualde amauit eum, & sepeliuit eum per manus
suas super excelsam terram, & in lumine totius orbis. Et in tempore illo disposuit
deus testamentum suum cum Iesu filio Nauæ, qui remansit de uiris explorantium terram:
quoniam sors exierat in eos, ut non uiderent terram, eò quod male locuti fuerant de ea,
& propter hoc defuncta est generatio illa. Tunc dixit deus ad Iesum filium Nauæ: Vt
quid luges, & ut quid speras in uanum, cogitans quod Moses adhuc uiuet? Et ideo super-
flue sustines, quoniam defunctus est Moses. Accipe uestimenta sapientiæ eius, & in-
due te, & zona scientiæ ipsius præcinge lumbos tuos, & immutaberis & eris in uirum a-
lium. Nónne pro te locutus sum Mosi seruo meo dicẽs: iste ducet populum meum post te,
& in manũ eius tradã reges Amorrhæorũ. Et accepit Iesus uestimenta sapiẽtiæ, & uestiuit

se, &

se,& zona intelligentiæ præcinxit lumbos suos, & factum est cum uestiret se ea, incensa est mens eius, & spiritus eius commotus est, & dixit populo: Ecce prima generatio defuncta est in eremo, eò quod contradixerint deo suo. Et ecce nūc uos omnes duces scitote hodie, quia si proficiscimini in uijs dei uestri, dirigentur semitæ uestræ. Si autem non obaudieritis uoci eius, & similes fueritis patribus uestris, corrumpentur opera uestra, & uos ipsi confringemini, & peribit de terra nomen uestrū, & ubi erūt uerba quæ locutus est deus patribus uestris? Nam etsi dixerunt Gētes forsitan, defecit deus, quoniam non liberauit populum suum, agnoscentes tamen quod elegerit sibi plebes alias, faciens cum eis mirabilia magna, tunc intelligent quoniam personam non accepit fortissimus. Sed quia peccastis per excollentiam, ideo abstulit uirtutem suam à uobis, & subiecit uos. Et nunc exurgentes ponite cor uestrum, ut ambuletis in uijs domini uestri, & diriget uos. Et dixerūt ad eum populi: ecce nos scimus hodie quæ prophetauerunt Eldat & Modat, in diebus Mosi dicentes: Post requietionem Mosi, dabitur principatus Mosi Iesu filio Naue. Et non zelatus est Moses, sed gauisus est in auditu eorum, & ex hoc crediderunt omnes populi, quoniam tu his ducatum agas, & diuides eis in pace terram, & nunc etiam si fuerit conflictus, cō fortare & uiriliter age, quoniā tu solus in Israël principaberis. Et hæc audiens Iesus, cogitauit ut mitteret in Iericho exploratores. Et conuocauit Cenez, & Seeniamiā fratrem, duos filios Caleph, & dixit ad eos dicens: Ego & pater uester missi sumus per Mosen in eremo, & ascendimus cum cæteris decē uiris: et reuertentes illi male locuti de terra, & dissoluerunt cor populi, & dissipati sunt ipsi, & cor populi cū eis, ego aūt & pater uester soli cōpleuimus uerbū domini, & ecce uiuimus hodie, & nūc mittā uos inspicere terrā Iericho imitamini patrē uestrū, & uiuetis & uos. Et ascendentes inspexerunt ciuitatē. Et ut renunciauerunt uerbum, ascenderunt populi, & expugnauerunt ciuitatem et incenderunt eam igni. Et postquam defunctus est Moses, desijt manna descendere filijs Israël, & tūc cœperunt manducare de fructibus terræ. Et hæc sunt tria, quæ dedit populo suo deus, propter tres homines, id est, puteum aquæ myrrhæ pro Maria, & columnam nubis pro Aaron, & manna pro Mose. Et finitis his tribus, ablata sunt hæc tria dona ab illis. Populus autem & Iesus pugnabant contra Amorrhæos, & inualescente pugna super inimicos suos, per omnes dies Iesu consumpti sunt XXX. & IX. reges, qui habitabant terrā. Et dedit Iesus in sortem terram populo, unicuiq; tribui secundum sortes, iuxta quod præceptū fuerat ei. Tūc accessit ad eum Caleph, & locutus est dicens: Scis quoniam ambo in sorte missi sumus de Mose ire cum speculatoribus, & quia nos compleuimus sermonem domini, ecce nos uiuimus modo, & nunc si est beneplacitum ante oculos tuos, detur Cinez filio meo in sortē territorium trium turrium. Et benedixit eum Iesus, & fecit sic. Et cum senuisset & processior esset in diebus Iesus, dixit ad eum deus: ecce tu senescis, & processior es dierum, & terra facta est multa ualde, & non est qui sortiatur eam: & erit ut post recessum tuum commisceatur populus hic cum habitantibus terram, & seducentur post deos alienos, & derelinquam eos sicut testatus sum in sermone meo ad Mosen, sed tu testare eis antequam moriaris. Et dixit Iesus: Tu præ omnibus scis domine, quid agat cor maris antequam irascatur, & tu inuestigasti astra, & numerasti stellas, & cōstituisti pluuiam, tu scis sensum omnium generationum antequam nascantur, & nunc domine largire populo tuo cor sapientiæ, & sensum prudentiæ: & erit cum dabis hæreditatibus tuis dispositiones istas, non peccabūt coram te, & tu non irasceris eis. Nonne hæc uerba sunt quæ locutus sum ante conspectum tuum domine, cum furatus est Achiras de anathemare, & traditus est populus ante te, & ego rogans in conspectu tuo dixi; Nonne melius erat nobis domine si mortui fuissemus in rubro mari, ubi demersisti inimicos nostros: aut si defuncti fuissemus in eremo, sicut patres nostri, quam tradamur in manus Amorrhæorum, ut exterminaremur semper, & si circa nos uerbum est, nihil mali erit nobis, quoniam etsi translata fuerit finis nostra in mortē, tu tamen uiuis, qui ante secula & post secula es, & si non potest excogitare homo, ut proponar generationem unam, uni dicit: corrumpit deus quem elegit sibi populum, & ecce nos erimus in inferno, tu tamen facies uerbum tuum uiuum, & nunc sustineat plenitudo miserationum tuarum populum tuum, & eligat hæreditas tua uerum, quia ipse & generatio eius principabuntur populo tuo. Nonne pro eo dixit pater noster Iacob, dicens: Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus eius. Et nunc confirma prædictos sermones, ut discant gentes terræ & tribus orbis, quoniam ut sempiternus es. Et adiecit dicens: O domine,

Fructus terræ post mortem Mosi.

Gen. 49.

O domine, ecce dies uenient, & assimilabuntur domus Israël columbæ fœtanti, quæ collocans filios suos non relinquet, nec obliuiscetur locum suum, sicut & isti conuersi ab actibus suis, expugnabunt salutem quæ nascitur eis. Et descendit Iesus in Galgala, & ædificauit sacrarium lapidibus fortissimis, & non intulit in eos ferrum, sicuti præceperat Moses, & statuit lapides magnos in monte Gebal, & dealbauit eos, & scripsit super eos uerba legis, manifesta ualde: & congregauit omnem populum in unum, & legit in aures eorũ omnia uerba legis. Et descendens cum eis, leuauit supra sacrarium sacrificia pacifica, & hymnizauerunt ualde, & leuauerunt arcam testamẽti domini de tabernaculo cum tympanis, & choris, & nablis, & cum citharis, & psalterijs, et omni organo bene sonanti. Et erant sacerdotes & leuitæ ascendentes ante arcam, & iubilantes in psalmis, & posuerũt arcam ante conspectum sacrarij, & leuauerunt insuper sacrificia pacifica multa ualde, et psallebant unanimiter omnis domus Israël in uoce magna, dicens: Ecce compleuit dominus noster, quæ locutus est patribus nostris dicens: Semini uestro dabo terram fluentem lacte & melle. Et ecce induxit nos in terram inimicorum nostrorum, & ipsos tradidit confractos corde in conspectu nostro, & ipse est deus qui mandauit patribus nostris in occultis animarũ dicens: Ecce fecit dominus omnia quæ locutus est ad nos in Oreb, & si custodiat cor nostrũ uias eius, bene erit nobis, & filijs nostris post nos. Et benedixit eis Iesus, & dixit: Dabit dominus ut permaneat in eo cor uestrum per omnes dies, & non recedentes de nomine eius perseuerabit testamentum domini uobiscum, & non corrumpatur sed ut ædificet̃ in uobis habitaculum dei, sicut locutus est, cum misit in hæreditatem suam cum iucunditate & hilaritate, & factum est post hæc cum audisset Iesus & omnis Israël, quod filij Rubẽ, & filij Gad, & dimidia tribus Manasse, qui habitabant circa Iordanem, ædificassent sibi altare, & immolarent sacrificia in eo, & fecissent sacerdotes in sacrario, conturbati sunt omnes populi ualde, & uenerunt ad eos in Silon, & dixit ad eos Iesus, & omnes presbyteri dicentes: Quæ sunt hæc opera quæ facta sunt uobiscum, necdum habitantibus nobis in terra nostra? Nonne ista sunt uerba, quæ locutus est ad uos Moses in eremo dicens: Videte, ne ingredientes in terram uestram exterminetis opera uestra, & corrumpetis omnem populum istum? & nunc quare inimici nostri superabundauerunt, nisi quia uos corrumpitis uias uestras, & fecistis omnem conturbationem, & ideo collecti super nos, frangent nos? Et dixerunt filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manasse ad Iesum, & ad omnem populum Israël: Ecce nũc deus amputauit fructum uentris hominum, & posuit lumẽ, ut quę in tenebris sunt uideant, quoniam ipse scit quæ in occultis sunt abyssi, & lumen cũ eo permanet. Nunc scit dominus deus patrum nostrorum, si aliquis de nostris, aut nos ipsi fecimus rem istam in uerbo iniquitatis, nisi pro posteris nostris, ut non separetur cor eorum à domino deo nostro, et ne dicant ad nos: Ecce nunc fratres nostri, qui trans Iordanẽ sunt, habent sacrarium, ut offerant oblationem in eo, nos autem in isto loco nõ habentes sacrarium, recedamus à domino deo nostro, quia prolongauit deus noster de uijs nostris, ne seruiamus ei. Et hæc dicentes diximus inter nos: Faciamus nobis sacrarium, ut sit eis animositas ad exquirendum dominum. Etenim aliqui ex nobis astantes & scientes, quia fratres uestri nos sumus, & innoxij stamus ante conspectum uestrum. Facite itaq; quæ placent in oculis domini. Et dixit Iesus: Nonne fortior est rex dominus super milia sacrificia? Et quare non docuistis filios uestros uerba domini, quæ audistis ex nobis? Quia si erant filij uestri in meditatione legis domini, non seducerentur sensus eorum post sacrarium manu factum. Aut non scitis quando uiduato ad modicum populo in eremo, ascendente Mose ut acciperet tabulas, seductus est sensus eius, & fecit sibi idola? Et si non misericordia dei patrum uestrorum custos fuisset, omnes synagogæ factæ essent in fabulam, & diuulgarentur omnia peccata populi propter insipientiam uestram. Et ideo nunc euntes effodite sacraria quæ ædificastis uobis, & docete legem filios uestros, & erunt meditantes eam die ac nocte, ut fiat eis per omnes dies uitæ eorum dominus in testimonium et iudicem. Erit deus testis & iudex inter me & uos, & inter cor meum & cor uestrum, quia si in astutia fecistis rẽ hanc, uindicabitur in uobis, propter quod uoluistis disperdere fratres uestros: si autem in ignorantia fecistis, sicut dicitis, propter filios uestros misericors erit uobis deus. Et respondit omnis populus: Amen, amen. Et obtulit pro eis Iesus, & omnis populus Israël, mille arietes pro uerbis excusationis, & orauerunt pro eis, & dimisit eos cum pace: & euntes destruxerunt sacrarium, & ieiunauerunt, & plorauerunt ipsi & filij eorum, &

orantes

orantes dixerunt: Deus patrum nostrorum, & præscius cordis hominum omnium, tu scis quia non factæ uiæ nostræ in iniquitate ante conspectum tuum, sed nec deuiauimus à uijs tuis, sed tibi seruiuimus omnes, quia opera manuum tuarum sumus. Nunc miserere testamenti tui filijs seruorum tuorum. Et post hæc Iesus ascēdit in Galgala, & leuauit tabernaculum domini, & arcam testamenti, & omnia uasa eius, & leuauit eā in Silo, et demonstrationem & ueritatem posuit ibi. Et tunc Eleazar sacerdos ministrans altari, conuenientes omnes qui ueniebant ex populo interrogantes dominum, per demonstrationem instruebat eos, quoniam per hoc ostendebatur eis. In sacrario uero nouo, quod erat in Galgalis, constituit Iesus usq; in hodiernum diem, quæ offerebant̄ à filijs Israël holocaustomata per singulos annos. Quousq; enim ædificaretur domus domini Hierusalē, & offerretur in nouo sacrario, non prohibitus est populus offerre in eo, quia ueritas & demonstratio ostendebat omnia in Silo. Et quousq; poneretur per Salomonem arca in sacrario domini, erant offerentes ibi usq; illam diem. Eleazar uero filius Naue disposuit populū, & diuisit eis terram, potens in uirtute. Et cum adhuc inimici Israël essent super terram, appropinquauerunt dies Iesu ut moreretur, & misit, & uocauit omnem Israël in omni terra eorum cū mulieribus & filijs, & dixit ad eos: Congregamini ante conspectum arcæ, & testamenti domini in Silo, & disponam uobis testamentum antequam moriar. Et cōgregatis omnibus populis XVI. die mensis tertij ante cōspectum domini in Silo cum mulieribus & filijs, dixit Iesus ad eos: Audi Israël. Ecce ego dispono ad uos testamentum legis huius, quam disposuit dominus patrib. nostris in Oreb, & ideo sustinete hic ista nocte, & uidete quid loquatur ad me pro uobis deus. Et expectantibus populis illa nocte, uisus est dominus Iesu in aromate, & dixit dicens: Secundum sermones hos loquar ego huic populo. Et surrexit Iesus mane, & congregauit omnem populum, & dixit ad eos: Hæc dicit dominus. Vna petra erat unde effodi patrem uestrum, & genuit uir scopuli illius duos uiros, quorum nomina sunt Abraham & Nachor, & de dolatura loci illius natæ sunt duæ mulieres, quarum nomina sunt Sara & Melcha, & habitauerunt in unum trans flumen & accepit Abraham Saram, & Nachor Melcham. Et cum seducerentur habitantes terram, singuli quiq; post præsumptiones suas, credidit Abraham mihi, & non est seductus cum eis, & ego eum erui de flamma, & accepi eum, & superduxi eum in omnem terram Chanaan, & dixi ei in uisu dicens: Semini tuo dabo terram hanc. Et dixit ad me: Ecce nunc dedisti mihi mulierē, & hæc sterilis est. Et quomodo habebo de mea petra conclusa? Et dixi ad eum: Accipe mihi uitulum trimum, & capram triennam, & arietem trimum, turturem & columbam. Et accepit hæc sicut præcepi ei. Ego autem immisi in eum somnum, & pauorem circundedi ei, & ante eum locum ignis in quo expientur opera facientium iniquitatem in me, & faculas ostēdi ignis, unde illuminabuntur iusti, qui crediderunt mihi. Et dixi ad eum: Hæc erunt in testimonio inter me & te, quoniam de conclusa dabo tibi semen. Et assimilabo te columbæ, quia accepisti mihi ciuitatem, quàm incipient ædificare filij tui in conspectu meo. Turturē autem assimilabo Prophetis, qui de te nascentur. Et arietem assimilabo sapientibus, qui de te nascentur, illuminantibus filios tuos. Vitulum uero assimilabo multitudini populorū, qui multiplicatus est per te. Capram assimilabo mulieribus, quarum aperiā metras, & parient. Hæc erunt in testimonium inter nos, quoniam non transgrediar uerba mea. Et dedi ei Isaac, & plasmaui eum in metra eius quæ eum genuit, & præcepi ei ut citius restituens cum redderet mihi in mense septimo, et propterea omnis mulier quæ peperit septimo mēse, uiuit filius eius, quoniam super eum uocaui gloriam meam, & nouum ostēdi seculum. Et dedi Isaac Iacob & Esau, & dedi Esau terram Seir in hereditatem: Iacob autem & filij eius descenderunt in Aegyptum. Et humiliauerunt Aegyptij patres uestros, sicut uos scitis, & memoratus fui patrum uestrorum, & misi Mosen amicum meum, & liberaui eos inde, inimicos autem illorum percussi, & eieci eos in manu excelsa, & deduxi eos per rubrū mare, & substraui sub pedibus eorum nubem, & eduxi eos per abyssum, & adduxi eos sub montem Sina, & inclinaui cœlos, & descendi, & solidaui flammam ignis, & obturaui uenas abyssi, & impediui cursum stellarum, & cessaui sonos tonitruum, & extinxi plenitudinem uenti, & increpaui multitudinem nubium, & statui motus earum, & suspendi tempestatem militiarum, ut non corrumperem testamentum meum, quoniam mouebantur in descensu meo omnia, & animabantur uniuersa in aduentu meo, & nō permisi dissipari populum meum, sed dedi ei legem meam, & illuminaui eos, ut facientes hæc uiuant, & longæui

Septimo mense partus sunt uitales propter Isaac qui hoc mense est editus.

graui fiant,& non moriantur. Et induxi uos in terram istam,& dedi uobis uineas,ciuitates quas non ædificastis habitatis,& compleui testamentum uestrum quod dixi patribus uestris. Et nunc si uos obaudieritis patres uestros,apponam cor meum in uobis in sempiternū,& obumbrabo uos,& non apponent inimici uestri expugnare uos, & erit terra uestra nominata in omnem orbē,et semen uestrū electū in medio populorū dicentiū:Ecce populus fidelis, quia crediderunt domino,propterea liberauit eos dominus,& plantauit eos.Et ideo plantabo uos tanquam uineam desiderij,& regam uos tanquā gregem amabilem,& mandabo pluuiæ,& rori,& saturabūt uos in tempore uitæ uestræ. Erit autem & in finem uniuscuiusq; omnium uestrum sors in uita æterna,uobis & semini uestro,& accipiam animas uestras,& reponam eas in pace,quousq; compleatur tempus seculi,& reddam uos patribus uestris,& patres uestros uobis, & scient ipsi per uos, quoniam non in uano elegi uos. Hæc sunt uerba quæ locutus est dominus ad me nocte hac. Et responderunt omnes populi,& dixerunt:Dominus est deus noster,& ipsi soli seruiemus. Et fecerunt epulationem omnes populi in illa die & innouationem, diebus XXVIII. Et post dies illos adiecit Iesus filius Nauæ congregare omnes populos & dixit ad eos:Ecce nunc dominus est testatus in uobis hodie. Testatus sum uobis cœlū & terram, quoniā si sustinetis seruire domino,si aūt non uultis seruire ei,et uultis obaudire dijs Amorrhæorū,in quorū terra habitatis,dicite hodie in conspectu domini,& proficiscimini. Ego aūt & domus mea seruiemus domino. Et leuauerunt omnes populi uocē suam, & plorantes dixerunt:Forsitan dignatus est deus,& in timore eius melius est nobis mori,quā deleri de terra. Et benedixit Iesus filius Nauæ populos,& osculatus est eos,& dixit ad illos:Fiant uerba uestra in misericordiam ante dominum nostrum,& mittet Angelum suum & conseruet uos. Memores estote mei post mortem meam,& Mosis amici domini,& non recedant de uobis uerba testamenti,quæ disposuit ad uos per omnes dies, & dimisit eos, et profecti sunt unusquisq; in hæreditatem suam. Iesus autem reposuit se in lectulo suo, & misit & uocauit filium Eleazari sacerdotis,& dixit ad eum:ecce iam uideo oculis meis transgressionem populi huius, in quo incipient præuaricari,tu tamen uirtutifica manus tuas, in quo tempore es cum eis. Et osculatus est eum,& patrem eius,& filios eius,& benedixit eū,et dixit:Dominus deus patrum uestrorum dirigat uias uestras,& populi huius. Et ut desijt loqui ad eos,compli-cuit pedes suos in lectum,& obdormiuit cum patribus suis. Et posuerunt filij eius manus suas super oculos illius. Et tunc omnis Israël congregati sunt in unum, ut sepelirent eum, & planxerunt eum planctu magno,& hæc dicebāt in planctu suo:Plangite super pennā aquilæ huius leuis, quoniā euolauit à nobis,& plangite super uirtutem catuli leonis,quoniam absconsus est à nobis. Et quis iens renunciet iusto Mosi,quoniam habuimus quadraginta annis ducem similem ei?Et compleuerunt planctum suum,& sepelierunt eum manibus suis in monte Effraim,& reuersi sunt unusquisq; in tabernaculum suū. Et post mortem Iesu requieuit terra Israël. Et quærebant Allophili pugnare cum filijs Israël. Et illi interrogantes dominum dixerunt:Si ascendimus, & pugnamus contra Allophilos?Dixit eis deus:Si corde puro ascendistis,pugnate:si autem contaminatum est cor uestrum, non ascendatis,& adiecerunt interrogare,dicentes:Quomodo sciemus,si omne cor populi equale sit?Et dixit eis deus:Mittite sortes in tribus uestras,& erit omni tribu qui uenerit in sortem,separetur in unam sortem,& tunc scietis cuius cor purum est,& cuius contaminatum sit. Et dixit populus:Constituamus prius in nobis ducem,et sic sortem mittamus. Et dixit eis Angelus domini:Præponite. Et dixit populus:Quem præponemus,qui dignus sit domine?Et dixit eis Angelus domini:Mittite sortem in tribu Caleb,& qui ostensus fuerit in sorte,ipse uobis principabitur. Et miserūt sortem in tribum Caleb, & exiuit sors ad Cenez. Et constituerunt eum principem in Israël. Et dixit Cenez populo:Adducite mihi tribus uestras,& audite uerbum domini. Et collecti sunt populi. Et dixit ad eos Cenez: Scitis quanta uobis mandauit Moses amicus domini,ut non trasgrediemini legem in dextram uel in sinistram?Sed & Iesus qui post eum fuit princeps, easdem uobis mandauit. Et nunc ecce audiuimus de ore domini, quoniam cor uestrum contaminatum est,& præcepit nobis dominus,ut mittamus sortem in tribus uestras,ut sciamus cuius cor recessit à domino deo nostro. Nonne adducetur in populum indignatio iracūdiæ?Prædico aūt uobis hodie,quoniam etsi de domo mea aliquis exierit in sortem peccati,non saluabitur, sed igne concremabitur. Et dixit populus:Bonum uerbū dixisti facere. Et adduxit tribus in con-

Iesus filius Nauæ moritur.

Cenez substituitur Iesu filio Nauæ.

spectu eius, & inuenti sunt de tribu Iuda CCCXL. & V. uiri. De tribu autem Ruben DLX. Nam de tribu Simeon DCCLXXV. Et de tribu Leui CL. Et de tribu Isachar DCLX. & V. De tribu Zabulon DXL. & V. Et de tribu Gat CCCLXXX. Et de tribu Asser DCLXV. Et de tribu Manasse CCCCLXXX. Et de tribu Effraim CCCCXL. & VIII. Et de tribu Beniamin CCLX. & VII. Et factus est omnis numerus eorum, qui inuenti sunt sorte peccati VIM.CX. Et duxit eos omnes Cenez, & inclusit eos in carcere, quousq; sciretur quid fieret de eis. Et dixit Cenez: Nonne de istis dixit Moses amicus domini, dicens; Fortis est in uobis radix, germinans fel & amaritudinem? Et nunc benedictus dominus, qui reuelauit omnes uolũtates hominum istorum, nec patiebatur corrumpere populum in nequissimis operibus suis. Congregate ergo huc demonstrationem & ueritatem, & Eleazarum sacerdotem prouocate, & interrogemus per eum dominum. Et tunc Cenez & Eleazar, & omnes seniores, & omnis synagoga unanimes orauerunt, dicentes; Domine deus patrum nostrorum, reuela seruis tuis ueritatem, quoniam inuenimur non credentes prodigijs quæ fecisti patribus nostris, ex quo eiecisti eos de terra Aegypti usq; in hodiernum diem. Et respondit dominus, & dixit: Primum interrogate eos qui inuenti sunt, & confiteantur opera sua quæ astute agebant, & postea igne concremabuntur. Et adduxit eos Cenez, et dixit ad illos: Ecce nunc scitis quomodo confessus est Achiar, quando exiuit in sortem, & renũtiauit omnia quæ fecit, & nunc renuntiate nobis nequitias uestras, & adinuentiones. Et quis scit quoniam si dixeritis ueritatem nobis, & si modo moriamini, miserebitur tamẽ uobis deus, cum uiuificabit mortuos? Et dixit ei quidam eorum Elas nomine: Nunquid non iam aderit nobis mors, ut moriamur in igne? Dico autem tibi domine meus, non sunt similes ullæ adinuentiones, quas nequiter gerimus. Si autem uolueritis manifeste ueritatem interrogare, singulariter interroga uiros, uniuscuiusq; tribus, & sic sciet aliquis ex astantibus differentias peccatorum ipsorum. Et interrogauit Cenez eos qui erant de tribu sua, & dixerunt ad eum: Nos uoluimus imitari & facere uitulum, quem fecerant in eremo. Et post hæc interrogauit uiros de tribu Ruben, & dixerunt: Nos uoluimus immolare dijs habitantium terram. Et interrogauit uiros de tribu Leui, & dixerũt: Nos uoluimus probare tabernaculum si sanctum esset. Et interrogauit derelictos de tribu Isachar, & dixerunt. Nos uoluimus interrogare per dæmones idolorum, si manifeste annunciarent. Et interrogauit uiros de tribu Zabulon, & dixerunt. Nos uoluimus manducare carnes filiorum nostrorum & scire si curam de ijsdem habet deus. Interrogauit derelictos de tribu Dan, & dixerunt: Nos docuerant Amorrhæi quæ ipsi agebant, ut doceremus filios nostros. Et ecce hęc absconsa sunt sub tabernaculo Elas, qui tibi dixit, ut interrogares nos. Mitte ergo, & inuenies ea. Et misit Cenez, & inuenit ea. Et post interrogauit eos, qui supererant de tribu Gat, & illi dixerunt: Nos mœchati sumus alterutrum in mulieres nostras. Et deinceps interrogauit uiros de tribu Asser, qui dixerunt: Nos inuenimus septem simulachra aurea, quę uocabant Amorrhæi sanctas Nymphas, & auferentes eas cum præciosissimis lapidibus, qui superpositi erant eis, abscondimus illa. Et ecce nunc deposita sunt sub cacumẽ montis Sychem. Mitte ergo & inuenies ea. Et misit Cenez uiros, & sustulerũt ea inde. Hæ sunt Nymphæ, quæ inuocatæ ostendebãt Amorrhæis per singulas horas opera eorum. Hę sunt enĩ, quæ adinuenerunt septem uiri peccatores post diluuium, quorum nomina hæc sunt, Chanam, Phuht, Selath, Nebroth, Elath, Deluat. Nec erit iã talis similitudo in seculo sculpta manu artificis, uel picturæ distincta uarietate. Erant autem confixa & confirmata in consecrationem idolorum. Lapides illi præciosi erant, allati de terra Euilat. In quibus crystallinus erat, & prasinus, & uelut in diatrium sculpti modum ostendebant. Et alius ex his sculptus erat desuper, alius uelut chrysopassus stigmatus ita relucebat sculptura, tanquã subiacentis profundi ostentaret liquorem. Et hi sunt lapides præciosi quos habebant Amorrhęi in sanctis suis. Quorum prætium ideo inæstimabile erat, quoniam per noctem ingredientibus his, non erat necessarium lumen lucernę, ita explendebat genuinum lapidum lumẽ. Inter quos tamen plus lucebat ille, qui in modum diatridis sculptus de setis emundabatur. Nam etsi quis de Amorrhæis cæcus erat, ibat & ponebat oculos suos super eum, & recuperabat lumen. Quos inueniens Cenez, sequestrans deposuit eos, donec sciret quid de eis fieret. Et post hæc interrogauit reliquos de tribu Manasse, & illi dixerũt: Nos tantummodo contaminauimus sabbata domini. Et interrogauit derelictos de tribu Effraim, qui dixerũt. Nos uoluimus traijcere filios & filias nostras per ignem, ut sciremus si manifesta

essent

essent quæ dicta fuerant:& interrogauit derelictos de tribu Beniamin,dixerunt; Nos uoluimus in hoc tempore librum legis perscrutari,utrum manifeste deus scripsisset quę erāt in eo,aut Moses docuisset ea per se. Et accipiens omnia uerba hæc Cenez, cum scripsisset ea in libro,& legisset ante cōspectum domini,dixit ad eum deus:Accipe uiros, & ea quæ inuenta sunt apud eos,& omnia eorum,& pone in torrentem phison,& combures ea igni,ut pauset ira mea ab eis. Et dixit Cenez:Nunquid et lapides hos præciosos cōburemus igni,aut sanctificamus eos tibi, quoniam non sunt in nobis similes his? Et dixit ad eum deus:Si deus aliquid accipit in nomine suo de anathemate,quid faciat homo? Et ideo nūc accipies lapides istos præciosos,& omia quæ inuēta sunt in libro,& cū homines sic dispo nas, lapides ponas in unā partē cū libris,quoniā nō poterit ignis exurere eos. Et post ostē dam tibi quomodo eos perdas. Nam homines & omnia quæ inuenta sunt concremabis igni. Et congregatis omnibus populis,dices ad eos:Sic fiet omni uiro,cuius declinauerit cor à deo suo. Et postquam concremauerit ignis homines istos,tunc libros & lapides præciosos,qui non possunt igni comburi neq; incidi ferro,neq; aqua deleri,pones eos in uertice montis iuxta nouum sacrarium,& ego præcipiam nubi,& iens accipiet ros,et mittet super libros,& delebit ea quæ scripta sunt in his,quoniam non deleantur ex alia aqua,nisi ex ea quæ non seruiuit unquam hominibus. Et post eam mittam coruscum meum,& cōburet libros ipsos. De lapidibus uero præciosis præcipiam angelo meo,& accipiet illos, & iens ponet illos in profundum maris,& mandabo profundo,& absorbet eos,quoniam non poterunt permanere in seculo,eò quod contaminati sunt ab idolis Amorrhæorum. Et alij angelo præcipiam,& accipiet mihi duodecim lapides ex eo loco unde ablati sunt isti septem,quos tu cum inueneris super uerticem montis,ubi eos positurus es, accipiens pones eos super epomiden contra duodecim lapides quos in eremo posuit Moses,in logio sanctificabis eos secundum duodecim tribus. Et ne dicas, quomodo sciam quem lapidem,in qua tribu ponam? Ecce ego dicam tibi nomen tribus secundum nomen lapidis,et inuenies utraq; sculpta. Et iens Cenez,accepit omnia quæ inuenta fuerant, & homines simul cum his,& recongregauit ad se omnes populos,& dixit ad eos:ecce uos uidistis omnia mirabilia,quæ ostendit nobis deus,usq; in hodiernum diem, & ecce exquirentibus nobis uniuersos,qui uersute excogitabant mala contra dominum,& contra Israel, manifestauit eos nobis deus secundum opera eorum. Et nunc maledictus homo quicūq; tale ad inuenerit facere inter uos fratres. Et respondit omnis populus, Amen, Amē. Et his dictis, concremauit omnes homines illos igne,& omnia quæ inuenta sunt cum eis,præter lapides præciosos. Et post hæc uolens Cenez experiri si comburerētur lapides igni,misit eos in ignem. Et factum est mox ut cadebant in ignem,extinguebatur ignis. Et accipiens Cenez ferrum ut frangerentur,& cum tetigisset eos gladius,soluebatur ferrum eius. Et post hæc uolens uel libros delere per aquam,factum est,ut decidens super eos,aqua stringeretur in se. Et uidens hæc dixit Cenez:Benedictus deus,qui fecit tantas uirtutes in filios hominum,& fecit protoplastum Adam,& ostendit ei omnia, ut cum peccasset in ipsis Adā, tunc hæc uniuersa adnegaret,ne ostendens hæc generi hominum dominarētur eis. Et his dictis accepit libros & lapides,& posuit eos super uerticem montis, iuxta sacrarium nouum,sicut præcepit ei dominus. Et accipiens sacrificiū pacificorum, holocaustomata obtulit in sacrario nouo duo milia holocaustorum,uniuersa superponens ea in holocaustū. In illa die & epulati sunt epulationem magnam, ipse & omnis populus in unum. Et fecit deus eadem nocte,sicuti dixit Cenez,præcepit nubi, & iens accepit ros de glacie paradisi,& effundēs illum super libros,deleuit eos,& post hæc uenit angelus,& combussit eos. Alius autem angelus accepit lapides præciosos, & proiecit eos in cor maris,& præcepit profundo maris,& absorbuit illos. Et alius angelus iens attulit duodecim lapides, & posuit eos iuxta locum illum unde tulerat illos septem. Et exculpsit in his nomina tribuū. Et surgens Cenez in crastinum,inuenit lapides illos duodecim super uerticem montis,ubi ipse posuerat illos septem. Et sculptura eorum erat talis,ut tanquam oculorum forma designaretur in eis. Et primus lapis in quo scriptum erat nomen tribus Ruben,consimilabatur lapidi Sardino. Secundus autem lapis sculptus erat de dente, & ibi exculpto nomine tribus Simeonis,similitudo Topazanis uidebatur in eo. Et in tertio lapide sculptum erat nomen tribus Leui,qui Smaragdino lapidi erat similis. Nam quartus lapis Crystallus nominabatur,in quo erat sculptum nomen tribus Iudæ, & lapidi Carbunculo similabatur.

Nomina tribuum insculpta lapidibus.

Quintus uero lapis erat Prasinus,& super ipsum sculptum erat tribus Isachar,& lapidis Sapphyri color erat in eo. Et sexti uero lapidis sculptura erat tanquam Chrysoprassus esset,diuersis distinctionibus stigmatus,& ibi erat scripta tribus Zabulon,et lapis Iaspis assimilabitur ei. Nam septimi lapidis resplendens sculptura,ostendebat in se uelut infusum liquorem profundi,& ibi scriptum erat nomē tribus Dan,qui lapis assimilabatur lapidi Ligirio. Octauus lapis sculptus erat de Adamante,& ibi scriptum erat nomen tribus Neptalim,& Amethysto lapidi assimilabitur. Et noni lapidis sculptura erat tenebrata ex monte Ophir,& ibi scripta tribus Gad,& lapis Achates assimilabaē ei. Et lapidis decimi sculptura excauata erat,& expressit similitudinem lapidis Theman, & ibi erat scripta tribus Asser,& lapis Chrysolithus assimilabatur ei. Et undecimus lapis electus de Libano,& ibi scriptum erat nomen tribus Ioseph,& lapis Beryllus similabatur ei. Et lapis duodecimus excisus de excisione,& super ipsum scripta erat tribus Beniamin, & lapis Onychinus similabatur ei. Et dixit deus ad Cenez: Accipe lapides istos, & pone eos in arca testamenti domini cum tabulis testamenti,quas dedi Mosi in Oreb,& erunt ibi cum his,donec exurgat Iahel,qui ædificet domum in nomine meo,& tunc ea proponet ante me supra duo cherubin,& erunt in conspectu meo in memoriam domus Israël. Et erit cum impleta fuerint peccata populi mei,& cœperunt inimici potentari domui ipsorum, accipiā lapides istos, & illos priores unà cum tabulis, & reponam ea in locum unde ab initio prolata sunt,& erunt ibi quousq; memor sim seculi,& uisitabo habitantes terram, & tunc accipiā & istos, & alios plures ualde meliores,ex eo quod oculus non uidit,nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit,quousq; tale aliquid fieret in seculum, & non indigent iusti opera lu minis solis,neq; splendore lunæ, quoniam præciosissimorum lapidum lumen erit lumen eorum. Et surrexit Cenez,& dixit: Ecce quantum bonum fecit deus hominibus,& propter peccata eorum ab his omnibus defraudati sunt. Et nunc scio hodie quoniam genus hominum est,& uita eorū in nihilo deputabitur. Et his dictis accepit lapides de loco ubi erant positi,& cum tolleret eos, uelut lumen solis diffusum super illos,splendebat terra de lumine eorum. Et posuit eos Cenez in arca testamenti domini cum tabulis sicut præceptum fuerat ei,& sunt usq; in hodiernū diem. Et post hæc armauit de populo tria millia uirorum,& ascendit expugnare Amorrhæos,& percussit prima die octingenta millia uirorum. Et secunda die interemit quingenta millia. Et facta die tertia,male locuti sunt uiri plebis aduersus Cenez,dicentes: Ecce nunc solus Cenez operatus est cum muliere sua,& cōcubinis suis in domo sua,& nos mittet in pugnam, ut in conspectu inimicorum nostrorum conteramur. Et audientes hæc pueri Cenez,renuntiauerunt ei. Et præcepit quinquagenario,& adduxit ex his uiros triginta & septem,qui fuerunt detractores eius, & inclusit eos in carcerem. Quorum nomina hæc sunt: Leetuz, Betul, Aephal,Dealma, Anaph, Desac,Besac,Getel,Anaël,Anaxim, Noac, Cehecboac, Obal, Iabat,Enaht,Beath. Zelut,Effor,Ecent,Dephāp,Abidan,Esar,Moab, Duzal,Azat,Phelac,Igat, Zophal,Eliezor,Ecar,Zebat,Sebet,Nesach,Cere. Et cum inclusisset eos quinquagenarius secūdum præceptum Cenez,dixit Cenez: Quādo fecerit salutem dominus populo suo in manibus meis,tunc puniam uiros istos. Et his dictis iussit Cenez quinquagenario,dicens: Vade,& elige de pueris meis trecentos uiros,& equos tanto numero,& nullus sciat de populo horam in qua exiturus sum ad pugnam,tātum in qua hora tibi dixero,præpara uiros,ut sint parati in nocte. Et misit Cenez nuntios speculatores,ut uiderent ubi esset multitudo castrorum Amorrhæorum. Et uenerunt nuncij, & speculantes uiderunt quia multitudo de castris Amorrhæorum in rupibus conuersabantur, cogitantes & hæc, ut uenientes pugnarent aduersus Israël. Et reuersi sunt nuntij, & renuntiauerūt ei iuxta uerbum hoc. Et surrexit Cenez ipse,& trecenti equites cum eo,noctu, & accipiens psalpingas in manu sua, cœpit descendere cum trecentis uiris. Et factum est,cum appropiasset castris Amorrhæorum,dixit pueris suis: Hic state,ego autē solus descendā, ut uideā castra Amorrhæorū. Et erit ut psalpingauero descendatis,sin autem non,ibi expectabitis me. Et descendit Cenez solus,& orauit antequam descenderet,& dixit: Domine deus patrū nostrorum,tu ostendisti seruo tuo mirabilia, quæ præparasti facere in testamento tuo in nouissimis diebus, & nunc unum de mirabilibus tuis mitte seruo tuo,& expugnabo inimicos tuos,ut sciant ipsi,& omnes Gentes,& populus tuus,quoniam non in multitudine militiæ,neque in uirtute equitum liberat dominus, si cognouerint signum salutis, quod facies mecum hodie.

die. Ecce ego euaginabo romphæam meam de theca sua, & refulgebit in castris Amorrhæorum, & erit si cognouerint Amorrhæi quia ego sum Cenez, scio quoniam tradidisti eos in manus meas. Si autem nō me cognouerint, & putauerint alium esse, scio quoniam non exaudisti me, sed tradidisti inimicis meis. Nā & si traditus trador morti scio quod propter delicta mea non exaudiuit me dominus, & tradidit me inimicis meis. Nō autem perdet hæreditatem suam in morte mea. Et profectus est postea quam orauit, & audiuit multitudinem Amorrhæorum dicentium: Surgentes expugnemus Israël. Scimus enim quoniam sanctæ nostræ Nymphæ ibi sunt cum eis, & tradent eos in manus nostras. Et surrexit Cenez, induit eum spiritus domini, & euaginauit romphæam suam. Et ut refulsit Amorrhæis splendor eius, sicut coruscus acutus, uidentes dixerunt. Nónne hæc est romphæa Cenez, quæ multiplicauit uulneratos nostros. Et directum est uerbum quod locuti sumus, dicentes: Quoniam tradiderunt eos sanctæ Nymphæ in manus nostras. Et ecce nunc in hodiernum diem epulatio Amorrhæis, cum traditus fuerit nobis inimicus noster. Nūc ergo surgite, & unusquisq; præcingat se romphæa sua, & incipite pugnare. Et factum est ut audiuit Cenez uerba eorum, indutus spiritu uirtutis, & transmutatus in uirum alium, descēdit in castra Amorrhæorum, & cœpit percutere eos. Dominus autem misit ante faciem eius angelum in Gethel, superpositum occultis, & operantem inuisibiliter, angelum uirtutis cooperantem eum, & percussit in Gethel cæcitate Amorrhæos, ita ut uidens unusquisque proximum suum, æstimarent aduersarios suos esse, & interficerent se alterutrum. Et Zeruel, qui præerat uirtuti, sustinebat brachia Cenez, ne considerarent eum, & percussit Cenez de Amorrhæis quadragintaquinq; millia uirorum. Ipsi autem percutientes se alterutrum, ceciderunt quadragintaquinq; millia uirorum. Et dum interfecisset Cenez multitudinem magnam, uoluit dissoluere manum suam de romphæa, quoniam indissolubiliter astrictum fuerat manubrium romphææ, & assumpserat dextera eius uirtutem gladij. Et tūc qui derelicti fuerant de Amorrhæis, fugierunt in montana, Cenez autem quærens quemadmodum resolueret manum suam, & respiciens oculis suis uidit uirum Amorrhæorum fugientem, & comprehendit eū, & dixit ad illum: Scio quia Amorrhæi periti sunt, & nunc demonstra mihi, quomodo dissoluam manum meam de gladio isto, & dimittam te. Et dixit Amorrhæus: Vade, & accipe uirum de Hebræis, & interfice eum, & calente adhuc sanguine eius suppone manum tuam, excipiens sanguinem eius, exoluetur manus tua. Et dixit Cenez: Viuit dominus, quia si dixisses, accipe uirum de Amorrhæis, accepissem unum ex his, & te saluassem, sed quoniam dixisti, de Hebræis, ut odium tuum ostenderes, os tuū erit super te, & secundum quod locutus es, ego faciam tibi. Et his dictis, interfecit eū Cenez, & dum caleret adhuc sanguis eius, supponens excepit eum in manum suam, & absoluta est. Et abijt Cenez, & exuit uestimenta sua, & mittens se in flumen, & lauit se, & iterū ascendens mutauit uestimenta sua, & reuersus est ad pueros suos. Dominus autem immisit eis somnum grauem in nocte, & dormierunt, & non cognouerunt ex omnibus quę egerat Cenez. Et uenit Cenez excitauit eos de somno, & intuentes illum oculis suis uiderunt, & ecce campus plenus erat corporibus, & stupentes mente intuebantur singuli quique proximum suum. Et dixit ad eos Cenez. Quid miramini? Nūquid sicut uia hominum uiæ domini sunt. Nam in hominibus multitudo ualet, in deo autem quod constituerit. Et ideo si deus uoluerit salutem facere populo huic per manus meas, quid miramini? Exurgētes surgite, & singuli quiq; accingimini romphæis uestris, & ibimus in domum ad fratres nostros. Et ut audiuit omnis Israël salutem factam per manus Cenez, exierūt uniuersi populi unanimes obuiam ei, & dixerunt: Benedictus est dominus, qui te constituit ducem in populo suo, & ostendit quia fidelia erāt quæ ibi locutus fuerat, & quę nos audiebamus per uerbum, nunc uisu uidemus, apparente opere sermonis dei. Et dixit ad eos Cenez: Interrogate fratres uestros, & referant uobis quantum laborauerunt mecum in pugna. Et dixerunt uiri illi, qui fuerunt cum eo: Viuit dominus, quoniam nos non pugnauimus, sed nec sciebamus, nisi tantum cum expergefacti sumus, uidimus campum plenum corporibus. Et respondit populus: Nunc scimus quoniam constituerit dominus facere salutem populo suo: non indiget multitudine, sed sanctificatione. Et dixit Cenez quinquagenario, qui incluserat uiros illos in carcerem: Produc huc uiros istos, & audiemus uerba eorum. Et cū produxisset eos, dixit ad illos Cenez: Dicite mihi, quid uidentes de me murmurabatis in populo? Qui dixerunt: Quod nos interrogas, quid nos interrogas? Nunc ergo præcipe

igni nos comburi, quia non pro hoc peccato quod nunc locuti ſumus moriemur, ſed in illo priori de quo comprehenſi ſumus. Confeſſi ſunt uiri, qui arſerunt in peccatis ſuis, quia nos tunc conſenſimus peccatis eorum, dicentes: Fortaſſe populus non cognoſcet nos, & tunc fugimus populum, ſed recte trāſducti ſumus in peccatis noſtris, ut inciderimus in detractionem tuam. Et dixit Cenex: Si ergo ipſi aduerſus uos teſtificamini, in quo uobis miſerebor? iuſſit Cenez comburi eos igni, & miſit cineres eorum ubi uſſerant multitudinem peccantium in torrentem Phiſon. Et principatus eſt Cenez populo quinquaginta & ſeptem annos, & timor erat ſuper omnes inimicos eius, omnibus diebus ſuis. Et dum appropinquaſſent dies Cenez ut moreretur, miſit & uocauit omnes, & Iabis & Phinees duos prophetas, & filium Eleazari ſacerdotis, & dixit ad eos: Ecce nunc oſtendit mihi dominus omnia mirabilia ſua, quæ præparauit facere populo ſuo in nouiſſimis dieb. Et nunc ego diſponā teſtamentū meum uobiſcum hodie, ut non derelinquatis dominum deū ueſtrū poſt diſceſſum meū. Vos enim uidiſtis omnia mirabilia in eos qui peccauerunt, & quanta retulerint ipſi confitentes ſponte peccata ſua, aut quomodo conſumauerit eos dominus deus noſter, pro quo tranſgreſſi fuerant teſtamentum eius. Propter quod nunc parcētes domeſticis & filijs ueſtris, permanete in itineribus domini dei ueſtri, ne perdat dominus hæreditatem ſuā. Et dixit Phinees filius Eleazari ſacerdotis. Si præcipit Cenez dux, & prophetę & populus, & ſeniores, dicam uerbum quod audiui de patre meo cū moreretur, & non tacebo de mandato quod mandauit mihi, dum acciperetur anima eius. Et dixerunt Cenez dux, & prophetę: Dicito Phinees. Nunquid aliquis loquitur prior ſacerdote, qui cuſtodit mandata domini dei noſtri, præſertim cū exeat de ore eius ueritas, & de corde eius lumen refulgens? Et tunc dixit Phinees. Pater meus dum moreretur mandauit mihi, dicens: Hæc dices filijs Iſraël, congregatis uobis in congregationem, dominus apparuit mihi ante triduum in ſomnis noctu, & dixit ad me: Ecce tu uidiſti, ſed pater tuus ante te, quantum laborauerim populo meo. Erit autem poſt obitum ueſtrū, exurget populus hic & corrumpet uias ſuas, recedens à mādatis meis, & indignatus iraſcar eis, ſed memor ero tēporis eius quod fuit ante ſecula, in tempore quo non erat homo, & iniquitas non erat in eo, cum dixi ut fieret ſeculū, & laudarent me qui uenturi erant in eo, & plantabo uineā grandem, & de ea eligam plantationem, & diſponam eā, & nominabo eam nomine meo, & erit mea ſemper, cum ego fecerim omnia quæ dixi. Tamen plantatio mea quæ à me nominata eſt, non agnoſcet me plantatorem ſuū, ſed corrumpet fructum ſuum, & non reportabit mihi fructū eius. Hæc ſunt quæ mādauit mihi pater meus, ut dicerē populo huic. Et leuauit Cenez uocem ſuam, & ſeniores, & omnis populus unanimiter, plorantes planctū magnum uſque ad ueſperā, & dixerunt: Nunquid in uano perdet paſtor gregē ſuum, niſi perpeccauerit ei? Et non ipſe eſt, qui parcat iuxta abundantiā miſericordiæ ſuæ, quoniam ipſe plus laborauit in nobis. Et dum ſederent, inſiluit Spiritus ſanctus, habitans in Cenez, & extulit ſenſum eius, & cœpit prophetare, dicens: Ecce nunc uideo quæ non ſperabā, & cōſidero quæ non cognoſcebam. Audite nunc, qui habitatis ſuper terrā. Sicut commorantes in ea prophetauerunt, ante me uidentes horam hanc, priuſquam corrumperetur terra, ut cognoſcatis prædeſtinatas prophetationes omnes uos qui habitatis in ea. Ecce nūc uideo flammas non ardentes, et audio uenas expergefactas de ſomno, quibus non eſt fundamentū, neque faſtigia montium, nec ſuſpenſorium fundamenti conſidero, ſed omnia in apparētia, & inuiſibilia quibus locus non eſt in totum, & cum oculus meus nō ſciat quod uidear, cor meū adinueniet quæ dicat. De flamma autem quam uideo, non ardentem uidi, & ecce ſcintilla aſcendit, & quaſi ſubſtrauit ſibi ſub diuum, & erat ſimilitudo ſubſtrati eius tanquā aranea ortiens in modum ſcuti. Et dum factum eſſet fundamentum, uidi: de uena illa excitabatur quaſi ſpuma ebulliens, & ecce dum mutauit ſe tanquam in aliud fundamentum, inter medium autem fundamentum ſuperioris & inferioris de lumine inuiſibilis loci, aduenerunt quaſi imagines hominum, & perambulabant, & ecce uox dicens: Hæc pro fundamento erunt hominibus, & habitantibus in eis annis VII. Et fundamentum inferius ſubſtratū erat, ſuperius autem deſpumauerat, & qui proceſſerunt de luce inuiſibilis loci, hi erunt qui habitabunt ⁎ & nomen hominis illius ⁎ Et erit cum peccauerit mihi, & completum fuerit tempus, extinguetur ſcintilla, & pauſabit uena & ſic mutabūtur. Et factum eſt cum locutus fuiſſet Cenez uerba hæc, expergefactus eſt, & reuerſus eſt ſenſus eius in eū. Ipſe autem neſciebat quæ locutus fuerat, neque quæ uiderat. Hoc autem ſolū dixit populo:

Principatus Cenez durauit annis quinquaginta ſeptē

Si ſic eſt requies iuſtorum, poſtea quam defuncti fuerint, oportet eos mori corruptibili ſeculo, ut non uideant peccata. Et cum hæc dixiſſet Cenez, defunctus eſt, & dormiuit cum patribus ſuis. Et planxit eũ populus triginta diebus. Et poſtea conſtituit ſuper ſe populus ducẽ Zebul, qui in illo tempore congregauit populos, & dixit ad eos: Ecce nũc ſcimus omnem laborẽ quem laborauit nobiſcũ Cenez in diebus uitæ ſuæ, & nunc ſi filios habuiſſet, ipſi debuerant principari populo, & quia filiæ ſuperſunt, accipiant partẽ ampliorẽ in populo, quoniã pater earũ in uita ſua contempſit dare eis, ne audiretur auarus & cupidus. Et dixit populus: Facito omnia quæ ſunt placita ante oculos tuos. Cenez aũt erant tres filiæ, quarum nomina hæc ſunt. Primogenita, Ethema, ſecũda, Pheila, tertia, Zelpha. Et dedit Zebul primogenitæ omnia quæ in gyro erant terræ Phœnicum, & ſecundæ dedit oliuetum Accaron, tertiæ autem dedit quæ circa Accaron erant cultiua. Et uiros eis dedit, id eſt, primogenitæ Eliſephan, ſecundæ Odihel, tertiæ autem Doel. In diebus uero illis conſtituens Zebul theſaurũ domino, & dixit populo: Ecce ſi quis uoluerit ſanctificare domino aurũ, & argentũ, afferat in theſaurum domini in Silon, prætereane aliquis habens de idolis rem, uelit ſanctificare theſauris domini. quoniam non uult dominus abominamẽta anathematũ, ne conturberis Synagogam domini, ſufficit enim tranſacta iracundia. Et tulerunt omnes populi quod ſuggeſſit cor eorum, à uiris uſq; ad fœminas, aurum & argentũ. Et omne quod allatum eſt ponderatum, auri talenta XX. & argenti talenta CCL. Et iudicauit Zebul populum annis XX. & V. Et ut compleuit tempus ſuum, miſit et conuocauit omnes populos, et dixit: Ecce nũc ego proficiſcor mori, uidete teſtimonia quę teſtati ſunt præceſſores noſtri, & non ſit cor ueſtrum ſimile fluctibus maris. Sed ſicut fluctus maris non intelligit, niſi ea tantum quæ ſunt in mari, ſic & cor ueſtrum nihil aliud cogitet, niſi ea tantum quæ ſunt legis. Et obdormiuit Zebul cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ſepulchro patris ſui. Tunc filij Iſraël non habuerunt quem conſtituerent ſibi iudicem, & declinauit cor eorum, & obliti ſunt ſponſionem, & tranſgreſſi ſunt uias quas mandauerat eis Moſes, & Ieſus, miniſtri domini, & ſeducti ſunt poſt filias Amorrhæorum, & ſeruierunt dijs eorum. Et iratus eſt eis dominus, & miſit angelũ ſuũ, & dixit: Ecce unũ populũ elegerã ex omni tribu terræ, & dixi ut permaneret gloria mea in hoc ſeculo cum eo, & miſi eis Moſen famulũ meum, qui mandaret ſuper excellentiã meam & iuſtitias, & trãſgreſſus eſt uias meas. Et nunc ecce ego ſuſcitabo inimicos eius, & dominabuntur ei, & tunc dicẽt omnes populi, propter quod tranſgreſſimus uias dei, & patrũ noſtrorum, propter hoc uenerunt nobis hæc, & principabatur eis mulier, quę illuminauit eos XL. annis. Eſt poſt hęc ſuſcitauit eis dominus Iabel regẽ Aſor, & cœpit expugnare eos, & habebãt Syſarã principem uirtutis ſuæ, cui erant VIII. currus ferrei, & uenit in montem Effrem, & expugnabat plebẽ, & timuit eum Iſraël uehementer, & non potuit ſtare plebs per omnes dies Syſaræ. Et cum humiliatus fuiſſet Iſraël ualde, collecti ſunt in montẽ Iuda omnes filij Iſraël unanimes, & dixerunt: Dicebamus beatos nos eſſe præ cæteris Gẽtibus, & nũc ecce ita humiliari ſumus præ omnibus plebibus, ut non poſſimus habitare in terra noſtra, & inimici noſtri dominantur nobis, & nunc quis nobis fecit hæc omnia? Nonne iniquitates noſtræ, quoniam dereliquimus dominum patrum noſtrorũ, & in his ambulauimus, quæ non proderant nobis? Et nũc uenite ieiunemus ſeptẽ dies à uiro uſq; ad mulierem, & à minimo uſque ad lactantem. Et quis ſcit ſi replacabitur deus hæreditati ſuæ, ut non diſperdat plantationem uineæ ſuæ? Et cum ieiunaſſent plebes VII. diebus in cilicio ſedentes, miſit eis dominus ſeptima die † Debboram, quæ dixit ad eos: Si poteſt occidenda ouis reſpondere in conſpectu occidentis eam, cum & qui occidet, & qui occiditur taceat, cum aliquoties contriſtetur in eam? Et nunc uos nati eſtis in gregem, in conſpectu domini noſtri, & perduxit uos in altitudinem nubium, & angelos ſubiecit ſub pedibus ueſtris, & diſpoſuit uobis legem, & mandauit uobis per Propheras, & caſtigauit nos per duces, & oſtendit uobis mirabilia non pauca, & propter uos præcepit luminaribus, & ſteterunt in locis iuſſis, & cum uenirent ſuper uos inimici ueſtri lapides grandinis pluit ſuper eos, & perdidit eos, & præcepit uobis Moſes, & Ieſus, & Cenez, & Iebul, & non obaudiſtis eis. Nam uiuentibus illis oſtendiſtis uos ſicut ſeruientes deo ueſtro, mortuis autem his, mortuũ eſt etiam & cor ueſtrum. Et facti eſtis ſimiles ferro miſſo in ignem, quod conflatũ per flammam, fiet tãquam aqua, & cum exierit de igne, reuertitur in duritiam ſuam, ſic & uos, dum uos urunt hi qui uos monent, demonſtratis factum, & poſtquam defuncti fuerint, obliuiſcimini omnium.

Zebul ſufficitur Cenez.

Zebul XXV. annis cũ præfuiſſet populo Iſraelitico, mortuus eſt.

† forte legendum eſt à maximo uſq; ad lactentem.

† alias Deiboram.

Et ecce nunc dominus reconciliabitur uobis in hodierna die, non pro uobis, ſed pro teſta-
mento ſuo, quod diſpoſuit patribus ueſtris, & iuramẽto quod iurauit ut nõ deſereret uos,
uſq; in finem. Scitote autem, quoniam poſt diſceſſum meum incipietis peccare in nouiſſi-
mis ueſtris. Propter quod faciet in uos mirabilia dominus, & tradet in manus ueſtras ini-
micos ueſtros, quoniam patres ueſtri mortui ſunt. Nam qui eis diſpoſuit teſtamentũ deus
uita eſt, & miſit Debboram, & uocauit Barach, & dixit ad eũ: Surge & pręcinge lumbos
tuos tanquam uir, & deſcende, & expugna Syſaram, quoniam uideo aſtra conturbari in
diſpoſitione ſua, & parari in pugnam uobiſcũ. Video etiam et coruſcationes immobiles
in curſu ſuo, proficiſcentes ad impedienda curruum eorum, qui gloriantur in uirtute Syſa
ræ, qui dicit: Iens deſcendam in brachio uirtutis meæ expugnare Iſraël, & ſpolia eorum di-
uidam pueris meis & ſpecioſas mulieres accipiam mihi in concubinas. Et propter hoc lo-
cutus eſt de eo dominus, ut brachium infirmæ mulieris expugnet eum, & ſpolia eius rapi-
ant puellæ, & in manus mulieris incidat etiam & ipſe. Et ut deſcendit Debbora & popu-
lus, & Barai in obuiam inimicorum, ſtatim dominus conturbauit motum ſtellarum ſuarũ,
& dixit ad eas dicens: Feſtinate, & ite, incidunt enim inimici ueſtri in uos, & conturbate
brachia eorum, & conteremini uirtutem cordis eorum, quoniam ueni ut dominetur po-
pulus meus. Nam etſi populus meus peccauit, ego tamen miſereor ei. Et his dictis, profe-
cta ſunt aſtra ſicut præceptum fuerat eis, & incenderunt inimicos eorum. Et erat numerus
congregatorum in una hora perempti, nonagies nonaginta ſeptem milia uirorum Syſa-
ram autem non diſſipauerunt, quoniam ſic præceptum fuerat eis. Et cum Syſara ſedens e-
quo fugiſſet, ut liberaret animam ſuam, Iahel uxor Chinei ornauit ſe ornamento ſuo, &
exiuit obuiam ei. Mulier autem erat bonæ ſpeciei ualde, & uidẽs eum dixit ad illum: Ingre-
dere, & ſume cibum, & dormiens ad ueſperum, mittã tecum pueros meos. Scio enim, quo-
niam memor mei eris, & uicem reddes mihi. Et ingreſſus Syſara, ut uidit roſas ſparſas in
lecto, dixit: Si liberabor, ibo ad matrem meam Iahel, & erit mihi mulier. Et poſt hæc ſitiuit
Syſara, & dixit ad Iahel. Porrige mihi modicum aquæ, quoniam diſſolutus ſum, & uritur
anima mea de flamma, quam uidi in aſtris. Et dixit ad eum Iahel: Modicum requieſce, &
ſic bibes. Et cum obdormiſſet Syſara, Iahel perrexit ad pecora, & mulſit ex eis lac. Et cum
mulgeret, dicebat: Ecce nunc memor eſto domine, quoniam quando diuidebas omnem
tribum uel generationem terræ, nónne elegiſti ſolum Iſraël, & non aſſimilaſti eum anima
libus, niſi uelut arietem præcedentem, & ducatorem gregis? Et ideo reſpice & uide, quia
Syſara cogitauit dicens: Vadam & puniam gregem fortiſſimi. Et ecce ego accipiam de la-
cte pecorum iſtorum quibus aſſimilaſti populum tuum, & iens potabo eum. Et cum bi-
beret, diſſoluetur, & poſt hæc occidam eum. Hoc autem ſignum erit quod facies mihi do-
mine, ut dormiente Syſara, cum ingreſſa fuero, ſi expergefactus petierit me continuo di-
cens: pota me aqua, ſcio quoniam exaudita eſt oratio mea. Et reuertens ut ingreſſa eſt Ia-
hel, expergefactus Syſara, dixit ad eam: Pota me, quoniam uror ualde, & exardeſcit ani-
Clauum tabernaculi habet liber Iudicum cap. 4. ma mea. Et accipiens Iahel uinum, miſcuit lacte, & dedit ei bibere. Et ille bibens obdormi-
uit. Iahel autem accipiens palum in ſiniſtra manu ſua, appropiauit ei dicens: Hoc ſignum
ſi faciet mecum dominus, ſcio quoniam incidet in manus meas Syſara: Ecce iacto eum in
terra de lecto in quo dormit, & erit ut ſi non ſenſerit, ſcio quoniam traditus eſt. Et accipi-
ens Iahel Syſaram, impulit eum in terram de lecto. Ille autem non ſentiebat, quoniam ual
de fuerat diſſolutus. Et dixit Iahel: Virtutifica in me domine hodie brachium meũ, prop-
Iahel Syſaram occidit. ter te, & propter populum tuum, & propter eos qui ſperant in te. Et accepit Iahel palum,
& poſuit eum ſuper tempus eius, & percuſſit de malleo, & cũ moreretur, dixit Syſara ad
Iahel: Ecce dolor accepit me Iahel, & morior tanquam mulier. Et dixit ad eum Iahel: Va-
de gloriare apud patrem tuum in inferis, & dicito, quoniam incideris in manus mulieris.
Et faciens occidit eum, & poſuit corpus eius donec reuerteretur Barach. Mater autem Sy
ſaræ dicebatur Themec, quæ miſit ad amicas ſuas dicens: Venite, & exeamus ſimul in ob
uiam filio meo, & uidebitis filias Hebræorum, quas adducet filius meus ſibi in concubi-
nas. Barach autem reuerſus à perſecutione Syſaræ, cõtriſtatus ualde quod non inueniſſet
eum, cui exiens in obuiam Iahel, dixit: Veni ingredere, benedictus à deo, & tradam tibi in
imicum tuum, quem perſequens non inueniſti. Et ingreſſus Barach inuenit Syſaram mor
tuum, & dixit: Benedictus dominus qui miſit ſpiritum ſuum, & dixit, in manum mulieris
tradetur Syſara. Et his dictis, abſtulit caput Syſaræ, & trãſmiſit illud matri eius, & mãdauit
ei dicens

ei dicens: Accipe filium tuum quem sperabas uenire cum spolijs. Tunc Debbora & Barach filius Abino, & omnis populus unanimiter hymnum dixerunt domino in illa, dicentes: Ecce de alto ostēdit nobis dominus gloriam suam, sicut fecit superioribus locis, emittens uocem suam, ut confunderet linguas hominum, & elegit mentem nostrā, & eiecit de igne Abrahā patrem nostrum, & elegit eum pro omnibus fratribus suis, & custodiuit eū de igne, & liberauit eum de lateribus turrificationis, & dedit ei filiū in nouissimo senectutis eius, & eiecit eum de metra sterili, & zelati sunt eum omnes angeli, & inuisi sunt ei cultores militiarum. Et factum est cum zelarent ei, dixit ad eum deus: Occide fructum uētris tui pro me, & offeres pro me sacrificium quod donatum à me tibi. Et Abraham non contradixit, & profectus est statim. Et cum proficisceretur, dixit ad filium suum: Ecce nunc si ti offero te holocastomata, & in manus te trado qui donauit te mihi. Filius autem dixit ad patrē: Audi me pater, si agnus ex pecoribus acceptatur in oblationes domini in odorem suauitatis, & pro iniquitatibus hominum pecora constituta sunt in occisionem, homo autem positus est in hæreditatem seculi, & quomodo nunc dicis mihi: ueni, & hæreditare securam uitam, & immensurabile tempus? Quid si non essem natus in seculo, ut offerrer sacrificium ei qui me fecit? Erit aūt mea beatitudo super omnes homines, quia nō erit aliud, & in me adnuntiabuntur generationes, & per me intelligent populi, quoniam dignificauit dominus animam hominis in sacrificium? Et cum obtulisset pater filium in aram, & ligasset ei pedes ut eum occideret, festinauit fortissimus, & misit de alto uocem suam dicēs: Non interficias filium tuum, neq; disperdas fructum uentris tui, nunc enim manifestaui, ut apparerem ignorantibus me, & clausi ora maledicentium semper aduersus te. Erit aūt memoria tua in conspectu meo in sempiternum, & erit nomen tuum, & huius, in generationem & generationem. Et dedit Isaac duos filios, etiam ipsos de metra cōclusa. Et tunc mater eorum erat in tertio anno nuptiarum suarum, & non erit sic omni mulieri, nec gloriabitur sic quæcunq; fœmina. In tertio autem anno appropinquans, nati sunt ei duo filij, Iacob & Esau. Et dilexit deus Iacob, Esau autem odio habuit propter opera eius. Et factū est in senectute patris eorum, benedixit Isaac Iacob, & misit eum in Mesopotamiā, & generauit ibi duodecim filios, & descenderunt in Aegyptum, & habitauerunt ibi. Et cū malignati fuissent aduersus eos inimici eorum, exclamauit populus ad dominum, & exaudita est oratio illorum, & eduxit eos inde, & duxit in montem Syna, & protulit eis fundamentum intellectus, quod præparauit ex natiuitate seculi, & tunc commoto fundamento militiæ, festinauerunt fulgura in cursus suos, & uenti sonum reddiderunt de promptuarijs suis, & terra mota est de firmamento suo, & tremuerunt montes, & rupes in compaginibus suis, & nubes eleuauerunt fluctus suos contra flammam ignis, ut non exurerēt seculum. Tunc expergefactus est abyssus de uenis suis, & omnes fluctus maris conuenerunt in unum. Tūc paradisus reddita inspiratione fructus sui, & cedri libani motæ sunt de radicibus suis, & bestiæ campi commotæ sunt in habitationibus syluarum, & omnia opera eius conuenerunt simul, ut uiderent testamentum disponentem dominum ad filios Israel. Et omnia quæ dixit fortissimus, hæc custodit, habens testem Mosen dilectum suum. Et cum moreretur, disposuit ei firmamentum, et ostendit ei tunc quos nunc habemus testes, dicens: Sit testis inter me, & te, & populum meū, cœlum, in quo ingressus es, terra, in qua ambulasti usq; nunc, ministri enim erunt uobis sol & luna & astra. Et cum exurgeret Iesus regere populum, factum est ut die in qua expugnabat inimicos appropinquaret uespera, pugna adhuc superante, dixit Iesus soli & lunæ: Vos ministri, qui facti estis inter fortissimum & filios eius, ecce nunc pugna adhuc superest, & uos derelinquitis officia uestra, state ergo hodie, & lucete filijs eius, & intenebrificate inimicos eius. Et fecerunt ita. Et nunc in diebus his insurrexerat Sysara seruificare nos, & exclamauimus ad dominum nostrum & præcepit astris, & dixit: Discedite de dispositionibus uestris, & incēdite inimicos meos, ut sciant uirtutem meam. Et descenderunt astra, & expugnauerunt castra eorum, & sine labore custodierunt nos. Propterea non cessamus hymnizare, nec tacebit os nostrum in narrando mirabilia eius, quoniam memoratus est & iuuenum & antiquiorum sponsionum, & liberationem suam ostendit nobis. Et ideo in mulieribus gloriatur Iahel, quoniam sola direxit bonam uiam per manus suas, occidens Sysaram. Vade terra, ite cœli, & fulgura, ite angeli militiæ, ite & nunciate patribus in promptuarijs animarū eorum, & dicite: Non est oblitus fortissimus sponsionum minima, quas disposuit nobis dicens: multa

Iosue 10.

faciam

faciam miracula cum filijs uestris. Et nunc ex hodierna die scietur, quia quæ dixit deus hominibus, ut faceret, hæc & faciet. Etiamsi moratur homo hymnizare deo, hymniza uel tu Debbora, & euigelet sancti spiritus gratia in te, & incipe laudare opera domini, quoniam non resurget talis dies per quem astra annuntient, & expugnent inimicos Israël, sicut præceptum est eis. Ex hac hora si incidat Israël in præssura, inuocet testes istos, unà cum ministris, & legatione fungetur ad altissimum, & memor erit istius diei, & mittet liberationem testamenti sui. Et tu Debbora incipe loqui quæ uidisti in campo, quoniam populi securi ambulantes profecti sunt, astra pugnabant pro eis. Gratulare terra super habitantes in te, quoniam adest conscientia domini quæ turrificat in te. Non enim iniuste accepit deus de te costam Protoplasti, sciens quoniam de costa eius nasceretur Israël. Erit enim in testimonium plasmatio tua, quid fecerit dominus populo suo. Sustinete horæ diei, & nolite festinare, ut exponamus quæ potest sensus noster proferre, quia nox futura est nobis. Erit similis nocti, cum deus percussit primogenita Aegyptiorum, propter primogenitum suum. Et tunc pausabo de hymno meo, quia tempus præparabitur iustificationibus suis. Hymnizabo enim ei in innouatione creaturæ, & populus memor erit saluationis huius, & erit ei in testimonium. Et mare testis sit cum abysso suo, quoniam nō solum siccauit eum deus ante conspectum patrum nostrorum, sed & castra de dispositionibus suis euertit, & expugnauit inimicos nostros. Et ut pausauit Debbora de uerbis suis, ascendit cum populo unanimiter in Silon, & obtulerunt sacrificia & holocaustomata, & de latis psalpingis psallauerunt. Et cum psallerent, oblatisq́ sacrificijs dixit Debbora: Erit hoc in testimoniū psalpingum, inter astra & dominum eorum. Et descendit Debbora inde, & iudicauit Israël XL. annis. Et factum est dum appropinquarent dies mortis eius, misit & congregauit omnes populos, & dixit ad eos: Audite nunc populi mei. Ecce ego moneo uos tanquam mulier dei, & illumino uos tāquam ex fœmineo genere, & obaudite mihi quasi matri uestræ & intendite uerbis meis, tanquam morituri & ipsi. Ecce ego proficiscor mori uiam totius carnis, quo uenietis & uos, tantum cor uestrum dirigite ad dominum deum uestrum in tēpore uitæ uestræ, quoniam post mortem uestram, in his in quibus uiuitis pœniteri non poteritis. Signata est enim iā nunc mors, & perfecta est, & mensura, & tempus, & anni reddiderunt depositum suum. Nam si requiratis in inferno inique agere post mortem uestram, non poteritis, quoniam pausabit cupiditas peccandi, & plasmatio iniqua perdet potestatem suam, quoniam & infernus accipiens sibi deposita, non restituet, nisi reposcetur ab eo qui deposuit ei. Nunc ergo filij mei uos obaudite uoci meæ, donec habetis tempus uitæ, & legis lumen, dirigite uias uestras. Et dum loqueretur Debbora uerba hæc, leuauerunt omnes populi uocem unanimiter, & plorantes dixerunt: Ecce nunc mater moreris, & relinquens filios tuos, cui commendas eos? Ora itaque pro nobis, & post recessum tuum erit anima tua memor nostri in sempiternum. Et respondit Debbora, & dixit ad populum. Adhuc uiuens homo potest orare pro se & pro filijs suis, post finem autem nō poterit exorare, nec memor esse alicuius. Propterea nolite sperare in patres uestros, non enim proderunt, nisi similes inueniamini in eis. Erit autem uestra similitudo tunc tanquam sydera cœli, quæ nunc in uobis manifesta sunt. Et mortua est Debbora, & dormit cum patribus suis, & sepulta est in ciuitate patrum suorum, & planxerunt eam populi LXX. diebus. Et dum plangerent eam, hæc uerba dixerūt: Ecce perijt mater ex Israël, & sancta quæ rebat ducatum in domo Iacob, quæ obdurauit septem generationis suæ, & generatio eius requiret eam. Et post mortem eius quieuit terra annis VII. Et in illo tempore ascendit quidam Aod de sacris Madian, & hic erat maleficus, & dixit ad Israël, dicens: Vt quid intenditis legi uestræ? uenite, ego ostendam uobis qualis non est lex uestra. Et dixit populus: Quid ostensurus es nobis, quod non habeat lex nostra? Et ille dixit ad populum: Nunquid aliquando uidistis solem noctu? Et dixerunt non. Et ille dixit: Quando uolueritis ostendam uobis, ut sciatis quoniam dij nostri uirtutem habent, & non fallent eos qui seruiunt eis. Et illi dixerunt, ostende. Et abijt, & fecit magicis suis, præcipiens angelis qui præerant maleficijs, quoniam immolabat eis multo tempore ✶ in hoc enim quod mōstrabatur ab angelis anteq́ iudicarent, & uellent perdere immensurabile seculū, & quia trāsgressi sunt, factū est ut angeli in potestate non essent. Quando enim iudicati sunt, tunc cæteris nō est data potestas, & in his operantur qui ministrāt hominibus in maleficijs, usque quo ueniat immēsurabile seculum. Et tunc arte maleficij ostēdit populo solē nocte. Et stupefacti

Debbora XL. annis præfuit Israelitico populo.

Mors recte aut secus facta obsignat.

Aduerte.

Aod maleficus

pefacti populi dixerunt: Ecce quantũ possunt dij Madianitũ, & nos non sciebamus. Et uolens deus tẽtare Israël, si adhuc esset in iniquitatibus, permisit, & directũ est opus eorũ, & populus Israël implanatus est, & cœpit seruire dijs Madianitũ. Et dixit deus: Tradam eos in manus Madianitũ, eò quod implanati sunt ab his. Et tradidit eos in manus eorũ, & cœperunt Madianites in seruitutem redigere Israël. Gedeon autem erat filius Ioath, & fortissimus inter omnes fratres suos. Et dum esset tempus æstiuum, uenit habens manipulos ut excuteret eos in montem, & fugaret imminentes Madianitas, obuiauit ei angelus domini, & dixit ad eum: Vnde uenis, & ubi ingressus tuus? Dixit ei: Quid me interrogas unde ueniam, quia pressura circuiuit me, incidit enim Israël in angustias, tradẽtes traditi sunt in manus Madianitũ. Et ubi sunt mirabilia quæ narrauerũt nobis patres nostri, dicẽtes: Dominus elegit Israël singularẽ præ om̃ibus populis terræ? Et ecce modo tradidit nos, & oblitus est sponsionũ, quas dixit patribus nostris. Malebamus em̃ semel tradi morti, q̃ sic per tempus puniri populũ eius. Et dixit ad eũ angelus domini: Nõ traditi estis in uanũ, sed adinuentiones uestræ fecerunt uobis hæc, quia secundũ quod reliquistis sponsiones, quas accepistis à domino, uenerunt uobis mala hæc, & non fuistis memores mandatorũ dei, quæ mandauerunt uobis hi qui fuerunt ante uos, ideo uenistis in odium dei uestri, sed ipse miserebitur, sicut nemo miseretur genus Israël, etiã non propter uos, sed propter eos qui dormierunt. Et nunc ueni, mittam te, & liberabis Israël de manu Madianitũ, quoniam hæc dicit dominus. Et si Israël non est iustus, tamen quia Madianitę peccatores sunt, propter hoc cognoscens iniquitatem populi mei remittam illis, & arguam eos postea, eò quod inique gesserint, in Madianitas autem in præsenti faciam uindictam. Et dixit Gedeon: Qui sum ego, & quæ est domus patris mei, ut uadam contra Madianitas ad pugnam? Et dixit ad eũ angelus: Forsitan tu putas quemadmodum uia hominũ, sic uia sit dei. Homines enim intẽdunt in gloriam seculi, & diuitias, deus autem in directum bonũ, & in mansuetudinẽ. Nũc ergo uade, & cinge lumbos tuos, & dominus erit tecũ: te enim elegit, ut uindictã facias de inimicis suis, sicut ecce præcepit tibi. Et dixit Gedeon ad eũ: Non indignetur dominus meus, ut dicam uerbum: Ecce Moses primus omnium prophetarum petijt dominum signum & datum est ei. Ego autem qui sum, nisi forte quia elegit me dominus, det mihi signũ, ut sciam quoniam dirigor. Et dixit ad eum angelus domini: Curre, & accipe mihi aquã de lacu illo, & funde super petram istam, & dabo tibi signum. Et abiens accepit sicut præcepit ei. Et dixit ad eum angelus: Antequam fundas super petram aquam, pete quid uelis fieri de ea, siue sanguinem, siue ignem, siue ut nusquam cõpareat. Et dixit Gedeon: Fiat mediũ sanguis, & medium ignis. Et effudit Gedeon aquam super petram, & factum est cum effudisset, ut fieret media pars flamma, media autem pars sanguis, & cõmixta sunt utraq;, id est, ignis & sanguis, & nõ extinxit ignem sanguis, nec sanguinem ignis exussit: Et hæc uidens Gedeon petijt alia signa, & data sunt ei. Nonne hęc scripta sunt in libro Iudicum? Et accepit Gedeon CCC. uiros, & abiens uenit usq; ad extrema castrorum Madian, & audiuit unumquenq; loquentem ad proximum suum, dicentes: Videbitis inæstimabilẽ turbationem romphææ Gedeonis uenientem super nos, quia tradidit in manus eius deus castra Madianitum, et incipiet consummare nos, id est, matrem cum filijs, quoniam cõpleta sunt peccata nostra, sicuti & dij nostri ostenderunt nobis, & non credimus eis. Et nunc surgentes adiuuemus animas nostras, & fugiamus. Et Gedeon mox ut audiuit uerba hæc, induit spiritum domini, & uirtutificatus dixit CCC. uiris: Exurgẽtes unusquisq; uestrum cingat se romphæam suam, quoniam traditi sunt Madianites in manus nostras. Et descenderunt cũ eo uiri, & accessit, & cœpit pugnare, & tubantes ululauerunt pariter & dixerunt: Romphæa domini super nos. Et occiderunt ex Madianitis quasi CXXM. uirorum, & fugerunt residui Madianitum. Et post hæc uenit Gedeon, & cõgregauit populum Israël, & dixit ad eos: Ecce misit me dominus pugnare pugnã uestram, & abij secundum quod præcepit mihi. Et nũc unam petitionem peto à uobis, ne auertatis faciẽ uestram, & det mihi unusquisque uestrũ aurea dextralia, quæ habetis in manibus uestris. Et extendit Gedeon tunicã, & miserunt singuli quiq; dextrales suos, & pensata sunt omnia, & inuentum est pondus eorum talenta XII. Et accepit ea Gedeon, & fecit ex his idola, & adorabat ea. Et dixit deus: Vna uia posita est ut nõ redarguam Gedeonem in uita sua, eò quod dissipauerat sacrariũ Baal, quia dixerunt tunc omnes, uindicet se Baal. Erit nunc si castigauero eum propter quod inique gessit in me, dicitur: Non deus castigauit eũ, sed Baal, quoniã ante peccauit in

eum.

Videtur aliquid deesse. eum. Et ideo nunc morietur Gedeon in bona senectute, ut quod loquantur. Sed postea cũ mortuus fuerit Gedeon, castigabo eum semel, eò quod dereliquerit in me. Et mortuus est Gedeon in senectute bona, & sepultus est in ciuitate sua. Et filium de concubina habens, occidit fratres suos omnes, uolens ẽsse dux populi. Tunc conuenerunt omnia ligna campi ad ficum, & dixerunt: Veni, regna super nos. Et dixit ficus: Nunquid in regno nata sum, aut in principatu lignorum? Aut ideo plantata sum, ut regnem in uobis? Et ideo sicut ego uobis regnare non possum, sic non accipiet Abimelech perseuerantiam principatus sui. Et postea conuenerunt ligna ad uineam, et dixerunt. Veni, regna super nos. Et dixit uitis: Ego plantata sum ad præstandam hominibus suauitatẽ. uenite & sustinete ortus mei fructum. Sed quemadmodum ego nõ possum regnare super uos, sic sanguis Abimelech exquiritur de uobis. Et deinceps uenerunt ligna ad malũ, & dixerũt: Veni, regna super nos. Et dixit: Præceptum est mihi, præstare hominibus fructum odoris, ideo non possum regnare super uos, & Abimelech lapidibus morietur. Et tunc uenerunt ligna ad rubum, & dixerunt: Veni, regna super nos. Et dixit rubus: Nascente spina, ueritas in specie spinæ prælucebat. Et quando iudicatus est protoplastus, mortis spinas, & tribulos iudicata est proferre terra. Et cum Mosen illuminabat ueritas, per senticetum illuminabat eum. Et nunc erit ut de me uobis ueritas audiatur. Et si in uero dixistis rubo, ut in ueritate regnaret super uos, sedete in umbra eius; sin autem in hypocrisi, exeat ignis, & deuoret, & comedat ligna campi, quia malus facta est in castigatores, & ficus facta est in populum, & uinea facta est in præcessores. Et nunc erit uobis in hac hora, quemadmodum Abimelech, qui occidit fratres suos iniuste, & uult principari in uobis. Si dignus est Abimelech eorum quorum uult principatum, fit sicut rubus, quæ facta est redarguens imperitos populi. Et exiuit ignis de rubo, & comedit ligna quæ in campis sunt. Post hæc principatus est Abimelech populo anno uno, & mensibus sex, & mortuus est. Et dimittente muliere super eum medium fragmentum molæ, ædificauit sacrarium Baal, & seduxit populum, dicens: Omnis qui non sacrificauerit Baal, morietur. Et cum sacrificaret omnis populus, soli septem uiri noluerunt sacrificare, quorum nomina hæc sunt, Dephal, Abiesdrel, Getalibal, Selumi, Assur, Ionadali, Memihel. Qui responderunt dicentes Iair: Ecce nos memores præceptorum sumus, quæ præceperunt nobis præcessores nostri, & Debbora mater nostra, dicens: Videte ne declinetis cor uestrum ad dextram, uel ad sinistram, sed legi domini intendite die ac nocte. Et nunc quare corrumpis populum domini, & seducis eum, dicens: Deus est Baal, adoremus eum. Et nunc si deus est, sicut dicis, loquatur tanquam deus, & tunc sacrificabimus illi. Et dixit Iair. Comburite eos igni, quoniam blasphemauerunt Baal. Et acceperunt eos pueri eius, ut incenderent illos igni. Et cum imponerent eos super ignem, exiuit Nathaniel angelus qui præest igni, & extinxit ignem, & incendit pueros Iair: uiris autem septem fugam dedit, ita ut nemo eos uideret è populo, quoniam populum percusserat cæcitate. Et ut uenit usq; ad locum Iair, incensus est igne, & antequam eum combureret, dixit ad eum Angelus domini: Audi uei bũ domini antequam moriaris, & hæc dicit dominus: Leuaui te de terra Aegypti, & posui te ducem super populos meos, tu autem exurgens corrupisti testamentum meum, & seduxisti eos, & quæsisti flamma concremare seruos meos, eò quod castigarent te, qui incensi sunt igni corruptibili, nunc autem uiuificati sunt igne uiuo, & liberati sunt, tu autem morieris, dicit dominus, & in quo igne morieris, in eo habebis habitationem. Et postea incendit eam, & uenit usq; columnam Baal, quam demoliens, incendit Baal cum assistentibus populis, id est M. uiris. Et post hæc uenerunt filij Ammon, & cœperunt expugnare Israël, & acceperũt ciuitates eorum multas. Et dũ coangustarentur populi ualde, cõgregati sunt in Masphath, dicentes singuli quiq; ad proximos suos: Ecce nunc uidemus pressuram quæ includit nos, & dominus recessit à nobis, & iam non est nobiscum, & inimici nostri rapuerunt ciuitates nostras, & dux non est qui ingrediatur, & exeat ante conspectum nostrum. Nunc ergo uideamus quem ponamus super nos, ut pugnet pugnam nostram. Iepthan autem Galadites erat potens in uirtute, cum zelaret fratres suos, qui eiecerant eum de terra sua, & ille iens sedit in terra Tobi. Et congregati ad eum uiri uagi, commorati sunt cum eo. Et factum est cum expugnaretur Israël uenerunt in terram Tobi ad Iepthan & dixerunt ad eum: Veni principare populo. Quis enim scit, si propterea seruatus es in dies istos, aut propterea liberatus es de manibus fratrum tuorum, ut principeris in tempore hoc populo tuo? Et dixit ad eos Iepthan: Sic post odiumq;

Abimelech princeps unius anni, mensium sex.

Nathaniel angelus præses ignis.

Iephta Galadites.

Iudicum 11.

odium dilectio reuertitur, aut tempus omnia uincit, quoniam eiecistis me de terra mea, & de domo patris mei, & nunc uenistis ad me, quando pressura facta est uobis. Et dixerunt ad eum: Si deus patrum nostrorum cum peccauissemus ei, & tradidisset nos in conspectū inimicorum nostrorum, & præmeremur ab his, immemor fuit peccatorum nostrorum, et liberauit nos, & quid tu uis homo mortalis iniquitates, quæ acciderunt nobis, memorari in tempore pressuræ nostræ? Et ideo non ita sit coram te domine. Et dixit Iephthan: Deus potest peccatorum nostrorum memor nō esse, qui habet tempus & locum ubi requiescat a longanimitate sua tanquam deus, ego autem mortalis, & de terra factus, in quam reuersurus sum, ubi proijciam iram meam, & iniuriam qua nocuistis me? Et dixit ad eum populus: Edoceat te columna, cui assimilatus est Israël, quia cum auferuntur ab ea filij eius, tamen de loco non recedit suo, & respuens iniuriam suam, obliuiscet uelut in profundo abyssi. Et surrexit Iepthan, & uenit cum eis, & collegit omnē populum, & dixit ad eum: Scitis quod dum uiuerent duces nostri, monuerunt nos ut sequeremur legem nostram. Et Amon, & filij eius auerterunt populum de uia sua, in qua ambulabant, & seruierunt dijs alienis, qui eos perderent. Nunc ergo ponite corda uestra in lege domini dei uestri, et depre cemur eum unanimes, & sic pugnabimus aduersus inimicos nostros, confidentes & sperantes in domino, quoniam non tradet nos usque in finem. Et si peccata nostra superabundent, misericordia tamē eius implet terram. Et orauit omnis populus unanimiter, uiri & mulieres, pueri lactentes. Et cum orarent, dicebant: Intende domine in populum quem elegisti, & non corrumpas uineam quam plantauit dextera tua, ut sit coram te in hæredita te hæc gens, quam habuisti ab initio, & quam prætulisti semper, & pro qua fecisti habitabi lia, & induxisti in terram quam iurasti, & ne tradas nos in conspectum odientium te domi ne. Et pœnituit deum iræ suæ, & confortauit spiritum Iepthæ. Et misit nuncium ad Getal regem filiorum Ammon, & dixit: Quare importunus es terræ nostræ, & accepisti ciuitates meas, aut contristaris? Quare tibi non præcepit Israël, ut disperderes inhabitantes ter ram? Et nunc redde mihi ciuitates meas, & pausabit iracundia mea à te. Si quod minus, sci to quoniam ascendam ad te, & præterita tibi reddam, & retribuam malitias tuas in caput tuum: aut immemor sum, quoniam subdoli fuistis populo Israël in eremo? Et legati Iepthæ dixerunt mandata hæc regi filiorum Ammon. Et dixit Getal: Putabat Israël in quantum acceperat terram Amorrhæorum? Et ideo dicite: Scitote, quia nunc residuas ciuitates accipiam à te, & reddam tibi malitiā, & uindicabo Amorrhæos quos nocuistis. Et adiecit Iepthan mandare regi filiorum Ammon, dicens: In ueritate didici, quia adduxit te deus ut disperdam te, nisi requiescas ab iniquitate qua uis nocere Israël, et ideo ueniā ad te, & manifestabo me tibi. Non enim, sicut dicitis, sunt dij qui dederūt uobis hæreditatem quam possidetis, sed quia post lapides seducti estis, ueniet ignis post uos in uindictam. Et quia nolebat rex filiorum Ammon exaudire uocem Iepthæ, surrexit Ieptha, & armauit omnem populum ut exiret, et in præcinctu pugnaret, dicens: Cū traditi fuerint filij Ammon in manus meas, & reuersus fuero, omnis qui mihi primus obuiauerit, erit domino in holo caustū. Et iratus est dominus ira, & dixit: Ecce orauit Ieptha, ut offerret mihi omne quod primum obuiauerit ei, & nunc si canis primus obuiauerit Iepthæ, nunquid canis offerretur mihi? Et nunc fiat oratio Iepthæ in primogenitum eius, id est, in fructum uentris ipsius, & petitio ipsius in unigenitam eius. Ego autem liberans liberabo populum meum in isto tē pore, non pro eo, sed pro oratione quam orauit Israël. Et uenit Ieptha, et expugnauit filios Ammon, & tradidit eos dominus in manus eius, & percussit ciuitates eorum sexaginta, & reuersus est Ieptha cum pace. Et exierunt mulieres in obuiam ei in choris. Et erat ei unigenita filia, quæ in choris exijt prima obuiam patri suo. Et uidens eam Ieptha, resolutus est, & dixit: Iuste uocatum est nomen tuum Seila, ut offeraris in sacrificiū. Et nunc quis dabit cor meum in statera, animam in pondere, & stabo, & uidebo, utrum epulatio quę facta est, an tristitia quę contingit mihi? Et quia in cantico uotorum aperui os meum domino meo, non possum reuocare illud. Et dixit ei Seila filia eius: Et quis est qui tristetur moriens, uidens populum liberatum? Aut immemor es quæ facta sunt in diebus patrum nostrorum, quando pater filium imponebat in holocaustum, & non contradixit ei, sed epulans consensit illi? Et erat qui offerebatur paratus, & qui offerebat gaudens. Et nunc omnia quæ orasti non destruas, sed fac unam † autem petitionem. Peto à te antequam moriar postulationem minimam, exoro priusquam reddam animam meam, ut uadam in montes, & per

† *ante forte legendum.*

Et meam

meem in collibus, & perambulem petras, ego & conuirginales meæ, & effundam in eis lachrymas meas, & referam tristitias iuuentutis meæ, & plorabunt me ligna campi, & plangent me bestiæ campestres, quia non sum tristis in hoc quod moriar, nec dolet mihi quæ reddo animam meam, sed quoniam in oratione præoccupatus est pater meus, & si spontaneam me non obtulero in sacrificium, timeo ne nõ sit acceptabilis mors mea, aut in uano perdam animam meam. Hæc referam montibus, & post reuertar. Et dixit pater eius: Vade. Et profecta est Seila filia Iepthæ, ipsa & conuirginales eius, & uenit, & narrauit sapientibus populi & nemo potuit respondere ad uerbum eius. Et post uenit in montem Stelac, & dominus cogitauit super eam noctu, & dixit: Ecce nunc conclusi linguam sapientũ populi mei in generationem istam, ut non possent respondere filiæ Iepthæ ad uerbum eius, ut compleretur uerbum meum, ne destrueretur consilium meum quod cogitaueram, & ipsam uidi magis sapientem, quàm patrem suum, & sensatam uirginem præ omnibus, qui hic sunt sapientibus, & nunc detur anima eius in petitione eius, & erit mors eius præciosa ante conspectum meum omni tempore. Et ut uenit filia Iepthę in montem Stelac, cœpit plorare. Et hic trenus eius, in quo plangens plorauit se antequam recederet, & dixit: Audite montes trenum meum, & intendite colles lachrymas oculorum meorum, & testes estote petræ in planctu animæ meæ. Ecce quomodo accusor, sed non in uano recipiatur anima mea. Proficiscantur uerba mea in cœlis, & scribantur lachrymæ meæ ante conspectum firmamenti, ut pater non expugnet filiam quam deuouit sacrificare, ut princeps illius unigenitam audiat in sacrificio promissam. Ego autem non sum saturata thalamo meo nec repleta sum coronis nuptiarum mearum. Non enim uestita sum splendore sedens in genua mea, non sum usa † Mosi odoris mei, nec froniuit anima mea oleo unctionis quod præparatum est mihi. O mater in uano peperisti unigenitam tuam, quoniam factus est infernus thalamus meus, & genuam meam super terram, & confectio omnis olei quod præparasti mihi effundatur, & alba quam neuit mater mea tinea comedat eam, et corona quã intexuit nutrix mea, in tempore marcescat, & stratoria quæ texuit in genuam meã de Hyacinthino & purpura, uermis ea corrumpet, & referentes de me conuirgines meæ in gemitu per dies plangant me. Inclinate arbores ramos uestros, & plangite iuuentutem meam uenite feræ syluarum & conculcate supra uirginitatem meam, quoniam abscisi sunt anni mei, & tempus uitæ meæ in tenebris inueterauit. Et his dictis reuersa est Seila ad patrem suum, & fecit omnia quæcunq; orauit, & obtulit holocaustomata. Tũc omnes uirgines Israël conuenerunt, & sepelierunt filiam Iepthæ, & planxerunt eam, & fecerunt filij Israël planctum magnum, & constituerunt in eo mense quartadecima die mensis, ut conuenientes per singulos annos plangerent filiam Iepthæ per dies quatuor. Et fecerunt nomen sepulchri eius iuxta nomen eius Seila. Et iudicauit Ieptha filios Israël annos decem, & mortuus est, & sepultus est cum patribus suis. Et post eum surrexit Moab. Iudex in Israël Addo filius Elech de Praton, & iudicauit & ipse filios Israël annis octo. Et in diebus ipsius misit rex Moab nuntios ad eum, dicens: Ecce nunc scies, quoniam ciuitates meas accepit Israël, & nunc redde eas in remissionem. Et dixit Addo: Nec docti estis in his quæ cõtigerunt filijs Ammon, nisi forte iam peccata Moab repleta sint? Et misit Addo, & accepit de populo XX. M. uirorum, & uenit in Moab, & expugnauit eos, & interfecit de eis XLV. M uirorum, reliqui autem fugerunt ante conspectum eius. Et reuersus est Addo cum pace, & obtulit holocaustomata, & sacrificia domino suo, & mortuus est, & sepultus est in Euphrata ciuitate sua. Et in tempore eo elegit populus Elon, & constituit eum sibi iudicem, & iudicauit Israël XX. annis. Et in illis diebus expugnauerunt Allophilos, & acceperunt ab his duodecim ciuitates, & mortuus est Elon, & sepultus est in ciuitate sua. Filij autem Israël obliti sunt dominum deum suum, & seruierunt dijs habitantium terram, & propter hoc traditi sunt Allophilis, & seruierunt eis annis XL. Fuit autem uir de tribu Dan, cui nomen erat Manuc, filius Edoc, filij Odo, filij Eriden, filij Phadesur, filij Dema, filij Susi, filij Dan, & erat ei mulier cui nomen Eluma, filia Remac, & hæc erat sterilis, & non pariebat ei. Cui cum diceret quotidie Manuc maritus eius: Ecce conclusit dominus metram tuã ut non pareres, & nunc dimitte me, ut accipiam aliam mulierem, ne moriar sine fructu. Et dicebat illa: Non me conclusit dominus ut non parerem, sed te, ut non faciam fructum. Et ille dixit ad eam: Experimentum nostrum manifestat lex. Et cum altercarentur quotidie et contristarentur ambo ualde, quia sine fructu erant, in nocte quadam ascendit mulier solarium

† legerim hic citius moscho.

Iudicum liber habet annos 6

Addo moritur

Elon.

rium,& orauit,dicens:Ecce tu domine deus totius carnis,utrum uiro meo, aut mihi nō sit datum procreare filios,reuela mihi,uel cui prohibitum sit,aut cui concessum ut faciat fructum,ut cui prohibitum est,immescat in peccatis suis, quia manet sine fructu,uel si ambo fraudati sumus,& hoc reuela nobis,ut peccata nostra sustinentes,taceamus corā te. Et exaudiuit dominus uocē eius,& misit ei angelū suum mane,& dixit ad eā: Tu es sterilis, quæ non parturis,& tu es metra,quæ probibita es non facere fructū. Sed nunc exaudiuit dominus uocē tuam,& intendit lachrymis tuis,& aperuit metrā tuam. Et ecce cōcipies & paries filiū,& uocabis nomen eius Samson,hic enim erit sanctificatus domino tuo. Intēde autem ne gustet ex omni fructu uineæ,& ne comedat omne immūdum,quia sicut ipse dixit, liberabit Israël de manu Allopbilorū. Et cum locutus fuisset angelus domini uerba hæc, recessit ab ea. Et illa uenit ad uirū suum in domum,& dixit ad eum: Ecce ego appono manum meam super os meum & ore tacens ante te omnes dies, propter quod gloriata sum in uano,& non credidi uerbis tuis. Angelus enim domini uenit ad me hodie, & manifesta uit mihi,dicēs: Eluma tu es sterilis, sed cōcipies,& paries filiū. Et nō credidit Manuc mulieri suæ. Et cōfusus tristitia,ascēdit & ipse in solario,& orauit,& dixit: Ecce nō sum dignus audire signa & prodigia quæ fecit in nobis deus,aut uidere faciē missi. Et factū est dum loqueretur uerba hæc,adiecit angelus domini uenire ad uxorē eius, ipsa aūt erat in agro,& Manuc in domo sua. Et dixit ad eam angelus: Curre, & clama ad uirum tuū,quoniam dignatus est deus,ut uocem meam audiat. Et currens mulier clamauit uiro suo, & ille festinās uenit ad angelum in agro in animo,qui dixit ad eum: Ingredere ad mulierem tuam,& fac cito oīa uerba ista. At ille dixit ei: Sed uide tu domine, ut uerbū tuum fiat super puerum tuum. Et ille dixit: Fiat. Dixitq; ad eū Manuc: Si possem, persuaderē tibi, ut ingredereris in domum meam,& maducares apud me psnem, & scires, ut cum uadas darem tibi dona quæ tecum ferres,ut offerres sacrificium domino deo tuo. Et dixit ei angelus: Non ingrediar tecū in domum tuam,nec manducabo panē tuum,nec dona tua accipiam. Si enim offeres sacrificiū de his quæ sunt aliena,non possum gratificari tibi. Et ædificauit Manuc altariū super petrā,& obtulit sacrificia,& holocaustomata. Et factum est dum cōcidisset carnes,& posuisset eas super sacraria,misit angelus,& tetigit ea de summitate sceptri sui, & exiuit ignis de petra,& deuorauit holocaustomata,& sacrificia. Et angelus ascēdit ab eo cum flamma ignis. Manuc uero,& mulier eius uidentes hæc ceciderunt in faciē suā,& dixerunt: Morte moriemur,quia uidimus dominū facie ad faciem. Nō sufficiebat quod uidi eum. Et adhuc interrogauit nomen eius, nec sciens quoniā minister dei esset. Angelus aūt qui uenerat dicebatur Phadahel. Et factū est in tempore dierum ipsorum cōcepit Eluma,& peperit filium,& uocauit nomen eius Samson,& erat dominus cum eo. Et cum cœpisset crescere. et quærere expugnare Allophilos,accepit sibi mulierē de Allophilis. Quā incenderunt Allophili in igne,quoniam humiliati erāt de Samson ualde. Et postea iratus est Samson in Azotum,& incluserunt,& circuierunt ciuitatē,& dixerunt: Ecce nūc traditus est inimicus noster in manus nostras,& nunc congregemus,& adiuuemus alterutrum animas nostras. Et cum surrexisset Samson noctu,& uidisset ciuitatem clausam,dixit: Ecce nunc pulices isti incluserunt me in ciuitate sua. Et nunc erit dominus mecum,& egrediens per portas eorum expugnabo eos. Et ueniēs supposuit sinistram manū suam sub plectro portæ,& concutiens deposuit portam muri,unā earū tenebat in dextera sua pro scuto,alteram posuit super scapulas suas,& suferens,quoniam non babebat gladium,persequebatur in ea Allophilos,& interfecit in ea uigintiquinq; milia uirorum. Et leuauit oīa quæ erant portæ,& posuit ea in montem. De leone autē quem interfecit,& de maxilla asini in qua occidit Allophilos,& de uinculis uelut sponte diruptis de brachijs eius,& uulpibus,quas apprehendit,nónne hæc scripta sunt in libro Iudicū? Tūc descendit Samson in Gerarā ciuitatē Allophilorū,& uidit ibi fornicariā,cui nomen erat Dalila, & seductus est post eam,& accepit eā sibi in uxorem. Et dixit deus: Ecce nunc Samson seductus est per oculos suos,& immemor fuit uirtutis quā feci cū eo,& commixtus est filiabus Allophilorum, & non intendit in Ioseph puerum meum,qui fuit in terra aliena, & factus est in coronam fratrum suorum,eò quod noluerit contristare semen suū. Et nunc erit Samson concupiscentia sua in scandalum,& commixtio eius in perditionem, & tradam eum inimicis eius,& cæcabunt eū,sed in bora mortis eius memorabor illius, & adhuc semel uindicabo eū in Allophilos. Et post hæc,mulier eius cū importuna esset illi, dicebat ad eum. Indica

Phadahel angelus.

Samson.

Dalila uxor Samson s.

mihi potentiam tuam,& in quo sit uirtus tua,& sic cognoscam quoniã amas me. Et cũ fefellisset eã Samson ter,& illa importuna ei esset quotidie, manifestauit ei quarto cor suũ. Et inebriauit eum illa,& soporato illo uocauit tonsorem, & totondit septem crines capitis,& recessit uirtus eius ab eo, quoniam sic & ipse annuntiauerat. Et uocauit Allophilos & percusserunt Samson,& excæcauerunt eum,& miserunt illum in carcerem. Et factũ est in die potationis eorum uocauerunt Samson,ut illuderent eum, & ille ligatus iuxta duas columnas,orauit,dicens: Domine deus patrum meorum, exaudi me adhuc semel,& conforta me,ut moriar cum Allophilis istis,quoniam uisus quem isti sustulerunt mihi, gratis mihi datus est à te. Et adiecit dicens Samson: Proficiscere anima mea,& noli cõtristari,morere corpus,& noli lugere te. Et apprehendit duas columnas domus, & iactauit eas,& cecidit domus,& omnia quæ circa eam erant,& interfecit omnes qui in circuitu eius erãt. Et fuit numerus eorum quadraginta millia uirorum ac mulierum. Et descenderunt fratres Sã son,& omnis domus patris eius,& accipientes sepelierũt eum in sepulchro patris eius,ipse autem iudicauit Israël XX. annis. Er in diebus illis non erat dux in Israël,sed faciebat unusquisq; quæ placita erant ante cõspectum eorum. Et in illo tempore surrexit Michas filius Dedila,matris Heliu,& habebat mille dragmas auri,& quatuor tegulas conflatiles auri,& quadraginta didragmas argenti. Et dixit ad eum mater eius Dedila: Audi fili uocem meam,& facies tibi nomen ante mortem: accipe aurum istud,& confla illud, & facies tibi idola,& erunt tibi in deos,& tu fiere eis sacerdos. Et erit qui uoluerit interrogare per eos, qui ueniet ad te,& respondebis ei. Et erit in domo ara, & columna ædificata ex auro isto quod habes,comparabis tibi thus in incensum,& oues in sacrificium. Et erit quicunq; uoluerit facere sacrificium,dabit pro ouibus septem didragmas, & pro thure si uoluerit incẽdere,dabit didragmam unam argenti & ponderis,& sacerdos nomen tuum erit, & diceris cultor deorum. Et dixit ad eam Michas: Bene mater consilia ta es mihi ut uiuã,& nunc erit nomen tuum plus quam meum,& in nouissimis diebus omnia à te exquirẽtur. Et profectus est Michas,& fecit omnia quæcunq; præceperat ei mater sua. Et exclusit,& fecit sibi effigies tres puerorum,& uitulorum,& leonem,aquilam,& draconem, & columbam. Et factum est,ut omnes qui seducebantur,uenirent ad eum, & si quid uoluissent pro uxore interrogare,per columbam interrogarent eum: Si quis autem pro filijs,per effigies puerorum. Qui uero pro diuitijs,per speciẽ aquilæ. Qui pro fortitudine,per leonis effigiem consulebant eum. Si autem pro pueris et pro puellis,per effigies uitulorum interrogabãt, nam si pro longitudine dierum, per draconis effigiẽ interrogabãt. Et erat iniquitas eius multiformis,& irreligiositas eius astuta. Et nunc recedentibus filijs Israël à domino,dixit dominus: Ecce eradicabo terrã,& perdã totum genus hominũ, quoniam cum ponerẽ excelsa in monte Sina,ostendi me filijs Israël in procella,& dixi,ut non facerent idola,& cõsenserunt ut non sculperent effigies deorum. Et constitui his, ut nõ acciperent nomẽ meũ in uanum,& elegerunt hoc,ne acciperent sibi nomen meum in uanum. Et præcepi eis,ut custodirent diẽ sabbati,& consenserunt mihi ut sanctificarent se. Et dixi eis,ut honorificarent patrẽ & matrem,& promiserunt facturos se. Et constitui eis non furari,& consenserunt. Et iussi eos homicidiũ non facere,& acceptũ habuerunt ut non facerent. Et præcepi eis ne mœcharent,& non negauerunt. Et constitui eis,ne falsum testimoniũ dicerẽt,& ne cõcupiscerent unusquisq; uxorẽ proximi sui,neq; domũ,nec omnia quæ eius sunt,& acceptauerunt ut non facerent idola,nec opera deorum eorum, qui nati sunt de corruptela in appellatione sculptili. Sed eos per quæ facta sunt corrupta omnia. Fecerunt enim eam mortales homines,& ignis ministrauit in conflatione eorũ, ars hominis produxit eos,& manus operatæ sunt illos,& sensus adinuenit eos. Quæ accipientes acceptauerunt nomẽ meum in uanũ,& nomen meum imposuerunt sculptilibus,& die sabbati,quem acceperũt ut custodirent,operati sunt abominamenta ab eo. Propter quod dixi eis,ut diligerent patrem & matrem, me inhonorificauerũt creatorem suum. Et quod dixi eis,ut non furarentur in sensu suo,furati sunt in sculptilibus. Et quod dixeram, ut non occiderent,occidunt quos seducunt. Et cum præcepissem eis nõ mœchari, zelum suum mœchati sunt. Et quod elegerunt ne falsum testimonium dicerent,falsum testimonium acceperunt ab eis quos exterminauerunt,& concupierunt mulieres alienas. Propterea ecce ego exhorresco genus hominum,& ut eradicem plasmata,multiplicabuntur morientes super numerum nascentium,eò quod uiolata est domus Iacob iniquitatibus,& multiplicata est impietas Israël,& non

Samson XX. annis præfuit Israelitis.

non possum ex toto disperdere de tribu Beniamin, quoniā ipsi primi seducti sunt post Mi-
cham, & populus Israël non erit impunis, erit autem eis in scandalum sempiternum in me-
moriam generationis generationum. Micham autem tradam igni. Et erit mater eius in cō-
spectu eius marcescens uiua super terram, & uermes exiēt de corpore eius. Et tunc loquē-
tibus eis inter se ad inuicem, dixit illa tanquam mater castigans filium suum: Ecce quale o-
peratus es peccatum. Et respondit ille, tanquam filius obaudiens matri, & astute agens, et
tu maiorem fecisti iniquitatem. Et erit similitudo columbæ quam fecit ad eiiciendos ocu-
los eius, & similitudo aquilæ erit, ut præstet illis de pennis ignem, & effigies puerorum
quas fecit erunt ei ad radenda latera, & effigies leonis quam fecit, erit ei ut fortes sint tor-
quentes eum. Et sic non hoc solummodo Michæ faciam, sed omnibus qui peccant in me.
Et nunc sciet genus hominum, quoniam non zelabunt me in adinuentionibus quæ faci-
unt, sed omni homini erit illa punitio, ut in quo peccato peccauerit, in eo adiudicabit̃. Et
si mentiti fuerint ante conspectum meum mandabo cœlo, & mentietur eis pluuiam. Et si *Mentiri dixit*
uoluerit unusquisq; concupiscere rem proximi sui, mandabo morti, & abnegabit eis fru- *pro negare.*
ctum uentris eorū. Et si iudicabunt in nomine meo false, ego non exaudiam orationes eo-
rum. Et cum discernitur anima à corpore, tunc dicent: Non contristemur in his quæ passi
sumus, sed quia quæcunq; adinuenimus, hæc & recipiemus. Et factum est in tempore illo
uenit quidam de tribu Leui in Gabao, & cum uellet manere ibi, occidit sol. Et uolentē ibi
ingredi, non permiserunt qui habitabant eam. Et ille dixit puero suo: Ambula, & duc mu-
lum, & ueniemus in ciuitatem Nobam, forsitan permittent nos ingredi in eam. Et uenit il-
luc, & sedit in platea ciuitatis, & nullus dixit ei: Ingredere in domum meam. Erat autē ibi
quidam leuites, cui nomen erat Bethac hic cum uidisset eum, dixit ad illum: Nū tu es Beel
de tribu mea? Et ille dixit: Ego sum. Et dixit ad eum: Non scis malitiam habitātium in hac
ciuitate? Et quis te persuasit ut ingredereris huc? Vnde festinus exi hinc, & ingredere in
domum meam in qua habito, & mane hodierna die, & dominus concludet cor eorum an-
te nos, sicut conclusit Sodomitas ante conspectum Loth. Et ingressus ciuitatem, mansit
ibi nocte illa. Et conuenerunt omnes inhabitantes ciuitatem, & dixerūt Bethac: Produc
qui uenerunt ad te hodie, si quo minus, & te & illos igni cremabimus. Et ille exiuit ad eos,
& dixit illis: Nónne hi fratres nostri sunt, ne faciamus mala cum eis, ne peccata nostra mul-
tiplicentur in nos? Et illi responderunt: Nunquam factum est, ut aduenæ imperent inhabi-
tantibus. Et uim facientes ingressi sunt, & abstraxerunt eum & concubinam eius. & eiece-
cerunt eum foras, & remisso uiro, usi sunt turpiter concubina eius, usquequo moreretur,
quoniam transgressa fuerat uirum suum quodam tempore, cum peccasset cum Amale-
chitis, & propterea tradidit eam dominus deus in manus peccatorum. Et facto mane exi-
uit Bethac, & inueniens concubinam suam mortuam, imposuit eam super mulum, & fe-
stinans exiuit, & uenit in Gades. Et accipiens corpus eius diuisit eam, & misit eam in par-
tes per duodecim tribus, dicēs: Hæc mihi facta sunt in Noba ciuitate. Et surrexerūt super
me habitantes in ea, ut occiderent me, & acceperunt concubinam meam, incluso me illam
occiderunt. Et si placet hoc ante conspectum uestrum, ut taceatis, dominus autem iudi-
cat, si aūt uolueritis uindicare, dominus adiuuabit uobis. Et coturbati sunt om̃es uiri duo-
decim tribus, & collecti in Seron, dixerunt unusquisq; proximo suo: Si facta est talis ini-
quitas Israël? Et dixit dominus ad Anteciminum: Vides quemadmodum conturbatus est
populus insipiens? In terra in qua debuerant mori quàm uersute gessit Michas, ut in istis
seduceret populum, in columba & aquila, & in effigie hominum, & uitulorum, & leonis,
& draconis? Et ideo quia non sunt tunc zelati propterea sit eorum consilium in manu, &
conturbabitur cor eorum, ut eum peccatores consumant, quam iniqua gerentes. Et ut fa-
ctum est mane conturbati sunt populi Israël, & dixerunt: Ascēdamus, & inquiramus pec-
catum quod factum est, ut auferatur iniquitas à nobis. Et hæc loquentes, dixerunt: Inter-
rogemus primum dominū, & discamus, si tradet fratres nostros in manus nostras sin mi-
nus, pausemus. Et dixit eis Phinees: Offeramus demonstrationem & ueritatem. Et respō-
dit eis dominus, dicens: Ascendite, quoniam tradam eos in manus uestras. Ipse autem se-
duxit eos, ut compleret uerba sua. Et ascenderunt in pugnam, & uenerunt in ciuitatem
Beniamin, & miserunt nuntios, dicentes: Mitte nobis uiros, qui fecerunt iniquitatē hanc,
& parcemus uobis, reddentes unicuique malitiam suam. Et indurauit populus Beniamin
cor suum, & dixerunt ad populum Israël: Quare tradamus uobis fratres uestros? Et si

Strages Israelitarum. parcitis, non pugnabimus contra uos. Et exiuit populus Beniamin in obuiam filijs Israël, & persecutus est eos. Et ceciderunt filij Israël in conspectu eius, & percussit in eis quadraginta quinque millia uirorum. Et factum est cor populorum conturbatū nimis, & uenerunt lugentes, & plorantes in Silon, & dixerunt: Ecce tradidit nos dominus in conspectu habitantium in Noba. Et nunc interrogemus dominum, quis in nobis peccauit. Et interrogauerunt dominum. Et dixit ad eos: Si uultis, ascendite, & pugnate, & tradetur in manus uestras, & tunc uobis dicetur propter quod cecidistis in cōspectu eorum. Et ascenderunt alia die expugnare eos, & exierunt filij Beniamin, & persecuti sunt Israël, & percusserunt in eis quadraginta sex millia uirorum. Et dissolutum est cor populorū ualde, & dixerunt: Nunquid uoluit deus seducere populum suū? Aut nunquid ita constituit propter id quod factum est malum ut æqualiter cadant, qui faciunt iniqua? Et hæc dicentes, ceciderunt in conspectu arcæ testamenti domini, & ruperunt uestimenta sua, & imposuerunt cinerē super capita sua, ipsi & Phinees filius Eleazari sacerdotis, qui orauit & dixit: Quæ est seductio hæc, qua seduxisti nos domine? Si iustum est ante conspectum tuum quæ fecerunt filij Beniamin, quare nobis non renunciasti, ut incenderemus? Si autem nō erat placitum in cōspectu tuo, quare nos permisisti ut caderemus ante eos? Et adiecit dicere Phinees: deus patrum nostrorum audi uocem meam, & renuntia seruo tuo hodie, si recte factum est ante conspectum tuum, aut forte peccauit populus, & uoluisti disperdere malefacta eorum, ut emendares etiā in nobis qui peccauerunt tibi. Ego enim memor sum in iuuentute mea, quādo peccauit Iambri in diebus Mosi famuli tui, & ingressus intraui ego, & zelatus sum animæ meæ, & ambos suspendi in romphæa mea, & uoluerūt insurgere aduersum me reliqui, & mortificare me, & misisti angelum tuum, & percussisti ex his XXIIII M. uirorum & me liberasti de manibus eorum. Et nunc undecim tribus misisti, & adduxisti eis, dicēs: Ite, & percutite eos. Et euntes, traditi sunt. Et nunc dicunt, quod manifestationes tuæ ueritatis mentiantur coram te. Et nunc domine deus patrum nostrorum, non abscondā seruo tuo, sed renuntia nobis propter quid fecisti in nos iniquitatem istam? Et uidens dominus quoniam attente orauerat Phinees in conspectu eius, dixit ad eum: Per me iuraui, dicit dominus, quoniam si non iurassem, memor tui non fuissem eo quod dixisti, neque respondissem uobis hodie. Et nūc dic populo, state, & audite uerbum domini hæc dicit dominus: *Apologus.* Erat quidam in media sylua potentior, cui commendauerunt omnes bestiæ syluā, sua potestate ut eam custodiret, ne forte aduenientes cæteræ feræ exterminarent eam. Et cum custodiret hanc leo, aduenerunt feræ agri de alia sylua, & comederunt omnes catulos ferarum, & exterminauerunt fructum uentris earum, & leo uidit, & tacuit. Et feræ bestiarum securæ erant, quoniam commendauerunt leoni syluam, non sentientes quia filij earum exterminati erant. Et post tempus, exurrexit minima fera ex his quæ commendauerant leoni syluam, & comedit minimum catulum alterius feræ pessimæ, & ecce leo exclamauit, & conturbauit omnes feras syluæ, & pugnauerunt inter se, & expugnauerunt unusquisque proximum suum. Et cum exterminarentur multæ feræ, uidit alius catulus leonem de alia sylua tanta, & dixit: Nonne tu exterminasti feras tantas? Quæ iniquitas hæcē ut cum exterminarentur ab initio tantæ feræ, aut filij earum iniuste ab alijs feris pessimis, & quando oportebat moueri feras omnes, ut se uindicarent, quando corrumpebatur fructus earum in uano, tunc tacebas, & non loquebaris. Sed unus catulus nūc perijt feræ pessimæ, & exagitasti totam syluam, ut se comederent inuicem omnes feræ iniuste, ut minoretur sylua. Et nunc te oportet exterminari primum, & sic constitueris residua. Et audierunt catuli ferarum, & interfecerunt leonem primum, & catulum proposuerunt pro eo, et sic cæteræ feræ in unum subiectæ sunt. Michas exurrexit, qui ditauit uos in his quæ commisit ipse & mater eius. Et fuerunt iniqua & pessima, quæ nullus adinuenit ante eos, sed in uersutia sua fecit sculptilia, quæ non sunt facta usque in hanc diem, & nullus zelauit, sed omnes seducti estis, & uidistis fructum uētris uestri corrumpi, & tacuistis sicut malus ille leo. Et nunc uidentes quemadmodum concubina huius iniqua gerens mortua est, & conturbati estis omnes, & uenistis ad me, dicentes: Si tradas in manus nostras filios Beniamin. Propterea uos fefelli, & dixi: Tradam uobis illos. Et nunc disperdi eos qui tunc tacuerunt, & sic uindicabo in omnes qui inique gesserunt. Et exurrexit omnis populus unanimiter, & abijt, & exierunt filij Beniamin obuiam eis, æstimantes ut sicut antea euicerant eos, & nesciebant quoniam completa erat malitia super eos. Et cum uenissent sicut primū & per-

& persequerentur post eos, refugit populus à facie eorum, ut darent locum. Et nunc ex-
urgentes ab insidijs, facti sunt filij Beniamin in medio eorum. Et conuersis his qui refugie
bant, interfecti sunt uiri ciuitatis Noba, á uiro usq; ad mulierem, LXXXV. M. uirorum, &
incenderunt ciuitatem filij Israël, & direpta spolia eorum perdiderunt omnia in ore gladij
& nemo superfuit de filijs Beniamin, nisi DC. uiri, qui fugerunt, & non sunt inuenti in pu-
gna. Et reuersus est omnis populus in Silon, & Phinees filius Eleazari sacerdotis cum eis.
Hi autem sunt qui derelicti sunt de genere Beniamin, principes tribus decem patriarum,
quorum nomina hæc sunt. Primæ patriæ, Ezbaile, Ziebbalac, Reindebac, Belloch. Et se-
cundæ patriæ, Netach, Zenip, Phenoch, Deniech, Geresaraz. Et tertiæ patriæ, Ierimuth,
Veloih, Ambel, Genuth, Nephuth, Phienna. Et ex quarta ciuitate, Gemuph & Eliel, Ge-
mei, Soleph, Raphaph, & Dosso. Et de quinta patria, Anuel, Code, Frerã, Remmon, Pec-
cam, Nabath. Et sexta patria, Rephaz, Sephet, Arapliaz, Metach, Adhoc, Balinoc. Et de
septima patria, Beninmephiz, Araph, Ruimel, Belon, Iaal, Abac. Et decima patria, Eno-
phlasa, Melec, Meturia, Meac, & cæteri qui superfuerunt principes tribus numero LX. Et
in illo tempore reddidit dominus Micha & matri eius omnia quæ loquutus est. Et erat Mi-
cha dissolutus igne, & mater eius marcescens, sicut loquutus fuerat dominus de eis. Et in
tempore eo Phinees reclinauit se ut moreret, & dixit ad eũ dominus: Ecce transisti CXX.
annos, qui constituti erant omni homini, & nunc exurge, & uade hinc, & habita Danabẽ
in monte, & inhabita ibi annis plurimis. Et mandabo ego aquilæ meæ, & nutriet te ibi, &
non descendes ad homines iam, quousq; superueniat tempus, & proberis in tempore, &
tu claudas cœlum tunc, & in ore tuo aperietur, & postea eleuaberis in locum ubi eleuatĩ
sunt priores tui, & eris ibi quousque memorabor seculi, & tunc adducam uos, & gustabi-
ris quod est morris. Et ascẽndit Phinees, & fecit omnia quæ præcepit ei dominus. In die-
bus autem quibus constituit eum in sacerdotem, unxit eum in Selon. Nam in illo tempo-
re cum ascenderet, tunc factum est, ut filij Israël facientes pascha, præceperint filijs Benia
min, dicentes: Ascendite, & expugnate uobis mulieres, quoniam nõ poterimus uobis da-
re filias nostras. Iurauimus enim in tempore iræ nostræ, & non fiat ut deleatur una tri-
bus de Israël. Et ascenderunt filij Beniamin, & rapuerunt sibi mulieres, & ædificauerunt si
bi Gabaon & cœperunt inhabitare ibi. Et quiescentibus interim filijs Israël, dux non erat
eis in diebus illis, & unusquisque faciebat quod placitum erat ante oculos eius. Hæc sunt
mandata, & iustitiæ, & testimonia, & manifestationes factæ in diebus Iudicum Israël, an-
tequam regnaret in eis rex, & in tempore illo cœperunt filij Israël requirere à domino, &
dixerunt: Sortiamur omnes nos, ut uideamus qui sit qui possit principari nobis sicut
Cenez, forsitan enim inueniemus hominem, qui liberet nos de pressura nostra, quia in-
conueniens est populum esse sine principe. Et miserunt sortem, & nullo inuento tristati
sunt populi ualde, & dixerunt: Non fuit dignus populus exaudiri de domino, quia non
respondit nobis. Et nunc sortiamur uel per tribus, si uel per multitudinem reconcilietur
deus: Sciemus enim quia reconciliabitur dignis suis. Et miserunt per tribus, & in nulla
tribu exiuit sors. Et dixit Israël: Eligamus nobis ex ipsis positi in necessitate. Sciemus
enim quoniam abominauit deus populum suum, & exhorruit nos anima eius. Et respon-
dit quidam nomine Nethez, & dixit populo: Non ipse nos odio habet, sed ipsi nos exo-
sos fecimus, ut relinqueret nos deus. Et ideo etiam morientes non relinquamus eum, sed
ad eum fugiamus, qui ambulantes in uijs nostris iniquis, non sciuimus eum qui creauit
nos, & propterea erit noster cogitatus in uano. Scio enim quia non in fine nos abijciet
deus, neque in generatione odietur populum suum, & ideo uirtutificamini, & adhuc ore
mus & mittamus sortem per ciuitates, si enim peccata nostra amplificata sunt, & longa-
nimitas eius non deficiet. Et miserunt sortes per ciuitates, & sortitus est Armathem. Et di
xit populus: Si iustificata est Armathem præ omnibus ciuitatibus Israël, quoniam sic eam
elegit super omnes ciuitates? Et dixit unusquisque ad proximum suum: In ipsa ciuitate,
quæ exiuit per sortem, per uiros mittamus sortem, & uideamus quem ex ea elegit domi-
nus. Et miserunt per uiros, & neminem comprehẽdit præter Elehanan: Quia in eo super
uolauit sors, accepit populus eum, & dixerunt: Veni, & esto nobis dux. Et dixit Elchana Elchana.
ad populum: Ego non possum dux esse super populum istum, nec existimare quis possit
esse uobis in ducem. Sed si peccata mea comprehenderunt me, ut superuolaret super me
sors, ego me interficiam, ut non me contaminetis. Iustũ est enim me pro peccatis meis tan

 tummodo

tummodo mori, quàm sustinere pondus populi. Et uidens populus quod non esset uoluntas Elchana ut ducatum ageret super eum, orauit iterum ad dominū, dicens: Domine deus Israël, quare in uictoria inimicorum dereliquisti populum tuum, & in tempore angustiæ neglexisti hæreditatem tuam? Ecce & ipse qui comprehensus est in sorte, nō persecit mādata tua, sed solum hoc est quod superuolauit super illum sors, & putauimus nos habere ducem. Et ecce etiam ipse factus est in sorte, si non repugnaret. Quem adhuc postulabimus, aut ad quem fugiemus, & ubi est locus requietionis nostræ? Si enim ueræ sunt dispositiones quas disposuisti patribus nostris, dicens: Semen uestrum amplificabo, & hoc scirent, tunc profuerat nobis dicere, abscido uestrum semē, quàm negligas radicem nostram. Et dixit ad eos deus: Si redderem secundum mala uestra, oportuerat me nec intendere ad genus uestrum. Et quid faciam quoniam ueniet nomen meum ut inuocetur in uos. Et scitote, quia Elchana super quem cecidit sors, non potest principari in uobis, sed magis filius eius qui nascetur ex eo, ipse principabitur in uobis, & prophetabit, & ex hoc non deficiet ex uobis princeps plurimis annis usq; ad annos multos. Et dixit populus: Ecce domine decem filios habet Elchana, & qui eorū principabitur aut prophetabit? Et dixit deus: Nullus de filijs Phenennæ poterit principari populo, sed natus de sterili quam dedi ei in uxorem, ipse erit Propheta in conspectu meo, & diligam eum quemadmodum dilexi Isaac, & erit nomen eius in conspectu meo semper. Et dixit populus: Ecce nunc forsitan memor fuit nostri deus, ut liberet nos de manu odientium. Et in illa die fecerunt sacrificia pacifica, & epulati sunt in dispositionibus suis. Et cum essent Elchanæ duæ mulieres, nomē uni Anna, & nomen alteræ Phenenna. Et quia Phenennæ erant filij, & Annæ non erant, improperauit ei Phenenna dicens: Quid tibi prodest quod te diligit Elchana uir tuus, tu uero es lignum siccum? Et ego scio quia dilecturus est me, delectatus in conspectu filiorum meorum, astantium in circuitu eius, tāquam plantatio olıueti. Et sic cum quotidie improperaret ei, & Anna contristaretur ualde, & esset timens deum à iuuentute sua, factū n est ut superueniente die bono paschæ, cum ascenderet uir eius ut sacrificaret, insultat Phenenna Annæ dicens: Non est dilectus mulieris, si diligat eā uir eius, aut pulchritudinem illius. Ne glorieř in specie sua Anna, sed qui gloriatur, glorietur cum uidet semen suum ante conspectum suum, & quando inter mulieres non ita fuerit fructus uentris eius, in uanū fiet dilectio. Quid enim profuit Rachel, quod dilexit eam Iacob? & nisi datus fuisset ei fructus uētris illius in uanum fuerat dilectio eius. Et cum audisset hæc Anna, dissoluta est anima eius, & confusa est lachrymis. Et uidit eam uir eius, & dixit; Quare tristis es, & quare non es, & ut quid concidit cor tuum in te? Nonne meliores sunt mores tui super decem filios Phenennæ? Et audiuit eum Anna, & surrexit postea quàm comedit, & uenit in Silon in domum domini, ubi Heli sacerdos sedebat, quem proposuerat Phinees filius Eleazari sacerdotis, sicut præceptum ei fuerat. Et orauit Anna, & dixit: Nonne tu domine inspeculatus es cor omnium generationum antequam plasmares seculum? Quæ aūt metra aperta nascitur, aut quæ clusa moritur, nisi uolueris? Et nunc ascendat oratio mea in cōspectu tuo hodie, ne descendam inde uacua, quoniam tu scis cor meum, quomodo ambulaui in conspectu tuo ex die iuuētutis meæ. Et noluit Anna orare clara uoce, sicut omnes homines. Tunc enim cogitauit dicens. Ne forte non sim digna exaudiri, & erit ut plus me zelās improperet mihi Phenenna, sicut quotidie dicit, ubi est deus tuus in quo confidis? Et ego scio, quia non quæ in filijs multiplicatur ditata est, quæq; minorata est eguit, sed quæ abundat, ditata est & in uoluntate dei. Nam qui scierint quod oraui, si cognouerint quod non exaudior in oratione mea, blasphemabunt. Et non soli mihi erit testis in anima mea, quia ministræ sunt orationum mearum lachrymæ meæ. Et dum oraret, uidens eam Heli sacerdos quoniam anxiaretur sensu, & uelut ebria ageret, dixit ad illam: Vade, & aufer uinum tuum a te. Et illa dixit: Si sitī in me exaudita est oratio mea, ut ebrie audiam. Ego autem ebria sum dolore, & calicem bibi fletus mei. Et dixit ad eam Heli sacerdos: Renuntia mihi improperum tuum. Et illa dixit ad eum: Mulier sum Elchana, & quoniam concludens cōclusit deus metram meam, oraui in conspectu eius, ut non eam ad eum sine fructu de seculo hoc, & non moriar non habens imaginem meā. Et dixit ad eam Heli sacerdos: Ambula, quoniam scis pro quibus oraueris, exaudita est oratio tua. Noluit autem ei dicere Heli sacerdos quis prænumeratus est ex ea Propheta. Ipse enim audiuit, cū dixit dominus pro eo. Et uenit Anna in domum suā, & mitificata est à dolore suo, nulli renuntians hoc quod orasset.

oraſſet. Et in tempore dierũ illorũ concipiens peperit filiũ, & uocauit nomen eius Samuel quod interpretatur fortis, ſecundum quod uocauit deus nomen illius cum prophetaret eum. *Samuel filius Annæ.* Et ſedit Anna, & lactauit infantem, quouſq; fieret duorum annorum. Et cum abſtuliſſet eum de lacte, aſcendit cum eo leuans munera in manibus ſuis, & erat puer ſpecioſus ualde, & dominus erat cum eo. Et ſtatuit Anna puerum ante conſpectum Heli, et dixit ad eum: Hoc eſt deſiderium quod deſideraui, & hæc eſt petitio quam petiui. Et dixit ad eam Heli: Non tu ſola petiſti, ſed populus orauit pro hoc. Non eſt petitio tuæ ſolius, ſed in tribus antea promiſſum erat, & per hunc iuſtificata eſt metra tua, ut ſtatuas prophetiam populis, & lac mamillarum tuarum conſtituas in fontem duodecim tribuum. Et audiens hęc orauit Anna, & dixit: Venite in uoce mea omnes Gentes, & intendite alloquutioni meæ omnia regna, quoniam apertum eſt mihi os ut loquar, & labijs præceptum eſt ut hymnizẽ domino, ſtillate mamillæ meæ, & renuntiate teſtimonia ueſtra, quia præceptum eſt uobis lactare. Statuetur enim qui lactatur de uobis & populus illuminabitur, aceruus eius & Gentibus oſtendet terminos, & exaltabitur cornu eius ualde. Et ideo loquar aperte uerba mea, quoniam ex me exurget conſtitutio domini, & omnes homines inuenient ueritatem. Nolite feſtinare magna eloqui, nec eijcere de ore ueſtro uerba alta, ſed delectamini in gloriationem, dum enim exiet lumen ex quo naſcetur ſapientia, ut non qui poſſident plurima, dicantur diuites, ſed quæ pepererunt in abundantia matres, audient: ſterilis enim ſaturata eſt, quæ autem multiplicata fuerat in filijs, euacuata eſt, quia dominus mortificat in iudicio, & uiuificat in miſericordia, quoniã iniqui ſunt in hoc ſeculo, uiuificat iuſtos cum uult, iniquos autem concludet in tenebris. Nam iuſtis conſeruat lumẽ ſuum, & cum mortui fuerint iniqui, tunc peribunt, & cum dormierint iuſti, tunc liberabuntur. Sic autem omne iudicium permanet, quouſque reueletur qui tenet. Dicito, dicito Anna, & noli tacere, hymniza filia Batuel, in mirabilibus tuis quæ fecit deus tecum. Quæ eſt Anna, quoniam ex ea Propheta eſt? Aut quæ eſt filia Batuel, ut pareret lumen populis? Exurge & tu Elchana, & præcinge lumbos tuos, hymniza ſuper ſigna domini, quoniam pro filio tuo prophetauit Aſaph in eremo, dicens: Moſes, & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos: Ecce perfectum eſt uerbum, & conuenit prophetia. Et hæc ſi manent quouſque dent cornu Chriſto ſuo, & adhæſit potentia thronis regis eius. Stet autem filius meus hic miniſtrans, quouſque fiat lumen Genti huic. Et abierunt inde, & profecti ſunt cum iucunditate, gaudentes & exultantes corde, in omnem gloriam quam fecit cum eis deus. Populus autem deſcendit unanimiter in Silon cum tympanis & choris, cyneris & nablis, & uenerunt ad Heli ſacerdotem, offerentes ei Samuel. Quem ſtatuerunt ante conſpectum domini, unxerunt eum, & dixerunt: Viuat propheta in plebe, & in longo tempore ſit lumen Genti huic. Samuel autem erat infans ualde, & nihil horum ſciebat. Et cum deſeruiret in conſpectu domini, & duo filij Heli ambulantes in uijs patrum ſuorum, cœperunt iniqua agere ad plebem, multiplicantes iniquitates ſuas. Et erant commorantes iuxta domũ Bethac, & cum conuenirent populi ſacrificare, ueniebant Ophni & Phinees, & ad iracundiam prouocabant populum, rapientes ſanctificata, antequam offerrentur ſancta domino. Et non placuit uerbum hoc domino, neq; populo, neq; patri eorũ. Et ſic dixit pater eorũ ad eos: Quæ eſt auditio hæc, quam ego audio de uobis? Aut non ſcitis quoniam depoſitũ de Phinees locum accepi? Et ſi exteramus acceptũ, quid dicimus ſi iterum inquirat qui depoſuit eum, & pro eo quod depoſuit nocuerit nos? Et nunc dirigite uias ueſtras, & ambulate in uijs bonis, & permanebunt actus ueſtri. Si autem cõtra dixeritis, & adinuentiones ueſtras peſſimas non continueritis, uos ipſos perditis, & erit in uanum ſacerdotium, & in nihilum deputabitur quod ſanctificatum eſt, et tunc dicent: In uano orta eſt uirga Aaron, aut in nihilum deſcendit natus flos illius. Et ideo cum poteſtis adhuc, filij corrigite quod peccaſtis, & orabunt pro uobis uiri in quo peccaſtis: ſi autem nolueritis, & permanſeritis in iniquitatibus ueſtris, ego immunis ero, & non tãtummodo delebo, ne forſitan audiam diẽ mortis ueſtræ anteq; moriar, ſed & ſi hoc factum fuerit, uocabo culpã, & quamuis cõtriſter ego, uos tamen perietis. Et non obaudierunt filij eius, quoniam dominus de eis dederat ſententiam ut morerentur, propter quod peccauerãt. Nam cum dixiſſet eis: pœnitemini de uia ueſtra iniqua. Illi dicebant, quando ſenuerimus, tunc pœnitebimus. Et propter hoc admonitis à patre ſuo non datum eſt ut pœniterentur, quia aduerſantes ſemper fuerant. & iniuſte egerant ualde, diripiẽtes Iſraël. Indignatus eſt dominus ad Heli. Et Samuel

erat

erat deſeruiens in conſpectu domini, neſciens adhuc quid eſſet eloquia domini. Nec dum enim audierat eloquia domini, erat enim annorum octo. Et cũ memoraretur deus Iſraël, uoluit reuelare Samueli ſermones ſuos, & Samuel erat dormiẽs in tẽplo domini. Et factũ eſt cũ clamaret deus ad eum, cogitauit primo, dicens: Ecce nunc Samuel iuuenis ut ſit dilectus in conſpectu meo, tamen quia adhuc uocem domini non audierit, neq; loquutionem altiſſimi eſt ſolidatus, tamen ſimilis eſt Moſi famulo meo octogenario. Locutus ſum Samuel, octo annorum eſt, & Moſes uidit ignem in primis, & expauit cor eius. Et ſi uiderit ignem Samuel modo, quemadmodum ſuſtinebit? Et ideo nunc erit uox ad eum tanq̃ hominis, & non tanquam dei, & cum intellexerit, tunc loquar ad eum tanq̃ deus. Et in media nocte uocauit eum uox de cœlo, & expergefactus Samuel, cognouit uelut uocem ſacerdotis Heli, & cucurrit ad eum, & dixit dicens: Quare me excitaſti pater? Ego enim timui, quoniam nunquam me clamaueras noctu. Et dixit Heli: Heu me nũquid ſpiritus immundus ſeduxit filiũ meum Samuel? Et dixit ad eum: Vade dormi, ego enim non clamaui tibi. Tamẽ hoc mihi dic, ſi memor es, quoties qui uocauit te clamauit? Et ille dixit: Bis. Et dixit ad eum Heli: Dicito cuius uocem cognouiſti fili mi? Qui dixit: Tuam, propterea cucurri ad te. In te uideo hoc ſignũ quod habebunt homines ab hodierna die, & uſq; in ſe-

Ter uocare aliquem.

culum, quoniam ſi clamauerit bis, alter ad alterum per noctem uel in meridie, ſcient quoniam ſpiritus peſſimus eſt. Si autem adijciat ter clamare, ſciam quia angelus eſt. Et abijt Samuel, & dormiuit, & audiuit ſecundo uocem de cœlo, & exurgens cucurrit ad Heli, & dixit ad eum: Quid me clamauit, quoniam audiui uocem patris mei Elchanæ? Et tunc intellexit Heli, quod inciperet deus uocare eum. Dixit enim Heli: In duabus uocibus quibus

Dextra aure audire deum.

clamauit ad te deus, aſſimilatus eſt patri, & magiſtro, nũc autem tertio deo. Et dixit ad eũ: Aure tua dextra intende, ſiniſtra tace. Phinees enim ſacerdos præcepit nobis dicens: Auris dextra audit dominum per noctem, ſiniſtra autem angelum. Et ideo ſi in dextra audieris, dicito: Dic quid uis, quoniam audio, tu enim me plaſmaſti. Si autem in ſiniſtra audieris, ueni & annuntia mihi. Et abijt Samuel, & dormiuit ſicut præceperat ei Heli. Et adiecit dominus tertio loqui, & repleta eſt Samueli dextra auris. Et ut ſciuit quoniam patris ſui eloquutio deſcenderat, conuerſus Samuel in alio latere, dixit: Si poſſibilis ſum, loquere, quoniam tu plus de me noſti. Et dixit ad eum deus: Illuminans illuminaui domum Iſraël in Aegyptum, & elegi tunc mihi Prophetam Moſen famulum meum, & feci per eum prodigia populo meo, & uindicaui de inimicis meis, ſicuti uolebam, & adduxi populum meũ in eremum, & illuminaui eos ſicuti uiderunt. Et cum exurrexiſſet tribus contra tribum, dicentes: Quare ſacerdotes ſoli ſancti ſunt? ego nolui diſperdere eos, et dixi ad eos: Date unuſquiſq; uirgam ſuam, & erit cuius uirga floruit, ipſum elegi in ſacerdotium. Et cum omnes dediſſent uirgas ſicut præceperam, tunc præcepi tertiæ tabernaculi, ut floreret uirga Aaron, ut manifeſtaretur genus eius omnibus diebus Et nunc qui floruerunt abominauerũt ſancta mea. Propterea ecce dies uenient, & compeſcam flos quod tũc natum fuerat, & obuiabo eis, quia tranſgrediuntur uerbum quod mandaui Moſi famulo meo, dicens: Si obuiaueris nidum, non accipies matrem cum filijs, ideo continget eis ut matres cum filijs moriantur, & patres cum filijs pereant. Et cum audiuit Samuel uerba hæc, diſſolutum eſt cor eius, & dixit: Si ſic obuiauerit iuuentuti meæ, ut prophetizem à perditione nutritoris mei, & nunc quomodo datus ſum in petitione matri meæ? Et quis me ſuſcepit? Quomodo me præcepit ut euangelizem mala? Et exurrexit Samuel mane & noluit renuntiare Heli. Et dixit Heli ad eum: Audi nunc fili, ecce deus antequam naſcereris promiſit in Iſraël, ut mitteret te eis, & prophetares. Et nunc aduenientе matre tua & orante, quia ignorabat quod factũ fuerat, dixi ad eam: Proficiſcere, quia quod naſcetur ex te filius erit mihi. Sic dixi matri tuæ, & ſic direxit dominus uiam tuam. Et ſi caſtiges nutritorem tuum, uiuit dominus, ne abſconderis à me quæ audiſti. Tunc timuit Samuel, & renuntiauit ei omnia uerba quæ audiuit. Et ille dixit: Si reſpondebit plaſma ei qui eum plaſmauit, ita ut non potero reſpondere cum uoluerit afferre quæ tradidit fidelis dator ſanctus qui prophetauit. Ego enim ſub poteſtate eius ſum. Et illis diebus Allophili collegerunt caſtra ſua, ut expugnarent Iſraël, et exierunt filij Iſraël pugnare cũ eis: Et perſecutionẽ paſſus populus Iſraël in cõgreſſu primo, dixerunt: Leuemus arcã teſtamenti domini, & forſitan pugnat nobiſcũ, quoniã in ea ſunt teſtimonia domini, quæ diſpoſuit patribus noſtris in Oreb. Et aſcendens arca cum eis, cũ aduenıſſet in caſtra, intonuit domin9, & dixit: Erit ſimilitudo horæ hui9, ſicuti facta

eſt

est in eremo, quando acceperunt arcam sine praecepto meo, & factum est eis exitium. Sic & in ista hora cadet populus, & arca capietur ut finiam inimicos populi mei propter arcã, & corripiam plebes meas propter quod peccauerunt. Et cum uenisset arca in pugnam, exierunt Allophili in obuiam filijs Israël, & percusserunt eos. Et erat ibi Golia quidam Allophilus, & uenit usq; ad arcam, & tenebat arcã Ophni & Phinees filij Heli, & Saul filius Cis. Et apprehendens Golia de manu sua sinistra interfecit Ophni & Phinees. Saul autẽ quia leuis pedibus erat, fugit à facie eius, & dirumpens uestimenta sua, imposuit cinerem in caput suum: Et uenit ad Heli sacerdotem, & dixit ad eũ Heli: Renũtia mihi quid euenit in castris? Et dixit ad eũ Saul. Quid me interrogas haec? qa populus oppressus est, & deus recepit Israël. Sed & sacerdotes interfecti sunt in tomphaea, & arca tradita est Allophilis. Sed cum audisset Heli de captiuitate arcae, dixit: Ecce de filijs meis, & de me prophetauit Samuel, ut moriamur simul, arcam autem tunc non nominauit mihi. Et nunc tradita sunt testimonia inimicis, quid adhuc possum dicere? Ecce perit Israël de ueritate, eò q ablatae sunt iustitiae ab eo. Et cum desperasset Heli ualde, cecidit de sella, & mortui sunt in die una Heli, & Ophni & Phinees, filij eius, Et mulier Heli sedebat pariens, quae audiuit haec, resoluta sunt omnia uiscera eius. Et dixit ad eã obstetrix: Resume, & non dissoluat anima tua quoniam natus est tibi filius. Et dixit ad eam mulier: Ecce nunc una anima nata est, & quatuor morimur, id est, pater, & duo filij, et nurus eius. Et uocauit nomen eius, ubi est gloria, dicens: Perijt gloria dei in Israël, quoniã captiuata est arca domini. Et cum dixisset haec, amisit animam. Samuel autem in his omnibus nesciebat, quoniam ante triduum pugnę misserat eum deus, dicens ad illum: Vade, & inspice locum Aromathae, ubi erit habitatio tua. Et audiens Samuel quae contigerant Israël uenit, & orauit dominum dicens: Ecce nunc in uano ignoratur mihi intellectus, ut uiderem exercitũ populi mei. Et nunc timeo, ne forte dies mei in malis ueterascant, & anni mei finiantur in dolore: Vbi enim arca domini nõ est mecum, quid adhuc mihi uiuere? Et dixit dominus ad eũ: Noli tristis esse Samuel, quia ablata est arca, reducam eam, & qui abstulerunt eam euertã, & uindicabo plebem meam de inimicis meis. Et dixit Samuel: Ecce etiamsi uindicas secundum longanimitatem tuã, nos tamen qui nunc morimur quid faciemus? Et dixit ad eũ deus: Anteq; moriaris uidebis cõsummationẽ, quã adducã super inimicos meos, in quibus periet Allophili extincti in scorpionibus, & omnibus reptilibus pessimis. Et cũ captiuatam arcam domini Allophili posuissent in templum Dagon dei sui. Et cum uenissent interrogare Dagon de exitu suo, inuenerunt eum cecidisse in faciem, & manus eius ac pedes ante arcam positos. Et exierunt in primo mane crucifigentes sacerdotes eius. Et alia die uenientes, inuenerũt sicut hesterna die, & multiplicabatur perditio in eis ualde. Congregati sunt Allophili Acharon, & dixerunt singuli ad proximum suum: Ecce nũc uidemus, quoniam perditio amplificata est in nobis, & periet fructus uentris nostri, quoniam repentia quae missa sunt in nos, exterminabunt in utero habentes siue sugentes, & eas quae lactant, & dixerunt: Videamus propter quid manus domini conualuit super nos, nunquid pro arca, quoniam inuenitur quotidie deus noster cadens in faciem ante conspectum arcae, & sacerdotes in uanum perdidimus, semel & iterum. Et dixerunt sapientes Allophilorum: Ecce nunc de hoc scire possumus, si dominus misit in nos perditionẽ propter arcã suã, & conueniens dominatio super uenit nobis. Et nunc quia motiunt omnes pregnantes & lactentes, & quae lactãt sine filijs efficientur, & qui lactentur pereunt, accipiemus & nos uaccas quae lactãt, & iungamas in currum nouũ, & arcam ponamus in eo, & filios uaccarũ includamus. Et erit si uaccae proficiscendo profectae fuerint, ita ut non se conuertant ad filios suos, sciemus quoniã propter arcam haec passi sumus. Si autem noluerint proficisci, desiderantes filios suos, sciemus quoniam tempus ruinae uenit nobis. Et responderunt quidam de sapientibus & diuinis. Non hoc tantum tempus, sed initio triũ uiarum quae sunt circa Acharon ponamus uaccas, Media enim uia dirigite Acharon, & dextera in Iudaeam. Et si sinistram uiam proficiscentes in Iudaeam, sciemus quoniam uere deus Iudaeorum exterminabit nos. Si autem per illas alias proficiscantur, sciemus quoniam ualidum nobis tempus accidit, ut nunc deos nostros negauimus. Et acceperunt Allophili uaccas quae lactabant, & iunxerunt in currum nouum, & arcam imposuerunt in eo, & statuerunt in initio trium uiarum, & filios earum incluserunt apud se. Vaccae autem quamuis mugirent, & quaererent filios suos, tamen proficiscebantur in dexteram uiam, quae dirigit in Iudaeam. Et tũc scierunt, quoniã pro arca exterminatio

Dagon Allophilorũ deus.

terminabantur, & congregati sunt omnes Allophili, & reduxerunt arcam in Silon, cum tympanis, & tibijs, & choris. Et pro repentibus pessimis quæ exterminauerunt eos, fecerunt sedilia aurea, & sanctificauerunt arcam. Et factum est in ea exterminatio Allophilorum, numerus earum quæ in utero habentes mortuæ sunt LXXV M. & lactentes LXV M. & earum quæ lactabant LV M. & uirorum XXV M. Et quieuit terra septem annis. Et in tempore illo concupierunt filij Israël petentes regem. Et congregati sunt ad Samuel, & dixerunt: Ecce nunc tu senuisti, & filij tui non ambulant in uijs domini, & nunc cõstitue super nos regem qui nos diiudicet, quoniam completum est uerbum quod dixit Moses patribus nostris in eremo, dicens: Constituendo constitue de fratribus tuis super nos principem. Et cum audisset Samuel uerba regni, contristatus est ualde in corde suo, & dixit: Ecce nũc uideo, quoniam non est adhuc tempus regnandi nobis in sempiterno, & ædificare domũ domini dei nostri, petentibus regem ante tempus. Quod si totũ uoluerit dominus, uidet mihi quoniam rex non disponitur. Et dixit ad eum dominus noctu: Noli contristari, mittã enim regem illis qui eos exterminabit, & ipse postea exterminabitur. Qui autem uenturus est ad te crastino die, hora sexta, ipse est qui regnaturus est super eos. Et alia die Saul filius Cis ueniebat de monte Effrem, quærens asinos patris sui. Et dũ ueniret in Armathen, ingressus est, ut interrogaret Samuel pro asinis. Ille aũt ambulabat iuxta Baam, & dixit ad eum Saul. Vbi est qui uidet? Quoniam in illo tempore Propheta uocabatur uidens. Et dixit ad eum Samuel: Resume te mecum hodie, & renunciabo tibi mane, propter quod uenisti interrogare. Et dixit ad dominum Samuel: Dirige domine populum tuum, & annuncia mihi quæ cogitasti de eo. Et resumpsit Saul cum Samuel in illa die, & surrexit mane, & dixit ad eum Samuel: Ecce scias, quoniam elegit te dominus in principem populo suo in tempore hoc, & erexit uias tuas, dirigetur tempus tuũ. Et dixit Saul ad Samuel: Quis sum ego, & quæ est domus patris mei, ut dicat dominus meus ad me uerbum istud? Non enim intelligo quæ dicis, quoniã iuuenis sum. Et dixit Samuel ad Saul: Quis dabit uerbũ tuum per se uenire usq; ad finem ut longæuus sis? Tamen intende, quia assimilabũtur uerba tua uerbis Prophetæ, cui nomen erit Hieremias. Et abeunte Saule, in illa die uenerunt populi ad Samuel, dicentes: Da nobis regem, sicut promisisti nobis. Et dixit ad eos: Ecce rex uobis ueniet post triduum: Et ecce Saul uenit, & obuiauerunt ei omnia signa, quæ dixerat ei Samuel: Nonne hæc scripta sunt in libro Regum? Et misit Samuel, & congregauit omnẽ populum, & dixit ad eos: Ecce uos, & rex uester. Ego autem in medio uestri sum, sicut præceperat mihi deus. Et ideo dico uobis ante conspectum regis uestri, sicut dominus meus Moses, famulus dei, dixit patrib. uestris in eremo, quando synagoga Coræ surrexit aduersus eũ: Scitis quia non accepi nihil de uobis, nec nocui aliquem uestrũ, & quoniã mentiti sunt tunc, & dixerunt: accepisti, deglutiuit illos terra. Et nunc uos impuniti à domino, respondete in conspectu domini, & in conspectu Christi eius, si pro hoc petistis regẽ, eò quod ego male tractauerim uos, & dominus erit testis uobis. Si autẽ iam uerbum domini completum est, ego excusatus sum, & domus patris mei. Et responderũt populi: Nos serui tui sumus, & rex noster nobiscum, quia nos indigni sumus iudicari à Propheta. Nunc statue super nos regẽ, qui nos iudicet. Et omnes plorauerũt populi, & rex planctu magno, & dixerunt: Viuat propheta Samuel. Et cõstituente rege, attulerũt sacrificia domino. Et post pugnauit Saul cum Allophilis uno anno pugna expeditissima. Et in tempore illo dixit dominus ad Samuel: Vade, & dic ad Saul: Missus es ut disperdas Amalech, ut compleantur uerba quæ locutus est Moses famulus meus, dicens: Disperdam nomen Amalech de terra qua locutus sum zelo meo. Et ne obliuiscaris quin perdas omnem animam ex eis, sicut præceptum est tibi. Et abijt Saul, & expugnauit Amalech, & uiuificauit Agag, regem Amalech, quoniam dixerat ei: Ostendã tibi thesauros absconsos. Et propter hoc parcens ei uiuificauit eum, & adduxit eum in Armathen. Et dixit deus ad Samuel: Vidisti quomodo in momento corruptus est rex argento, & uiuificauit regem Amalech, & mulierem eius? Et nunc permitte ei, ut conueniat Agag mulierẽ suam in nocte hac, & ipsum interficies in crastinum. Nam mulierem eius consuluerunt quousq; pariat masculũ, & tunc etiã ipsa morietur, & qui natus fuerit ex ea, fiet in scandalũ Sauli. Tu autem exurge crastino, interficias Agag: quia peccatum Saul scribitur in conspectu meo per omnes dies. Et cũ surrexisset Samuel in crastinum, exiuit Saul obuiam ei, & dixit ad eũ: Tradidit dominus inimicos nostros in manus nostras, sicut locutus est. Et dixit ad Saul Samuel: Quem nocuit Israël

Videns Propheta.

Israël, quoniam antequam ueniret tempus ut regnaret rex super eum, postulauit te sibi in regem, & tu missus ut faceres uoluntatem domini, transgressus es, & ideo qui per te uiuificatus est morietur nunc, & quos dixit thesauros absconsos, non ostendet tibi, & qui nascetur ab eo, erit tibi in scandalum. Et uenit Samuel ad Agag, habens gladium interfecit eum, & reuersus est in domũ suam. Et dixit dominus ad eum: Vade, unge quem tibi dixero, quoniã completũ est tempus, in quo aduenerit regnũ eius. Et dixit Samuel: Ecce nunc delebis regnum Saulis? Et dixit: Deleo. Et profectus est Samuel in Bethel, & sanctificauit presbyteros, & Iesse, & filios eius. Et uenit Eliab primogenitus Iesse, & dixit Samuël: Ecce nunc sanctus Christus domini. Et dixit ad eum dominus: Vbi est uisio tua? quam uidit cor tuum? Nõnne tu es qui dixisti Saul: Ego sum qui uideo? Et quare nescis quẽ uncturus es? Et nunc sufficit tibi exprobratio, & require pastorem omnium minimũ, & hunc unge. Et dixit Samuël: Audi Iesse, mitte adhuc filiũ tuum de grege, quoniã eum elegit deus. Et misit Iesse, & adduxit Dauid, & unxit eum Samuël in medio fratrum suorũ, & erat dominus cum eo ex illo die. Tunc cœpit psallere Dauid psalmum hunc, & dixit: In finibus terræ incipiam glorificari, & in dies seculi dicam hymnum. Abel imprimis quando pascebat pecora, acceptabilius fuit sacrificiũ eius, quàm fratris illius: & zelans eum frater eius occidit eum: me autem non sic, quia custodiuit me deus, & quoniam angelis suis tradidit me, & custodibus suis ut custodiant me, quoniam fratres mei zelauerunt me, & pater meus, & mater mea neglexerunt me, & cum ueniret Propheta, non clamauerũt ad me: & quando nominatus est Christus domini, obliti sunt mei. Deus autem dextera sua, & misericordia sua appropinquauit mihi, propterea non cessabo hymnizare omnes dies uitæ meæ. Et cum adhuc Dauid loqueretur, ecce leo amarus de sylua, & ursa de monte rapuerunt tauros Dauid, & dixit Dauid: Ecce hoc signum erit mihi in fortissimum initium uictoriæ meæ in pugna. Et exeo post eos, & liberabo quæ direpta sunt, & occido eos. Et exiens Dauid post eos, accepit lapides de sylua, & occidit illos. Et dixit ad eum deus: Ecce in lapidibus tradidi in conspectu tuo feras istas. Erit autem tibi in signum hoc, quoniã lapidibus interficies post inimicũ populi mei. Et in tẽpore illo ablatus est spiritus domini à Saule, & præfocabat eum spiritus pessimus. Et misit Saul, & adduxit Dauid, & psallebat in cithara psalmum in nocte. Et hic psalmus quem psallebat in Saulem, ut recederet ab eo spiritus iniquus. Tenebræ & silennium erant antequã fieret seculum, & locutũ est silentium, & apparuerunt tenebræ, & factum est tunc nomen tuum in compaginatione extensionis, quod appellatum superius cœlum, inferius uocatum est terra. Et præceptum est superiori, ut plueret secundum tempus eius: & inferiori præceptum est, ut crearet escam omnibus quæ facta sunt. Et post hæc facta est tribus spirituũ uestrorum. Et nunc molesta esse noli tanquam secunda creatura, si cõminus memoraret artari in quo ambulas. Aut non audire tibi sufficit, quoniam per ea quæ consonant in conspectu tuo multis psallo? Aut immemor es, quoniam de resultatione inchaomatonata est uestra creatura? Arguet autem tempora noua unde natus sum, de quo nascitur post tempus de lateribus meis, qui uos donauit? Et cum hymnizaret Dauid, parcebat Saul spiritus. Et post hæc uenerũt Allophili pugnare ad Israël. Et Dauid reuersus est in eremo ut pasceret oues, & obuiauerunt ei Madianites, & uolebant rapere oues eius, & descendit ad eos, & expugnauit eos, & occidit de eis XV M. uirorũ. Hæc est prima pugna, quam pugnauit Dauid cum esset in eremo. Et exiuit uir de castris Allophilorũ, nomine Golia, & intendit in Saul & in Israël, & dixit: Nonne tu es Israël, qui fugisti ante conspectum meum, quando abstuli à uobis arcam, & interfeci sacerdotes uestros, & nunc regnãs descendes tanquã uir & rex, & expugnabis nos? Si minus, ego ueniam ad te, & captiuare te faciam, & populũ tuum seruire dijs nostris. Et audiens hæc Saul & Israël, timuerunt ualde. Et dixit Allophilus, iuxta numerũ dierum in quibus epulatus est Israël, quando accipiebant legem in eremo, quadraginta diebus, ita ego improperabo eis, & post pugnabo cum illis. Et factum, cum completi fuissent quadraginta dies, & uenisset Dauid uidere pugnam fratrum suorum, audiuit uerba quæ locutus est Allophilus, & dixit: Si hoc est tempus quod dixit deus ad me, tradã in manus tuas in lapidibus inimicũ populi mei? Et audiuit Saul uerba hæc, & misit, & accepit eum, & dixit: Quis erat sermo quem locutus es populo? Et dixit Dauid: Ne timeas rex quoniã iam & expugnabo Allophilum, & auferet deus odia & opprobria ex Israël. Et profectus est Dauid, & accepit septem lapides, & scripsit nomina patrum suorum, Abraham, Isaac, &

Prima pugna Dauid.

Ceruihel angelus. Iacob, Moſi, & Aaron, & ſuum, & fortiſſimimi, & miſit deus Ceruihel angelum præpoſitum ſuper uirtutẽ. Et profectus eſt Dauid ad Goliam, & dixit ei: Audi uerbum antequam moriaris. Nõnne ſorores erant duæ mulieres, unde natus es tu, & ego? Et erat mater tua Orpha, & mater mea Ruth. Et elegit ſibi Orpha duos Allophilorum, & abijt poſt eos, Ruth autem elegit ſibi uias fortiſſimi, & ambulauit in eis. Et nunc nati ſunt de Orpha tu, & fratres tui, & quia exurgens hodie uenisti deuaſtare Iſraël, natus de cognatione tua, ecce ueni & ego uindicare populũ meum. Nam & tres fratres tui poſt mortẽ tuam incident in manus meas, & tunc dicitis matri ueſtrę, non pepercit nobis qui natus eſt de ſorore tua. Et miſit Dauid in fundibulo lapidẽ, & percuſſit Allophilũ in fronte ſua, & cucurrit ſuper eum, & euaginauit romphæã eius, & caput eius tulit ab eo. Et dixit ei Golia, dum adhuc eſſet in eo anima eius: Feſtina, & interfice me, & exulta. Et dixit ei Dauid: Antequam moriaris aperi oculos tuos, & uide interfectorẽ tuum, qui te interfecit. Et reſpiciens Allophilus, uidit angelum, & dixit: Non ſolus occidiſti me, ſed qui tecum aderat, cuius ſpecies nõ eſt ſicut ſpecies hominis. Et tunc Dauid abſtulit caput eius ab eo. Angelus autem domini erexit faciem Dauid, & nemo agnoſcebat eum. Et uidens Saul Dauid, interrogauit eum quis eſſet, & non erat qui cognoſceret eum. Et poſt hæc zelauit Saul Dauid, & quærebat occidere eum. Dauid autem, & Ionathas filius Saul, diſpoſuerunt teſtamentum ſimul. Et ut uidit Dauid quoniã quęrebat eum Saul occidere, fugit in Armathẽ, & exiuit poſt eum. Et manſit ſpiritus in Saul, & prophetauit, dicens: Quid ſeduceris Saul, aut quẽ perſequeris in uanum? Completum eſt tempus regni tui. Perge in locum tuum, tu enim morieris, & Dauid regnabit. Nõnne tu, & filius tuus ſimul moriemini? Et tunc apparebit Dauid regnum? Et abijt Saul, & non ſciuit quæ prophetauit. Dauid autem uenit ad Ionathan, & dixit & eum: Veni, & diſponamus teſtamentũ antequam ſeparemur ab inuicem. Saul enim pater tuus quærit interficere iniuſte. Et ex quo cognouit quoniã diligis me, nõ renunciat tibi quæ cogitauerit de me. Propter hoc autem odit me, quoniã diligis me, & ne regnẽ pro eo. Et cum ego reddiderim illi bona, ille retribuit mihi mala: & cum ego Goliam occiderim in uerbo fortiſſimi, uide finem quem tribuit mihi, quia determinauit domũ patris mei, ut diſperderet eam. Atque utinam conſtituatur in pondere iudicium ueritatis, ut audiant determinationem multitudo prudentiũ. Et nunc timeo, & ne interficiat me, ne perdat pro me uitam ſuam, ſanguinẽ enim iuſtum nunquam effundet. Quare anima mea perſecutionem patiatur? Minimus enim inter fratres meos fui paſcẽs oues, & quare morte periclitor? Iuſtus enĩ ſum, & iniquitatẽ nõ habeo. Et quare pater tuus odit me? Sed iuſtitia patris mei adiuuet me, ut in manus patris tui non incidã. Et cum ſim iuuenis, & mollis dierum, in uano Saul inuidet mihi. Si nocuiſſem eum, rogarem ut donaret mihi peccata: quoniam ſi iniquitatem deus donat, quanto magis pater tuus, qui eſt caro & ſanguis? Ambulaui in domo eius in toto corde, etiam quaſi leuis aquila prouectus ſum ante conſpectũ eius. Poſui manus meas in lancea, & benedixi eum hymnis, at ille cogitauit interficere me, & tanquã paſſer qui fugit ante faciem accipitris, ſic fugi ante faciẽ eius. Cui hæc dixi, aut cui annunciaui quæ paſſus ſum, niſi tibi, & Melchol ſorori tuæ? Ambo enĩ nos in ueritate eamus inuicem. Et melius erat frater, ſi in pugna occiſus eſſem, quàm inciderẽ in manus patris tui: fuerunt enim in pugna oculi mei ubiq; uidentes, ut cuſtodirẽ eum de inimicis eius. Frater meus Ionatha, audi uerba mea, & ſi eſt in me iniquitas, argue me. Et reſpondens Ionatha, dixit ad Dauid: Veni ad me frater meus Dauid, & dicam tibi iuſtitiam tuam. Tabeſcet anima mea in triſticia tua ualde, quoniã ſeparamur modo ab inuicem. Et hoc coëgerunt peccata noſtra, ut ſeparemur ab inuicẽ, ſed memores ſimus dum uiuim⁹ noctu & die inuicem: & ſi mors ſeparat nos, ſcio q̃a animæ noſtræ alterutrũ ſe cognoſcẽt. Tuum eſt enĩ regnũ in hoc ſeculo, & ex te erit initium regni, adueniens in tempore. Et nunc tanquã infans qui auferet̃ à lacte matris ſuæ, ſic erit ſeparatio noſtra. Teſtis eſto cœlum, & teſtis eſto terra, in his quæ locuti ſumus inter nos. Et ploremus unuſquiſq; ad proximum, & lachrymas noſtras condamus in uas unum, & commendemus uas terræ, & erit nobis in teſtimoniũ. Et plorauerunt unuſquiſq; ad proximum ſuum ualde, & oſculati ſunt ſe inuicem. Timuit autem Ionatha, & dixit ad Dauid: Memores ſumus frater teſtamenti inſtituti inter nos, & iuramenti poſiti in corde noſtro. Et ſi prior te obiero, & regnando regnaueris, ſicut locutus eſt dominus non memor ſis iræ patris mei, ſed teſtamenti tui, quod diſpoſitum eſt inter me & te. Nec memor ſis odij quo te odit pater meus in uano, ſed dilectionis meę qua te amaui,

te amaui. Nec memor sis, quod tibi ingratus fuit pater meus, sed memor esto mensę in qua manducauimus simul. Nec retineas zelum quo te zelauit male, sed ueritatem quam habe mus ego & tu. Nec cures mendaciū quod mentitus est Saul, sed iuramentaque ad inuicē iurauimus. Et osculati sunt inuicē. Et post hæc abijt Dauid in eremū, & Ionatha ingressus est ciuitatem. In illo tempore sacerdotes, qui habitabant in Noba erant cōtaminantes san cta domini, & exprobrantes primitiua populis. Et indignatus est deus, & dixit: Ecce ego delebo habitantes in Noba, quoniam ambulant in uijs filiorum Heli. Et in tempore illo uenit Doēch Syrus ad Saul, & dixit ei: Tu'ne scis quoniam facit consilia Abimelec sacer dos cum Dauid, & romphæam dedit ei, & misit eum in pace? Et misit Saul, & uocauit Abimelec, & dixit ad eum: Morte moriaris, quoniam consiliū disposuisti cum inimico meo. Et interfecit Saul Abimelec, & domū patris eius, & nec unus quidem liberatus est ex tribu eius, nisi solus filius eius Abiathar. Qui abiens ad Dauid, renūciauit ei omnia quæ con tigerant illi. Et dixit ei: Ecce populus hic in anno quo cœperat regnare Saul, cum peccasset Ionatha, & uellet mortificare eum, exurrexit, & non permisit eum, & nunc interficerentur sacerdotes CCCLXXXV. uiri. Tacuit, & nihil dixit. Et propterea ecce dies uenient cito, & tradam eos in manus inimicorū eorum, & cadent uulnerati cum rege suo. Et ad Adoch Syrum hæc dixit dominus: Ecce dies uenient cito, & ascendet uermis igneus in linguā eius, & tabescere faciet eum, & erit habitatio eius cum lair in igne inextinguibili sem per. Omnia quæ fecit Saul, & reliqua uerborum eius, & quomodo persecutus est Dauid, nónne scripta sunt in libro Regum Israēl. Et post hęc Samuēl mortuus est, & congrega- tus est omnis Israēl, & planxit eum, & sepeliuit eum. Tunc Saul cogitauit, dicens: Auferens maleficos de terra Israēl, memor me erunt post discessum meū. Et dispersit Saul om nes maleficos de terra. Et dixit deus: Ecce Saul non propter timorē meum tulit maleficos de terra, sed ut sibi nomen faceret. Ecce quos dispersit ad eos uadat, & diuinationē consequatur ab illis, eò quod non habeat Prophetas. Et tunc Allophili dixerūt unusquisq; ad proximū suum: Ecce Samuel mortuus est propheta, & quis orat pro Israēl? Et Dauid qui expugnauit pro eis inimicus est Saul, & non est cum eis. Et nunc exurgētes eamus, & pugnemus eos, & uindicemus sanguinem patrum nostrorū. Et collecti sunt Allophili, & uenerunt ad pugnam. Et ut uidit Saul quoniam Samuēl mortuus est, & Dauid nō esset cum eo, resolutæ sunt manus eius. Et interrogauit per dominū, & non obaudiuit eum: & quęsiuit prophetas, & non apparuit ei ullus. Et dixit Saul ad populum: Quæremus aliquem diuinum, & interrogemus per eum quod cogito. Et respondit ei populus: Ecce nunc est mulier Sedecla nomine, & hæc filia Debicū dianitæ, qui seduxit populū Israēl maleficijs. Et ecce hæc habitat in Ecdor. Et induit Saul uestimenta sua non bona, & abijt ad eam ipse & duo uiri cum eo noctu, & dixit ad eam: Eleua mihi Samuēlē. Quæ dixit: Timeo regem Saulem. Et dixit ad eam Saul: Non noceberis à Saule in hoc uerbo. Et dixit Saul intra se: Quando regnabā in Israēl, etiamsi Gentes nō uidebāt me, sciebant tamē quomodo Saul eram: Et interrogabat Saul mulierē, dicens: Si uidisti Saulem aliquando? Quæ dixit: Frequenter uidi. Exiuit Saul foras, & plorauit, & dixit: Ecce nunc scio quoniam species mea mutata est, & gloria regni mei transiuit à me. Et factum est cum uideret mulier Samuēlē descendentē, & Saulē uidit cum eo, exclamauit, & dixit: Ecce tu es Saul, & quare illusisti me. Et dixit ad eā: Noli timere, sed dic quid uidisti? Quæ dixit: Ecce quadraginta anni sunt ex quo eleuo mortuos Allophilis, sed hæc species non est uisa, sed nec postea uidebit. Et dixit ad eam Saul: Quę species eius? Quæ dixit: Interrogas me de dijs. Ecce enim species eius non est hominis. Ipse enim uestitur stolam albam superpositā deploidem, & duo angeli deducentes eum. Et memoratus est Saul deploides quam disruperat Samuēl dum uiueret, & percutiens manum eius proiecit eam in terram. Et dixit ad eum Samuēl: Vt quid inquietasti, ut eleuares me? Putaui quod appropinquasset tempus reddendi merces operum tuorum. Et ideo noli gloriari rex, neq; tu mulier. Vos enim non deduxistis me, sed ea traditio, in qua dixit mihi deus cum uiuerē, ut ueniens nuntiarē tibi, quod peccaueras iam secundo negligenter deo. Propterea post reditionē animæ meæ cōturbata sunt ossa mea, ut dicerem tibi, mortuus q; audirer uiuens. Nunc ergo castrino tu & filij tui mecum eritis, tradito populo in manus Allophilorū, & propter quod zelata sunt uiscera tua, accipiet de te quod est tuū. Et audiuit Saul uerba Samēlis, & dissolutus est, & dixit: Ecce ego uado cum filijs meis mori, si ruina mea exoratio est iniquitatum mearū. Et surrexit Saul, & abijt

Reg. lib. 1.

inde, & Allophili expugnabant Israël,& exiuit Saul in pugnam,& fugit Israël ante conspectum Allophilorũ, & uidens Saul quoniã confortabatur pugna ualde, dixit in corde suo: Quid confortaris ad uitam, cum Samuël euangelizauerit tibi mortẽ cum filijs tuis? Et dixit Saul ei,qui portabat uasa eius: Tolle romphæam tuam, & mortifica me, antequã ueniant Allophili, & abutantur me. Et noluit qui portabat uasa eius iniȷcere manus suas in eum. Ipse autẽ incubuit super rompheam suam, & non potuit mori, & respexit retro se, uidit uirum currentem, & clamauit ad eum, & dixit: Tolle machæram meam, & mortifica me,adhuc anima mea in me est. Et uenit ut mortificaret eum, & dixit ad eum Saul: Antequã mortifices me,nuntia mihi quis es. Et dixit ei ille: Ego sum Edab, filius Agag regis Amalechitarum. Et dixit Saul: Ecce nunc uenerunt super me uerba Samuëlis, quomodo dixit: Qui natus fuerit de Agag erit tibi in scandalum. Vade autem, & dic Dauid: Ego occidi inimicum tuum. Et dices ei: Hęc dicit Saul: Non memor sis odij mei, neque iniustitię meæ.

PHILONIS IVDAEI BIBLICARVM ANTIQVItatum libri finis.

PHILONIS·IVDAEI
Quæstionum & Solutionum
in Genesin liber.



Gen. 25. *Quare quadraginta annorum erat Isaac cum nupsisset Rebeccam?*

Nuptiæ maturæ sapiẽti quadragenariæ sunt, bonum est enim prius exerceri, & concrescere eruditionũ directis spiculis, nullo alterο desiderio occupatum. Vt enim amicum est amatori prudentiarũ sua frui, scere merita, eũdem modum etiam nuptiarũ carpitur affectus, imitabili ætatis testimonio, ut confirmetur etiam lex liberorum. In quadragenaria est, secundum quam etiam medici asserunt, tot diebus reconditũ semen in uulua figuratur in masculinum, prȩsertim hactenus non pro libidine prona, sed pro filiorũ syncera progenie cultum dignum facientes, huius ætatis nuptias celebrant.

Vt quid Rebecca ait: Si sic futurum est mihi, ad quid mihi hoc?

Studiosa & ingeniosa mens, hæc non fastidio potius quàm dolore affectabili prosequitur, ita enim recordata ait: Vt quid mihi hoc? Sub differentia esse tanquam superior compensatam ęstuaret, partim ex suspitione, partim à ueritate: ambiguitas enim mentis imperfecta & clauda. Et si oportet proprijs † & reuocabis cæca est. Vnde melius est oculos mẽtis instruere, & acutius semen reuentatem malo ac bono examinato, utriusq; enim naturę amplexus, quiuis & simplici mente ductus, unum appetit, alterum excusat. † ut

Quid est: Perrexit interrogare à domino eloquium dei?

Superbiam corripit pro eis, qui se dicunt aliquid nosse, quos nihil scientes pudet requirere interrogare, scrutare. Hi etiam languorum imperitia, usq; in terminũ uitæ ęgrotãtes, medicũ non suscipiũt à quo facillime curati sani fuissent. His uero quibus desideriũ eruditionis, & prudentiarũ cupido est, undiq; omnia doceri cura est, etsi ueteranę sunt ætatis.

† perrogante *Vt quid † interrogante ea audiuit: Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi ex utero tuo dispergentur, & populus populum superabit, ut maior seruiet minori?*

Quatuor titulos designat eloquium, quorum unum gloriose dictum, quod nõ duo infantes in utero dixit, sed pro infantibus gentes. Certum est enim de infantibus non dixisse, sed de nascendis † utriusq; designat, qui postmodum principes magnarum gentium fierent. Secundum uero propheticum & utilissimum, ne sit intermixtio, sed alterutri † distinctio. Non uniuscunq; gentis, sed re uera sapientiam & modestiam, cuius gratia prius gentes cõmemorando, postmodũ populos nominauit, quia multum interest uerbo & rationabilitati: horum enim disceptatio utilissima est, uno inertiam, altero iustitiam appetente. Tertia consideratio est, ne iusta iniusto aptentur, ideo dictum est, populum populi meliorem, dum necesse est unum superare alterum, præcellentẽ bonitate, dum iustus iniquũ superat, & modestus luxuriosum. Sunt enim cœlestia salubria, terrena uero ineptiarum & tenebratũ simillima. Quarta consideratio, quod maior seruiat minori. Inueterata est enim malitia,

† ex utrisq;
† distinctio.

malitia, quæ à prima ætate concreuit. Beneuolentia uero iuuenior, quia in nouissimo oritur tempore, deficiente uitiorum pondere. Tunc enim incipit perpendere sensus principatum meliorem. Hęc tamen pro nobis dicta sunt. Quis enim nesciat cœlum nullius mali compotem, & qui morantur in eo angeli omnes boni, & in omnibus necessarijs perfectissimi. In mundum autem antiquior prudentia, & uetustiori iniquitatis ac insipientiæ, aliarumque uirtutum sapientia singulæ ita in genere humano econtrario habent sui. Bonum enim, ut dixi, serotinum & aduenticium, prauitas ab infantia penè consistit, sed tamen regitur à iuueniore, non temporis lege, sed naturæ.

Quare dixit: Completi sunt dies eius, ut pareret?

Quia prudentium germina non sunt minus perfecta, nec diebus diminuta, sed plena & integra. Ex perfectis numeris dictum cōstat pro parte narrationis. Intellectus uero subtilis hoc sapit, cum studiosa anima saginata fuerit sapientiæ institutis quibus uice meridiani luminis totus animus illustratur, tunc incipit generare contrarietates cogitationū, quibus † fanatæ profanis intersunt. † sancta

Quid est: Erant gemini in utero eius?

Dictum oratoriæ patet, certum est: morali uero stylo non oportet ignorare, sicut ex una stirpe duo oriuntur rami, ita ex una mente melior & deterior species nascitur. Et quidem gemina sunt pro natura cunctante anima pro utrorumque obsequio: per absentiam enim unius obsecundat altero, simili uitio ualetudinis corporalis. Libido enim & dolor ex una radice. secundum poëticum carmen. Agitante enim libidine, dolor cælatur. Porrò si is tenuerit, illa subducitur. Ita omnes uirtutes contra malitiam habentur, econtra malitiarum momenta uirtutibus aduersantur. Cælatur enim pudicitia adueniente luxuria, & iustitia per iniquitatem, & audacia per trepidantiam.

Vt quid primogenitus totus rubeus, & pilosus ut pellis?

Densitas uice rabientis bestiæ ex ira. Rubescit enim in sanguineum uisum, & moribus insuauis ut pellis, & eò amplius densus ut grauatum ex astuta petulantia, non ex natura, ideo facile capitur. Quanto enim sperat affugere prauus, tanto facilius capitur à prudentibus. Differt primogenitus primitiuo, est enim ille sensus fœmineus, alter uero masculinus principalis uirtutis, cui propriū est generare. Adeo primogenitus melior, prauus uero primitiuus fluxu materiali passibilis more sui nexu enixus. Vnde etiam in rebus certis incorporales uirtutes merito primogenitæ uocantur. Quas nonnulli figuras ac formas uocantes mensuras & normas rerum, sensibilia autem non ita. Sunt enim figurę sine patre, inde materialem sensum facturum matrem appellant.

Quare nomen illi imponitur Esau, qui interpretatur factura, uel rubor?

Vtrunque mores insinuat malitiæ, fictionibus enim plenus & infidus, nec quicque integrū exercendo, nec facile flectitur, tali ligno simulādo, quod facile prius frangitur, quàm curuatur.

Quare dixit: Post hæc exiuit frater eius?

Germana sunt uirtus & malitia, unius animæ fœtus. Dimicantur autem & litigant quodammodo adhærentia, dissocietatē desiderant, separata uero & liberata distant.

Vt quid manus secundi apprehenderat calcaneum alterius?

Quoniā studiosus animus captator est, & naturaliter strenuus, semper arcendo uitiū & minime ei fiduciam permittendo, ne quando erigatur. Tenere ergo calcaneum fortissimæ mentis est, & optimi luctatoris, non admittentis malum exaceruari. Quod uero tenetur, infirmum est. Hæc igitur si quis non auribus, sed mentis intuitu recordetur, inueniet facultates uirtutis idoneas. Præsidente enim animo & præualente, uitium uincit & claudicat, hoc modo beneuolentia possidebit. Qui † uero supplantator dictus est. Iacob non † merito considerauit, quòd post CXX. annos Rebecca concipit, iam scriptura diuina præsagiente totidem annos in peregrinatione moratur, unum è filijs pro necessitudine nuptiarum.

Quare sexaginta annorum dicitur generasse Isaac?

† Sexagenaria ętas inexcusabilis & urgentissima est in mundo, est enī quinquagenarius † sexagenaria in idipsum numero, nec non etiam ipsam quam habet elegantiam in unionibus sextilitas, meta hunc in denarijs sexagenitas, equidē sextili interstitio omnia creantur. Per sexagenitatē uero uir perfectus secundū seculi proximitatē. Sicut enim sexagenitas affinis sextilitatis, ita uir strenuus omni mundo propinquus, ideo in creatura mundana & immaculata cœlesti censura efferuntur. Caduca uero & infirma, quæ à philosophis sublunalia appellātur,

pro terrenis: ac per hoc germina studiosi uiri discerni oportet à mortalitate, filiorũ enim alter cœlestis, alter terrenus.

Quare Esau uenator & ruralis, Iacob uero simpliciter, per innocentiam habitans domum?

Locus allegoriæ capax est. Prauus enim & captator, & rusticus. Sicut enim uenantibus consuetudo est, canibus & bestijs conuersari, ita prauus uitio malitiarum feris assimilatur, sine lenitate & temperantia mentem regendo. Etiam canibus comparatur, qui iusto plus satiati, ad rabiem & furorem erumpunt. Præterea ruralis exors ciuitatis, ut refuga legum † atque popularitatis alienus, iugum iustitiæ uitando, nullo sequitur bono, mansuetudinis & beneuolentiæ inimicus, quibus fortunæ hominum consistere uidentur. Vrbanus autem in utroq; uiget, sine fictione domum habitando, infictum igitur insinuat pro simplicitate, sine insidijs, sine illecebris, quæ sunt atrocitatis fomenta: ita ruralitas dissipat statum domesticum, ubi paterfamilias dispensabilis, ut ciuili albo conscriptus, & disciplinarum proximus abest, ac per hoc non fallitur, qui intelligit regimen ciuilitatis familiarẽ esse dispensationem, ita enim status domesticus stabilis habetur.

† & æque

Quare dicitur Isaac dilexisse Esau, Rebecca uero diligebat Iacob?

Quis non miretur nominum positionem, tam rectè & aptissime rebus cõsonantem: dicendo enim dilexit, transactum insinuat tempus. Quod uero diligitur adest utriq;, & sempiternatur sine fine defectionis, & forsitan praua conuersatio licet floreseat, temporalia, utpote diurna, non diuturna est. † Respui uero mores immortales impœnitibiles.

† Reprobi

Quare ab uno pro causa uenationis diligebatur. Mater uero sine causa?

Sapientissime dictum est. Studiosus † uero ex utraq; parte diligitur, adeò nonnulli imitantes Mosen, pro laude uirtutis æmulantur uerbo tantummodo gloriam capere, inde huiusmodi uiri per occasionem diliguntur. Ait enim scriptura: Dilexit eum, quod uenatio illius esca fuit ei naturalis, suum'q; edictum est. Non enim quæ capiuntur ab eo esca eius est, illius ipsius mali uenatio, dum superbia capitur. Pascitur enim sapientis animus melius cum poterit uenare malitiam, & contraria superare.

† enim

Quid est dictum: Coxit Iacob cocturam?

Risúsne uidebitur dictum? Scio in huiusmodi dicto insipientibus & fluxidolis, qui nullo momento uirtutes cernunt, secundum † prudentiam suam diuinas lectiones pensitantes, quæ tam caute præscriptæ sunt. Sicut enim cæci tactu tantum corpora tractant, nõ decus coloris, non formas, neq; figuras, uel quicquam aliud qualitatis testimonium probantes, ita minus docti, & inertia animæ oculi priuantur in sermone narrationis occupati, nõ scrutare nomina Hebraica, non barbara intrinsecus perpendere possunt ad considerandam altitudinem mentis, maxime cum ipsa narratio conscientiam arguit impunitatis, & medelam suggerit ex aperto.

† Imprudentiã

Quid enim pro friuola esca primitias minori cedit?

Vt famulus uentris, uituperator, nullum continentię zelum sectando, ita altiora intellectu huius dicti ueritatis titulos cõmendat. Omne enim quod coquitur amissa uirtute quã prius habuit, dissolutum fit, quod poterat non † coctum nullo subiacere improperio, sed tanquam continentiæ statu permanere. Ita prudens concupiscentiæ neruos, & fortitudinem uitiorum destruit.

† Contactum

Quare dictum est: Venit Esau de campo deficiens?

Apud quosdam defectio adiectio uocatur. Defecta enim mortalitate, immortalitas apponitur, prauus tamen pro inopia uirtutis, non penuria ciborum aut poculorum defectus dicitur.

Quare dixit: Gustemus de hac coctura?

Quia defectio, id est, amator uitiorum & inertissimus statim confitetur esuriem prudẽtiæ, & extenuationem uirtutis, cuius gratia degustare uitium Aeua festinat, qua tam esse coctorum fortitudinem pro illecebris suauitatis † allecta cõditura pro colore sanguineo & familiari uitiorum. Semper enim passiuis sequitur confusio, erubescentibus eis quod pessima bonis anteponat.

† Adiecta

Quare uocatum est nomen eius Edom, quod translatum Græce dicitur rutilum, siue terrenum?

Proprium uocabulum luxuriosi moris minus cœlestia appetentis, terrena uero & fluxidola petentis, & inreprehensibilem uitam ne quidem in somnis cogitantis. Coloribus uero & saporibus per omnem sensum opprimitur.

Quare

Quare dixit: Vende primitias tuas mihi?

Hoc dictum, uidetur fraudem insinuare, dum minor iura maioris usurpat. Sed studiosus & parsimoniæ amicus non fraudatur sed profectus eius in hoc inuenitur, sciens opes par uorum oportere succidi, ne amplius delictis suppeditantea decipiant animam, sed aufera tur potius occasio omnia nostra malorum, & est utilissimna pro melioratiōe morum, ita non fraus, sed profectus acquiritur pro detrimento. Altiori sane intellectu scire oportet, sapientē non de animalibus, aut prædijs, uel pecunijs tractare, sed pro constantia animæ, quamuis primitiæ sint & antiquiores singularum uirtutum fontea, aquarum etiam paruus pro testimonio existimationis usurpat. Nullus enim ita insanus est, licet insipiens, ut palàm profiteatur malitiam. Ait ergo illi subtiliter: Noli mētiri, ne tanquā in † speculo ficta ueritate polluaris, sed confitere iam nunc alienam morum tuorum esse sapientiam, cuius extraneus iam factus es. Hæc enim proxima, & propria est prudentibus uiris. † Spectaculo

Quare ita respondit: Ecce ego pergam mori, & ad quid mihi primitiæ istæ?

Eloquium dicti probatissimum est. Reuera enim uita prauè ad mortem festinat per singulos dies. Nec enim meditando adeo non dixit: ad quid mihi primitiæ quæ dirigunt uirtutem & beatitudinem, ut quid mihi habeo enim prærogatiuam libidinis & luxuriæ, & quæcꝫ horum similia uidentur.

Quid est: Deprauauit Esau primitias suas?

Diuinum responsum consonat priori. Derogat enim & prauus studiosum, ut solertiā strenuus prauorum spernere facta. Impossibile est enim consensum † inuenire, & intemperantiam, quare fit famia super terram, præfamem ante factam temporibus Abraham. † Inuenirè in intemperantia

Vt quid adiecit & dixit: Super terram?

Digne scrutandum est. Vbi enim alibi contingere potest, dum nefas cœlum dicere huiusmodi cōtagio lędi. Sed forsitan allegorico more loquitur. Terrenus enim sensus circa nos corpus est, cui cum pura & sobria mens penetrauerit, famen non ciborum, sed iniqui tatis operatur. Perinde differentia est inter famem, & famē. Prior enim indocilitatis penu riam fecerat, promoto & perfecto per eruditionem & doctrinam uiro. Nouissima uero dissipauit ea quæ minus apta uidebantur: naturaliter enim & sine doctrina uirtutes acqui rūt obediēte fortitudine. Ita utracꝫ famis abundātię & frugalitatis meliores ac † lętiores. † Lectiores

Quid est: Perrexit Isaac ad Abimelech regem Philistim in Gerara?

De dicto clarum est. Profectionis signum scrutatu autem diligentiori plus inuenitur, & amplius panditur nominibus interpretatis. Abimelech enim paternus rex est, Philistim alienigenę Gerara spes.

Quare ait illi eloquium diuinum: Ne descendas in Aegyptum?

Pro tam certo oratorio dicto, nihil obscurum uidetur. Morali tamen discussione ita sentimus, Aegyptus interpretatur deprimentes. Deprimit autem, & occupat mentem concupiscentia, tristitia, metu. Perfectio igitur felicitati naturæ pollicenti excellētiam suggessit sermo diuinus, ne in foueam uitiorum descendat, sed potius uegetat integritate mediocritatis suæ contentum esse, quanquam sunt nonnulli in isto medio statu durantes pro impossibilitate fragilitati, qui aut excellunt, paulatim ad summos uirtutū terminos accedūt, pro nihilo terrestria reputantes diriguntur in altum.

Vt quid dixit illi: Inhabita, inquam tibi dixero terram. Esto autem incola in hac terra?

Incolarum & possessorum differentia insinuatur, uerbo quidem, utpote ciuitatis inhabitantium hominum: opere autem ipso animarum dicit affectum dissimili uita commorantium. Permittitur ergo sapienti incolatus pro spectaculo tantum & actu, inhabitare uero meliora sperate, quæ tentorium nancꝫ sensus aliæ nostrum corpus est, secūdum immorantem in eo animam, quę sibi beneuolentiam sectatur, pro aduena habetur, memor matris ciuitatis in qua transmigratur, aforet etiam de qua diuinus spiritus decernit & hortatur firmius illic habitare. Quæ est autem digna ciuitas solertissimi uiri, nisi ipsa uirtus secūdum eloquentiæ titulos murata?

Quid est ergo: Tecum ero, & benedicam te?

Responsum diuinum subsiciuam continet cohærēte consequentia. Dei enim comitiū benedictionē & complacationem paratissime præstat: ita per absentiam maledictionem quia malum magnum insipientia eloquentiæ inimica.

Quid est. Constituam iuramentum meum, quod iuraui patri tuo?

In utroq; exemplari paris uetustatis ita legebatur, credo legendum paterni fœderis.

Vnum illud interim dicetur, quod dei uerba iuramentorum fortiora, uel in quem iurauisset deus nisi in se, dicitur tamen iurare post nostra infirmitate. Existimamus enim iuracula hominum fortiora esse uerborum. Deus uero beatus & propitius, non secundũ suam magnitudinem iudicat, sed aduersus generis possibilitatem. Vult sane laudare filium paternæ generositatis dignum. Ita enim confirmentur filio paternæ fœdens oracula, cum similis eius gestorum uirtus autori cõmendatur. Cessate nunc generis nobilitatẽ laudãtes diuinis literis, audita ueritate, pœnitemini, instruimur non illos uocare generosos, qui ex bonis procreanẽ parentibus, sed æmulatores paternæ pietatis. Iniustũ est minus ultroneũ bonum laudare, nec enim per cuiusdam cõsilium nascimur. Ita enim minus spontanea bonitas pro nihilo imputatur, quoniam spontaneum melioris actus testimonium est, & paterna imitatio.

Quid est: Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli?

† numerosum

Vtraq; hic promuntur, quibus natura uniuersitatis constat pro censu quantitatis atque qualitatis. Pro uno enim dictum est, multiplicabo: pro altero, sicut stellas cœli. Ita puras & splendidas, & insignem fortitas ordinẽ, & suo autori immortabili cursu uotus, promit † luminosum semen filiorũ, qui omnes per omnia cœlipetas ætherios dum hos alias'q; regiones illustrantes.

Quid est: Dabo semini tuo omnem terram istam?

Dictum declarat, utpote decreto pronuntiatum, quod solus ille ditissimus est sapiens, & omnia eius esse. Ad intellectum uero donabo tibi omnem censum terrenum, ut principatum quendam subiectum: uolo enim te non ex hac opes flatare, uel fœnora exigere ex intemperantia uitiorum acquisita, sed loco imperatoris præsidentem uniuersa subiecta habere nemini subiectum.

Quid est: Benedicentur in nomine tuo omnes gentes terræ?

Pensa declaratione dicti, intellectus altior huiusmodi est: Omnes gentes figuras esse terreni corporis nostri, quorum per singulos sensus singula uitia nascuntur, meliorantur uero sobrium fortita præsidem, utraque recte regentem, secundum Poëticum carmen: Rex beneuolus artifex est. Fiunt autem peiora, si princeps auditoris mali mores sectetur seuerissimi agitatoris, qui imperum equorum retundere non præualens, uehementia uelocitatis suæ obruitur.

Quare dixit. Pro eo quod audiuit pater tuus, & custodiuit præcepta mea, & mãdata mea, & iustificationes meas?

† nanq;

Hæc mea præclara bona diuinæ uirtutis domestica, illis destinantur hominibus paucis uel plurimis pro donis, qui plura disciplina sapientiam & iustitiam synceram sectantur, quorum spes præponitur in autorem peractis mandatis atq; præceptis. Præcepit enim ut autor, his qui absque timore non facilius obtemperant, mandat uero supplicibus suis ut amicus. Iustificationes uero & legitima hominibus destinantur nimiæ prouidentiæ plena. Legi † uero naturali iustificationes pertinent, legitima uero adoptiuæ ita lex erit iustitiæ, & iustitia legis.

Quare dixit: Incolaueritis, ac incola Geraræ?

† statum
† inanes
† potare

Gerara interpretatur maceries, quam per allegoriam dicimus esse † factum eorum, quare circa corpus, & extra corpus uana & † igneas glorias figurantem huius maceriæ habitator non sine ærumna plurimis seruiendo discretis dominis, quorum minas tolerando, tanquam pecus infructuosa spe occupatus, quæ nullius momenti sunt ut prima potire cogitatur. Incola uero spem sibi recondit futurę libertatis, contentus ad tempus necessitati, cuius spem facillime effugiet cum illecebris eius.

aliàs

Qui sunt illi uiri, quos scriptura meminit?

† Singularum animarum partes.
† interpensos

† Singulare sumet animarum petes, cogitationes sunt quasi habitatores, utputa partem eloquentiæ pro meritis sapientię uel insipiẽtiæ, partes iracundiæ pro uirtute aut trepidantia, pars concupiscentiæ pro pudicitia & luxuria, & quidem nutritorius panis cibus & potus exigitur: singuli quoq; sensuum singula delectamenta requirunt. Maceriæ tamen habet locus proprios habitatores suis consilijs † inter peruersos pro spe corporis & extra corpus. Inde etiam uiolare conantur, putas & immaculatas mentes.

Quid est: Factus est longæuus illic?

Incolare diuturno uidetur, pro diuturno interuallo, deo amabilis anima, & deo dedita. Quæq; autem ſunt extra loca, & meliora ſunt & ſine tempore. Locus enim & tempus germana ſunt, & ſimul ſubſtituta, & pariter agitata: cuiuſmodi luſus uidetur, quem proſpiciens Abimelech de feneſtra, uidit Iſaac ludentem cum uxore ſua Rebecca. Ex dicto quidem coitus inſinuatur uiri ad uxorem. Per intelligentiam uero æſtimamus non omnem iocum uituperàbilem, eſt enim & neceſſarius pro auſpicijs innocētiæ, ſimplicitatis, & puræ iucunditatis. Nec enim uexat aſtutia puerilem ętatem. Vnde etiam puerorum nominatio, & luſus ſimilat in Græco. Superueniente autem perfectorū delectatione facile transfigun tur. Eſt etiam in ipſis iocoſitas, cuius elongantur maliuoli mores, triſtem uitam petentes & anxiam. Studioſi uero prætera delectantur in bonis operibus ſemper, non tantum homines ſemoti malorum, ſed etiam animæ diſiunctæ corporibus, aut ſine nodo corporis liberæ, præcipue dæmones, quos religioſus Moſes angelos ſolet nominare. Ipſæq; ſtellę, in quibus intelligibiles & diuinæ generantur, & immixtæ, uel potius ſemotæ triſtitiarū formæ terrenæ lætitiæ à pace ſimiliter & † omne cœlum & mundus, quia animal eſt, & rationabile, & animal inſigne, & philoſophia plenum, ideoq; ſine triſtitia, ſine timore, plenum potius libertate. Dicitur quoq; etiam pater, & creator uniuerſitatis ſemper digno ſuo luſu delectari. Delectatur enim in ſplendore uirtutū, & creaturarū ſuarum uniuerſitate. Inuiſibili ergo exemplari, ex incorporalibus figuris conſtituto, merito menſuræ uniuerſorū in ipſius uiſibiles ſunt pro imitaculo ueræ atq; ſynceræ ſupernæ imaginis. Quapropter ſapiens finem perfectum æſtimando, aſſimilare deo tunc capit naſcibilem in nato coniectū, feſtinat nō deeſſe huius ſimilitudinis & iucūditatis, cuius cauſa de re dicitur, cum firma & indeclinabili ſimilitudine, cui nomen Rebecca eſt, perſeuerātia interpretata, aut pro ſempiterna hilaritate anima delectatur. Hanc portionē nullus habebit malorū, non aptus ſit nuptijs religioſæ ac piæ ſuauitatis, munus tamen tanquā de feneſtra proſpicit quidem, nō tamen purum ſentit utrorumq; † iugum, cuius mens dubitat † citius cernere meliora. Solet enim ſuam conſuetudinem pro plenitudine laudis accipere.

† omni cœli metuendus
† iocum
† acutus

Quid eſt: Seminauit in illo anno, & inuenit centeſinarium hordeum?

Anni tempus perfectū ex omnibus anniuerſarijs momentis conſtat, cuius ex nomine intelligitur apud ſe, & infra ſe omnia habere. Sanctus etenim numerus eſt cētenarius, de decimatione cōpoſita uirtus dicto perfecte teſtāte, ſtudioſum & in cultura, & in omni uita poſſe dirigi, ſemperq; eius germina ampliatur plus quàm pridē intelligentia ſubtilior. Hordeum hominibus & animalibus eſca eſt, nobis autē mens, homo, ſenſus, anima. Cum ergo rerū frugalitas deerit, præparat anima ſe, utpote ſeges optima, & fit capax abundantiarum uirtutis, & germina beneuolentiæ multiplicantur, deo palàm proferente certa ex inuiſibili ſuo theſauro, ut utraque res beneficia ſentiat, prona uidelicet atq; rationabilis, per unam eandemq; gratiam perfectæ diuinitatis, quæ eſt primitiua numeri ſanctioris.

Quid eſt: Procedens maior fiebat, quouſq; maior factus eſt ualde?

Certo exiſtente oratorio dicto, intellectus ita examinetur. Certum eſt ſecundum ſimilitudinem imperfecti numeri, & omnia cōtinentis, anni prudentiā creſcere, primo interim gradu prouectam. Cum autem inceperis ampliare, iam non pro naſcibilibus, ſed pro incomparabilibus mente occupantur.

Vt quid hæc quæ foderunt pueri patris eius, diſſipantes obſtruunt Philiſtinenſes?

Geminam nuntiat cauſam lectio. Vnam qua prauis mos eſt, nullos titulos inſignis memorię relinquere, quod beneuoli pro capeſſenda gloria ſtudent. Secūda, pro inuidia & liuore proſperitatis cōmunem deſpicientibus utilitatē, malentes lædi potius quàm ſentire beneficia. Nemo uetabit fontē ô ſtolidiſſimi hominū bonis prouiſum in uſu, quodq; indigentiæ ueſtræ proficientes pulſauit aliquis, pro his dicendo nullam extare inuidioſis defenſionē rationabilitatis, pro diſpendio accipiētibus optimorū uirorum gratias, ſed altæ mentis coniectura hoc expoſcit, foſſuras puteorū auſpicia eſſe diſciplinarū, quarum ſingulæ altæq; finis ſitientibus potus eſt. † Eſcarum ergo amatores, iniectam obſtruſionem, quæ pro ignorantia accipitur, expurgant per obſeruantiā inſtitutorum. Adeo perfectus, huiuſmodi foſſuras non facit: eſt enim plenus ſcientiæ, ſed pueri, quos dignos ſui miniſterij arbitrāt. Sunt autē ij, qui modo eruditioni dantur, paulatim accedentes in altum quouſque attingant in finem. Hi quidem bonum deſiderium proſequentes, dignum inueniunt fructum. Alienigenarum uero mens, pro inuidia proſperitatis decipere conatur

† Harum

oportunitatis,

oportunitatis, quibus doctrinæ pro promptis gestibus crescunt, terrã inijcientes, hoc est, terrenæ cõcupiscẽtię pondus, quibus grauata mens premit, & sine philosophia remanet.

Quare Abimelech dixit ad Isaac: Perge à nobis, quia poßibilior nobis factus es.

Pessimũ inuidiæ uirus, & uituperabile, ita prauus, utpote cæcus, disiungere conatur ul rum prudentẽ uerbo quidem à ciuitate, ipse autem rede anima sua cum clausula liuoris ingestæ. Ait enim: Possibilor factus es nobis, utpote infirmitatem optando his qui dirigun tur, cum possit congratulari melioribus, & in utrisq; proficere, maxime philosophiæ titu lis, quorum omnes unanimes esse oportuerat.

Vt quid obstrusa putea rursus effodit?

Spontaneæ clementiæ & humilitatis prudens, nulla detentus sæua memoria, superare dignatur aduersarios: non mala pro malis, sed per beneficia, sensus tamẽ alterior hoc aduocatur mens deo dedita, licet ad tempus decipiat supradictis quibusdã molestiarũ ponderibus, cœni uice inquietãtibus & occupantibus, exportare eas & reuelare nouit, ut inte rim possit pristinos sapientiæ splendores sine ullo impedimento recuperare. Vt quid ea † simul dem uocabula posuit puteis, quæ etiam præter eius æmulus paternæ pietatis honorem † si † pro bi referens † per operis industria, & fossatim purgare sollicitus est, ne omnino præualeat inuidia in terram eorum. Inde consequẽs erat, procedentẽ in operibus etiam nomina con firmare. Illud quoq; dicetur, quod semetipsos amantibus studiosius, inimicus uidetur qui diligere solet merita digna iustitiarum & ueritatis, quas utrasq; sectatur amator integritatis, nihil auferendo alienum, licet diu oblita ipse nimio sudore potuit inuenire. Veritatem uero in omnibus imitando, & paternam operum constitutionem, nominumq́; firmitatem, quibus etiam mens cautior nunciatur. Proprietates enim nominum à sapientibus positæ, ipsarum rerum indices sunt, tanquam de speculo declarantes suarum formarum † mutatis conditiones. Inde pari directa singulorum uocabula sufficere certus, præuidit ne † imita † immutationẽ tis nominibus † imitationem res capiat, ut solet in Geometriæ figuris, quarũ singulæ suis uocantur momentis, quas si quis mutare uoluerit, mutatur etiam sensus natura.

Vt quid in ualle Geraræ putei esse dicuntur?

Interpretatur Gerara incolatus. Hoc auspicabile dictum gemino sensu nanciscendũ. Incola enim aut consentit habitatoribus, aut alienatur. Dum ergo consentit, obstrusio pa rens boni pectoris. Alienatio uero, purgationis insinuat auspiciũ, dum exhortat anima ex usitatis in altitudine disciplinarũ ministrate. Ideo maceries incolato comparatur, conspirando enim consuetis locorũ fallacijs, nouitio, humili, & uallosо statu perdurat. Demi grare autem cupiẽs, erigitur ad titulos uirtutis, in quibus si sollicitus fuerit, iam quartum requirit titulum, pro his quę desiderat, & derelicta ualle cum trinitate puteorũ egreditur expeditissime, separatus ab insidia & ambiguitate. Re uera enim offendebat ęrũnis ditentus miserrimis, titulo infatigatæ & minus laboriosæ libertatis.

Quare in primo dimicantur, secundo iudicantur, in tertio cessant. Et primum uocatur iniuria, secundum inimicitia, tertium spaciositas?

Hæc pignora sunt industriæ, utpote aliquo in studiosam inducto disciplinã. Est enim di micatio, dum amatores doctrinę ad institutores conferunt, opponentes magistros torpo ri animæ. Cũm autẽ fuerit obstinatissima perseuerantia, & studiosa exercitatio, iam non li tigium, sed iudiciũ est, cessante læsura cõgruæ rationis est altius examen requirere. Proue cto nanq; amatore disciplinarũ, infirmãtur alienigenæ moris eruditionis abdicato litigio atq; iudicio, ac per hoc merito prima momenta pro iniurijs accepta sunt. Patimur ẽm iniu riam desiderantes, amor obtinet firmitãtem. In secuudo autem inimicos sentimus eos, nõ præualentibus nocere alienigenarũ moribus, inanem exaggerantibus inimicitiam. Tertia igitur spaciositas, & quia perfecta melioratio confusionem affert inimicis, inanis enim reuelata est & prauitas iniuriarum, & inimicitiarum insolentia.

Quid est: Ascendit inde ad putcum, sed suspensum?

Qui enim adhuc docetur, licet promouerit & creuerit, nihilominus religionis moras sortitur. Cum autẽ perfectis approximauerit, altiores facit cõmemorationes. Ait enim: Puteus quaterni numeri, & in ipso numero fallit. Puteus enim iuramenti filia septima est, quod Hebraice legitur Bersabace Bersilia Sabeæ septima. Iam peruide quanta est unitas in Mathematico tractatu, & hic in priorіbus trãslatis libris ex aperto dicẽte Philone quarta in omnibus corporibus, & incorporalibus preciosa est, pro numero quidem qui accensus

Verba sunt interpretis quisquis hic tandem fuerit.

a ccensus est decem. In figuris autem quod secundũ eam soliditatis natura constat, post signum & elogium, secundũ musicos uero omnes armonias continet, quadralitatẽ pertinacitate, in dimidialitatẽ & per omnes in duplicitate, & bis per omnes in quadruplicatione hæc inquit in incorporalibus. Corporalibus uero elemẽta mundi quatuor totidẽ anni momenta, debuit prius corporalia pandere, postmodũ incorporalia. Hic eñ ipse pro incorporalibus prosequendo, coitũ uiri & mulieris quatuor habere uices, quod turpissimũ est interpretare, ne forte quidam serui dei amatores esse eorum existiment. Videtur mihi Philoritum Iudæorũ sectauisse, linguam impræuisse. Si enim septimũ composuisset, uiginti & octo metas pacis inuenisset. Deniq; post momẽta lamentationis titulũ pacis enixa est Bersabee. Quapropter inquit Moses, laudando quartũ numerũ sanctũ & gloriosum protestatur. Vt quid autem iuramentũ dicitur, in opere ipso declarabo post modicum in familiari capitulo, totus liber translatus nihil tale continuit, sed † cœtus effugere conatur. † coactui

Vt quid in nocte dominus uisitatur, & ait: Ego sum deus patris tui, ne timeas, tecum enim sum?

Familiarissimũ tempus animæ speculatoriæ, nox uagis erroribus meridianis, & uanis aspectibus liberata, ac per hoc nec metus pulsat, nec uacillat cogitatus absente timore. Caret autem timore pacatissima mens, cum diuinitati peruigilat perseueranter. Habet tamen lectio necessarium modum, ne quis procerũ præsumat facile occasionibus, sed prioris acquirat meritis, digne enim dicendo: Ego sum deus patris tui, generis censuram declarauit. Tecum autem sum pro tua & ipsi uigilantia, cuius causa non indignatur uniuersorum pater indignum uisitare eum inuisibilis animarum medicus.

Quare dominus uisitatus ostendit semetipsum deum? Dominus deus

Dominus quidem regni & dominatoris nomen est. Deus autem appellatur pro beneficijs, quibus certius manifestatur, quoniam sapientiam nõ inter subiectos ut rex, sed inter amicos benefaciendo dinumerat. Poterat Philo pluribus inuehere, nisi computo uteretur Mahematico.

Quare dicendo benedixit te, adiecit, & multiplicabo semen tuum propter patrem tuum?

Spontaneæ disciplinæ titulus perfectus, ob nullam aliam causam diuinam promeretur gratiam, nisi pro se ac pro suauitate. Iuuenior aũt moribus, & adhuc erudiens nõ propter se, sed pro meritis prouectæ doctrinæ, cuius sapiẽtia pro principali exemplo discentibus præponit, ad nanciscendã spem meliorũ. Possunt eñ hac æmulatione parentib. similare.

Quare ædificando illic altarium, non obtulit sacrificium, sed inuocato nomine domini fixit tabernaculum suum?

Sacrificia præ omnibus bonis sine sanguine, & uictima animalium pronorũ participatio sapientiæ alienarũ esse credunt, qui puro pectore placere deo desiderant, cuius gratia sufficere credit inuocationis autoris uirtutẽ, qua princeps atq; dominator est uniuersitatis, nullius egens. Ita illic figere dicitur tabernaculũ suum, suam nempe uirtutẽ, in qua puritas illa animæ † inhabita cõmoratur, firmiter sciens, dominũ uniuersorũ principem, sine ulla esse penuria. O pura credulitas, quæ factas pridem frugum centesimas excellit. † inhabitaré cõmemoratur.

Quare post quartam putei fossuram à pueris factam, exijt Abimelech ad eum, & † Acho thalami præpositus, & Phichol princeps militiæ? † Achoza

Videntur mihi exploratores potius, quàm pro fœdere amicitiarũ aduenisse, in utroq; parati ad prælium, si infirmũ uiderint: ad pacem, si potentiorẽ. Sensu tamen subtiliori intelligitur quartus, ut tamen in numeris insignis est, in quo constitutus studiosus per omnem felicitatem prouehitur. Sequitur tamen etiam ualde perfecto contraria uirtus, præsto stanti & obseruanti ad incurrendum. Et est huius fortitudo tres animæ partes: mentis acumen rationabile, & animositas & desiderium. Pro acumine † quidem rex, animositate princeps militiæ, concupiscentia Phichol, qui libidinis uidetur esse prouisor. Ocholach quidem regna † parcẽtur ex utraq; manu stipatus. hinc atq; hinc suo protectu prohibundus, obtinente enim iracundia ut princeps militiæ operatur, eò amplius pandimus dictum ex nominum translatione est Abimelech † Alido, Phichol iracundia. † ergo † parenter † Ocholach

Quare dicentibus & nunc benedictus à domino facit cœnam, & manducauerunt, & biberunt?

Non pro laude sua hospitio rogat, nec nouit blandire strenuus, aut procacẽ medelam sapiens affectat, sed propositis iracundijs quibus exagitati præsidere terrena fortiti sunt, nunc consitẽt unum uniuersitatis deũ, benedictũ eum confitentur, sed continuatione sermonis etiam præteritũ æuum declarãt, quoniã & nunc, & à principio ipse est sine immutatione, uel diminutione benedictionis, quem nosipsi suspectũ habuimus, nunc uero absit

omnis

omnis inuidia. Suscepta igitur eorum pœnitentia mensura participantur dulcedines pro existimatione, pro ueritatis autem allegoria, pro hospitio, quid ipse facit conuocandos esse † trans uos, qui non perdurant in delictis, utpote propitialis & clementissimæ naturæ, hoc modo eos suscipiendo pro cibis & potis disciplinæ, atque sapientiæ spectaculis flagrant, quarum esuriem & sitim confessi, iamnunc fruuntur ut qui destinati perrexerunt, cum salute uenerunt. Quidam aduersarij mores ad animam nocendam, sed ex contagio uirtutis sine dispendio etiam profecerunt, unde cum salute liberatos, à plurimis uitiorum nexibus insinuat curatos, præcipue & uno medicamentorum remedio pietatis.

† strenuos

Quare pergentibus pueris Isaac, uenientes qui quartum puteum foderunt, dixerunt non inuenisse aquam?

Quod & iuramentum uocat, & ciuitatem, puteum iuramenti fallit. Post iuramenta auctoris, quicquid agit iustus, hoc fœdere firmari iperat secundū quadrinitatis uirtutem. Vnde etiam ualde ait, seuerissimā uocamus uirtutem spectatissimā ad capessendum intellectum: obscure autem sensualia occupantem. pro incertis eorum monumentis, cunctantur enim, & immutationem capiunt uarijs conditionū nutibus. Nunciat itaque diuinus sermo post natiuitatem quarti filij, stabilitatem non sterilitatem in creatione maxime incorporalis & intelligibilis substantiæ: hæc etenim ad quartum usque tenditur. Sensualis uero, qui nione incipit, quam non sine mercede nominauit. Naturaliter itaque, quoniam finis incorporalium usque in quarto est, totius autem rei, & totius disciplinæ terminus hominibus incertus est deo autem manifestus, ideo in quarto puteo non inueniunt aquam. Sicut enim puteum fodientes aquam requirunt, ita etiam disciplinā sectantes, finem explorāt, quod est impossibile hominibus reuelari. Et quidem superbi mentiētes, solent affirmare se summos esse musicos, summos grāmaticos, transisse uero & Philosophiæ grumos, & sapientiæ, & totius disciplinæ & uirtutis metas. Astutus uero, & non sui cultor uel sui laudator, confitetur ex aperto quantum deest à fine, & iuratus tali fœdere conscientiā cōmendat, quod nihil perfecte homo nolle potest. Hic aliena loquitur, qui tot capitulis se existimat tantum scire, finis enim scientiæ, deo tantum recondita est. Quem etiam testem animæ uocat, quoniam pura conscientia confitetur suam ignorantiā. Sola enim nouit anima, quoniam nihil nouit firmiter. Iuramentum igitur nihil est aliud, quàm testimonium dei fidele, atque solidissimum. Si fidele est, certum est nec placet illi incerta credulitas.

Quare Esau quadragenarius accepit uxorem Iudith filiam Beber Cetthei, & Barbatnath filiam Elom Heuæi?

Nulla quæstio requiritur ex dicto, relatio autem intelligibilis naturaliter continet. Primo, quod æquiparatus annorum numerus nuptijs aptus est, & in hoc festinat peruenire. Quis enim non optabit usque ad uerbum uel ad quantum uidetur imitare potiora, ut ita similitudinem rerum attingat, ita in hoc prauus, & commentis eruditus subornatur insignium rerum titulis, cum sit denotationis non extraneus. Primus gradus ambitur per fallaciam deserendo, & utpote ignorando insipiens lucem & tenebras, nigrum & splendidum, bonum & malum, & alia huiuscemodi æqua ipse per numerū possibilitate uero nō solum disparia, uerumetiā cōtraria. Et hæc quidem digna † zelo tartareo. Inde putans prima sua commenta dirigi, & altera superinducit consilia, quorum rearum uerborum suffragio cælat. Accepit ergo duas uxores, quas Chaldæi uocant Iudith & Basemath. Quarum una interpretatur laudatrix, secunda nominata. Vides quā festinat uiri similitudo se laudari atque nominari. Ego nō negabo Hebraica lingua & Syrorū loquela Basemath, sua uitatem interpretari. Nominata autem Sema dicitur, non Basemath. Hoc ergo prauus ambitur, non ueritate, sed fictis alatus argumētis. Nigræ enim generationis est Cetheus, qui excessus interpretatur, cuius merita sectando, nomine scilicet tantum & uanæ gloriæ, digno domicilio habetur bestiarum. Heuet enim serpens interpretantur excelsus atque mentis Cetheus & bestiarum merita figuræ sunt ferarum, quibus chari sunt famuli iracundiæ & concupiscentiæ, adeo aptissime interpretantur imas atque inferiores fortitus concupiscentiæ regiones. Alterius autem uxoris Nominatæ pater Elom arietis est impetus, pro auspicio furiæ.

† cælo illo

Quare has ipsas dixit contendere Isaac & Rebeccæ?

Non utique ex consensu, nec enim consonat pondus figuræ & concupiscentiæ autori mentis. Veruntamen consistere conantur litigia aduersus bonorum perseuerantiam, quæ est Rebecca, & turbelas & contentiones opponant, scientes illorum regimen suam esse dissipationem.

Quid

Quid est: Postquam senuit Isaac caligati sunt oculi eius?

Ad uidendum oratoriam partem, examinantes asserunt pro quadam utilitate prouectũ oculos habuisse infirmos, postmodo enim sanatus aciem habuit luminum. Et contigit utiliter, ne benedictionis indignus accipiat, siquidem uerisimili ratione differunt. Non tamen hac usq; scripturæ decus definitur, sed altioribus titulis allegoriam cautius extendi. Congrue enim dictum est, non quia senuit caligati sunt oculi eius, sed postquam senectuti morauit, eò plus senuit omne corpus. Post senectutem ergo, hoc est, cum decidendo mutauerit. Tunc enim dei feratur anima sensibili obscure cernendo, intelligibilia uero acutissime intuetur, si tamen etiam hoc edicere proprium est. Detentus enim ad prophetandum, non suis utitur consilijs, sed diuino spiritu subsona præsagit. Et propheta quidem pro organo, deus autem propheta, cuius organi plectrum uerbum est eius, percutientis per ualde aptissimam armoniam suam, per quam edicta nuntiantur superna.

Quare dixit maiori filio: Accipe uas tuum, pharetram, & arcum?

Dicto declarato allegoria talis est. Subsignat enim prauũ nihil pacificum sentire, gaudere prælio, & paratura belli, natura quidem audacẽ, & plus timidum, uno enim loco uersatur contumacia & timiditas ut sorores, cuius causa non utitur armis aptis cõstantiæ uirtuti, sed sagittis pro inertia timiditatis: uno enim certamine deuitantes longiter ulcisce re macbinantur.

Quid est: Cape mihi uenationem, & fac mihi epulas sicut amo, & affer mihi ut manducem, quatenus benedicat te anima mea antequam moriar?

Oratoria pars, ut mihi uidetur, huiusmodi intellectum suggerit, duobus existentibus filijs, uno beneuolo, altero noxio, noxium benedicere uult, non ante ponẽdo alterius, sed qui nouit illum etiam per semet benedictionis dignum, prauum uero suis moribus prohibendum, pro una tantum spe salutis oracula patris habentem, quæ nisi impetrauerit omnium foret infelicissimus. Altiori autem sensu dicetur. Primum † illi det non animalia capere, sed uenare pessima & ferocissima uitia, uti more immanissimi animalis, ulciscatur illas, & perimat. Secundo, ut præualere possit, non ut ei mos est, sed ut patrem liber. Omis enim esca prudenti optime per intellectus & sermones † stetit tenuas operas. Si ergo cœperit pessimorum uitiorum uoraginem, & pro esca suauiter mihi condas & offeras amabiliter mihi, demonstrãdo istam tuam operam, reficiar quidem ego tuis meliorationibus, atq; successibus, optabit autem tibi bona non compositus ego homo, sed quod est in me augustissima sobrietas animæ. † ille uadit. † & strenuas

Vt quid Rebecca his auditis ait ad Iacob filium suum: Audiui patrem tuum loquentem ad Esau fratrem tuum?

Bene atq; obseruantissime hunc quidem Iacob, filium autem suum minime, constantissimi enim & ornatissimi mores perseuerantiæ, ne post merito uacatur, procax uero & iners nequaquam illum, itaq; sors in pace † fœcundatur & requie, huius uero non ita, quamuis enim constantissimi & temerarij fratres sint, attamen possunt sibi esse contrarij. † fundatur

Quid est. Nunc ergo fili audi me, & perge ad oues & accipe mihi inde duos hœdos molles † Aegyptios, & fac cibos patri tuo escas ut amat, & manducabit, & benedicat te ante mortem? † & optimos

Vastitas corporis, & insita robustis certa est ex præparatione epularum, duos nãq; pingues hœdos sumere pelorij corporis est, cum nimietate fortitudinis, quæ omnem palestricosibilitatem superat, & si in senectute duobus utitur hœdis pro cibo, quotiens putas in iuuentute? Hoc non pro auiditate dictum, continens enim fuit, ut nemo alter, sed pro mira quadam structura dum oportet sectatores uirtutum, & tanti generis autores mirabile magnitudinis corpus habitare. Sed hæc transitoria uia dicitur, illud uero præcipue dicendum est: Sententriæ solertissimorum non dimicantur inter se, ut quidam putauerunt, horũ enim armonia inseparabiliter sibi consonat, ad unum enim terminum festinat, uno consilio freti. Ideo desiderat mater sibi similem digna nancisscere, pater uero non uult dehonestari ex eo met natum, egestatem pessimi moris per misericordiam emendando. Hæc oratoriæ partis redditio eximio tamen sensu, ita anima cultrix pietatis habet quendam perseuerantiæ affectum Hebraice dictum, Rebeccam habet palestricum suum quomodo natura Iacob, utpote ergo in concilio animæ morum suadet perseuerantiam palestrico eundo ad pecora, hoc est, ad lenes & puras auras, quibus censura laudabilis sua capit augmenta. Accipe mihi inde electos quos appellat hœdos, unum pietatis amorem, alterum humanitatis. Secundum figuram hos ergo etiam patri tuo, qui est clementissimi pectoris, titulos

libẽtissimos pronũciabo, quibus refectus, te sibi similẽ faciat destinatione benedictionis.

Vt quid respondit Iacob: Est Esau frater meus uir pilosus, ego uero lenis. Timeo, ne forte palpauerit me pater, & inueniar in conspectu eius tanquam contemptor?

Coniectura lectionis rationabilis simul ac uerisimilis, quantum uero ad intellectum naturalissima. Nam etsi quasdam uestitus species continentia tanquam in spectalon temperantiæ fallere uidetur, contemnendo ueritatis † factorem, solitum uice optimi medici aptissime scrutare membra, quibus sanitas & imbecillitas declaratur omnis. Igitur directis uocabulis summæ nuntiantur, sensus enim luxuriosus, incultus sordibus, agresti luco similis, ut habitaculum ferarum. Continens uero, lenis, & tranquillus, & parsimoniæ socius. Pater uero non de palpatu, sed de scrutatu partium animæ totam planam inueniendo, seruantissime dignatur eum non uti contemptorem respuere, nec enim, ait, possunt sobrij tali uitio maculari.

† fautorem.

Vt quid dicente eo: Adducat super me maledictionem pro benedictione, mater ait: Super me maledictio tua fili?

Dignum est hic maternum laudare fauorem, cõfitentem excipere maledictum pro eo filio, qui utrisq; tuetur parentibus pro honore. Agitur enim gemina pietate, ne uideatur fallere patrem usurpando priuilegium alterius, néue matri minus inueniatur obtemperasse. Adeo uerecunda pietate respondit, non quod maledictum aliquod prolaturus est, sed ait nequando superducat maledictum, quamuis ille pro uisceribus prijs quiuerit ne forte cõscientia mea pulsata, tale aliquid accipiat incusando memet, tanquam merita maledictio paretur.

Quare accepit Rebecca stolam Esau bonam, quæ erat apud ipsam in domo, & uestiuit Iacob?

Scriptura clara est, dum per stolam, qui uidetur absens tãquam assistens est. Vide intellectu uero subtili: Ita prauus alias stolas habet, ac plurima uestimenta, quibus ut callidus signa iniuriarum occulta habet, tamen ut unam bonam stolam sensibilem, & ostentatoriam censurã pro industria usq; ad uerbum quam ex Musica disciplina imbutus placare festinat, † non unam naturam perfecte malus est, sed etiam contrarietatibus temperatus iustitiæ & iniquitatis, documentis infamiæ & beneuolentiæ, optimorum & malorum esse † uirorum, qui mediocrius delinquit, dum nullus sine peccato † Erupides quoq; irreprehẽsibilem dixit, tamen quibusdam † abundantur malitiarum fomenta turpia, iniqua, adeo prauis aduersantur strenui, quibusdã tamen ita altrinsecus inest temperantia, ut nonnulli omnia pessima obtineant absq; uno bono, nonnulli omnia necessaria sine ullo malo. Quos solet philosophia summos uocare secundũ malitiam & uirtutẽ. Videtur ergo de industria dixisse, & ex aperto: rurali uero stolam aptam non esse, ideo apud matrẽ fuit, nec dũ illi donata, sed iusto reseruata. Tu si unã habere speciem laudabilem quasi spectabilem aut prætextam, uel urbanam censurã cæteris omnibus uituperabilis constitutus. Fautrix uero mater animæ perseuerantia, decernens nequando imbrui depereat, simul & unifaria contingat ruina, apud se reseruando, & custodiendo stolam asseueratur, qua accepta ornat palastricum quem sollicite applicat ut patri. Et sicut est familiarissima res Musicæ cithara, gubernatori temonum retinaculum, & medico collyrium non † tempeloxij plenum, qui cupiunt etiam naues aureas habere, & medicamentorum horrea plena, ita certa censura est, & elegans pulchritudo, quasi non quidem proprium prædium alterius, sed proprium artificis digne & prospere utentes.

† namanam
† uirum
† Eurupides quoq; neminẽ irreprehensibilem.
† abundant
† in utroq; exempiari ita legebatur. forte non tantopere locupletiũ erat legendum.

Quare pelles super brachia, & nuditatem colli posuit?

Dictum insinuat, qua possit latere, assistens patri ne uideretur quis sit. Sed absens frater circundatur brachia, & alia proxima membra ouili pellicula. Fuit nam ille denso capillo, subtili autem intellectu. Brachia, & terganea colla omnium sunt fortiora, lenia atq; aperta ad ueritatem habet strenuus uir, sicut alias uirtutes, ita fortitudinem sectatur. Cum aũt hanc obumbrauerit densando, pro necessitate temporis & utilitate utitur, permanens in eodem statu, & pręcedentia uota non excedens. Pro secundis autem casibus immutatur, formam in alteram pro usitate uidentur. Hoc enim etiam medici solent obseruare, immutantes remedia laborantium, quàm habuerunt ante languorem. Medicus autem circa uitam rerum pro statu temporum fit, sapienter gubernando insipientiæ momenta, & uiriliter timiditatem & iusse iniquitatem dicebat, etiam mendosa minus mentitur, & fallat alienus fallaciæ, & detrahebat non derogando.

Quid est. Dedit † Isaac & panes quos fecit in manibus Iacob?

† Esau

Complent

Complenti uitam,mauult perseuerantiā non modo per ambitionē studij,sed etiam pro merito certatoris agere: est enim naturaliū conditionū mater, quæ porrigit in † manibus auspicia, parsimonia quidē panis,pro pura aure & abundātiori refectiōe cæteras epulas. *† panibus*

Quare interrogante patre: Quis es tu fili? Dixit: Ego Esau primogenitus tuus, feci sicut locutus es mihi?

Item fallax esse uidetur à bonis emotus prauitate negotiationū,nanque pro uirtute acquisita solent calumniatores fallaciam nuncupare. Quid autem dispensabilius utilitati,& optime studiosi turpissimi quoq; & scrupulosæ uitæ homines, & optimi uiri exquirunt. Dicit enim & magister malitiæ,pacem uelle prælia parando,& pacis tempore arma renouando, ita demum etiam rex amictu subornatur priuati pro utilitate, si aliter non poterit euadere,expedit enim ut subiectis, ita & domesticorū conditionib. Hæc pro partibus orationis. Altius autem dicitur uniuscuiusq; nostri anima plurimos habere infra se tanquā homines,pro uarietate accedentiū rerum,utputa in me est & Esau ille ligneus, nequaquā flexibilis, pilosus item, & obscurus ad captandas uirtutū fruges, & procax in montibus passim procedens. In me etiam Iacob lenis,nec temere audax. In me & ueteranus, & iuuenis,& priuatus, & magistratus,ne me & religiosus inquit, & profanus. Si enim studiosus fuero,differentia uirtutis ostentatoriæ,& procaciter ego tantūmodo quantū oculis placeres,sufficit sapientiæ & iustitiæ merita dissimulando. Dicendo itaq; Iacob: Ego sum Esau, imploratione naturæ non mentitur,dum anima secundum illius speciem mota est.

Quare dixit pater: Quid est quod hoc tam cito inuenisti fili mi?

Habet oratoria pars rationabilē redditionē,allegoria quoq; tanto melius,dementi eīm sufficientes moras uenationi,cōpendiosiorē inuenit,& minus quā æstimauit,altior aūt sensus ita poscit. Miratur prudens, si tam cito prauus eruditus sit repentino studio melioratus,ut non tantum assumeret industriarū titulos, sed etiam per semetipsum inuenire potuisset celeriter,tam subito ex inertia ingeniosus, qui pridem ligneus esse putabatur.

Quare respondit, quod tradidit dominus in pectore meo?

O sobriosa responsio, & apta religioso animi magistro, asserenti, nulli mortaliū auxiliosum esse. Tradidit enim mihi disciplinarū pignora spectatissima sapientiæ genitor,cuius gratia non tantū doctus,sed etiam possibilis factus sum ad inueniendū. Qui enim deo utit prædicatore,& proficit,& prodesse alteris idoneus est. Proficit uero instructus, pro dest inueniendo notos,acminime dissonantes. Postmodū autem doctoris dignitatē assumit: Approxima, & palpabo te fili,si tu es filius meus Esau. † Et non incredulus primo ca *† vt* su studiosus † miratur,si tam ualde prauus incrementa habuit uirtutis olim surdus & tardus,modo strenuus effectus. Secundo,quod non solum quæ dicit meminit,sed ipse pluri- *† mirator sit* ma acquisiuit,utpote de sterilitate fœtosus. Tertio quod titulos diuinitus largitos refert, *tam* & deum confitetur autorem, † qua pro miro pauore motus,ait: Appropria mihi,cupio e- *† quapropter* nim nosse diligentius,si tu ille es,& non alter. Vnde etiam palpando eum dicitur,aut potius manu quam mentis intuitu examinādo quę modo dicta atq; gesta sunt,& conferēdo ea cum antecedentibus uerbis atq; operibus,inuenit in eis non magnam dissonantiam.

Quare post palpatum dicitur: Vox quidem uox Iacob, manus uero manus Esau? *aliàs*

Voce nunc accipit non oris ac linguæ pulsantis aërem, sed † pro casum dictam, & ha- *† pro casu uincdictam* bentem differentiā pro suo † iudicio. Designatio enim pietatis † est spontanea figura, con- *† indicio* grua † exercitoris moribus cōtinentia, quibus beneuolentia & sanctitas oriuntur, huius *† &* gratia recuperauit sermonem,dicens: Vox quidem uox Iacob, manus uero manus Esau. *† exercitorijs* Subnitendo,quod non uocem quamlibet, sed eam laudat, quæ professa est autoris esse emolumenta bonorum,quod erat alienum praui, prauum uero continentiam studentis & exercitati pro libidine doloris eligentis hanc uitam utiliorem & præciosam credenti. Manus autem possunt esse indocti ad effecturam,multa enim insitiose tentant agere, nō ex integritate cordis, aliquoties enim & religata sibi praui resistunt, & senectuti dederunt, & amicitiæ iura conseruāt. Sed hęc pro sua auaritia gerunt,ut captata oportunitate quosdam amplius decipiant. Ita falluntur minus sobrij modico testimonio seducti, & friuola mirantes. Cautus autem, & gerendorum causas, & consilia rerum requirit, uituperabilia reprehendendo,doctus & responsis diuinæ scriptura,quę permittit iustitiarum titulos iuste sectari quàm iniuste.

Quid est. Non cognouit eum, erant enim manus eius quasi manus Esau fratris eius?

Quod paulo ante dictum, eo amplius consignat, instruendo posse aliquoties simili-

Quid est:Esto dominus fratris tui?

Copotissimum confirmat,& paulatim progrediendo augmētis declarat illic priuatos, hic principes,nunc proximum generis fratrem obligando, putásne magistrum humanitatis & mansuetudinis,tam iniquissimum titulum diuinis inseruisse scripturis? Quid enim huius iniuriæ,uide quid loquitur sapiens huiusmodi peius quàm frater fratri subiectus sit. Hoc quidem nec suspicari,nec dicere fas est. Vt enim paulò ante dixeram,utilissimum eē non arbitratur,insipienti libertatem destinare,quem † iudicat dominū studiosum,& prudentem uirum,qui eum tanquam medicus bonus,ut his arceat infirmitates,curando resiciat. Cæteras etiam animæ anxieitates sanare quamuis solent asseuerare nonnulli, germanas esse partes animæ rationabilitatis & minus rationabilis, impetrare autem oportere, & dominare rationabilitatem,per iustissimam legis naturam deteriora subijcere: melior enim statū obtinebit,quandiu principatur ille. Porrò si indignatur,ut populi rebellantis callositas absente magisterio sentiat pœnas sæuiores. Excipiet etiam gubernator clades non apte regendo carinam,& auriga male agitando, & dux exercitum incaute struendo, & dispensator,& ciuilis seu magistratus male administrando, quorum omnium peior est anima sine rectore. †indicant uere

Quid est:Qui te maledixerit,maledictus erit,& qui te benedixerit,benedictionibus repleatur?

Naturale arbitrium promit, maledicendo enim prudentem semet antecessu sauciat,& laudando,seipsum conlaudat. Reuera enim laus est beneuolis,quod ab odiosis odiuntur, & qui diligunt iustum,semper diliguntur. Ita non dixit,quod meretur maledictum maledicendo,& benedicendo benedictionem, sed quod is semel maledictus est, ut est alter similiter laudabilis.

Quid est:Factum est cum exisset Iacob à facie patris,uenit Esau frater eius?

Parte oratoria sine ambiguitate constituta,auspicia naturalissima, & aptissimi tituli dicentur. De contrarijs enim si alterum egreditur,superuenit aliud,utputa exeunte penuria uel ignominia,diuitiæ & gloria superueniunt,absente languore & infirmitate, adest sanitas & robustas. Hoc modo deficiente continentiæ uerbo,exeruicante contumaces uitiorum intemperantia decurrit,cum suo defensore & propugnatore. Neq; tamen longius tēditur interstitium,sed ad quantum duxerit momentum,quantum exierit, tantum ad inuicem sibi præstolatur arte quadam obseruatissima,ne pūctum temporis cessant animæ uacuitatem relinquere,necesse enim capacem contrarietatem plenam esse superuenientium habitaturum.

Quid est:Fecit ipse escas,& obtulit patri?

Vides pro Iacob,testante eloquio,fecisse eum epulas sicut amat pater,huic autē non ita licet siletur de nomine placentis. Equidem similia studiosis agere praui machinantur,nihilominus odio digna sunt,dum non puro consilio obsecundant. Quis enim ignorat cōmentatores uelle sapiētium similes titulos prosequi,& amplius,& fortius perorare, utpote uerborum arte munitos,sed illa omnia dissonantia curatissima tamen uidenē, nullo subsistente decore,propterea etiam interpretatorum moribus sunt indisciplinati. Hæc uero libentissima,de ipso fonte beneuolentiæ dulcedine mittunt.

Quare sic dicit:Exurgat pater meus,& manducet ex uenatione filij sui?

Dissimilis huius sententia priori,ille enim ingrediendo recta uoce patrem nominauit, immanis autem & ferox,quasi de altero ad alterum:Surgat pater meus, & manducet. Inuitus † enim rem ipsam confitetur, à naturali necessitudine coactus, quoniam copiosam filij uenationem,scilicet mansuetorum, alioquin gurgite ferocitatis detento,insanabilis languor proueniet. †tergo

Quare interrogando eum:Iste quis est?

Vnum adiecit filij,quod dixerat priori. Hæ sunt suauitates,quas diuina scriptura cōdere dignatur,diuino sermone temperatus:corripit enim & tacere monet insipientem,alienantem se à recta sententia,nullo liberalitatis iudicio institutorum, nec aliquo digno sobrietatis titulo.

Quare dicente Esau:Ego sum primogenitus filius tuus,escas sumentis detentus est pater ualde uehementer? †Isaac

Incremento sermonis extenso,lectio notum fecit,quod ultra modum compunctus est. Indignatur nanq; quod primo quidem filium se confiteri præsumpserat prauus,ne quidem famuli ordinem promerendo. Secundo,quod etiam primogenitum se dixit filium,primi-

†licebit tiarum destructor pro friuola suauitate. Hæc utraq; sancire † libet Prophetam secundum merita pignorum, quæritantem, quatinus & filius, & primogenitus probaretur. Alter uero ne permittitur similia postulare, pro petulantia & superbia sauciante ueritatem.

Quare dixit: Manducaui ex omnibus antequam tu uenires?

Post insinuationem lectionis, hoc amplius intelligitur: Anima prudentis omnium fruitur bonorum, antequam superueniat extranea cogitatio non amica uirtutis, illa enim insolentius commeante, uice uinolenti præconis placidum scholæ conuiuium conturbat.

Quid est. Benedixit eum, & erit benedictus?

Sic prouerbium cuiusdam legimus, dicentis; Qui anteceßu egerit, uenturi præmia por- *†abit* tando † habet. Hic proprie dicitur de his, qui modo consistunt, inertißimus enim ille, per omnia iusta & optima procrastinando, & tardus, & hebes reuelatur, sed industriarum sectator tarditatem pro dispendio ponit, cuius gratia confirmat benedictiones eius aduersus præsumptionem inertis, spernendo difficultatem, & reuera hoc modo habetur effe- *†affectus* ctus, quousq; enim non irrepserit † aspectus alicuius abominandi, aut uerbum molestißimum, procedentibus benedictionibus paratur spaciosißima uia ad proficiscendum, eo tamen molestante, quatitur anima pro odio malignitatis, laceßitur etiam zelo, plus exhor- *†firmiori* tante iustitia ad benedicendum pro † infirmiori arbitrio, ut etiam in futuro ibidem ordo perseueret.

Quare cum audisset Esau, exclamauit uoce magna, & amara ualde, & dixit: Benedic etiam me pater?

Lectio talis est: Pro necdum impetrata benedictione, aspernatur pro dignis fratri meritis, utpote enim fascinator curatißimam iudicat plus suam utilitatem pro alterius detrimento. Adeo magna & amara exclamatio innotuit, eo dicente: Benedic utiq; etiam me pater. Dicetur & altero sensu uersutia indocti ex utroq; dolosa, & sibimet aduersa in negocijs, sententijs, uerbis. Vides quid in uno benedictiones appetiuit? in idipsum inuidiose motus, attamen in uiso confirmat uota, aßerens: Benedic etiam me pater, tanquam & illi iusta optando, quę tamen ore tantummodo confitetur, rem autem ipsam sine cõpromisso subscripsit, suis moribus satis faciens.

Quare dixit: Respondet sic. Veniens frater tuus cum dolo, accepit benedictionem tuam?

Non omnis dolus crimen est. Quod si cum dolo tulisset, nempe nonnullus dicat, non esse laudabile. Quid ergo adiecit: Benedictus erit? Videtur enim subsignare, quia non omnis dolus accipitur pro crimine, nec enim sine dolo latrones à uigilijs capiuntur, & aduersarios Magister militiæ nõ si- *†pugilum* ne dolo capit, & præuentoriæ huius sunt rationes, & † exusti cum certamina, quibus enim fallacia uidetur fortitudinis præciosior, qui enim ita deuicerit æmulos, brachijs & adoreis *† munerantur* largius † nominantur, hactenus nõ est reatus, uel doli incusatio, sed laus eius qui artificio sus est, in hoc enim studiosus omnia perficit.

†nunc bis *Quid est quod dixit Esau: Iuste uocatum est nomen eius Iacob, supplantauit enim me iam † altera uice, & primitias abstulit, & nunc accepit benedictionem meam?*

Vtraq; existimando, uera dicere mentitur. Nihil enim tulit, sed recepit & primitias, & benedictionem. Propriæ enim sortes sunt certatoris iam & succeßibus meliorato, quæ quamuis aliquis insipientium usurpauerit ad demonstrandam quibusdam fictam beneuolentiam, nihilominus ut alienam, aut ultro spernit, aut inuitus soluit. Et hæc quidem non mendoso, illud sanè quod insipiens adiecit, ex aperto mentitur, ita aßeuerando, & nũc accepit benedictionem meam. Cui iuste ego respondebo, non tuam accepit benedictionẽ, sed sibi congruam. Tibi autem benedictio à terris oritur, illius de cœlo: cui etiam tu pro fa- *†de* mulo dicatus es, ille pro domino, & tua spes cultrum † ad prælium, illi uero pax quidem amica, spes uero pacis merito funditur. Cur ergo in tanta differentia ausus est dicere eum accepisse benedictionem tuam, cuius nulla portio tibi competit.

Quare sic interrogante: Non dereliquisti mihi benedictionem pater?

Respondit: Si dominum illum feci tibi, & frumento, & uino confirmaui eum, tibi quid faciam fili? In ipsa substantia ait nullum uotorum titulum, quem dignum est carpere uere *†misi* bonum pater, † nisi enim tibi ad principatum aptus esse dominus ditißimus: insipiens uero, pauper, seruus, inops, & subiectus est. Dignum est autem considerare, quos fratres dixit Iacob. Vnus est enim, qui & geminus, sed allegorice, inuitando non solum exclamat, quod non de hominibus nunc tractat, sed de moribus animæ, qui per partes animæ statuti sunt, per uisum, & auditum, & gustum, odoratum, & tactum, cum umbilicum libidines & concupis-

concupiſcentiæ opprimunt,cum anxietate & timore propinqua ſunt.Hæc animæ uitia &
germina.Cum autem dicat eum fili,quod eſt in Græco dictum nate, non ut filio teſtimo-
nium parentelæ perhibeat,ſed tanquam paruuli inſipientiam arguendo.

Quare dicendo:Num benedictio una eſt tibi pater?Benedic etiam me?

Nouit etiam maximus inertiarum cultor, quoniam dei gratiarum copioſi ſunt fontes,
imò quod mens prudentis abundantiam habet bonorum.Quæ cauſa amplius efficitur cō
ditionalis,quoniam uidendo laudabilia,amabilia,uituperabilia:cæco enim offendenti da-
tur uenia,tanti autem acuminis uirum reprebendat quiuis merito pro lapſis,proprieta- †*interfatur*
men † interpretatur,quod & una eſt benedictio,& plures una,ſecundum genus plures,ſe
cundum ſpecies pro differentia interponendorum.

Quid eſt:Compunctio Iſaac,exclamauit uoce Eſau,& plorauit?

Non ut quidam opinantur,ſenectute compunctum:ſuperuixit enim annis L,ſed ſtimu
lo quidem pulſatus,quod tam inertiſſimus nouit optimarum rerum merita,utitur autem il
lis in aduerſis.Quod autem præſtigiati ſumit meliorum,probatam fidem explorat,expo-
ſcendo optibilia,non à quolibet,ſed à uero amabili deo.Scit bene nunc aduentibilem eſſe
theſaurum,dicendo:Num benedictio una eſt tibi pater?Intuendo ergo ſtrenuus † inductū †*inductum*
hæc omnia proſequentem,& in nullo prudentiarum conſpirantem, ſauciatur non leuiter
pro ſpontanea eius imprudentia.Ego me confiteor legiſſe in Hebræo compunctionē &
taciturnitatem eiſdem literis declaratam,& aliud incredibile in pſalmo za LXIIII.Non
habet tibi dicet hymnus,ſed tibi ſilet hymnus deus in Sion. Et aliud mirum,non eſt dictū
ſoli ſtare,ſed tacere eiſdem aſpicibus,quibus etiam hymnus tacet.Vide quantam allego-
riam compunctio requirit.

Quare exclamante,& poſt fletum Eſau pater incipit benedicere?

Nempe aliquis dicat lachrymas intuentem anima,paſſum pio dolore patrem pro filio:
Qui hoc ſuſcipiatur offendit,prudens enim miſericordia utitur,ſed dignis eam ſuperfun-
dit.Digni ſunt miſeri,uel infelices,non ſuperbi,uel facinoroſi. Mouit ergo obtuentē nō
miſericordia,ſed æſtimatio pœnitentiæ ad meliora uenturum, & uidendo flentem,ęſtima
uit ingemiſcere,ſuſpirantem pro ſuauitate infeliciſſima,felicitate ſimile huius patitur de-
primentia Aegypti anima,& Iſraël mentis intuitu ſtibrium,qui cum ingemuiſſet & excla
maſſet nō regibili uoce,ſed intelligibili,meruit ſalutem à deo,qui oportunas obſecratio-
nes tacitis exclamationibus præuenit,pro beneficijs peccantium largiendo.

Quare ita incipit benedicere:A pinguedine terræ erit inhabitatio tua,& de rore cœli deſurſum?

Vides quia ſuperiora terrena cœleſtium arbitrando, modus iſte probatur,propitio au
tem & beneficiorum datori,omnis gratia non admittentis mentem ſub uno deſertum fie
ri,à meliori & beatiori ſpecie priuatum, imò in terreno corpore deductum in Acheron-
te & Pyriphlegethonte concupiſcentiarum.Hij ſunt enim tartarei domini ſed dedi illi fi-
duciam euolare aliquando,et in cœlo reſpicientē iam deitudinis deguſtare ſcintillas.Sunt
enim,qui ex impuni luxutia diluuium paſſi,uitijs immergunť, nequaq; ſe exinde erigētes.

Quid eſt:Super gladium uiues?

Quam natus aliter declarauit,inſipientis fortunā prælium eſſe imprædicabile.Iuſti ue-
ro per altiſſima,gaudente enim ſegregatione,& conſtantia.Ille turbas & rapinas explo-
rat quemlibet pati iniuriam facere.Hæc mortuis congrua ſunt,illa uiuentibus à deo.Non
ſemel,ſed ter miſerrimum pronuntiabo eū, qui cū † minima ſenſibilitate mortē ſuſtineat. †*nimia*

Quid eſt.Fratri tuo ſeruies?

†Ob iam proximo bono proſecuti,contumaci dignum ne laxamentum capiat, ſine iu- †*Hoc*
go enim degere,pernicioſum eſt,dum ſeruitutis conditio utiliſſima,ſtudioſum dominum
ſortita,& carina ſaluatur obedientibus gubernatori miniſtris,& domus erigitur melius fa
mulis uigilantibus pro imperio domini, & urbs erit beatior,ſi plebs ſubiecta ſit admini-
ſtranti,& iuuenes ueteranis debitum deferentes honorem.†Felices & indocti,ſapiētibus †*Vides malim*
obſecundantes. *Quid eſt:Erit ergò cum depoſueris,& exoluas iugum tuum de collo tuo?*

Hoc inquit bonū,quod tu ſuſpicaris eſſe malū ſeruitiū, nō quolibet caſu aduocauit tibi,
ſed cum petulantiā & tumorē uanæ gloriæ depoſueris,& cū diſſoluas iugū uitiorum de te
metipſo,quouſq; eū ſic occupaueris,ualde te extollendo,indignum te ſuæ ſeruitutis pro-
babit prudens,non ut relaxatum in libertatem,ſed ut plurimos pro uno dominos habeas,
infra te penetrante,qui tuam animam inceſſanter expoſcant.

Quid eſt:Dixit in corde,appropinquent dies luctus patris mei,ut occidā Iacob fratrē meū?

† promitur Non in propatulo sæuit infestus, sed de corde, ut ait Poëta. Quod enim non uoce † promittitur, sed sine uoce, & in corde consilij est externi & profundi. Talis est prauitas malig nantium iracundia suppressa, scrupulosa, insidiosa, paraturas sibi impossibiles reseruado, nullo enim genere præualebit lædere congeries uitiorum impassibilitatis titulum, cui permittitur à natura decipientis animam & dissipare & perimere. Didicit enim ex industria † est huiusmodi frater plantare & superare: non itaq; superari, dum † etiam uita uerissima ante † nimiam oculos eius pręciosa, at illi ediuerso mors quam excipiat consensualitate † minimam pro pessimo contagio & insanabili cruciatu.

Quare cum audisset mater minas, ait: Surgens fuge ad Laban fratrem meum in Charran?

Dictum palàm designat præsagium matris, transmigrationem nuntiantis pro cautela dilecti. Mentis autem subtilitas hoc postulat. Laban interpretatur candidus, pro auspicio certi luminis. Charran, foramina, per quæ meatum sensualitatis designat oculis atq; naribus. Suadet ergo secrete anima sobria susceptis suis si obstinatissime uerissimam uitam se ctando, atrocissimum & infestissimum uicinum patimini, en ormissimam excipietis cladē. Sin uero uitatis eius colloquijs, ualere dixeritis, penitus separati tanquam incorporales, ne uictū quidem quotidianum habebitis. Sed potius mediā arripite uiam, nec unq; lædentes esurie corpus, neue rursus subministrantes illi suauitatum uaria gustamina, sed simpliciter fruentes tutiores eritis. Quid enim simplicius candidi coloris, quod Chaldęi uocant Laban? ultra modum ergo meliora concidere possunt ad peiora, mediæ uero habēt interuallum ad paraturā custodię, ne quid subito abominandum proueniat. Ante Christi aduētum, iustus illic morabatur, ubi signa cœli cognoscantur per nocturnam mundi sapiētiam, quæ est inter uesperum & matutinum. Hunc statum primus transijt Abraham. Iam peruide uocabula Chaldæorum, non est delirationis aut excessus nomen hoc, sed culpa deniq; acta in peccatores dicuntur Hebraice secundum sydera, licet Labam candor pro luminari indicio, Harran foramina pro magnitudine stellatum. Ait tamen Abraham transitor, quē omnes fideles imitare possunt, & si nox occupauerit, non decipiuntur ad maternæ ecclesiæ uiscera reuocati.

Quid estimando accipiam te inde, ne quando orbitabor?

At nobis lectione certa existente. per allegoriam disseramus mediam hanc larē assidue habitare creatorem, mater inutile arbitratur, sed ad tempus ei prodesse quem uult semotū † genuinæ esse cognatæ, uel † geminæ malitiæ, utpote in lucidiori quadam mentis regione exhiberantem, inde palestricon perfectum redeuntem iam minime decipiendū, utpote semipuerum, altero tamen per inopiam sobrietatis pro mortuo imputato, uereretur merito paternæ quibusdam casibus paulatim cedat simplicitas morū, superfluis & curiosis occupara, aut † sterilitatem pro amatore regionis redire nequiuerit, intolerabile malum inijciēdo animæ, hoc est, † sta bilitatem insignium titulorum sapientiæ.

Quare dixit Rebecca Isaac: Fastidiata sum uitæ meæ, propter filias filiorum Chet?

Manifestissimum est dictum. Aspernatur enim pro uxoribus prioris in terraneis, & est amplius allegoricus, ita Chet excessus siue doloris nomen est. Filiæ autem huius intentabiles sunt incursiones, quas clementissima anima pro odio habet, & destruit, dignus uitij, quæ deferendo quæq; ordinem, cuncta'q; censuram.

Quid est. Isaac cepit sibi Iacob uxorem ex hac terra?

† Aut † Vt quid mihi uiueretur clementissimi pectoris decus, ne quando ille delitescat per cō tagium eius partis, quod saluari præcipue possit, terreno matrimonio ante cœlestia copulato. Si enim acceperit, inquit, uxorem, qui iam studiosus est moribus inquinatissimis, & secundum has easdem libidines præuaricando cœlestia, quæ semper casta sunt concilia, ut quid mihi uiuere cernenti tam pernitiosam transmigrationem uel excidium, utpote ciuitatis, hoc est, animæ obsidium. Naturalis nanq; frater ultroneus inimicus, à principia detē tus odio clementiæ, peruersas arripuit uias, directo itinere uitato, & mansuetudinis aliena tus, ferocitatis extitit familiarissimus, inertiam uegetando, & totam mentem furijs desidet † uenenatus riorum iniquis † uenatus, se religauit astutijs.

Quare inquit pater illius: Surgens, fuge in Mesopotamiam in domum Bathuel patris matris meæ, & accipe tibi uxorem à filiabus Laban fratris matris tuæ?

Pars orationis in utroq; permittere patrem filio dicit, mandantem ad copulādam uxorem proprij generis, intellectus auspicialis est relationis, concilium bonarum cogitatio-

num

num ſuarum,conuocando animas uadat meliori parti. Videns infeſtum aduerſarium,noli
cunctare,ſed exurgens dum adhuc firmis doloribus uteris , nec dum certamine prolatam
fortitudinem demonſtrantes,nec ad retribuentem præualentes feſtinanter recede. Si enim
longius larem conſtitueris huius beſtiæ,tibi melius erit. Hij † quoq; furore & concupiſcē [† quoq;]
tię inſtinctu malitiarū euaneſcūt,eris ergo in Meſopotamia,uerbi gratia in regione Chal
dæorum,& Babylonis. Quod eſt autem integrū uerum os malitiæ , atq; uirtutis,quæ ſunt
meliorationis latera uia duntaxat † diligēs aut beatitudine , licet ipſa regio Meſopotamiæ [† dirigens]
inter duo flumina conſtar, Tigridis, & Euphratæ. Talis etiam in anima grumus eſt malitię
atq; uirtutis,quarum ferox Tigridi pertinet,alter lenior Euphrates , hoc eſt,iucunditatis
ſucceſſus. Bathuel uero interpretatur filia dei,ſecūdo quodam gradu pro maribus ſubſti [Bathuel]
tutus,ſicut in hęreditatibus pręrogatiuus titulus & ſubciſiuus,cui eſt anima locus ille,quē
domum ſermo diuinus uocat utiliſſime,ex hac † autem permittit ducere uxorem,amatri-
cem diſciplinæ,nomen autē uxoris poſſeſſio pro filijs generis præclari,quod iam diximus [† enim]
Laban,Græce enim λευκός. Sunt autem plurimi perſonis deferentes,quas aut cito lau-
dant,aut cito uituperant. Nobis autem,qui per allegoricum examen iſta requirimus,quia
ſemora ſunt à uiſibilibus,expedit uigilantiſſime nomina ſcrutare, nec alicuius nūcupatio
nis ſimilitudine falli,quorum diſtinctio & diſcretio differentiam rerum declarat,ſic et mo
do candor,quem aiunt eſſe Laban,perfecta translatione lucidus uel ſplendens : ſin uero
ſecundum uiſibilia tranſtuleris,nomen candoris , hoc eſt , albeſcentis coloris indicium,ut
ſolent pictores ex candore colorum faciem exprimere interno minio ; ita etiam Iſaac,qui
dicitur riſus,perfecta translatione ſerenus atq; lucidus intelligitur.

Quid eſt. Audiuit Iacob patrem & matrem,& perrexit in Meſopotamiam?

Laudetur etiam oratoria pars,quę continet filium † eſſe obedientem utriſq; parētibus, [† iſſe]
quidam † autem ſemiplenam & mancam exhibent deuotionem malis,nec ipſam quibus [† enim]
legiſlator interminatur mortem,inde merito certum eſt,uitam & immortalitatem prædi
cari,qui recto corde,& integra mente utrorumq; parentum pietatem ſuſcipiunt. Pro intel
lectu tamen altius ſpeculantes,æſtimamus hunc titulum eſſe laudabilem, cum ſtudioſi ſo
brietas moribus ſynceri † paſtori ornatur,& uerbo prædicantis defert pro paterna uirtu- [† pectoris]
te,& diſciplinarum dignitate , fauens pro materna quoq; clementia,quæ nutrit & diligit.

*Quid eſt: Videns Eſau filias Chanaan,quod malignæ in cōſpectu Iſaac patris,perrexit ad Iſmahelech,accepit Mel
chol ſororem Nabeoth ſuper uxores ſuas uxorem?*

Perpendere ſtatim monemur differentiam prioris,& huius de quo nunc ſermo eſt. Ille [† enim]
† autem utriſq; placebat parentibus hominibus,ut cenſura diſcipuli magiſtris. Hi autē neu
tri obſecundāt,ſimulato autem fauore deferendo , matris quidem nec meminit unquam,
patrem uero hucuſq; , nec ita demum infeliciſſimus ſaluat fictum obſequium,ſed palàm
cum cognouiſſet,quod aſpernatur interraneus pater primas quidem nō repulit,alteram
autem ſuperducit,augendo peccatum nō obſoluto priori. Vnde profecto notas aduerſus
eum promendo,dixit eum nō remiſiſſe, ſed ſuperduxiſſe prioribus uxoribus uxorē,non
tranſitorie,ſed pro teſtimonio fauoris,quem habuit ad extraneas ſapiētiæ & pudicitię fœ
minas,quas pater malignas iudicat. Nullius accipiendo perſonam,qualem tibi dicam ô in [Variabant hic]
feliciſſime etiam tertiam illam deſponſationem,de qua poſſit etiam priores emendare,ab [exemplaria,ſe]
ſit,ſed ut rurſus acciperet,& præmuneraret eam,quæ uitam ſine uita cōficiunt, merito uo [cuti tamen ſu]
catur apud Hebræos Mahelet,quæ interpretatur ab initio,potentia utiq; libidinis, quæ ab [mus Laurēſia-]
origine mundi,uel primæ generationis coætanea,omni animali pro ſubciſiua innumera- [nū ut utiuſq;]
bilium malorum tam peſſimam,tam noxiam præparauit etiam approximantibus perni-
ciem. Iſmahel pater eſt,auris contagio uiſionis,cæca eſt enim mens concupiſcentijs dedi-
ta,nec poteſt intueri tam digna ad conſiderandum ſpectacula,mundū uidelicet,& ea quæ
in mundo ſunt,ut ipſius ſenſi naturam , horum enim inueſtigatio ſpectabilis eſt atque a-
mantiſſima.

INTERPRES.

Secundum conſequentiam teſtimoniorum diuinæ ſcripturæ non expoſuit Philo titu
los allegoriæ,ſed ea captare uoluit capitula,quæ uidentur intuitui mentis ſuæ ſuccurriſſe.

FINIS.

PHILONIS IVDAEI
liber de Statu Essæorum, id est,

monachorum, qui temporibus Agrippæ re
gis monasteria sibi fecerunt.



E statu Essæorũ disputaturus, qui actib. ipsis nõ uerbis æmulati sunt sem-
per agere uitam, ne mediocrius adseram in plurimis partibus differentio-
res, statim etiam religionem ipsis rebus speculantes, integre indicabo, ni-
hil de meo pro commendatione meliori inferendo, quod solet inopia bo-
norũ poëtis, omnibusq; causidicis contingere, sed sine arte circumplexus
ueritatẽ, quã ualde etiã eloquẽtissimos uitare optime noui. Certandũ est
ergo, atq; deluctandum, ne magnitudo uirtutis eorum rea silentij existat, ijs qui omnẽ rẽ
optimam ubiq; prædicari permittunt: dum beneuolentia philosophi de prima statim salu
tatione nominis cõprobatur. Cultores ergo & cultrices pietatis merito uocentur, plus q̃
medicina remedia promittentes, oppido enim corpora curat, hæc etiã animas reficit pessi
mis imbecillitatibus insanabiliter detentas, quas prouiderunt libidines, & amores, & tri-
stitiarũ trepidantia, usurpatione atq; insipientia, & iniquitate, cæterorumq; uitiorũ & ma
† At litiarũ inexplicabilis congeries. † Ad quantũ uero naturaliter, uel de sacris potius legibus
sunt instructi, illud colere quod est etiam boni melior, & uno syncerior, & unionis præci-
pua fons est. His comparandus est, qui se nimiũ superstitiosos adserunt, aut nempe eis qui
elementa honorificant terrena, aquam, aërem, ignem, quibus etiã pronomina posuere al
tera, ignem quidem Vulcanum, pro accendendo puto uocantes: Iunonẽ aërẽ pro leuan-
do uel suspendendo: aquã uero Neptunũ forsitan proputãdo: terram uero Demerorẽ, ad
quantum mater omnium esse putatur, plantatorũ atq; animaliũ. Et quidẽ nomina sophi-
starũ sunt inuenticula, elementa uero materies siue anima, ab se immobili artifici subiecta
ad omnes figurarũ & qualitatum species, altera uero quæ apothelismata uocant, solẽ, lu-
† aut nam, aliasq; stellas, planetas † autem minus planetarũ usq; cœlũ ac mundum, ne ipsa ab se
facta sunt, sed à quodam creatore perfectissimæ disciplinæ. Certe semideos alij colentes,
† enim ignominia dignum: quoniam † aũt modo & mortalis idem sit, & immortalis; omittã ori
ginem erroris puerilis inconstantiæ plenã, quã uisi sunt non sine pernitie sua obijcere bea
tis, diuinisq; uirtutibus, utpote mortalibus uxoribus immorantes cõueneranr totius uitij
insontes & felices. Delubra quoq; & simulacra, quorũ materia lapides & ligna, quæ ante
† paria paululũ sine forma, ingenio artis incisa, quorũ germina uel † patria lauacrum uso uel pe-
dum lauandorũ, alijsq; inhonestis usibus, quæ tenebrarũ nõ luminis ministerio cedũr. Ae-
gyptiorum proinde portenta nec meminisse melius, qui muta animalia non modo man-
sueta, sed etiam immanissima pro deorũ honore posuisse sublunaribus auris. De arida qui
dem leonem, undarum uero inuicinissimum crocolidum, & de uolatilibus miluum, Aegy
ptiacam aucellam, ibin. Hæc intuentes substantiæ carentia & escæ egẽtia, & ad edendum
† uorulentia rapacissima, & plena stercoris, † uirulenta, atq; homicidas uarijs subiecta morbis, nec tan-
tum naturali morte, sed etiam negatitio uenerantur mites homines immanissima, & ratio
nabiles minus rationabilia, & quibus propinquitas est ad diuinitatem, ne monstris quidẽ
† comparati † comparãdis ut principes & domini, obnoxia & † fabulosa suscipientes, sed hos quidem
† famulosa qui non tantum eiusdem societatis, sed etiam proximantes sibi repleuerunr uerbositatis,
sine medela permanere dignum est, intuitu mentis, qui præcipuus est sensuum portus ob
strusi. Dico autem non corporales oculos, sed animæ quæ uerum & mendacium directò
cognoscit. Genus igitur religiosum, semper cernere doctum substantialis culminis maie-
statem digne pietati admittitur commendari, sensibilem onosolem transgreditur, & mun
di huius inordinantiam deserat, ut ita ad perfectam beatitudinem deducatur, ad uota nãq;
religionis commeantes, non exusitaro, nec ex mandato cuiusquam, aut deprecatione, sed
amore cœlesti rapiuntur, utpote debacchantes, & more corybantum præsagantes, donec
uideant quod desiderãt. Hactenus pro amore immortalis, & beatissimæ uitæ iam se defun
ctos existimantes, omissa temporali gleba dimisere substantias filijs, alijsque cognatis,
spontanea uoluntate ante tempus præhæreditati, quibus autem parentelæ non sunt,

proximis

proximis,uel amicis admittunt,oportuit enim oculatas diuitias diligentes cæcum relin-
quere sensum his qui adhuc mente caligant. Anaxagoram & Democritum Græci decan
tant,quod philosophiæ cupidine pulsati,pasturas ouium locupletes massas suas promi-
serunt. Miror huiusmodi uiros etiam ipsos pecuniarum meliores fuisse,sed quanto melio
res,qui non pecudis possessiones dimiserunt,sed hominum penurijs subuenerūt,parētes,
uel amicos ex inopia copiosos efficientes,& illud quidem non integri cōsilij,ne furiosos
dicam uiros,quos tota Græcia præfert. Attamen sobrium, cum sapientia superueniente
moderatum,quid enim amplius gerant aduersarij obsidentes:aut secant,aut excidunt cō
trariorum regiones,ut raritate necessariorum oppressi prosternantur. In hoc Democri-
tiani suos læsere consanguineos,manu facta suis pauperiem confitentes, non insidia uti-
que,sed ex improuiso contempsere,quod alteris quanto meliores esse credamus, & mira
biliores eos qui non minus philosophiæ integritatem superantes,munificentia pro tar-
ditate usi,misericordiam desidiæ præponentes,dimisere substantias,non ad dissipandum,
ut & alijs prodessent illi pro copiositate,se uero pro expeditione †uanæ religionis,nec cu †uero
ræ prædiorum tempora consumant,nec pecuniarum sollicitudo dejciat. Tempori autem
parsisse,quam optimum est,quoniam secundum medicum Hippocraten, uita quidem bre
uis,ars uero lōga. Hoc mihi uidetur etiam Homerus insinuasse paucis carminibus tertiæ
decimæ rapsodiæ: μυσῶντ' ἀγχιμάχων καὶ ἀγαυῶν ἱππημολγῶν γλακτοφάγων,eosdēq; ἀβίους
appellat,hoc est,sine uita:solicitudo enim domesticarum rerum iniurias parturire cōsue-
uit,ipsamq; iniquitatem generare solet. Iustitia uero propositi melioris est,secundum na-
turales diuitiæ cōstant,omnem sensum uanarum gloriarū superantes,omissis enim posses
sionibus,iam à nulla re decepti,recedunt impœnitibiliter relictis fratribus,uxore,parenti
bus,& omni pluriuaria propinquitate,& amicitiarum societates,ipsosq; lares, quāti sunt
& uiri quarum consuetudo ponderosa atq; insidiosa est. Transmigrant ergo non in alte-
ra ciuitate † sursum,ut solent uenditionibus subiecti,serui infelicissimi,qui per immutatio †rursum
nem dominij libertatem adipiscere † solent. Omnis enim ciuitas,etiam legibus perfœde- †sperant
rata,perturbationum fons est infinitis rea conditionibus, quas non sustinebit,qui semel
amori sapientiæ deditus euigilauerit. Solent aliqui etiam extra muros cōmorantes, in hor
tis uel † uni telluris casis solitudinē imitari,non fastidio humani odij,sed pro disparalitate †unicellulis
morum uitantes,dum inutiles eas & noxias esse cognoscunt. Plurimis itaq; locis orbis
terrarum hoc inuenitur genus, † prouenit enim perfecti boni compotem esse non Græci †conuenit
am,totumq; Romanum solum, sed etiam Barbariæ partes. Abundat autem in Aegypto
per loca quæ legum castella uocantur,& præsertim circa Alexandriam,undiq; optimi ui
ri aptissimos saltus elegerunt, ut patriæ † meliora loca compotentes immorantur,religio- †molliora
nis est optima † religio altera,super stagnū quod maria uocatur,collis humilioris,spatiosi †regio
tas nimia pro cautela habitantium,& aëris temperantia prouisus, munitionem enim ca-
stella uicina faciunt,temperiem uero auræ stagni maritimo situ adhærente,& uicino æquo
re † parciant:stagni enim spissiores,& pelagi leuiores,commixta sanabilem statum operā †parcitant.
tur. Cellulæ tamen uniuersis ualde humilissimæ, pro solis calore & aëris absconsione,nec
proximæ sibi,ut mos est in oppidis molestus & fastidiosus. Amatores etiam maximæ soli
tudinis densas habere uicinitates,nec tamen longius sibi pro uoto suæ communionis,ut
etiam si latronum impetus contingat,alterutro auxilientur. Singulis ergo habitaculū est
religiosum,quod Semnium uocant,siue monasterium,in quo desolati modestissimæ uitæ
sacramentis occupantur,non potus illic,nec cibus inducitur,aut quodlibet pro corporis
necessitudine,sed legis & eloquia diuina per choros prophetarum dignis destinata præ-
sagia,quibus ad puritatem disciplinæ & integritatem pietatis animis eriguntur,atq; mag
nificantur,incessabilem in se habentes dei commemorationem, ut etiam ipsis uisionibus
aliud quicquam,nisi splendores diuinarum uirtutum,cœlestium imagines speculētur. Plu
rimi etiam adhuc somno detenti,uerba proferunt religiosa,atq; salubertima sapientiæ de
creta. Singulis autem diebus bis orare consueti, mane atq; uespere, oriente quidem sole,
eam sibi placationem à deo dari precantur,quæ possit mentes eorum cœlesti luminis lar-
gitate saginare. Hac causa uero,ut anima totius sensualitatis huius mundi libera,in sua se
de atque albo stabilita,ueritati copuletur. Inter matutinum & uespertinum tempus,pro-
prio uacant exercitio,diuinis interpellantes scripturis,scrutātes sapientiæ titulos, & diffe
rentes,sciētes momēta oratoriæ interpretationis pro existimatione abscōsæ naturę decla
rati.

rari. Habent etiam tractatus uirorum antiquorum, qui huius conciliȷ̈ principes facti, quæ
plurima pignora diluendarum lectionum demiſere, quos utpote magiſtros imitantes iȷ̈ſ-
† deitatis dem moribus gaudent. Voluntatis non tantum † ueritatis figuras explorant legẽtes, ſed
etiam cantica, & hymnos in deum multimodis metris, & armoniæ ſonis magnopere de-
ſcribunt. Sex quidem diebus ſemoti ſinguli, apud ſe philoſophantur, nec limen cellulæ trã
ſeuntes, neq; è longinquo reſpicientes perdurant. Septimis autem diebus cõueniunt, pia
conciliȷ̈ communicatione ſecundum ætates ordinanter conſidentes, cum competenti ha-
† liero bitu dexteram cælantes ſupra pectus & gremia colli, ſiniſtram † ligero leniter lumbis re-
miſſam, hic præſidens unus ſenior ſectarum peritiſſimus, mitiori aſpectu, uoce cõſtantiſ-
ſima ſermocinatur, cum rationabilitate atq; ſapientia, non tortuoſitate uerborũ, ut ſolent
cauſidici, aut ſophiſtarum fallacia diſputare, ſed ipſius intelligentiæ inueſtigatam uerita-
tem, quæ non pinnis aurium reſilit, ſed per auditum in animam cautius penetrãdo perma
net. Silentio tamen alteri omnes auſcultantes, ſuffragia non uerbis, ſed conſenſu mentis,
aut uultus, aut capitis motu referunt. Hoc commune eſt monaſterium, qua ſeptimis adu-
nantur diebus, duplici ſtructura munitum, una uirorum, altera mulierum. Cœtu diſcerni-
tur, ex uſu enim etiam fœminæ ſectantur eiuſdem præpoſiti fructum zelo deifico, medius
autem utrarunq; cellularum paries, tertio uel quarto cubito exaltatus, uice thoracis ædifi
catus, reliquam altitudinem uſq; ad tectum apertum habet, duabus hoc cauſis, ut & pudo
ri fœminini ſexus ſeruetur reuerentia, & auſcultatio ſit facillima, nullo offendente tracta-
toris reſponſa. Abſtinentiam præcipue pro fundamento cordis dedicantes, ſequentes ſu-
peræd ificant uirtutes. Cibum aut potum nemo eorum ante ſolis tangit occaſum, lumine
enim dijudicant philoſophiæ indaginem, tenebris uero corporis neceſſitudinem admit-
tunt adeo differentiora per diem, huic uero modicum noctis tribuerunt, nonnulli tamen
poſt triduum commonentur ad eſcam, quibus maior diſciplinæ amor inhæſit. Aliȷ̈ uero uſ
que adeo indeliciantur ſapientiæ gremiȷ̈s, atq; reſponſis locupletiſſimis, ut etiam duplum
† cicada aquæ tempus ſuſtinent, deniq; uix poſt ſex dies cibantur, ex more iam inſtituti, utpote † cicare
† aeris quæ † eris hauſtus quibus fallor, quorum eſuries præſonantia uocis lenitur. Feſtiuiſſimam
itaq; ſacratiſſimam diem ſeptimam credentes, præſentiori priuilegio remunerant, in qua
poſt animæ diligentiam, corpus reficiunt tanquam ouiculæ, ſuperfluis laboribus relaxati.
† opulenti cibantur enim nihil exquiſitum, ſed panem uiliſſimum, & ſales, † pro pulentis, & ditiores
ad eſcam hyſſopo condientes utuntur. Potus eis aqua fontanea, quas enim impoſuit mi-
ſerabili uentri natura domina humano generi. Eſuriem, ac ſitim omnino deſpiciunt, non
pro blandimento quicquam requirentes, niſi hæc utiliſſima, quorum abſq; uiuere non eſt.
Ita cibantur ne eſurient, & bibunt ne ſitiant. Satietatem pro inſidia animæ atq; corporis
aſpernantur. Indumentorum tamen gemina ſpecies, una tegminis, altera per amictum ſi-
ne ornamento, remiſſior enim & expedita uel paratiſſima ad hoc tantum operata, dum ſi
mulat & amictus friuolus humilitatibus manſionis pro amphibilo pallium de pelle hiber
† colobio na groſſiorem, æſtate uero † cobolio hoc modo ſine typo immorantur, per omnia ſcientes
ſupercilium mendoſitatis initium, uirtutem uero ſimplicitatis amicam, manant enim utra
† emendant que fontis uice: † emerdatio enim plurifariæ malorũ ſpecies, à ueritate uero diuitiæ huma-
narum atq; diuinarum rerum. Velim etiam communes conuocationes eorum, & hilario-
† mores res in conuiuiȷ̈s † moras edicere, è diuerſo ponendo cætera conuiuia, illi enim aſſidue † mi
† meraculo raculo ſatiati, quaſi non uino epotato, ſed incitamento furoris, aut quicquid peius per ex-
ceſſum animi inuſitatum ea aliquid crepitantes, ueluti canes indomiti, exululant, & reſur
gunt aduerſus ſe, morſibus inuicem laniantes, aliquoties & detondentes auriculas, & na-
res dentibus deſecantes, deguſtant & digitos, aliqua membra comedunt, & reuera Cyclo
pis & Vlyſſis fabulam ueram oſtendunt, & ſi quid crudelius irrogãtes. Illi enim inimicos
uerendo ulciſcebantur, iȷ̈ amicos, & parentes, in ipſo menſuram libamini nefando operã-
tur, in inuicem rabientes pro fœdere, connubia infœderata gerentes, & omnem ſpeciem
† luctatores nequitiarum irrogantes, & qui poterant eſſe in meliorbus † luctatoribus miſera-
bile certamen exhibent, illi namq; pro corona adipiſcenda ſpectio-
tes geſtiunt uideri pro uictoriæ & laude exercitiȷ̈,
iȷ̈ uero uſq; ad tenebras.

FINIS.

Diui

DIVI HIERONYMI
Presbyteri in librum Philonis
Iudæi de nominibus Hebraicis Præfatio.


Hilo uir diſertiſſimus Iudæorum, Origenis quoq; teſtimonio comprobatur ædidiſſe librum Hebraicorum nominum, eorumq; Etymologias iuxta ordinem literarum è latere copulaſſe. Qui cum uulgo habeatur à Græcis, & bibliothecas orbis impleuerit, ſtudiĳ mihi fuit in latinam eum linguam uertere. Verum tam diſſona inter ſe exemplaria reperi, & ſic confuſum ordinem, ut tacere melius iudicauerim quàm reprehenſione quid dignum ſcribere. Itaq; hortatu fratrũ Lupuli & Valeriani, qui me putant aliquid in Hebrææ linguæ notitia profeciſſe, & rei ipſius utilitate commotus, ſingula per ordinem ſcripturarum uolumina percucurri, & uetus ædiſicium, noua cura inſtaurans, feciſſe me reor, quod à Græcis quoq; appetendum ſit. Præterea & illud in præfatione commoneo, ut ſi qua hic prætermiſſa ſint, alteri ſciat lector operi reſeruata. Libros enim Hebraicarum quæſtionũ nunc in manibus habeo, opus nouum, & tam Græcis quàm Latinis uſq; ad id locorum inauditum: non quod ſtudium meum inſolenter extollam, ſed quod ſudoris conſcius, ad lectionem eorum prouocem neſcientes. Si quis igitur & illos, & præſens uolumen, librum quoq; locorum quem æditurus ſum habere uoluerit, parui pendet ructum & nauſeam Iudæorum. Ac ne forte conſummato ædificio, quaſi extrema deeſſet manus, noui teſtamenti uerba & nomina interpretatus ſum, imitari uolens ex parte Origenem, quem poſt apoſtolos, eccleſiarum magiſtrum, nemo niſi imperitus negat. Inter cætera enim ingenĳ ſui præclara monumenta, etiam in hoc laborauit, ut quod Philo quaſi Iudæus omiſerat, hic ut Chriſtianus impleret. Origenis laus

PHILONIS IVDAEI DE NOMINIBVS HEBRAICIS
Noui & ueteris teſtamenti liber, diuo Hieronymo interprete.


On ſtatim ubicunq; ex a litera, quæ apud Hebræos dicitur aleph, ponuntur nomina, exiſtimandum eſt ipſam ſolam eſſe quæ ponitur. Nam interdum ex ain, ſæpe ex he, nonnunquam ex heth literis, quæ aſpirationes ſuas uocesq; commutant, habet exordium. Sciendum igitur quod tam in Geneſi quàm in cæteris libris ubi à uocali litera nomen incipit, apud Hebræos à diuerſis (ut ſupra diximus) inchoëtur elementis. Sed quia apud nos non eſt uocum tãta diuerſitas, ſimplici ſumus elatione contenti. Vnde accidit, ut eadem uocabula quæ apud illos non ſimiliter ſcripta ſunt, nobis uideantur in interpretatione uariari.

INTERPRETATIO NOMINVM DE GENESI
iuxta numerum Alphabeti.


Ethiopiæ, tenebræ, uel caliginis. Aſſyriorum, diligentium. Adam, homo ſiue terrenus, aut indigena, uel terra rubra. Abel, luctus, ſiue uanitas, aut uapor, ſiue miſerabilis. Ada, teſtimonium. Ararat, Armenia, ſiue mons uellicatus. Aſcenez, ignis ſic aſperſus. Anuila, dolẽs, ſiue parturiens. Archat, inſidiæ. Aſſur, dirigens, uel beatus, aut gradiens, ſiue arguens. Ananim, reſpondentes aquæ. Amorrhæum, amarum, uel loquentum. Arucheum, circumrodẽtem me. Aſenneum, leuantem me. Aradium, uindemiator meus ſufficiens. Amathi, indignatio mea. Adam, humus, uel terra, ſiue terrena. Arfaxat, ſanans depopulationem. Aram, excelſus. Aſarmoth, atrium mortis. Adoram, generatio excelſa. Abizel, pergẽs. Abimaël, pater meus à deo. Abram, pater excelſus. Aran, riſcus, arca uel capſa. Aegyptus, tribulatio coanguſtans. Aggea, quæſtio, uel feſtiuitas. Amraphel, dixit ut caderet. Arioch, ebrius, uel ebrietas. Aſtaroth, ouilia, uel faciunt exploratores. Amalec, populus lambens, uel lingens. Aner, lumẽ, uel illuminatio, uel lucerna, uel ciuitas, uel oculus hominis.

hominis. Agar, aduersa, uel conuersa. Abraham, pater uidens populum. Ammon, filius populi mei, uel populus mœroris. Abimelec, pater meus rex. Azia, uidēs. Arbee, quarta, uel quatuor. Asurim, nemus. Apher, humilis, siue puluis. Abidahe, pater meus sciens. Ader, grex. Aser, beatitudo, siue beatus. Ana, responsio, siue respondens. Aluham, despiciens. Abia, umbracum. Abdan, desiderabilis. Achan, necessitas, uel labor eorum. Aran, iracundus uel decus. Adad, præcipuus, uel patruelis. Auith, iniqua. Achobor, mures. Adollamitem, testificantem, siue testimonium aquæ. Aunan, mœror eorū, uel labores. Asenec, ruina. Aod, inclytus. Amul, parcens. Aggi, festiuitas mea. Aheri, declinās. Arohedi, uindemiator sufficiēs. Arieli, leo dei mei. Achi, frater meus. Arad, descendens. Asom, festinantes Adad, testimonium, uel ramnus.

BAbylon, uel Babel, confusio. Bethel, domus dei. Bara, in malitia, siue creatura. Bale, præcipitans, siue deuorans. Barat, grando. Bersabee, puteus satietatis, uel puteus septimus. Buz, despiciens, siue contemnens. Bathuel, uirgo dei. Beeri, puteus meus, siue putei mei. Basemoth, in nominibus, siue delinquens, uel ueniens, aut posita. Bala inueterata. Benoni, filius doloris mei. Beniamin, filius dextræ. Balaam, sine populo, uel absq; substantia eorum, siue in eis. Beor, impelle. Bosra, in tribulatione, uel angustia. Badad, præcipuus. Balaannan, habens gratiam. Beria, in clamore eius. Bechor, primogenitus, uel clitellis, aut ingressus est angustus.

CAin, possessio, uel acquisitio. Cainan, lamentatio, uel possessio eorum. Cithij, amentes, uel stupentes. Carnaim, cornua. Cades, sancta, siue mutata. Cinei, possidentes. Ceni, nidus meus, uel possessio. Cenez, zelotypus uel sessio eius. Cedmonei, antiqua tristitia uel orientales. Camuel resurrectio dei uel statio dei. Cedar tenebræ uel mœror. Cedma orientalis uel antecedens. Chore caluitium. Caath, molares dentes siue patientia. Hucusq; per simplicem c literam lecta sint nomina: exin aspiratione addita: id est per χ Græcum legenda. Cherubim scientia multiplicata uel quasi plures. Cham, calidus. Sed sciendum quod in Hebræo χ literam non habeat, scribitur autem per ח quæ duplici aspiratione profertur. Chethim cōfracti. Chus Aetiops. Cana an σαλος, hoc est motus eorum uel negociator aut humilis. Chalanne consummatio futura siue omnes nos. Chalec quasi uiride. Chesluim contecta regio eorum. Chapturim manus exploratorū siue tortorum, sed melius Cappadoces. Chetheus mentis excessus siue fixus uel abscisus. Sed hoc nomen in Hebraico non incipit à consonāti litera, uerum ab ח, de qua iam supra diximus. Chaldæi quasi dæmonia uel quasi ubera aut feroces. Charran, foramina siue ira uel fodiens eos: sed & hoc nomen à ח Hebraico incipit. Chebron coniugium siue incantator aut uisio sempiterna: & hoc ח in principio habet. Chodorlaomor quasi generatio manipuli siue quasi decorum manipuli. Chorræi, de foraminibus quos uocant Troglodytas. Choba condemnatio. Chased, quasi populantes: sunt autem Chaldæi. Chet, percutiens. Chetura, thymiama offerens, uel copulata, aut iuncta. Chodad, præcipuum. Chabrata, quasi electum, siue graue. Chorri, siue Chorræus, farina, aut farinatus, seu post me, uel foramen meum. Chazbi, mendacium. Charmi, uinea mea uel cognatio mea. Chaber, cōiunctio, uel incantator: sed & hoc per ח heth literam scribitur.

DOdanim, patruelis: in propinquos uertitur & cognatos. Dedan, solitarius, siue fratruelis eorum. Dasem, frenum. Decla, subtile, siue palmata. Damascus, sanguinis potus, siue sanguinis osculum, uel sanguinis sacci. Dadam, iudicās. Dedan, grande iudicium. Dan, iudicium, aut iudicans. Duma, tacens. Dina, iudicium istud. Debbora, apis siue eloquentia. Dison fortis papilla, siue calcabit eam: sed hoc Syro sermone dicitur: cæterum Hebraice, pinguedo interpretatur, aut cinis, id est, fauilla holocaustorum. Disan, similiter ut supra: licet quidam putent fortem elephantem interpretari. Dennaba, iudicium afferens. Dothaim, pabulum, uel uiride eorū, aut sufficientem defectionem.

EDen, uoluptas, siue deliciæ, uel ornatus. Euila, dolens, siue parturiens. Euphrates, frugifer, siue crescens. Eua, calamitas, aut uæ, uel uita. Enoch, dedicatio. Enos, homo, siue desperatus, uel uiolentus. Euzum, ferum, siue pessimum. Eber, transitor. Elmodad, ad matrem eius præcipuam, siue dei mensuram. Ellasar, dei declinatio, siue hanc separans. Esrom, iacula gregum. Escol, botrus, siue ignis omnis. Ephron, pulris mœ-

uis mœroris, uel puluis inutilis, siue puluis eorum. Eldaa, ad scientiam, siue de scientia. Etheus, formidans, siue stupens. Edom, rufus, siue terrenus. Emor. asinus. Ephrata, ubertas, siue puluerulenta. Eser, fictus, id est, plasmatus. Esban, ignis in eis. Efraim, frugifer, siue crescens. Esron, sagittam uidens. Esbel, ignis uanus, siue uetus. Hucusq; per breuem literam e, nunc per productam nominum sunt legenda principia. Elisa, deus meus, uel eius salus, uel ad insulam, uel dei mei salutatio. Elam, seculi uel orbi. Emim, horribiles. Eliezer dei auxilium. Epha, dissolutus, siue mensura. Esau, factura, siue rubeus, uel aceruus lapidum, seu uanus, aut frustra. Elom, regio campestris, aut quercus, uel roboreus. Eliphaz, dei mei aurum. Emam, calor eorum. Ebal, uallis uetus aut aceruus lapidum. Ela, terebinthus. Er, uigiliæ, siue pollicens, aut resurrectio, uel effusio. Enaim, oculi, siue fontes. Eroon, id est, Eroim, in facie eorum, siue uigiliæ dolorum.

FIson, os pupillæ, siue oris mutati. Fut, Libyæ, siue oris declinatio. Fetrusim, dissoluens mensuram. Filistim, cadẽtes, siue ruina poculi, aut cadentes, potione. Farao, dissipans, siue discooperiens eum. Faleg, diuidens. Ferezei, separantes, siue disseminati, uel fructificantes. Fara, ferocitas eorum. Fichol, os omnium: ab ore, non ab osse. Filistijm, ruina duplex. Faldas, ruina paupertatis, siue cadens germen. Fau, nihil, aut subito. Fiennon, ori eorum, aut ori uincto. Futifar, os inclinans ad dissecandum. Farez. diuisio. Fetrefe, Libycus uitulus, siue discooperiens, uel certe diuisio, aut os declinãs. Fallui mirabilis. Fua, hic, aduerbium loci, siue rubrum. Fanuel, facies dei.

GEon, pectus, siue præruptum. Gomer, assumptio, siue consummatio, uel perfectio. Gergeseus, colonum ejciens, siue aduenam propinquantem. Gerara, ruminationem uidit, seu maceria. Sed sciendum, quod Gerara interpretatur, incolatus: Gedera uero maceria siue sepes. Gaza, fortitudo eius. Gomorra, populi timor, siue seditio. Sciendum, quod g literam in Hebraico non habet, sed scribitur per uocalem ע ain. Geter, torcular uidens, siue accola explorationis. Gegal, præruptum, siue uallis uetus. Geraris, aduenæ propinquantes, siue cornupera eorum. Gaam, uallis æstus. Gad, tentatio, siue latrunculus, uel fortuna. Gallaad, aceruus testimonij, siue transmigratio testimonij. De hoc in libris Hebraicarum quæstionum plenius diximus. Gathan, tangens risit. Gesen, appropinquãs palpationi eorum, siue uicinitas. Gersam, aduena ibi aut adiectio eorum. Gera, ruminatio, uel incolatus. Guni, elatio mea, siue hortus meus.

IObel, dimittens, aut mutatus, siue defluet. Iubal, delatus siue dimittens. Iareth, descẽdens siue roborans. Iapheth, latitudo. Iauan, est & non est siue columba: sed Syrum est. Iebusæum, calcatum siue præsepe eorum. Iectan, paruulus. Iaree, luna. Iobab, magno patre, siue distillans. Iescha, tabernaculum uel unctio eius. Ismaël, auditio dei. Isaac, risus uel gaudium. Iedlaph, manum tollens uel manũ ad os. Iexan, durus siue duricies. Iesboch, est cinis siue ractus. Iethur, uersus aut ordinatus. Iudith, laudans aut confitens aut Iudæa. Iacob, supplantator. Iuda, laudatio siue confessio. Issachar, est merces. Ioseph, augmentum. Iordanis, descensio eorũ. Ior, riuus. Iaboch, harena siue luctus. Ieus, parcens aut faciens aut commotus. Ieglam, despiciẽs. Iectran, superfluus eorum. Ietheth, dans. Irad, ciuitatis dissensio. Iram, ciuitas eorum. Iras, uidit fratem meum siue fratris mei uisio. Iamuel, dies eius deus. Iamin dextera. Iachin, præparens. Iob, magus. Ioalel, uita dei siue exordium dei uel præstolans deum. Iemna, marina siue numerabilis. Iesua, planicies siue est desiderium meum aut certe Saluator. Iessul, est dolore. Iosiel, dimidum dei. Iesar figmentum siue tribulatio.

LAmech, humiliatus aut percutiens seue percussum. Ludim, nati siue profunt fortiter. Laabim, deusti siue flammantes. Lesa, in salutem. Luth, utilis. Lot, uinctus siue declinatio. Laban, candidus. Lathusim, malleatotes. Laommim, tribus siue matres. Lia, laboriosa. Leui, additus siue assumptus. Lotam, uinculum eorum, siue ipse conclusus.

MAuiaël, quis est dominus deus; uel ex uita deus. Malaleel, laudans deum. Mathusale, mortis cõcussio uel mortuus est & interrogauit. Magog, quod δῶμα id est, tectum uel domate, hoc est, de tecto. Madai, mensura siue quàm sufficienter. Mosoch, prolongatio siue defectio aut certe compressus. Mesraim, hostes eourm suie mensura. Sed sciendum, quod Mesraim, Aegyptus appellatur. Mesa, aqua rara uel euado. Melcha, regina eius. Mamre, diuiso siue perspicuũ. Masech, potũ dans siue

propinans. Moab de patre. Maacha, frangens siue cōfracta. Madan, metiens siue respondens. Madian, de iudicio siue de causa. Mabran, de iucunditatibus. Masma, exaudientem. Massa, leuans, siue pondus aut onus. Mahelethi, chorus seu à principio. Meza, existo. Maneeth, requiescens siue donanti. Masreca, uectigal uanum siue libans uel trahēs. Mee zabel, quàm bonus deus. Matred, percussio siue uirga descendens. Mizaab, aquam hauriens siue aqua fluens. Mabzar, munita. Magdiel, de repromissione dei siue turris dei uel magnificat me deus. Madianæi, uel Madianitæ diiudicantes. Manasse, oblitus uel necessitas. Merari, amarus, uel amaritudines. Melchiel, rex meus deus. Machir, uendens. Memphon, de ore eorum. Melchisedec, rex iustus.

NAid motus siue fluctuatio. Noēmina, decus siue uoluptas uel fides. Noë, requies. Nemrod, tyrannus uel profugus aut transgressor. Niniue, pulchra uel germen pulchritudinis. Nepthuim, scalpentes siue aperientes. Nachor, requies luminis uel requiescenti luce uel obsecratio nouissima. Nabaioth, prophetans. Nabdeel, seruiens deo uel ursus dei. Nephis, refrigeriū uel anima. Neptalim, cōseruauit me uel dilatauit me, uel certe implicuit me. Naath, requiescens. Noēman, fidelis uel motus eorum.

OBeth, longitudo. Ochozath, tenens. Oolibama, tabernaculum meū in aliquo uel tabernaculi altitudo. Odollamites, contestans aliquem uel testimonium in aqua. Ophim, thalami. Hucusq; cum per o breuem literam legerimus, exin per extensum pronunciemus elementum. Ophir siue Aphir, quod per א aleph literam scribitur, interpretatur irritum, uel herbosum. Ox, uolentem. Omar, populus uel amarus. Onan, mœror eorum.

RIphat, uidens buccellam, siue uidēs bona Rodij, quod Hebraice dicitur. Rodim, interpretantur descendentes, aut patruus iudicans, uel uisio iudicij. Rechema, ronans, uel excelsa. Rohoboth, inclinatio, uel plateæ. Ragau, ægrotans, uel pascens. Raphaim, gigantes. Rebecca, multa patientia, uel multum accēpit, siue patientia. Remma, uel Ruma, uidens aliquid, uel excelsa. Rachel, ouis, uel uidens principium, aut uisio sceleris, siue uidens deum. Hoc autem secundum accentuum & literarum euenit diuersitatem, ut tam in contrarias significationes nomina commutentur. Ruben, uidens filius, uel uidens in medio. Raguel, pastor dei, uel pabulum eius deus. Ros, caput. Ramesse, pabulum, uel tinea, siue malicia de tinea. Quod in principio dixeramus in uocabibus literis obseruandum: eò quod apud nos interdū una sit litera, & apud Hebræos uarijs uocibus proferatur: hoc nunc quoq; in s. litera sciendum est. Siquidem apud Hebræos tres s. sunt literæ: una quæ dicitur ס samech, & simpliciter legitur, quasi per s. nostram literam describatur: alia ש sin, in qua stridor quidā non nostri sermonis interstrepit: tertia צ zade, quam nostræ aures penitus reformidant. Sicubi ergo euenerit, ut eadem nomina aliter atq; aliter interpretentur, illud in causa est, quod diuersis scripta sunt literis. Hoc autem quod in Genesi diximus, in omnibus libris similiter obseruandum.

SEla, umbra eius. Seth, positio, uel positus, aut poculum siue gramē, aut semē, seu resurrectio. Sem, nomen, uel nominatus. Saba, captus, siue captiuitas, uel certe conuertens. Sabatha, gyrans, siue circuiens. Sabathacha, circuiens te, siue circumfessio tua, uel sedes tua. Sennaar, excussio dentium, siue fœtor eorum. Sodoma, uenatio mœroris. Samareum, lanam meam, siue coniunctum meum, sed melius custos. Sodoma, pecus silens, uel cæcitas, uel similitudo eorum. Seboim, caprearum uel Damularum, siue statio eius, mare, aut statio maris. Saleph, missa. Sephar, narratio, siue liber. Serug, corrigia siue perfectus. Sarai, princeps mea. Sichem, humeri, uel labor. Seor, parua, uel meridiana. Sennaab, dentis pater, siue fœtor patris. Semeber, nomen perditionis, siue ibi perditio. Segor, parua: ipsa est, quæ & supra Seor. Sed sciendū, quia literā g in medio non habeat: scribaturq; apud Hebræos per uocalē ע ain. Sau, siue Sauhe, digne, uel eleuatio. Seir, pilosus, uel hispidus. Saraa, princeps. Sur, murus, uel directus, aut conuersio, siue rete. Sue, loquens, siue cantilena. Simeon, exauditio, uel nomen habitaculi. Sale, pax, uel reddens. Sichimorum, humeri: ipsa est quæ & Sichem. Sed in Latinum & Græcum sonum uertitur. Sebeon, stante iniquitate. Sophar, speculator eius, uel buccina. Samma, perditio. Saphon, speculator. Sobal, uana uetustas, uel uectes ad portan-

portandum. Salama,uestimentum,uel pacifica. Saul,expetitus, uel abutens. Saua, eloquentia,uel clamor. Sela,ut eius,uel dimissio eius,aut petitio. Somtonphanec corrupte dicitur,nam in Hebræo legimus, Zaphanethphane, quod interpretatur, absconditorum repertor. Porrò ab Aegyptijs didicimus,quod in lingua eorum resonet,saluator mūdi. Semrom,nomen uidens,aut custos. Sared, ut descenderet. Sephion, egressum est os tristitiæ. Suni,pupilla mea,uel secundus meus. Sare,maliciosus,uel sibilans. Syria, sublimis,siue humecta. Satalam,radicatus.

TAeth,occidens. Tacho,silens. Talam,ros. Hucusq; cum per literam t simplicem legerimus,nunc aspiratione addita,legendum est. Thobel, siue Thubal ductus ad luctum,uel conuersus ad uniuersa. Thiras, timens, siue rediens ad superfluum. Thogorma,incolatus quispiam, aut interpres. Thares,exploratores,lætitiæ,siue gaudiū. Thara exploratores odoris,siue exploratio ascensionis,uel pastio. Thargal,sciens,iugum,uel explorator. Thamar,palma,siue amaritudo,uel cōmutās. Theman,auster,uel africus, Thamna,uetant,uel deficiēs. Thameth,perfecta pars siue consummatio data. Thola,uermiculus,uel coccinum. Thesbon,festinus ad intelligendum.

Vs,consiliator. Vl,dolens,siue parturiens. Vsam,festinus eorum.

NAmram,cantio eorum,uel tempus ostendens. Zelphan,ambulans os:ab ore non ab osse,uel fluens os. Zabulon,habitaculum eorum uel iusiurandum eius aut habitaculum fortitudinis uel fluxus noctis. Zara,oriens uel ortus. Zauan, motus uel fluctuatio eorum. Zohomim,præparati in acie uel quę hæc est aqua.

Interpretationes de Exodo.

ASer,beatus. Aaron,mons fortitudinis siue mons fortis. Aheberim,Hebræorum uel transeuntium. Apherezæi,separati siue absq; muro. Anacim,humilitas uana siue humiles uanos uel humiles consurgentes,aut responsio uana, aut monile colli. Aod,gloriosus. Amram,populus excelsus. Amminadab,populus meus spontaneus. Abiu,pater meus est siue pater ipse. Asir, uinctus. Abiasar,patris mei collectio. Amalech,populus brutus siue populus lingens. Abiud,patris robur siue pater eorum. Accherubim,cognosce & intellige,siue scientiæ multitudo. Achisamech,fratrem meum roborans.

Beseleel,in umbra dei. Beelsephon,habens speculum.

CAath,patientia uel molares dentes siue dolens aut componens. Cades,sancta. Chanani, negociatores siue hic pauperculus aut præparati uel humilitas. Charmi,uinea mea uel agnitio aquę. Cherubim scientiæ multitudo aut sciētia & intellectus.

DAn,iudicium uel iudicans. Ebreorum,transeuntium. Ebrioth,transitus. Ethi, timuerunt siue obstupuerunt. Emori,mater lux mea. Eui,ferales uel feroces. Enoch,dedicauit. Emorræum,loquentem siue amaricantem. Efrom,sagittam uidens siue atrium tristitiæ uel fortis. Ebron, participatio tristitiæ siue fortitudinis uel augmentum sempiternum. Eleazar,deus meus adiutor siue dei adiutorium. Edom,rufus. Hucusq; per e breuem literam legimus,exin per extensum legamus elementum. Elisapham,dei mei specula uel deus meus abscondens. Elisabei, dei mei saturitas, uel dei mei iuramentum aut dei mei septimus. Elcana,dei possessio. Ethan, consummatus siue suscipiens nauigationem. Elim,ariet. Epha,mensura. Eliezer,deus meus adiutor. Eliab,deus meus pater.

FArao, dissipans siue discooperuit eum. Fitom, os abyssi uel subito. Fua,hic, aduerbium loci, siue apparebo,sed melius rubrum. Fallu,mirabilis. Futiel,hic declinans deum, aduerbium loci, non pronomen, uel declinans deus siue oris declinatio dei. Finees, ori parcens uel ore requieuit aut oris augurium. Filistim,ceciderunt duo. Fasech, transgressus siue transcensio.

GAd,tentatio siue accinctus uel latrunculus. Gersam,aduena ibi. Gersom,eiectio eorum siue aduena ibi aut aduena pupillæ. Gadiel,accinctio mea deus. Gadi,hœdus siue tentatio mea. Gamaliel,reddidit mihi deus. Goël,propinquus siue redimens.

Galaad,aceruus testis. Super hoc in libris Hebraicarum quæstionum plenius diximus. Guni,horti siue arrogantia mea. Gabua,sublimitas. Gomor, mensura atticorum cœnicum trium.

ISraël,est uidere deum siue uir aut mens uidens deum. Et de hoc in libris Hebraicarū quæstionum plenius diximus. Ietro, superfluus huius. Iesubæi, calcatus siue præsepe meum. Iamuel,dies eius deus. Iamin,dextera. Iachin,præparans. Iessaar,est meridies siue meridianus, aut unctio mea uel metaphoricôs, oleum. Iochabed, ubi est gloria siue est grauis,aut domini gloria. Ithamar,ubi amarus uel ubi palma,uel est amarus siue insula palmæ. Iesus,saluator. In,mensura liquentis materiæ. Leui additus. Lobeni,filio meo uel cor ego aut candor.

MEfraim,hostes eorum uel Aegyptus. Moyses uel Moses, attractans uel palpans aut sumptus ex aqua siue assumptio. Madian,de iudice. Merari,amara siue amaritudines. Mooli,de infirmitate siue chorus meus aut ab initio. Mosi,attrectator,siue palpator meus. Misaël, tactus dei siue quis interrogauit. Magdalon,quis grandis uel turris. Moab,de patre. Maria,illuminatrix mea uel illuminans eos aut smirna maris,uel stella maris. Mara, uel merra,amaritudo. Marath,amara. Manhu,quid est hoc?

NEphtalim,latitudo. Naphec,pruna uel carbo siue seductio. Naasson, augurans uel augur fortis. Nadab,spontaneus. Naue,semen,germen siue pulchritudo.

OZiel,fortitudo mea deus. Omer,crispans siue manipulus. Oliab, proiectio mea pater. Oephi,trium modiorum mensura. Nomina quatuor quæ sequuntur,per extensam legenda sunt literam. Oreb,ardor siue siccitas aut coruus,uel solitudo. Ori,lux mea. On labor uel dolor. Or,iracundia.

RVben,uidens filius uel uidentem filium. Remesses, intonuit lætus siue malitia de tinea. Raguel,pastio dei siue amicus eius deus. Raphidim,laxæ manus uel sanitas iudicij,aut uisio oris sufficiens eis.

SYmeon,audiuit tristitiam uel nomen habitaculi. Sephra, adhæsit uel placens. Sephora,auis eius uel pulchritudo siue placens. Sor,meridianus. Soriel, coangustans deus uel robustus deus. Salu,tentatio respiciens. Saul,expeditus,siue abutens. Semei,audi uel auditio mea. Setri exactor meus uel absconsio mea. Soahoth,tabernacula. Sur,murus aut robustus siue angustia. Sin, amphara uel tentatio siue rubus. Sinai, rubus amphora mea siue mensura mea uel mandatum. Sabbata, requies. Sethim,spinarum.

THeman,auster. Thelame, riui aquarum uel ager aquarum. Thola, uermiculus aut coccinum. Theth,subter.

Vr,ignis aut lumen uel luminosus.

Zabulon,habitaculum fortitudinis. Zecri,memoria mea.

Finiunt interpretationes Hebraicorum nominum libri Exodi, inter quas & quæstiones de Leuitico potes inuenire,exceptis quatuor,quas subnectere curauimus.

Badrifath, κλίμα,id est,plaga: uerbi gratia,quod dicimus plaga septentrionalis uel meridiana. Melcho,rege. Salumith,retributio uel pacifica.

Interpretationes de Numeris.

AAron, mons fortis. Aminadab,populus meus spontaneus: Amiuth,populus meus inclytus. Abidan,pater meus iudex. Aggelaoni,annunciat iniquitatem meam. Ahiezer,frater meus adiutor. Amisaddai,populus meus sufficiens. Achran,turbauit eos Ahira, fratris mei amicus. Anam, nubes. Abia, pater meus iuste uel patris mei abundantia. Aseroth, atrium angustiæ siue beatitudinis. Amiel,populus meus dei. Amath,indignatio uel uter. Ahiman,frater meus quis. Anachim,monile collo sublimi. Aethi,obstupefaciens siue perterrens. Abiram, pater meus excelsus. Aunan,non est uel inutile. Arrad,suscitauit descendens uel suscitauit descensionem. Atarum,exploratorum. Aei,quam Græci λιθολόγιμα uocant. Arnon, aceruus tristitiæ siue laus. Ar,suscitauit uel uigilia. Ammon,populus mœroris. Aggag,δῶμα,id est,tectum. Asur,beatitudo siue gressus. Aggi, festiuitas siue solennis. Arodi,maledictio sufficiens siue maledictus. Arieli,leo deus meus. Ammon,pepercit

cit. Afereel, beatus deus. Aphar, fodit fiue humus. Agla, folennitas ista fiue uitulus. Achiram, fratris mei fublimitas. Arad, defcendi. Aber, commifit uel certamen iniit aut particeps. Araboth, humilem planam atq; campeftrem. Abarim, in tranfitu, quod fignificantius Græce πέραν dicitur. Atharoth, coronę. Aroër, fubleuans uel uacuefa ctio uigilis aut myricæ. Abiroth, fcalptum. Alas, fermenta fiue commifce: quod Græce dicitur φύραμα. Arada, obftupuit admiratus eft. Afmona, feftinus fiue feftinans aut numera. Aggedgad, annuncia fiue accinctus uel latrunculus. Achiam, umbraculum fiue prærupta. Alamon, fuper multitudinem aut defpectio. Abetfatim, luctus littorum uel riparum. Achrabbim, fcorpiones uel decentem. Adar, fublimis uel pallium. Afe mona, os eius: ab offe non ab ore. Afmo, nouiffimum eius. Arebla, infidiatrix. Ain, fons. Axan, fortitudo eorum. Achidod, fratris mei gloria.

Beniamin, filius dexteræ. Bamot, in morte fiue excelfa. Bafan, bruchus fiue pinguedo. Nam quod interpretari folet ignominia uel confufio, Bufa dicitur. Balach, lingens uel elidens aut inuoluens. Balaam, uanus populus fiue præcipitans eos uel fine populo. Beor, impelle. Baal, habens fiue uir. Beelphegor, habens os pelliceum. Bechor, in fagmate uel ingreffus eft agnus. Bale, præcipitauit fiue abforbuit. Baria, in malis fiue in commutatione eius. Beelfephon, habens aquilonem fiue fpeculam. Baon, in iniquitate. Bamech, electa cōmotio. Bathanamra, domus bardorum fiue domus amaritudinis. Beelfephon, afcenfio fpeculæ. Betharan, domus arcæ uel montium, aut afcenfus humilium. Baalmeon, habens habitaculum. Benachan, filius neceffitatis. Baci, luctus fiue in uomitu aut uetus.

Cades, commutatus, fiue fanctus. Ceni, ærarius meus fiue nidus meus aut poffeffio. Citus, ftupentibus fiue mirantibus. Canat, æmulatio fiue zelotypia. Calaath, ecclefia uenit, uel uoces. Cadasbarne, commutatus electus uel mutabilis. Carithaim, uilla uel oppidum eorum. Core, caluicium. Camuel, refurrectio det aut ftabit deus. Hucufq; per c literam fimplicē legerimus: exin afpiratione addita, nominū funt legenda principia. Chanaan, reuerfus eft fiue quafi refpondentes aut quafi mouentes. Caleb, quafi cor aut omne cor uel canis. Chamos, congregatus uel quafi attrectatio. Chozbi, calix in me fiue immola mihi. Chenneroth, cithararum fignū aut quafi lucernæ. Chaslon, fcelerata triftitia, uel quafi protectio. Cherubim, quafi plures aut uermiculata pictura uel fcientiæ multitudo.

Duel, agnofcant deum. Dathan, donum eorū fiue fufficiens donū. Dibon, fufficiens ad intellectum uel abūdanter intelligens. Dibongad, fufficienter intelligens tentationē. Depheca, adhęfit, fiue remiffio. Deblaim, lateres fiue maffas quę de recentibus ficis compingi folent: quas Hebręi deblatan, Gręci παλάθας nuncupant. Itaq; in præfenti loco, nomen quod propofuimus, interpretatur palatæ eorū.

Ephraim, crefcens fiue frugifer. Eldad, ad folum fiue folitarium uel ad unum. Erma, anathema eius. Efebon, cogitatio fiue cingulum mœroris. Edraim, defcenfio paftorum. Elcan, pars eorum fiue teftimonium eorum. Esbel, ignis uetus fiue uanus. Eui, defideraui. Elade, ad adfcenfum. Ebrona, tranfgreffus fiue tranfgreffio. Eniel, gratia mea deus. Ephod, fuperindumentum, uel fuperhumerale. Efcol, botrus fiue ignis omnis. Hucufq; per e, breuem literā legerimus: exin per extenfum legamus elementū. Elifar, pater meus fortis, fiue pater meus coanguftās. Eliab, deus meus pater uel deus pater. Elon, exercitus fortitudo. Elifame, deus meus audiuit. Elifama, deus meus audiens. Elifaphath, deus cōgregauit uel dei mei protectio fiue abfconfio. Enan, nubes. Edrai, inūdatio pafcet me. Er, uigilēs aut cōfurgens uel pollicēs. Elon, quercus fiue aulōs de quo in libro locorū plenius diximus. Erā, uacue fecit. Ethā, fortē. Efaū, ulūtas mœroris fiue fortitudinis. Enō, fons triftitiæ. Elidad, deus meus patruelis uel deus meus patruus.

Fadaffur, redēptio fortis fiue uallata. Fegiel, occurre mihi deus uel occurfio dei. Faran, ferus eorū uel frugifer. Falecti, faluator meus. Faleth, ruina uel deiectio. Fafga, abfcifus uel dolatus aut os multū: ab ore non ob offe. Fethora, oris exploratio fiue buccella luminis uel os turturis. Fagur, oris pellis uel hiauit. Finees, os requieuit uel filet uel ori pepercit. Farez, diuifio. Finoni, os meū nepotum. Farnac, uitulus fagi natus aut difceffio mea. Gedeon, tentatio iniquitatis uel tentatio iniquitatis meæ. Garizim, diuifio fiue præcifio.

IFanne,innuit uel innuens. Iegal,propinquus uel redimens. Ieſu,ſaluator. Iazer, adiutum. Iarden,deſcenſio eorum uel uide iudicium. Iaſſa dimidia uel factum man datum. Iaboch,lucta uel puluis. Iarib odor eius uel luna. Iaſub,conuerſio. Ialel, expectauit deum. Iamna,mare uel dextera eius. Ieſeui, quod eſt deſyderaui uel æqualis meus. Iaaſel,dimidiauit deus. Ieſer,plaſmauit,hoc eſt, finxit uel fictum. Iair,illuminans. Ietebara,bonitates ſiue declinauit ut ueniat. Iſimoth,adducet mortem. Iegali, redimens me uel propinquus meus.

Laël,in deum uel deo. Lomna,alba uel candida.

MAnaſſes, obliuioſus uel quod oblitus eſt. Madian, contradictio uel reſponſio. Medad,menſus eſt. Michaël quis ut deus. Machi,quid. Matana,donum. Medaba,aquæ eminentes. Machir,reſtituet ſiue uenundabit uel de infirmitate. Maala,chorus uel infirmitas. Melcho,rex eius. Malchiel rex meus deus. Macheloth,eccleſia. Macha,dulcedo uel ſaturitas. Maſeroth,excluſiones uel uincula aut ſucceſſiones,ſiue diſciplinæ,quod in noſtris codicibus mazuroth legitur.

NAthanaël,deus meus uel donum dei. Naabi,abſcondit uel requieuit in me. Neſe,ſufflans uel ſuſpirans. Namuel,dormiuit deus ſiue in quo deus. Noa, motus quem Græci ſignificantius σάλον uocant, Neeman,decus ſiue motus eorum. Namra,pardus ſiue amaritudines. Nabau,ueniemus uel in concluſione. Nobe,latrans. Naaſon,ſerpentinus,uel augurium.

OThotham,ſignum eorum. Ozin,auris. Oſan, maritima eorum uel thalamus eorum. Ofir,ignominia. Sed apud Hebræos per beth literam ſcribitur. Huc uſq; per o breuem literam legerimus, exin per extenſum legamus elementum. Obab, dilectus ſiue amplexus aut ſepes. Ori, coquens uel claudens me uel apprehendẽs. Oſee,ſaluator aut ſaluans. Onam,dolor,uel triſtitia eorũ aut muſſitatio uel murmuratio. Or, lumen. Obat, magnus pythoniſſa, quàm Græci ἐγγαστρίμυθον uocant. Og,coaceruans ſiue abſconditus. Oni,dolor meus.

RAſao,ſanans aut medicans. Rahob plateæ ſiue latitudo. Recem,uarietas ſiue pictura. Rebe,quatuor,ſed per ain literam ſcribitur. Ratma,uiſio conſummata ſiue iuniperus uel ſonitus. Remmonſarez,maligranati diuiſio ſiue ſublimiũ diuiſio. Reeſa,frenum.

SAddeſor,uberũ eorũ lux uel uberũ lumen. Salamiel, retribuens mihi deus uel pax mea deus. Suriſaddai,continens mea ubera uel fortis meus dominus. Suriel,continens me deus, uel fortis meus deus. Scar,puſillus. Samoë,audiens. Saphar,iudicauit. Sodi,arcanum meũ uel excluſit me. Suſi,equus meus. Sethur,abſconditus ſiue diuertens. Siſai,longæuus meus. Soontanis,urbs Aegypti. Seon,germen quod non eſt, uel germen inutile uel alloquium inutile aut calor ſiue tentatio laceſſens. Seſor,auis. Sethim ſpinæ. Satan,contrarius. Seth,poſitio ſiue poſuit. Seir,piloſus uel hircus. Salu,tentatio reſpiciens,ſed melius εὐθαλὴς: quem fortunatum uel uegetum poſſumus appellare. Seſton,abſconditus uel egredere os uel mœroris aut ſpecula eorum. Soni,coccus uel pupilla mea. Sela,petitio uel petens. Semron,nomen uidit uel cuſtos eius. Sichem,humerus. Semidahe,nomen meum ſcientia. Salphaad, umbra formidinis ſiue umbra in idipſum,id eſt, pariter. Sutala, poculum mixtum ſiue ſpina uiridis, uel madida. Suſan,atterens ſiue ad umbraculum raſtrorum,quod Hebraice dicitur ſuſaſim. Soſar,tuba. Sarahe,uelamen ſiue princeps fratris. Sicher,ebrietas. Salim,redde. Sabama,conuerſio quæpiam ſiue leua in eis uel tolle altitudinem. Safan,labium uel hericius aut lepus. Sochoth,tabernacula. Salmona, umbra portionis ſiue umbra numerauit aut imago eius. Sin,ſitiens. Senna,uoluntas ſiue mandatum eius. Sedada,ex latere eius. Safan,labium ſiue barba ſuperioris labij,quam Græci μύσταχα uocant. Safatam,iudicans populum. Samuel,nomen eius deus. Salomi,pax mea.

THola,uermiculus uel coccinum. Herſa,cõplacens ſibi, quod Græce melius dicitur εὐδοκοῦσα. Thena,caſtra uel donata. Theth,ſubter. Thare,exploratio uel paſtura ſiue nequitia. Hęc omnia quæ ex litera hac poſuimus,cum aſpiratione in ſuis legenda ſunt principijs. Vapſi,finis meus. Zachur,memor. Zarad,alienus uel deſcenſio. Zoob,aurũ. Zemeri,iſte exacerbans ſiue amaricans. Zare, ortus eſt. Zefer,hoc os uidiſtis: ab ore non ab oſſe. Zamri,pſalmus uel canticum meum.

De

De Deuteronomio.

ASTaroth, caulæ præſepia ouilia uel atria. Aza, fortitudo eius. Araba, occidens ſiue ueſpera. Argob, maledicta ſublimitas. Aui, feri. Auothiair, gloria luminis uel uita luminis, ita tamen ut pronuncietur anathiair. Acan, neceſſitas. Aſeroth, atria ſiue ueſtibula, ſi tamen per heth, & zade literam ſcribatur. Si uero per aleph & ſin, beatitudines ſonat. Amora, populi illuminatio, ſiue populus eius. Adama, humus. Beelfegor, habens os pellis ſiue ſuperior pellis. Baſar, anguſtia ſiue in anguſtia uel infantia. Boſor, in anguſtia. Beroth, putei. Barne, filius mutationis. Balaām, uanus populus. Cademoth, à principio mortis ſiue principium mortis. Tria nomina hæc quæ ſequuntur ex c, per aſpirationem legenda ſunt. Chorreus, iracundus ſiue de foramine, quem Græci τρωγλη uocant. Caphthurim, manus tortorum ſiue exploratorum. Chaptor Cappadocia. Edraim, inundatio malorum uel natiuitas peſſimorum ſiue defenſio paſtorum. Erma, anathema. Euim, iniqui. Ermon, anathema triſtitiæ. Eſdod, effuſio. Emmim populi. Quatuor nomina quæ ſequuntur, per extenſam uocalem legenda ſunt. Eſau, aceruus lapidum ſiue collectio lapidum, quod dicitur λιθολόγημα, uel fruſtra aut factura id eſt, ποίησις. Elath, terebinthus uel aulones. Emim, terribiles. Ebal, uorago uetus. Faſga, abſciſa, uel dolata ſiue os delicti. Faras, auctus ſiue ſuccreſcens. Fennador, conuerſio generationis. Gaza, fortitudo. Sed ſciendum quod apud Hebræos non habeat in principio literam conſonantem, uerum incipiat à uocali ain, & dicatur aza. Geſuri, iuxta lumen uel uicinia luminis. Golan, tranſmigratio eorum uel uolutabrum eorum. Gergeſeum, colonum applica. Gaulon, uolutatio eius. Gorizim, diuiſio ſiue aduena. Galgal, rota uel reuelatio. Gai, uorago. Gebal, uorago uetus ſiue λιθολόγιον: I literam & L idcirco prætermiſimus, quia eadem nomina in cæteris libris interpretantur: & ſuperfluum eſt dicta uel dicenda repetere. H autem à pleriſque aſpiratio putatur eſſe non litera. De K ſuperfluum eſt facere mentionem, cum etiam apud Latinos exceptis Kalendis, ſuperflua iudicetur. Igitur obſeruandum, quod eadem nomina quæ hic uel alibi prætermiſſa ſunt, in alijs libris poſſumus inuenire. Miſor, directum quod Græce dicitur εὐθύ, uel plana atque campeſtria. Maachati, fracti ſunt mihi, aut uenter percuſſus. Moſera, eruditio uel diſciplina eius. Mamoazer, de longe ſiue alienatus. Oraim, conceptus ſiue comprehenſio. Rafaim, medici uel gigantes. Rabbath, multitudo uel grandis. Rubeni, uiſio filij mei, uel uidete inter me. Ramoth, excelſum ſignum ſiue uidit mortem uel excelſa. Sidon, uenatio triſtitiæ, ſiue inutilitatis. Sareon, princeps mœroris. Sanir, leua nouitatem ſiue deus lucernæ. Salacha, leuans ueni uel tollens uenit. Sethim, ſpinæ. Seboim, caprea uel damma aut flatio eius. Sames mandatum humile. Sina tentatio ſiue rubus, ſi tamen per ſamech literam ſcribatur. Thebel, inſulſitas. Zozomim, hæ cogitationes, ſiue quæ eſt hæc aqua uel in acie præparati.

Quæſtiones in librum Ieſu Naue.

AIn, quæſtio uel chaos. Adonibezech, dominus meus fulgurans uel dominus contemptus uani. Si uero per ſade literam ſcribatur interpretari poteſt, dominus meus iuſtus. Azeca, fortitudo ſiue decipula. Alion, quem ſupra aulonem diximus, quod ſi æglon legere uoluerimus interpretatur uacca eorum. Aſer, ſegitta luminis. Araph, medicamentum, quod ſi legere uoluerimus ara, interpretatur furibunda. Araboth, humilia, plana atque campeſtria. Alac, pars mea ſiue lubricum. Aermon, anathema mœroris uel triſtitia. Anaba, uua uel humilitas mea. Aſdod, diſſolutio uel effuſio ſiue incendium. Arnon, lumen eorum aut maledictio eorum. Aroër, ſuffuſio uigiliæ, ſiue exurgens uigilia, ſed melius myricæ. Ader grex. Amanon, mons Ciliciæ, qui & thuris: inde Amana, inquietus, turbulentus uel deus uigiliarum. Adram, congregatio eorum. Afec, continuit ſiue continentia. Adraim, inudatio peſſimorum. Accaron, eruditio triſtitiæ uel ſterilitas. Amas, indignatio uel furor. Azotus id eſt aſdodij, gens patrui mei uel incendia. Aſcalon, appenſa uel ignis infamis. Aſaar, mane diluculum. Achrabbim, ſcorpiones. Adar, magnificus ſiue pallium.

Aſomo-

Asamona, os eius ab osse non ab ore. Achor, turbatio uel tumulus. Adomim, rubræ. Anacam, humilis, exurgens. Ahimam, frater eius. Acsa, claudicans uel factura, id est, ποίησις. Atoniel, tempus eius dei, uel responsio dei. Adada usq; ad testimonium. Asergadda, atrium accinctionis eius. Asmona, celeriter numera. Aium, acerui lapidum, id est, λιθολόγιον. Ain, fons uel oculus. Ain, chaos. Aingannim, fons aut oculus hortorum. Adollamim, congregatio eorum. Adasa, noua. Aathar, deprecatio. Achazib, mendacium siue stultitia. Ani, pauper. Arab, insidiæ. Ammeta, luctus. Accen, nidus. Alala, laxitas. Araba, multa uel insidiæ occidens siue aspera. Ataroth, corona. Asreel, beatus deus. Agla, festiuitas eius. Aser, beatus: si per aleph & sin literam scribatur: sin autem per heth & sade, atrium interpretatur. Amathim, indignatio, id est, bilis eorum. Anem, circuli uel coronæ siue præcinens. Aērim, aceruus lapidum, id est, λιθολόγιον. Aphara, uitulus uel taurus. Asara, humus eius: alijs quippe literis scribitur. Ammona, populus eius. Asani, uolās ego. Aalee, mille. Asarsualim, atrium uulpium. Asom, os: ab osse non ab ore. Asan, fumus. Asarim, fodiens mare. Ames, robustus. Amad, populus adhuc. Acharan, turbans eos. Ammon, populus mœroris. Amma, populus eius. Annaceb, cognomētum. Aseph, atrium siue uestibulum. Adame, cruores siue sanguines: numero plurali. Aialon, campi uel aulones. Anathoth, obediens uel respondens signum. Abdo, seruus eius. Ammador, populus generationis. Alax, laxitudo, quam Græci χαυνότην uocant siue lenitas, per extensam primam syllabam. Astarten, facturam superfluam, id est, ποίησιν περιττήν. Astaroth, factura, id est, ποίησις exploratorum.

BEthauen, domus inutilis. Babylon, cōfusio. Betharan, domus iræ uel domus montium. Balagad, habuit accinctum uel uir accinctus aut uir pirata uel fortunatus. Bethasimoth, domus deserta uel domus adducēs mortem. Bamoth, excelsa. Baal habens. Baalmeon, habens domicilium. Bethfeor, domus oris pellium. Begumim, fabri cementarij. Betharam, domus sublimium, siue montium. Bethanamra, domus pardorum siue amaritudinum. Bethaglam, domus festiuitatis eorum. Betharaba, domus humilis uel uesperæ. Boon, pollex uel in medio. Baala, habens eam uel supra. Bala, habens eam uel uir eius siue uenit hæc. Baaloth, in ascensu uel ascensus, numero plurali. Bethaseleth, domus salutis. Bazeota, despectio siue contemptus. Baal, uetustas. Basecoth adeps uel desecatio. Bethdagon, domus tritici. Bethasue, domus mali: non à malitia sed ab arbore intelligendum. Bethsur, domus robusti. Bethanoth, domus præcidentium. Betharaba, domus multa uel grandis. Benennam, in eis uel in medio eorum. Bethagla, domus festiuitatis eius. Beroth, putei. Betula, uirgo. Bethmarcaboth, domus quadrigarum. Bethlabaot, domus uenientium. Balathad, habitus: ab habendo, non habitu, id est, cultu uestis. Beram, puteus altitudinis. Bethsese, domus oris florētis. Bethsamis, domus solis. Bethen, uenter. Bethemec, domus uallis. Benaël, ædificatio dei. Bethanab domus humilitatis uel domus respondens. Belathala, habita: genere fœminino, ab habendo: participium est, non uerbum imperatiuum. Benebarach, filius fulguris. Balac, elidens.

CAriathiarim, ciuitas uel uilla syluarum. Cadesbarne, commutata, electæ, siue sanat electe. Cades, sanctitudo uel sancta siue mutata. Cariatham, ciuitas eorum uel uocatio perfecta. Cain, lamentatio. Ceila, ad fundam iacta siue suscitans eam aut tollens sibimet. Carmelus, mollis siue cognitio circuncisionis. Cariathbaal, ciuitatem habuit siue ciuitas habita. Cane, calamus. Notandum, quod latinum canna, de lingua Hebræa sumptum est. Cnsim, summitas uel principium. Cathat morsus uel congregati. Caseon, duri fortitudine. Casabam, congregatio eorum. Cartham, uocationem perfecit. Cedemoth, prius uel oriētalis. Hucusq; per c simplicem literam legerimus, exin aspiratione addita legendum est. Chidon, scutū uel clypeus. Chisara, catulus eius uel manus dissipata siue expiatio. Quod aūt diximus, catulus eius, leonem significat, quē Greci uocant σκύμνον. Chermel, molle uel tenerum siue cognitio circuncisionis. Melius autē si interpretetur, agnus tener. Chellon, reuelatio eorum. Chisil, robustus. Chabon, quasi intelligens. Chereloth, uidisti signum. Chisiloth, stulti signum. Chabul, quasi germen.

DAbir, loquens uel loquela, aut rursum timens. Dar, generatio. Dibon, abundanter uel satis intelligens. Dabira, loquens uel eloquētia, uel ursum timens. Dimona, satis numerans uel sublimitas. Dilam, egens pauper. Daleam, egestas eorū. Duma, silentiū siue gaudiū. Dana, causa uel iudicium eius. Dabath, clunis. Dabrath, loquela. Dedata, generatio eius, Domna, silentium.

Ellom

ELom, uitulus mœroris, uel festiuitas eorum. Esdod, effusio uel incendiũ siue ignis patruelis. Euxus, lapides colligens, quod Græce dicitur λιθόλογος. Eui, dely derans siue est. Efrom, irascens uel sagitta uisionis. Eneã, ecce ista uel ecce sunt. Emmam, mater eorum. Eltholeth, ad natiuitatem. Ermon, anathema siue damnatio. Eschaol, ignis parturitionis. Esna, δευτέρωσις, quam nos à secundo numero dicere possumus secundantem, uel ignis, uel editertio. Eschamina, concitatio. Eglon, uacca eorum. Esaan, innitor siue cõfirmo. Elthechem, protulit. Emec, uallis. Eglon, festiuitas ista, uel uitulus mœroris, uel iuuencæ. Elec, portio. Emecasis, uallis concisionis. Erma, anathema eius. Ennathon, gratiam dantes. Enarad, ecce concepit. Elcath, portiunculam. Elammelech, ad regem. Estamoč, mulier uentris. Elthaci, nequaquam uomentem. Hucusque per e, breuem literam legerimus, exin per extensum legamus elementum. Elo, exercitus eius, pro ὑπωρία enim semper in Hebręo, aut turmæ militum describuntur aut opes. Engaddi fons hœdi. Endor, fons generationis. Engannim, fons hortorum. Ennadda, fons exacutus. Edroi, inundatio pascens me. Eram, uita sublimis. Fesga, dolata, siue præcisa, aut oris multi. Falecti, saluans me.

GAzer, præcisio siue diuisio uel constrictio. Gosnam, iuxta eam uel applicatam. Gaza, fortis, ab ain litera incipiens, non à consonante gimel. Geth, torcular. Gessor, applicans lumen, uel applicans dirigentem. Galiloth, reuelationis uel transmigrationis. Gazeo, robusto. Getheo, torculari. Gadera, sepes eius. Gaderoth, maceria uel sepes. Galioth, colles. Gabaon, collis mœroris. Gatthaafer, torcular eius humi uel fossum. Gabathon, sublimitas eorum uel collis mœroris. Gethremmõ, torcular excelsum uel torcular sublimiũ. Golam, transmigratio eorum. Galim, loca palustria uel aceruí. Galgalis, uolutabrum. Gabaath, collis patruelis.

IErimoth, timens mortem uel altitudo mortis. Iasie, est os: ab ore non ab osse. Iabin, intelligens uel intelligentia uel sensus uel prudentia. Iecmam, possedit populũ. Iazer auxilium. Iarim, saltuum uel syluarum. Iebneel, ædificatio dei. Iagur, colonus uel aduena. Ietan, mercedes. Ietraël, honestas dei. Iepte, aperiens uel apertus. Ianum, dormitans. Iecta, extenderunt. Iezraël, semen dei. Ierdom, incubuit populus. Ianua, requies. Ieblaam, desipiscens populus. Ierphal, dimisit deus. Iecnaam, possessio populi. Iafie, adapertio uel ostensio, siue superficies. Iepheel, aperiet deus. Iedala, manus maledictio. Iaiel, requies dei. Ieraon, timebunt. Ierachon, aurugo, quam Græci ἴκτερος uocant. Iessonne, nudus uel conuersio. Ieta, inclinatio. Iezel, fortitudo uel adiutorium.

LAchis, interest uel sibimet uiri. Lobna, candor uel lateres. Labo, ingressus siue uenientes. Laamas, ad iniquitatem. Luza, amygdalon: licent quidam interpretentur κλοιόν, torquem uidelicet damnatorum, quam uulgo bloiam uocant. Potest autem interpretari & hic ipse. Labec, acceptabilis. Lacum, ad consurgendum. Lesem, ad nomen. Lesemdam, nominis iudicium.

MEceda, exustio siue orientalis uel inantecessum, id est, prius. Madon, contradictio siue habitatio. Masepha, specula siue de specula. Masphat, speculatio uel contemplatio uel intentio uel locus iudicij. Marom, sublimis siue de excelso. Masarphoth, incendia siue de tribulatione rostrorum. Maachati, uenter cæsus siue fracta est mihi. Marom, aliter amara tristitia. Mageddo, pomorum eius siue cœnacula eius. Medab, aquarum fames. Mephaat, aquarum impetus siue ab eis tempora. Manaim, castra. Mesphat, iudicium. Maabeel, congregatio dei. Modaba, natiuitas. Medabena de oneribus. Medalgad, turris piratæ uel turris accincti. Maresa, à capite. Maon, habitaculum. Maaroth, speluncæ. Meddin, iudicium. Maala, chorus. Melch, regina. Messa, rixa uel azyma. Marala, amara conscensio. Maalaph, de mille siue de doctrina. Magdaliel, turris mea deus. Masadda, requirentẽ siue retinentem. Misor, directa siue campestris uel de tribulatione.

NApheddor, conuersio generationis. Nephtoẽ, dissoluti, siue deceptio. Nasib, titulus uel statio. Naabsan, uel nasab, exiccata. Naal, ascensio. Noa, mouens siue commotio. Naalal, laudent.

Oziph,

Ziph,germinatio. Orchiataroth,lõgitudo coronæ. Oli,infirmitas. Ozanoth, quasi signum uel forte signum. Huc usq; per o,breuem literam legerimus,nũc per extensam legendum est. Oam,uæ populo siue insaniens. Oram,uæ excelso uel iracundia, Osa,spes. Othoniel,responsio dei uel reuelatio dei uel tempus mei dei uel signum dei. Ocer,diligens siue perscrutans. Oga, inclytus uel gloriosus. Ono,dolor eius. Q literam,quam neque Græci resonant,nec Hebræi, & exceptis Latinis nulla alia lingua habet,à nobis hic penitus prætermissa est.

Raal, latitudo uel fames siue impetus, Recem, uarietas siue uacuefactio. Rebe,quartus uel ordinatus. Romoth, uisio mortis, Ragal,res uel deorsum ferens. Raphaim,gigantes,uel resolutæ matris. Remnon,sublimitas. Rama, excelsa, Rabboth,multi, Ramath,excelsa hæc. Roob,late. Raahat,maxillæ,siue buccæ.

Sarathan,tribulatio eorum. Semro,custos eius uel nomen uidit. Salacha,tulit si bimet uel tentatio itineris. Saron,princeps iustitiæ. Semron maron, custos amaris mœroris. Sabama, leua excelsam siue conuersio quædam. Sart, uinculum siue angustia eius. Sin,egrediens. Sechrona,ebrij uel tabernacula. Sisai,longæuus. Seme,auditio. Sualim,uulpes. Sicileg,defecatio uocis adducte siue effundit sextarium. Senesanna, tollens rubrum uel tentationes. Saloim,emersiones uel emissiones. Saraa, carbones siue angustia malorum. Socha,tabernaculum uel umbraculum. Saarim,portæ. Sanam, abundans siue egressus eorum. Samer custodita. Sior,paruulum siue turbulentum. Sabacha reticulum. Selom,auulsio uel dimissio siue ubi est ipse. Semdahe, nominis scientia. Samari,lana mea. Selam,latus:à latere,non à latitudine. Sabe,septẽ uel septies. Sarith reliquiæ. Sonim,coccinum. Seon,semini eius. Saasim, incubuit egrediens. Sala,tollens. Sames,sol. Salabim,aggrauans intellectum.

Tala,ros eorum siue irrorata. Tyrus,quæ Hebraice dicitur Zor,& interpretatur tribulatio,siue angustia,uel fortitudo. Hucusq; per t,simplicem literam legerimus,ex in aspiratione addita legendum est. Taphue,malum: ab arbore,uon à malicia intelligendum,siue tympanũ apertum. Thaanac,respondens,siue humilitas. Thersa, complacatio, quæ significantius Græce dicitur εὐδοκία. Thalme, sulcus,uel dependens. Thamna numerus uel fidelis siue numerata aut cõsummatio eorũ. Thennat,ficus. Therela,uidisti Teberinthum. Thabor,ueniens lumen. Thalla,ager eius uel appensio. Thaphnathsare,numerus operimenti noui. Vr, ærarium,siue ad iracundiam prouocans. Zebbi,dotis meæ. Zabdi,fluxus uehemẽs siue abundans. Ziph, germinans. Zanoë,repulit uel iste requieuit.

De libro Iudicum.

ADonibezech,dominus fulminis siue dominus contemptus uani. Achiman,frater meus quis? Axa,claudicans uel irascens. Athaniel,tempus meum dei. Arrad, consurrectio descensionis aut testimonium descendens. Accho,usq; hue aut hamus,uel humilitas eius. Alablac,uel lactea. Achrabbim, scorpiones. Astaroth,ouilia uel factura id est ποίησις exploratorum. Anatha,responsio. Arasth,artifex. Abinoëm,patris mei decor. Abel, luctus uel committens. Abelmeola, luctus parturientis. Ares,sol. Abiezer, patris mei adiutorium. Abed,seruus. Armor, anathema mœroris,uel imago tristiciæ. Auoth,commoratio,uel sedes aut uinculum siue incunabula,quod Græce dicitur ἔπαυλις. Abgam,pater sordis. Abdon,seruus mœroris. Allel,laus. Aoth,laus, Aminadab,populus meus spontaneus.

BEzech,fulgur uel contemptus uanus,siue micans. Baalmesur,habens uel uir ex principe. Barach,fulgurãs. Bachal,iugum. Bara,creatura siue lectus. Baracnim,creatura nidorum siue tribuli. Baalbarith,habens pactum. Bera,puteus. Berith,pactũ. Baalthamar,habens palmã. Booz,in fortitudine siue in quo uirtus.

CEnetz, possessio contemptibilis,uel spretio. Cethrom, tenebræ eorum uel thymiama. Cison,impegerunt, siue duritia eorum uel lætitia. Carcar, inuestigatio. Camon,resurrectio inutilis. Quatuor nomina quæ sequuntur ex c litera aspiratione addita sunt legenda. Chetim, insanies uel formidans siue signata. Chusam,Aethiopia eorum. Chamos,quasi attrectans,uel cõgregans. Chelon,consummatio siue omnis dolor,uel ab initio. Debbora,apis uel loquax. Dalila,paupercula uel situla.

ſitula. Dagon,piſcis triſtitiæ. Enach,humilis conſurgens uel humilitas inanis. Elohe, deus. Eglon,roratus uel orbita,uel iuuencæ,uel feſtiuitas illa,uel uitulus mœroris. Ezri, auxilium meum. Ephod,ſuper indumentum,quod Græce dicitur ἐπένδυμα ſiue ἐπωμίδα. Ephrata, frugifera ſiue de cinere ueniens, aut puluerulenta. Et ſuper hoc quid nobis uideatur, in libris Hebraicarum quæſtionum plenius diximus. Ephrathites,humus aut puluis eorum,ſiue frugifer. Duo nomina quæ ſequuntur,per extenſum legamus elementum. Eud,accipiens gloriam. Eatam,auis eorum. Fura,laguncula uel frugifer. Fanuel,facies dei. Fua,operarius uel ſonitus aut euidens. Farez,diuidens uel uiolentus ſiue diuiſio. Cazar,commotio. Gera,ruminatio. Gedeon,circumiens in utero,uel inutile ſiue tentatio iniquitatis. Gabatha,collis ſiue ſublimis. Garizim, accola ſiue aduena eius. Gaala, abijciens ſiue reuelatio.. Gaza,fortitudo eius. Gadam,tentatio uel accinctio populi. Iezbaam,defluens,uel deſipiſcens populus, Iabin,intelligens uel ſapiens, uel ſenſus uel prudentia. Iaēl cerua uel coniugium ceruale ſiue incipiens. Ioas, ſperans ſiue temporalis,uel domini robur. Ierobaal,iudicet Baal,uel iudicet habens,aut ſuperior ſiue iurgiū habens. Iecbaze,torcular lupi. Iecha,torcular, Iephone,conuerſio. Ioatham,eſt perfectus. Iair, eſt illuminans. Ionathan, columbæ donum,uel columbæ dedit,aut domini donum. Iabes,exiccata uel ſiccitas.

Canticum Debboræ.

LAphidoth,lampas ſiue quaſi os cultri:ab ore, non ab oſſe. Lais,leo uel ſibimet uir. Meroz,aquæ ſacramentorum. Maaz,robuſtus,fortis. Mere, manifeſtus uel illuminans aut apertus. Mello,plenus. Manne,requies. Micha,quis hic, aduerbium loci,uel quis iſte. Nahellel,laus,hymnus. Nabe,latratus. Tria nomina quæ ex o ſubijcimus,per extenſam legenda ſunt literā. Obed, ſeruiens. Othoniel,reſponſio dei uel reuelatio dei. Obab,dilectio. Othoniel,tempus mei dei uel ſignū dei. Oreb,coruus aut ſiccitas. Racab,aſcenſio ſiue cōſcendens. Raſathaim,impietas eorū. Saſai,longæuus uel ſenarius. Sepheth,ſpecula. Salabbim,ſalus cordiū. Syria,ſublimitas. Sairath,capra. Semegar,nomē aduena ſiue ibi colonus. Siſara,gaudij excluſio ſiue tollens recedentem uel equi uiſio. Sectha,ſpinæ. Saratha,uinciens uenit ſiue tribulatio. Suroēb,ſaxum corui. Salmana,umbra prohibendi uel umbra commotionis. Samir,uepres uel incultum. Seon,tentatio calens uel germen quod non eſt. Semanath,nomen humile. Samſon,ſol eorum uel ſolis fortitudo. Sorec,electa,optima. Salma, ſentiens uel perfecta ſiue pacifica. Tabath,bona. Excepto hoc nomine,cætera quæ ſequuntur huius literæ per aſpirationem legenda ſunt. Thalmi,ſuſpenſio uel ſulcus. Thamathares,enumeratio ſolis. Thanach, humilitas uel reſpondebit tibi. Thebes,conuerſio ſiue fieri oua. Zeb,lupus. Zebul,habitaculum. Zabulonites,habitaculum eius.

In Ruth.

BOoz,in fortitudine. Elimelech,deus meus rex. Ieſſe,inſulæ libamen. Maallon,de feneſtra ſiue à principio,uel conſummatio. Noēmi,pulchra. Orpha,ceruix eius. Ruth,uidens uel feſtinans ſiue deficiens.

De primo libro Regum.

ANna,gratia eius. Aphec,furor nouus aut continenter. Aminadab,pater meus ſpontaneus uel urbanus. Abia,pater dominus uel pater fuit. Abiel,pater meus deus. Ammoni,comprimens,uel coanguſtans me. Aſor, ſagitta luminis. Ahias,frater alius uel frater eius. Achitob,frater meus bonus. Achinaam,fratris decor. Abenner,pater meus lucerna uel pater lucernæ. Agag, δῶμα,id eſt tectum. Armathaim, altitudo eorū. Azecha,fortitudo ſiue decipula. Adreel,greges domini. Azel,abiens,pergēs. Achis,ueruntamē uir ſiue frater meus aut frater uir. Achimelech,frater meus rex. Auilach,dolens ſiue parturiens. Arch,mora. Abiathar,pater ſuperfluus. Achela,ſuſcipiens eam. Abigal,pater exultationis ſiue pater erroris. Abiſai,patris mei incenſum uel ſacrificium. Aendor,oculus aut fons generationis. Abigail,patris mei exultatio. Aſan,fumans. Aathach,tempore ſuo. Baalim, babentes ſiue aſcendentes uel ſuperiores. Bethchar,domus agnitionis uel domus agni. Bochorach,primogenitus tuus. Bezech,egeſtas. Badan,ſolus uel in iudicio. Beſes,in ipſo floruit uel abſciſio. Bama,in quo. Barita. Pythoniſſa quam Græci ἐγγαστρίμυθον uocant. Boſorti,annunciatio uel caro. Berſabee,puteus ſacietatis uel puteus ſeptimus. Cariathiarim,ciuitas ſyluarum. Cus,

durus uel uomitus uiri ſiue uomens uir. Quæ ſequuntur aſpiratione addita ſunt legenda, Cherubim,multitudo ſcientiæ. Chetti,inſanientes uel metuentes. Chereti,interficientes qui ſignificātius Græce dicūtur ἐξολοθρεύοντες. Chateb,quaſi cor aut omne cor ſiue canis. Dauid, fortis manu ſiue deſyderabilis. Damaim,ſanguinum. Doëch,motus ſiue ſollicitus,quod Græce dicitur ἀγώνιος. Eleazar, adiutorium ſiue dei adiutorium. Eſcabod,cecidit gloria uel uæ gloriæ. Et de hoc quid nobis uideatur in libris Hebraicarū quæſtionum plenius diſputatum eſt. Euilatb,à principio. Ebræi,tranſitores. Etthi,mecum. Eſchamoë,cogitans. Tria nomina quæ ſequuntur per extenſam literam proferenda ſunt. Elchana,dei poſſeſſio. Eliu,deus meus iſte. Eliab,deus meus pater. Finees,os requieuit ſiue os mutum uel ſilens. Fenenna, conuerſio. Falti,ſaluatori meo. Gabaa, collis. Galgala,uolutatio ſiue reuelatio. Goliath, reuelatus ſiue tranſmigrans. Gallim,tranſmigrantes ſiue reuelati. Geſuri,iuxta lumen meū uel applicantes è lumine meo. Garizim,abſciſiones. Gelboë,uolutio ſiue decurſus uel aceruus pluens. Iedori,applicans ſiue accedens. Ieroboam,mißericors. Ioſue,ſaluator. Iechonia,præparatio dei. Ioël,incipiens uel fuit dei. Iabes exiccata. Ierobaal,iudicium, Baal ſiue iurgium ſuperioris aut habentis. Ieſaui,id eſt,deſyderaui. Ieſſai,inſulæ ſacrificium ſiue incenſum. Ioab,inimicus uel eſt pater. Ierameëli,miſericordia dei mei. Matar,pluuia uel compluto me. Machemus,humilitas ſiue attrectata. Mageddon,tentans. Melchiſue,rex meus ſalus ſiue rex meus tyrannus. Merob,de multitudine. Michol,aqua omnis uel ex omnibus. Meolati, à parturiente me ſiue à dolente me. Maon,habitaculum. Maoch,euiratus quē Græci βλασιαν uocant. Ner,lucerna. Nuath,pulchritudo. Nobe,latratus. Nabal,inſipiens quod ſi legere uolueris nebel, menſuræ nomen eſt ſiue pſalterij. Ophni,diſcalciatus ſiue inſania conuerſionis. Odollam,teſtimonium eorum. Ramathaim, excelſa eorum. Rachal,negociatio. Rachel uero interpretatur ouis uidens deum. Sophim,ſpecula uel ſcopulus. Saupha,ſpeculator aut ſupereffundens. Sabaoth,exercituum ſiue uirtutum. Samuël,nomen eius deus. Semſi,ſol meus. Saror,coanguſtans ſiue indutus. Saul,petitio uel habitans uel abutens uel abuſiuum eorum. Saliſa, tertia uel uitula trienalis uel ui conſternans. Salim,uulpes: ſed melius ſi legatur ſualim. Suph,ſpecula uel effundens. Sena, tollens uel anguſtia ſiue dens. Soba,mandatum in ea. Sur,rectus uel fortis uel inuincibilis. Sama, ubi uel audiens. Sochor, ramus uel humilitas. Sethui,fatuus. Saruia, uinctus ſiue anguſtia. Sonaim, coccinea uel ſubſiſtens eis. Sephamoth, labium mortis. Thou,amens uel errans. Ziphei,germinantes ſiue florentes.

De ſecundo libro Regum.



Suri,atrium meum. Abiſa, patris incendium ſiue ſacrificium uel holocauſtum: quod ſignificantius Græce κάρπωμα dicitur. Aſaë,factura,id eſt, ποίημα. Amman,cubitus menſura non brachium. Amon,matris fletus. Abeſſalon,pater pacis. Adonia,dominator dominus. Aggia,feſtus ſiue ſolennis. Abithal,pater meus ros. Agla iuuencula uel uitula. Aia,uultur. Adrezer,decorum auxiliū. Achohereth,diſperdens ſiue diſſipans. Amiel,populus meus dei. Anon,dolens. Abiſai,pater ſacrificij. Ammiod,populus meus glorioſus. Ahitophel, frater meus cadens ſiue irruens uel frater meus cogitans ſiue tractans. Arachi, longitudo mea. Ameſa,populum tulit. Aphelethi,mirabilis. Adoniram,dominus excelſus. Adoram,generatio excelſa. Ahiloth,frater inclytus. Armoni,illuminans me uel anathema ſiue cellarium meum aut domus mea. Adino,tenellus uel delicatus. Abeſani, uoluntatis ſiue conſilio egeo. Aboi,ſpinarū. Aga,meditans ſiue loquens. Ararites,montanus. Adollam,congregatio eorum. Ariel,leo dei. Aſaël,factura dei,id eſt,ποίημα. Aradius, obſtupeſcens uel admirans. Aras,elatus. Alab,lac. Abiezri,dei mei auxiliū. Anathothides,reſpondens ſignū. Adai,robuſtus ſiue ſufficiens. Abialbō,pater meus ſuperintelligēs. Azmath,fortis morte. Ahiē,fratris matris. Aſerai,atriū meū. Arunas,illuminati.

B

Aurim,electi. Berothi,putei. Baana,uenit reſpondens. Bega,excelſa. Banaia,cementarius,id eſt,ædificator domini. Bethroob,domus platearum. Bethſabee,filia ſaturitatis: ita tamē ut prima correpta ſit ſyllaba: alioquin ubi producitur, ſeptem domus interpretat̄. Balaſor,habens ſagittam luminis uel aſcenſio atrij. Bethchar,domus agni. Baurim,electi,ut ſupra uel iuuenes. Berzellai,ferrum meum. Bochori,primogenitus meus. Bethmacha,domus humilis uel fori uel tributi. Baana,uenit reſpōdens.

dens. Bareumi,fugit eum quiſpiam. Betboro,domus iræ. Caſir,meſſis. Cabſeel,congregatio dei. Tria nomina quę ſequuntur,aſpiratione addita legenda ſunt. Calamach,omnem fortitudinem. Chuſi,Aethiopia. Chorethi,diſſipans ſiue diſperdens. Eliaba,nequaquã abſconditus: Excepto hoc nomine, cætera quæ ex e litera ſequuntur per extenſam primã ſyllabã legenda ſunt. Eliſue,dei mei ſalus. Eliſame,deus meus audiens. Elidahe,deus meus ſcit. Eliphaleth,deus meus ſaluans. Elianan,domino donante. Feletthe,mirabilis ſiue excludens. Faraothoni,auolantis triſtitiæ meæ. Farai,hi ante me. Gio,lucta ſiue luctari. Gelo,migra uel tranſmigranti. Gera ruminãs. Gom,fouea. Gob,lacus. Gaas,cõmotus. Gelonites,tranſmigrãtes. Garab,ſcabioſus. Hiram,uiuens excelſe. Hiſtob,uir bonus. Hiras,uigilans. Hisboſer,uir cõfuſionis. Idcirco cum aſpiratione hæc nomina poſuimus,quia & apud Græcos & apud Hebręos per diphthongũ ſcribuntur. Iezraël,ſeminauit deus. Iethraã, ſuperfluus populus. Iebgar,elegit. Iaphie,illuminat uel oſtendit. Ioram,qui eſt ſublimis uel manus ſublimis uel manus ſublimiũ. Ieroboſeth,iudicans confuſionem,id eſt,ignominiã. Ididia,amabilis domino. Ionadab,domini ſpõtaneus. Ioadahe,ipſe cognoſcens. Ioſaphat,ipſe iudicat. Iodahe,ſciens ſiue cognoſcens. Iesbi,eſt in me. Iaare,ſaltus. Ioiadahe,domini cognitio ſiue ipſo cognoſcente. Iaſan uetus. Iagaal,propinquus. Iaazaher,auxiliabitur. Ietan,reſpondens. Lodabar,ipſi uerbum. Laſabi,ſperauit in me. Manaim,conſolatio ſiue requies. Maacha,molitus ſiue confractus. Miphiboſeth,de ore ignominia. Maana,requies. Maaria,domus mea uel amara ſiue ex uiſione. Machati,,ſubactus,id eſt mollitus meus. Nephee, applicans ori uel lyncurius nomen eſt lapidis. Naas,ſerpens. Nethophati,incluſus. Neele,ſcala uel torrens. Naalia,torrẽtes. Orchathi,æſtimatio mea. Odſi,menſis meus. Tria nomina quæ ſequuntur per extenſam literam proferenda ſunt. Obedadam,ſeruiens homo. Ohiada,ipſe cognoſcit. Oren,ira. Reſpha,λιθόστρωτον,ſiue curſus. Rachab,quadriga. Roboam,latitudo populi. Ragal,triſtes uel deorſum. Ragalim,pedes. Rapha,ſanitas. Ribal,iudicantes. Saphati,iudicans me. Sion,ſpecula uel ſpeculator ſiue ſcopulus. Samoẽ,auditio. Sobab,conuertens. Soba,ſecta à ſecando,non à ſectando. Suſacim,gaudiũ cilicij. Siba,egreſſus uenit. Saraia,princeps dñs. Sobach,conuertens te. Sunem,coccineũ ſiue eleuans. Sabe,ſaturitas. Sadoch,iuſtus. Sia,indigentes ſiue dormitantes. Sobochai, condenſum ſiue fructetum. Et ſuper hoc quid nobis uideatur in libris Hebraicarum quæſtionum plenius diximus. Samai, ubi mihi ſiue audiens. Salmon,umbra uirtutis. Sarai,princeps mea. Salech,egrediens. Thebes,fuerũt in ea ſiue facta mea. Thalme,ſulci. Thecue,clangor uel tuba ſiue percuſſio. Thecuites,tuba canens ſiue buccinator. Theetim,inferiores uel ſubter. Hæc nomina quæ poſuimus per literam t aſpiratione addita ſunt legenda. Vria,lux mea dei. Vſi,feſtinans. Vrchi,longitudo mea. Vſathi,feſtinante me.

De tertio libro Regum:



Biſai,pater meus ſuperfluus ſiue patris mei rugitus. Accherethi, interficiens ſiue diſſipãs uel demoliens. Amaſa,populum tollens ſiue leuans. Azor,atrium. Azaria,auxiliũ domini. Ahia,frater eius uel ubi hæc? Ahiſar,frater meus princeps. Adoniram,dominus meus excelſus. Aelam,ante fores ſiue ueſtibulũ. Adadezer,decorum auxiliũ. Adoram,generatio excelſa ſiue decor excelſi. Ano,dolor eorũ. Aſa,tollens ſiue ſuſtollens. Auan,ſubuertit eos ſiue mouẽs eos uel fons. Auachim,nõ eſt innocens. Anani,gratificatus mihi ſiue donatus mihi. Ahab,frater patris. Azuba,relicta uel deſerta. Bethſabee,filia iuramenti per breuẽ primã ſyllabã legendũ eſt. Benur,filius aërius ſiue filius ignis. Bethſames,domus ſolis. Bethanan, domus gratiæ aut doni. Baſamath,delinquẽs. Baaloth,aſcendentes. Bul,germinis. Booz,in fortitudine. Baraſa,in egeſtate ſiue ueniens ad faciendum uel hauriens. Cane, pœnitentia ſiue clangor tubæ. Carmelus,tenellus aut mollis ſiue ſciẽtia circũciſionis. Hucuſq; per c ſimplicẽ literã legerimus: exin aſpiratione addita legendũ eſt. Chalacad,paſcẽs ſiue nutriens. Chamos, congregatio ſiue quaſi attrectanti uel palpanti. Charith, diuiſio ſiue cognitio. Chanaan, erubeſcens ſiue negociator. Dachar, compungentes. Dardahe,generatio cognitionis. Dabir,oraculum. Diu,pulchritudo. Damaſcus,ſanguinem bibens uel propinans. Eſda,miſericordia. Ezraël,ſemen dei. Emori, amaricantis uel loquentis. Eſrai,indigena uel orientalis. Ezazon,uiſio. Hucuſq; per e breuem literam,exin per extenſam legamus. Eli,deus meus ſiue ſcandens ſiue ſcindens. Elioreb,dei hyems. Eri,uigil meus. Elon,

aulon,de quo plenius in uolumine locorum diximus. Ethan,robuſtus ſiue aſcenſus. Eman,accipiens uel formido eorum. Ethanim,robuſtorum. Eſiongaber, uoluntas ſiue conſilium triſtitiæ conſortatæ,uel iuuenilis. Ela,maledicta uel ipſi. Eſaion, uoluntas ſiue conſilium mœroris. Elias,deus dominus. Eliſaé,dei mei ſalus. Felethi, admirabiliter. Fadaia,redemptio domini. Gaber,aut uir aut iuuenis uel fortis ſiue uiriliter. Goneabath,furtum filiæ. Gonath,arrogantia tua uel hortus tuus. Gezi,præruptũ uidens uel uallis uiſio. Gir,diuiſio uel præciſio. Gozan, tonſio eorum uel fortitudo eorum. Gabe,collis. Godolia,magnificus domini. Iezabel,cohabitatrix ſiue eſt fluxus uanus. Ieconiam,ulciſcitur populũ. Iair,illuminauit. Iacon,præparatio. Ieroboam,dijudicans ſuper nos. Ieſſai,inſulæ ſacrificium uel holocauſtum. Ioſia,cuius eſt ſacrificium domino uel ſalus domini,uel fortitudo domini. Ieu,ipſe uel eſt. Ioram,qui eſt excelſus. Ioſaphat,domini iudiciũ. Iemla,plenitudo uel circũciſio. Leben,ædificatio uel candida. Mageddo,cœnacula eius. Maacha,percutiens ſiue percuſſa. Maces,de fine. Maol,chorus uel de plenitudine. Malachra,deſpiciens ſiue diuiſio. Mechonoth, ſulcra quæ Græci baſes uocant, id eſt, ὑποθεινούσα. Melloth, plenitudo ſiue adimpleta.Machaia, quid hic:aduerbium loci ſiue quis dominabitur. Moſe,ſaluificator ſiue à ſaluatore. Naphaddor,diſperſa generatio. Netna imago. Neiſoth,ſtatio. Naboth,conſpicuus uel ſeſſio ſiue exclusio. Nadab.ſponte. Naama,decor domini mei. Neſib,ſtans. Namſi,tangens uel attrectans ſiue palpans. Omri, criſpans meus uel manipulus meus. Oza, robuſtus domini. Olda, deſtructio ſiue diuertibulum. Tria nomina quæ ſequuntur, per extenſam literam proferenda ſunt, Og,congregans. Ophir,infirmans. Obedia, ſeruiens domino. Rei,paſtor meus. Ramoth,uiſio mortis. Razon,myſticus uel ſacratus. Rabaam,impetus populi uel latitudo populi. Sunamitis, quicunq; morietur, ſiue mortificata. Siſa, tentatio ſiue farinaceus. Saalabim, aggrauans intellectum. Soca, ramus. Sarthan,tribulatio eorum ſiue demolitorum aut coanguſtantium. Sion,ſpecula uel mandatum ſiue inuium. Saba,captiua. Sathan,contrarius ſiue aduerſarius. Suba,incenſa ſiue conuertens. Sadala,latus eius:à latere non à latitudine. Sabua,lepra. Seſac,byſſus cilicij. Sichima,humerus. Semeia,audiens dominum. Somer cuſtos. Sali,miſſa. Sophar,diſſipare uel diuidere. Sigab,ſupertollere. Sareptha,incendium ſiue tribulatio panis. Sidonia,uenatio inutilis. Saphat, iudicans. Sedechia, iuſtus dominus. Taphath, paruulus uenit. Thabremmon,bonus ad uidendum,ſiue bona ſublimitas,uel bona uiſio eorum. Hucuſq; per t ſimplicem literam legerimus,exin aſpiratione addita legendum eſt. Thanath,reſpondet tibi. Thermad, exploratio redemptionis. Thafiſa, claudicatio ſiue remiſſio uitæ. Thedor,paxillus. Themor,zmirna. Tharſis,exploratio gaudij. Thaphnes,cooperte ſignum,quod ſignificantius Græce σημῖον dicitur. Therſa,placens. Thebni,palea mea. Thesbi, captiuans ſiue conuertens, Zoëlet, tractum ſiue protractum. Zabad,fluens torris quem uulgo titionem uocant. Zamri,iſte laceſſans uel amaricans: proprie enim nomen ab amaritudine figuratũ eſt. Zaba,iniquitas. Zabaoia,dotata dñi.

De libris Regum.


Hiel,uiuens deo uel uidens deum. Abiram,patri excelſo. Azaël,uiſus deo. Adad,patruus uel patruelis aut teſtis. Azaia, apprehendens deum uel fortitudo domini, ſiue fortitudo eius. Acana, lapides eius. Athalia, tempus domini,uel tempus eius,ſiue temporalis domini. Aramathai,dejciens eum. Arnon,lux eorum uel arca mœroris, Amaſia, robuſtus domini uel populus elatus. Aſtee,continebit uel apprehendet. Amia, robuſtus domini uel populus domini. Amathi ueritas mea. Azaria,adiutor dominus. Aſſith,libertus. Argob,maledicens excelſum. Ariel,leo dei. Azor ſagitta luminis. Aaz,continens aut apprehendẽs. Ala,infirmitas. Abur,liuor aut uulnus. Azama,delictum. Adramelech,ſtola regis uel decor regis. Anamelech,reſpondente regi. Abiſa,uoluntas mea in ea. Azaph,colligẽs. Arphatht,ſanans,aut ſanatus. Anei,nũquid cõmotus eſt. Amos,robuſtus. Ararat,armenia uel mons conuulſus. Aſaradon,uincens uel exacutus. Arus,inciſa uel aureus. Adaia, teſtimonium domini. Achicam.frater meus ſurgens. Aſaia,facienti domino. Achabor, mus. Ares,ſol. Amital,calefactus ros. Auil,ſtultus inſipiens.

BAalzebub,deuorans muſcam. Baalfaliſa,habens tertium. Badachar,uenit compungi. Bethagan, domus horti. Bethecacon, domus ſculpturæ. Baſan,confuſio ſiue pinguedo uel ſiccitas,Bedech inſtauratio.Banada,filius decorus.Baladan,uenit ſibimet iudicãs uel uanitas pro ſemetipſo. Baſecat,adipem.Bethim,domibus.

CAbalaam,præcipitauit. Cadeſim, cõmutati ſiue effœminati. Caree,caluus. Hucuſq; per c ſimplicem litera,exin aſpiratione addita proferendum eſt. Chabratha, electio : ſuper hoc in libris Hebraicarum quæſtionum plenius diſputatum eſt. Charith,conciſio. Charan,ira uel foramen. Chomarim,æditui.

EZer,ſeparatus,ſanctiſicatus. Elciau,pars domini. Ebſiba, uoluntas mea in eo. Eſeliau,prope dominum eſt. Enam,ecce hæc ſunt. Ennathan,ad dantem ſiue deo dante. Quatuor nomina quæ ſequuntur,per extenſam literã proferamus. Eloih, arietis ſignum uel arietatio. Elam dei populus uel pro foribus. Elia,dei domini. Eliachim,dei reſurrectio. Eſaia,ſalus domini.

FArſar,fodientes ſiue diſſipationes uel talpæ. Ful,ruina uel cadens. Facria,aperiente domino uel oris aſſumptio. Falazar, cadens princeps uel cadentem principem. Facurim,conſciſſio. Faſee,tranſcenſus ſiue traſgreſſus. Fadai,redemptio domini.

IEblaam,abſorbet. Ioſabe, ubi eſt ſaturitas uel domini ſaturitas. Ioiade,domini cognitio. Iozacar.domini memoria uel qui eſt memor. Iozabad,domini dos uel qui eſt dotatus. Ioaz,ubi eſt retinere uel domini retentio. Ioadinà,domini delicata ſiue quæ eſt delicata uel tenella. Iactel, cœtus dei uel auxilium dei. Iona, columba uel ubi eſt donatus ſiue dolens. Iachalia, fortitudo domini. Ioatham,conſummatus ſiue perfectus. Iezechia, apprehendens dominum uel fortitudo domini. Ioaë, ubi eſt frater ſiue fractura fratris. Ioihaba, peccantes in ea. Ididia, amabilis domini uel amabilis eius. Ieremiahu, excelſus domini. Iezania,audiens uel auſcultans dominum. Ioiacim, domini reſurrectio uel ſuſcitatio ſiue qui eſt conſurgens.

MAſſa, onus ſiue aſſumptio. Mattham, donata uel donans. Manaẽm,conſolans. Manaa,conſolatio ſiue munus aut ſacrificiũ. Medon,aquæ eorum. Mocotha,plagæ eius. Mocoth,plagæ. Marodas, amara arrogantia ſiue contritio.Meſſalem,reddens uel reddita.Mazaroth,ζώδιον,quę duodecim ſigna Mathematici aſſerunt. Moloc rex. Meſti,uarietas. Mageddo,de tentatione. Mathania,donum dei. Mechonoth, fulturæ quas baſes uel hypothemata, id eſt,ſuppoſitiones poſſumus dicere. Maſſaphat,ſpeculatio ſiue contemplatio. Marodach,amaritudinẽ immittens,Mamzamaroth,tridentes uel fuſcinulæ.quas Gręci ἀναλύμπτρεας uocant.

NAboẽ,propheta uel prophetans.Naaman,decus ſiue commotio eorum. Nergal,lucerna acerui.Naazab prophetauit tunc ſiue ſeſſionis initium. Noẽſthã, æs eorum. Niniue, fœta ſiue germen pulchritudinis uel ſpecioſa. Neſrath,fugitiuus tener uel tentatio tenera. Nechotha, ſtyracem eius uel aromata. Necho,percuſſi.Nabuchodonoſor,prophetia lagunculę anguſtę ſiue prophetans iſtiuſmodi ſignũ ſiue ſeſſio in agnitione anguſtię Naoſta.æs eius.Nabuzardã,prophetauit palas, quæ uentilabra uulgo nuncupant ſiue prophetia alieni iudicij. Nathania, donante dño.

RAchab,aſcenſio ſiue excelſa. Ramalia,excelſus domini. Raaſon,curſus uel cõplacentia,quam ſignificantius Græci εὐδοκίαν uocant. Rabſaris,princeps eunuchus ſiue magiſter aut maior eunuchus. Rabſace,princeps deoſculans ſiue multus oſculo. Raſes,uolucres ſiue curſus oris.Rablai,multum hæc ſiue multa. Ruma,excelſa. Roblaih,multam iſtam ſiue multitudo.

SVnem, dentes uel coccineum ſiue uarietas. Samariam, cuſtoditam. Sabath,requies uel intermiſſio. Sir, lebes uel aula, quam uulgo ollam uocant. Saderoth, περίβολοι,mœnia uel porticus publicæ. Sabia caprea uel dama. Sela,ſemper. Semaih,audiens. Saulum,reddens. Salmanaſſar, perfectus uinculo uel ad uinciendum. Sapharuahim,libri uel literæ. Sochothanoih,tabernacula uel umbracula filiarum. Sennacherib,tollens uel leuans deſerta. Sobnas,ſedens uel reuertens. Saĕſdema, peſtilens aẽr,quem Græci ἐντμοφθορίαν uocant. Saraſar,princeps tribulationis. Safau,labium eius. Sademoth, arua uel regiones. Saraia, uinctus. Safania, abſcondit dominus uel domini protectio. Omnia nomina quæ per t literam ſubdita ſunt,aſpiratione addita ſunt profetenda.

THapſe,indignans ſiue ſeſſio offendiculi. Theglat, tranſmigrans actiua ſignificatione intelligendum,quod Græce dicitur ἀποικίζων, id eſt,alio a transferens. Thartach,ſubuerſio, quam melius Græci ἀναστροφὴν uocant. Thartan,turrutem dedituel ſuperfluus uel elongans. Thalaſar,appenſus princeps. Thaaſar,diuitiæ. Thecum,patienti. Therac,elongatus ſiue ut nomen proprium figuremus,Proculus. Thof,protectio oris ſiue gehenna. Theraphim, incendia: ſed melius imagines uel figuræ,quas Græci μορφώματα uocant. Thanameth,conſolator.

De Pſalterio.

ABeſſalon pater pacis. Aſaph,congregans. Aleph, mille ſiue doctrina. Aln, fons ſiue oculus. Beelphegor,habens hiauit ſiue habens os pellis uel pelliceum. Beth,domus. Babylon,confuſio. Cades, immutata uel ſancta. Coph, uocatio uel auis:ſed melius excuſſio,quā Græci ἔκφραμα uocant. Cedar,tenebræ uel mœror. Chuſi,Aethiopa. Caph,manus palma uel uola. Deleth,pauper uel tabula uel ianua. Ezraites,ſemen dei. Ermon,anathema eius uel anathema mœroris. Ephrata,frugifera ſiue equidem uidea. He,ipſa uel iſta ſiue ſuſcipiens. Heth,uita uel uiuacitas. Fe, os:ab ore non ab oſſe,ſiue laqueus ſiue decipula. Gebal,definiens ſiue diſterminana. Gimel,retributio uel plenitudo. Iemini,dextera mea. Idithun,tranſiliēs eos ſiue ſaliēs eoa. Iod,principium uel ſcientia aut dominator. Lamech,doctrina ſiue diſciplina. Mem,ex quo uel ex ipſis ſiue à qua. Nun,fœtus uel piſcis ſiue ſempiternum. Res caput. Selmon, umbra offendiculi uel ſentiens ſiue imago fortitudinis. Samech,firmamentū:quidam erectionem uel adiutorium ſiue fulturam putant. Sade,regio ſiue iuſtitia uel ueneratio. Sin, dentes. Thet,bonum. Quatuor reliqua quæ ſequuntur aſpiratione addita proferenda ſunt. Thabor, ueniens lumen uel ueniat lux. Thau,ſignum uel ſubter. Thalaſer,appendit principem. Thobel,offerre. Vau,& ipſe. Zebeth,uictima ſiue hoſtia. Zai,oliua uel fornicatio ſiue hæc. De alphabeto Hebræorū plenius in ea epiſtola,quam ſuper centeſimo decimo octauo pſalmo,ad ſanctam Paulam ſcripſi exiſtimo diſputatum.

De Eſaia Propheta.

AIt,condemnatio. Aelamite,deſpicientes ſiue comparati. Aſaph, congregans. Aiath,moa. Arran,ira uel iraſcens. Ane,nunquid commotus eſt. Aua,iniquitas. Adremelech,decorum regnum uel decorus rex. Alſerdan,uinculum cutis ſiue iudicij uel exacutus. Achor, turbatio uel tumultus ſiue peruerſio. Barachia, benedictus dominus uel benedicens dominus. Boſra, in tribulatione. Baladan, ueniens eam iudicare. Bel,uetuſtas ſiue abſq;. Citiorum, conciſorum ſiue plagæ conſummationis. Carthaginis,ſcrutationis. Ciro hæreditas. Duo nomina quæ ſequuntur per aſpirationem legenda ſunt. Chalanne,omnes. Chelcian,pars mea dominus eſt. Dimaon,ſufficit eis mœror. Deſech,calcatio uel unctio. Dodanim,patruelis:uertitur etiam in propinquos. Emmanuel,nobiſcum deus. Eleale,ad aſcenſum ſiue conſcenſum. Eglaim,uituli, uel iuuencæ. Ezao,uiſio. Tria nomina quę ſequunt̃ per extenſam proferenda ſunt literā. Elamite, λιθολόγων eorum ſiue comparati aut deſpicientes. Elim,ariea ſiue deficiens. Eſa, reſolutus uel effundens. Facee,aperiens. Fut,induite. Gebim,foſſæ. Gazon, nux eorum. Iaſub,reuertens. Iaas, dimidium uel fuit. Ioach, cuius eſt frater, ſed melius confitens ſiue glorificans. Ieruſalem,uiſio pacis. Laiſa,leo. Lūit, maxillæ ſiue genæ. Luth, utilis uel declinās ſiue utinam. Madian,iniquitas. Magro,gutturi uel de fauce. Magmas, uile tributum ſiue de tactu. Madehena, à ſaltu eius. Memphis,ab ore. Marodac,amara contritio ſiue procacitaa. Moſoc, capientes. Nabao, prophetia uel uenientes. Nerid, pardorum ſiue apoſtatarum. Niniue, fœta uel germen pulchritudinis aut ſpecioſa. Naſaram,germen molle uel tenerum. Nabo, ſeſſio uel ſuperueniens. Ozia, fortitudo domini. Orona in,foramen mœroris. Romelia,excelſus domini. Refel,λιθόστρωτον. Rabba,multa uel multitudo. Sorec,ultima uel electa. Sicera,ebrietas. Seraphim,ardentes uel incendentes. Sion,ſpecula. Siloa,miſſus. Sabaoth, exercituum ſiue uirtutum uel militiarum. Samariam,cuſtodia eorum. Sufir,irritum. Sabama,tollens altitudinem. Sargon,princeps horti. Sobnam,ſedens uel reuertens. Siſaim,egrediens. Saron,princeps mœroris, uel cantans triſtitiam. Seraphar, princeps tribulationis ſiue elatio. Sabaim, captiui. Saba,captiuitas. Tabeel,bonus deus. Tanis,mandans humilia. Zacharia, memor domini.

De Oſee.

De Osee.

BEeri,puteus meus uel in lumine. Baalim,in superioribus,superiores uel habentes aut uiri. Bethaben, domus inutilis uel domus idoli. Dabelaim,palatæ. Gomer, consummata atque perfecta. Iotan,domini cosummatio siue perfectio. Iezraël semen dei. Iarib,diiudicans uel ulciscens. Ierebeel,iudicium dei uel diiudicans superior. Mahamad, desyderabile. Osee, saluans uel saluatus aut saluator. On,inutilitas uel dolor aut labor siue iniquitas. Salmana, umbra commotionis uel consummatus siue perfectus. Seboim,statio siue stantes.

De Amos.

AMos, fortis siue robustus uel populus auulsus siue populum auellens. Accaron, gregis pascua siue in pascuis, quod dicitur ἐν ποιμνιοφορίοις. Amasia,populus domini uel fortis domini uel populum leuans. Gaza,fortitudo eius. Gog, δῶμα, id est, tectum. Melchon,rex noster. Raphan,factura uestra uel requies uestra. Theman,auster. Thecuc, tuba uel buccina siue percussio, quam Græci κρουσμόν uocant.

De Michæa.

AChaz, apprehendens uel tenens. Anachim, humilitas renuens. Michæa, quis hic, aduerbium loci, uel quis iste? Morasthi,hæres meus.

De Iohele & Abdia.

NEmrod, apostata. Fatuel, latitudo dei, uel aperiens deus. Ioël, incipiens, uel est deus uel dei. Abdia,seruus domini. Amathi, ueritas mea, uel fidelis meus.

De Iona & Nahum.

IOna,columba uel dolens. Ioppe,pulchritudo. Elcesei,aduocati. Niniue,speciosa. Nahum,consolator. Senam,abundantia. Sarsaad,incendium.

De Habacuc & Sophonia.

HAbacuc,amplexans. Amaria,dicente domino,uel uerbum domini. Godolia,magnificatus dominus uel magnificus. Sophonia,abscondens eum.

De Aggæo.

AGgæus,festus siue solennis. Iosedech,domini iustus,siue iustificans. Salatiel,petens domini,uel petitio domini. Sabath, sceptrũ uel uirga. Zorobabel,princeps, uel magister Babylonis,siue aliena translatio,uel in Babylone.

De Zacharia & Malachia.

ADdo,seruus,siue testis eius uel fortitudo eius. Asaël,factura dei. Ananeel,gratia dei. Cheseleu,spes eius. Ragom,hyems siue multum delictum. Rama,excelsa. Sedrac,decorus meus. Elia, deus dominus. Malachia, angelus domini uel meus. Thesbites captiuans.

De Hieremia.

ANabot,responsio,siue respondens, signum uel obedientia. Amon,fidens uel nutriens siue onus. Achobor,mus. Anania,gratia dissipata, siue gratia dei, Azor,adiutus. Amasia,factura dei. Ananeel,gratia dei. Anan,gratia. Ania, gratia domini,uel donans dominus. Abdiel,seruiens deo. Abdemelech,seruus regis. Asa,factura. Afree,furor alienus, siue uita dissipata atq; discissa. Azau, fortitudo eius. Aroër,suffossa sed melius myricæ. Alasa,triplex uel conternata. Abi,quæstio uel uallis siue uiuit. Arfath,siue sanans. Aschenez,ignis ita spersus. Amithal,calefactus ros. Auil,stultus,insipiens.

BVz,despectus siue contemptus. Baruch,benedictus. Baalis, habens uirum. Baasa,ueniente factura. Bosor tribulatio. Bel uetustas. Aethulia,dolens domus dei.

CAriathiarim,ciuitas saltuum siue syluarum. Colaia, uox facta. Cedron,tristis, mœror siue dolor. Cariatham,ciuitas uel oppidum eorum. Carioth,occursus igni. Hucusq; per c simplicem literam legerimus, exin aspiratione addita proferendum est. Checia,pars domini. Chabomim,manus uel aceruus spinarum,sed melius præparationis, licet plerique Hebræorũ libam uel crustulam significari putent. Chamaon,similis eis. Charmamos,agnus congregatus,siue agnitio,quasi sarmentum. Chamos,congregatus. Dedan,hoc iudiciũ siue tale iudiciũ. Dalaia,hauriens dominus,

uel pauperculus domini. Dibon, fatis intelligens. Deblathaim, palatæ eorum. Ennom, ecce hæc,siue sunt.Elnathã,ad dantẽ siue addentẽ uel donũ dei.Elasa,ad faciendũ.Ezriel, adiutus à deo.Esebon,cogitatio mœroris. Hucusq; per e breuem literam legerimus:exin per extensum legamus elementũ.Elam,oppositi siue abiecti uel compositi.Elisama,deus meus audiens.Efai,defectio mea. Elisame, deo meo audiente. Elon,exercitus fortitudinis. Fesor,os nigredinis. Fathures, deceptus, calcatus siue buccella confirmata. Farao Nechao,dissipans præparata. Gamaria, retribuẽs dominus siue consummans dominus. Garab,scabies,siue incolatus multus. Gamuel,retributio dei. Ieremia,excelsus domini. Iechonia,præparatio domini uel sic factus domino. Iezonia,auscultans dominũ. Iegdaliau,magnificus domini. Ioachal,robustus & fortis.Ieraia,timens dominũ.Ionathan,domini donum uel columbam dedit. Iuchal,potens. Ioanam,erat donans uel domini donũ. Iazer,auxiliatus. Mascia,factura domini. Morethi,hæres meus. Moloch,rex. Matthama,munus & donum. Melchia,rex meus. Masefa,speculatio siue cotemplatio. Magdalo,magnificẽtiæ siue turri.Mesaat,aquæ impetus. Maon,habitaculũ. Melcham,rex eorũ. Marodac,amara contritio siue impudentia. Medon,metiẽtes. Meleamitis, hæreditatis cu iusdam. Neria,lucerna domini. Nathania.donũ domini uel dedit dominus. Nergel,lucerna aceruí.Nabusabaru,calcatum tempus.Nechao,paratus iste. Holofernes uitulus saginatus. Omre uerbum.Excepto hoc nomine, quatuor quæ sequuntur per extensam uocalem legenda sunt. Ofaz,obrizum.Est autem genus auri,quod Græci κιρρὸν uocãt.Oiade, eius scienti siue ipse cognouit uel domini scientia. Osai,saluabit me. Oronaim,foramen mœroris. Rechab,quadriga uel ascendens. Rabsaris,princeps eunuchus. Rabmag.princeps cibi. Rablata.multa hæc siue multum iste.Sedechia,iustus domini. Sior,firmamentũ nouum uel turbidum.Sor,fortis,uel petra siue tyrus.Sesac, byssus facceus siue manus facci.Selom,translatus siue restituẽs.Samaia,audiens dominũ. Safane,labium eius. Salom, retribuens siue pacificus. Sesela,humilis siue campestris. Selemia.reddente domino. Saraia,princeps fuit. Safathia.iudicat dominus. Sarasar,princeps tribulationis. Samagar, nomen aduenæ. Sarsachim,princeps cadaueris uel ruinæ. Safan,Cherogryllus,lepus uel hericius,siue labium eorũ. Sabanna,attollens excelsum. Segon,loquela inutilis. Tafnas, insanum os serpentis siue opertum signum. Duo nomina quæ per t literam sequuntur, aspiratione addita sunt legenda. Thof, gehenna uel operculum oris. Thaamath,dedit indignationem siue bilem.

De Daniele.



AFfanez, equorum domitor. Anania, gratia dei. Abdenago, seruiens taceo. Amalasar,dixit princeps. Arioth,ad solitudinem redigens. Asuerus.atrium eius uel beatitudo. Astiages,uoluntas, uel consilium festiuitatis. Habacuk, amplexans eos,siue suscipiens eos. Artaxersis,lumen silentio tentans. Balthasar,capillus capitis. Bari,in commutando,siue putei uel in uentre. Bel,uetustas. Dura, loquens. Elam,secula uel sempiterna. Forthommim diuisio perfecta populi gloriosi. Et de hoc quid nobis uideatur in libris Hebraicarũ quæstionũ plenius diximus. Ioachim, cuius est præparatio uel domini præparatio. Iezechiel,fortis dei uel apprehendens deum. Iezania, auris eius uel auscultante domino. Iobab,inimicus siue est pater. Ifimoth,addu cet mortem.Ifar.immutata uel paruula. Iezahel,est iter. In,fuit uel mensura. Misaël,quæ palus domini. Misac,qui risus uel de gaudio. Mane,numerauit. Michaël, quis ut deus. Persæ,tentantes. Susanna,lilium uel gratia eius. Sennaar,dentis uacuefactio. Sidrac, decorus meus. Susis,equitatio uel reuertens. Vlai,palus,à palude,non à palo,siue dolor fœmoris aut umbraculi.

De Ezechiele.



AZur,adiutus. Accerethi,interficiens siue demoliens. Assurim,ignis illuminationũ. Aram,ira uel iracũdus. Aun,inutilis siue idolum. Ainagallim,fons uel oculus uituli. Azara,crepido. Auran,iracundia. Ariel,leo dei. Aser,beatitudo. Arsemel,silentium circuncisionis. Achal,omnia. Aradi,deponentes. Aelamite,appositi siue collati,aut obiecti. Buzi,despectus,siue cõtemptus. Banaia,ædificiũ dñi. Berota,putei eius. Baalmeon,descensio humilis. Fagazin,in excelso cõtẽptus.Bubastus,os uel labiũ exprimẽti.Bath,filia uel mensura. Cariathim,ciuitas eorũ. Cedar,tristis uel tenebræ. Cades,mutata uel mutat⁹. Cur,gelu. Hucusq; per c simplicẽ literam

literam legerimus: exin aspiratione addita proferendũ est. Chobar, grauitudo uel grauitas siue iuxta electum. Chodchod, Carthaginenses. Channa, fundũ uel præparatio. Chalamad, cõsummauit siue mẽsus est. Chaldæi, quasi ubera uel quasi feri aut quasi dæmones. Cherethim, disponentes, pro quo melius in Græco διατιθέμενοι. Chemnor, agnitio luminis uel cætera. Cherchoro, cognita ablatio. Chelbon, lactei. Chalamar, omnis amaritudo. Chomor, lacessiones. Deblata, palatæ. Diospolis, abnuens, sed melius Græce louis ciuitas. Esemel, electrum. Elisa, ad insulam, siue deus saluator. Elbon, robustus fortitudine, siue dei fortitudo. Ethalon, incunabula mœroris. Ezer, fortitudo uel auxiliũ. Emmer, sermo uel uerbum. Eschani, habitantes contemptũ. Elisee, dei est hæc uel dei salus. Hucusque per e breuem literã legerimus: exin per extensum legamus elementum. Enagallim, fons uel oculus uitulorũ. Elam, sempiternũ, uel seculum, uel ἀθολόγιον eorũ. Efi, mẽsura. Engaddi, oculus uel fons hœdi. Enom, fons fortitudinis. Felechia, salus dñi. Fut, Libyæ. Fennag, nutus. Fares, dissipans. Facud, uisitatus uel uisitãs. Gaze, gazophylacium siue fortitudo eius. Gog, tectum. Gomor, consummatio siue perfectio uel uenundatio. Galali, uolutabra. Galilæa, uolubilis siue transmigratio facta. Iezechiel, fortitudo dei. Iezania, auris eius. In, mensura. Iob, ociosus. Ir, uigil. Lidi, nati. Maalmeon, habitationem, siue de habitatione. Mosoch, amentes siue trahentes. Magog, quod tectum, uel de tecto. Megia, despectio. Mahalaim, consummatio eorum. Magdol, magnitudo uel turris. Magalim, transmigrationes siue coloniæ. Manaim, de requie. Noẽ, requies, uel commotio. Oolla, tabernaculum meum in ea. Oesa, æstus. Hucusque per o breuem literam legerimus: exin per extensam legendum. Ozan, abiit. Oram, irati. Ofar, uolantes. Osia, salus domini. On, dolor uel mœror. Rabbath, multitudo. Raama, tonitrus. Rodii, uisio iudicii. Ramoth, uisio mortis. Regma, malitia quæpiã. Semel, idolum. Et notandũ quod natiuus sermo sit in Hebræis uoluminibus à similitudine, unde & simulacra dicuntur. Safan, hericius uel lepus siue labium eius. Semoth, nomina. Sela, umbraculũ eius. Sanir, tolle nouitatẽ uel dens lucernæ. Sœne, gyrus eius uel expecta. Seim, exeuntes. Sodada, latus eius, à latere, non à latitudine intelligendũ. Sabarim, circumire montes. Saphirus, speciosus egregius. Sua, saluatoris. Sais, tentio. Sataim, libri uel historici. Sonam, pecus eorũ uel dentes eorum. Tanis, mandatũ humile. Tafnas, stupens os serpentis: ab ore non ab osse intelligendũ. Exceptis his duobus nominibus, cætera eiusdem literæ per aspirationẽ proferenda sunt. Thelabim, dispersi. Et super hoc in libris Hebraicarũ quæstionũ quid nobis uideatur plenius diximus. Thamutz, cõsummantes siue contẽptus: & super hoc in libris illis plenissime dicitur. Therafim, figuræ. Thuba, deferẽs uel deferetur siue delatus. Thogorma, auellẽs uel incolatus cuiusdã. Tafnes, opertũ signũ. Thicon, mediã. Thau, cõsummatio. Thasof, specula. Thobel, uniuersa uel uanitas. Themora, consummatio amaritudinis. Sarda, abalienatus ualde.

De Iob.

AVsitidi, consiliatrici. Et super hoc quod nobis uideatur, in libris Hebraicarum quæstionũ diximus. Asom, silens uel osseus. Adad, patruelis uel testis. Baldad, uetustas sola. Barachiel, benedictio dei. Buzites, contemptibilis. Barad, grando. Barachel, benedixit deum. Buzi, cõtempsit me. Dennaha, iudicium ferens. Eliphaz, dei contemptus. Eliu, deus meus iste uel deus domini. Gabis, altitudo confusionis, siue πετρόβολι. Getham, applicuerunt eos. Iob, dolens. Leuiathan, additamentũ eorũ. Mazuroth, ζώδιον, id est, signa horoscopi. Naamatites, mouens mortẽ. Naamath, decor. Oofar, uolans. Ophir, infirmitas. Raam, uisio uel multum. Raphaim, gigantes uel medici. Rathamim, iuniperi. Ram, excelsus. Saucacorum, cantilenæ. Sofar, speculæ dissipatio uel speculatorem dissipans siue speculatorem uidebo. Saba, conuersio uel captiuitas. Sichem, uarietas. Satan, aduersarius. Sin, loquens. Senec, cymbalum. Topzium, bonum.

De euangelio Matthæi.

ABraham, pater uidens populũ. Aminadab, populus meus uoluntarius. Abia, pater dominus. Asa tollens aut attollens. Aazia, apprehendens dominum aut robur domini uel fortitudo eius. Aaz, apprehendens. Amon, fidelis uel nutricius, si tamen ab aleph litera exordium habeat: quod si ex ain scribitur, onustus interpretatur. Abiu, pater meus iste uel pater meus est. Azor, adiutor. Archelaus, agnoscens leo. Amẽ, uere siue fideliter. Andreas, decorus uel respõdens pabulo. Alpheus, fugitiuus, sed melius millesimus uel doctus. Amora, popul⁹ scitus uel populi illuminatio.

Abel,

Abel, luctus aut uapor siue uanitas. Acheldemach, ager sanguinis, Syrum est non Hebræum. Booz, in quo robur uel in ipso fortitudo, sed melius in fortitudine. Bartholomeus, filius suspendentis aquas uel me, Syrum est nomen non Hebræum. Bethzaida, domus frugum uel domus uenatorum. Bariona, filius columbæ, Syrum est pariter & Hebręum. Bar, quippe lingua Syria filius, & iona columba, utroque sermone dicitur. Bethphage, domus oris uallium uel domus buccæ, Syrium est, non Hebræum: quidam putant domus maxillarum uocari. Bethania, domus afflictionis eius, uel domus obedientiæ. Barachia, uel benedictus domini, uel benedictio domini. Barabban, filium magistri eorum, Syrum est, non Hebręum. Caiphas inuestigator uel sagax, sed melius uomens orę. Cadrantes, caligo uel tenebræ, quem nos per q literam quadrantem dicimus. Corbana, oblatio. Camanæus, possidens siue possessio. Hucusque per simplicem c literam scripta sunt nomina, quæ Græci per κ efferunt: exin aspiratione addita legendum, quam illi literam chi uocant. Chanani, negociator uel motabilis aut ipse pauperculus. Chorozain, hoc mysterium meum. Cananæi, negociatores. Diabolus, deflueus: Gręce uerò dicitur criminator. Dauid, desyderabilis aut fortis manu. Daniel, iudiciũ dei, uel iudicat me deus. Esrom, sagittam uidit siue atrium eorum. Essai, insulæ libatio, sed melius incensum. Hucusque per e breuem literam legerimus: exin per extensum legamus elementum. Eliacim, dei resurrectio uel deus resuscitans aut deus resuscitauit. Eliu, deus meus iste, uel dei mei istius. Eliezer, deus meus adiutor. Elia, deus dominus. Eli eli lammazaabthani, deus meus, deus meus, quare dereliquisti me. Farez, diuisio. Farisæi, diuidentes, siue diuisi. Gennesar, ortus, principium. Gehenna, de ualle sunt, siue uallis gratuita. Getsemani, uallis pinguedinum. Golgatha, caluaria, Syrum est, non Hebræum. Iesus, saluator uel saluaturus. Vt i literæ seruemus ordinẽ, aspirationẽ h in plerisque omisimus: licet eam grammatici non putent literæ loco habendam. Isaac, risus siue gaudium. Iacob, supplantator siue supplantans.. Iudas, confitens siue glorificans. Iosaphat, ipse iudicans, sed melius dominus iudicauit. Ioram, ubi est aut qui est excelsus, sed melius sublimabitur. Ioatham, consummatus siue perfectus. Iezechia, fortis domini uel confortauit dominus. Iosia, ubi est incensum domini, uel salus domini, potest & fortitudo domini dici. Iechonias, pręparans uel præparatio domini. Ioachim, ubi est præparatio, uel domini præparatio. Ioacim, domini resurrectio siue dominus suscitans. Ioseph, apposuit, siue apponens. Ierusalem, uisio pacis, uel timebit perfecte. Ieremias, excelsus domini. Ioanna, cui est gratia uel domini gratia. Isaia, salus domini. Iscarioth, memoriale domini: quod si uoluerimus legere Issacharioth, interpretatur, est merces. Potest autem dici & memoria mortis. Iericho, odor eius siue luna. K literam nos superfluam habemus exceptis kalendis, per c uniuersa exprimimus, unde consequenter hic prætermissa est. Lebbæus, figuratum nomen à corde, quod nos diminutiue corculum possumus appellare. Manasses, obliuiosus. Mathan, donum siue donatus. Mariam plerique æstimãt interpretari illuminant me isti, uel illuminatrix, uel zmyrna maris, sed mihi nequaquã uidet. Melius autẽ est, ut dicamus sonare eam stellam maris, siue amarum mare: sciendumque, quod Maria sermone Syro domina nuncupatur. Matthæus, donatus quondam. Magedda, poma eius, uel nuncia. Magdalene, turris, sed melius sicut à monte montanus, ita turrensis, à turri dicatur. Naason, quidam putant requietum sonitum interpretari, sed melius est augurãt, siue serpens eorũ. Nazareth, flos, aut uirgultum eius, uel mundiciæ, aut separata, aut custodita. Scribitur autem non per z literam, sed per Hebræum sade, quod nec s nec z literam sonat. Nazaræus, mundus. Neptalim, discretus, siue seiunctus, uel conuertit, siue conuoluit me. Obed, seruiens. Osanna, saluifica, quod Græce dicitur ὡς ἐννὰ. Vtrunque autẽ nomen per extensam literam legendum. Raab, lata, siue dilatata. Rachab, ascendens, uel concita, siue uidens. Ruth, festinans. Roboàm impetus populi. Rachel, ouis, uel uidens deum. Rama, excelsa, siue exaltata. Racha, uanus. Rabbi, magister meus, Syrum est. Ramatham, excelsa eorũ, uel sublime eis. Salman, sensibilis, siue sensus. Salomon, pacificus, siue pacatus erit. Salathiel, petitio mea deus. Hæc tria nomina per sin literam scribuntur, reliqua duo sade in exordio habent. Sadoch, iustificatus siue iustus. Sidon, uenatio. Thamar, palma uel amara. Thomas, abyssus uel geminus, unde & Græce didymus appellatur. Tharei, pascens siue pastura. Zara, oriens siue ortus est. Zorobabel ipse magister Babylonis, id est confusionis. Zabulon, habitaculum: potest & habitaculi substantia nuncupari.

Zebedæus, dotatus siue fluens iste. Zacharia, memoria domini, uel memor domini. Zachæus, iustificatus aut iustus, uel iustificandus, Syrum est, non Hebræum.

De Marco.

ABba pater, Syrum est non Hebræum. Arimathia, altitudo eius, uel exaltatus est ipse. Idumæa, rufa siue terrena. Israël, uir uidens deum, sed melius rectus domini. Chemna, zelotes, unde in alio loco Cananæus, in alio zelotes dicitur. Salome, pacifica. Tyro, angustiæ. Tyrus quippe lingua Hebræa Zor dicitur, quod in nostrum sermonem transfertur angustia. Tiberius, uisio eius, siue bonitas eius. Tabita cumi, puella surge, Syrum est. Traconitis, negociatio tristitiæ.

De Luca.

AEpheta, adaperire. Augusti, solenniter stantis aut solennitatē additam. Abiline, lugentes. Aaron, mons eorum. Anna, gratia eius. Aser, beatus aut beatus erit. Amos, onerans aut onerauit. Aggeus, solennitas. Addai, robustus, uiolenter figuratum nomen ab eo quod dicitur Saddai. Arsaxath, sanans depopulationem: Adam, homo aut terrenus siue indigena. Ammans, populus abiectus. Cæsar, possessio principalis. Cirinus, hęres qui apud nos melius effertur, & uerius per q literam, ut dicatur Quirinus. Cosam, diuinans. Cainam, luctus aut lugens. Capharnaū, ager uel uilla consolationis .Esseli, uicinus meus. Eber, transitus. Enoch, dedicatio. Enos, homo. Hucusq; per e breuem legerimus, exin per extensum legamus elementum. Erodes, pelliceus, gloriosus. Elisabeth. dei mei saturitas uel dei mei iuramentū aut septimus. Eli, ascendens. Elmadadi, dei mei mensura. Er, uigilans, aut uigilia. Enam, oculus eorum. Eliseus, dei mei salus. Fanuel, facies dei. Fase, transitus siue transgressio, pro quo nostri pasca legunt. Falech, diuidens aut diuisit. Filippus, os lampadis uel os manuum. Gabriel, confortauit me deus aut fortitudo dei uirtus mea deus. Galilęa, uolutabilis aut transmigratio perpetrata uel rota. Gerasenorum, suburbana, aut coloni ibidem. Iturex, montanę, Syrum est. Iordanis, descensus eorum aut apprehensio eorum uel uidens iudicium. Ione, columba mea. Iannai, præparatus. Ioiarim, dominus exaltans uel est exaltans. Iared, descendens siue continens, quod Græce dicitur ἐπιζρατον. Ioanna, dominus gratia eius uel dominus misericors. Iairus, illuminans aut illuminatus. Lisania, natiuitas tentationis sed nimium uiolenter. Leui, appositus. Lamech, humilis: quidam putant percutientem siue percussum posse resonare. Lazarus, adiutus. Lot, ligatus aut declinans uel uacans. Moses, assumptus uel palpans siue contrectans aut urgens, sed melius est, ex aqua. Matthathia, donum dei aut aliquando. Melchi rex meus. Matusale, mortuus est & misit. Malalel, laudatus dei uel laudans deum. Martha, irritans, prouocans: sermone autem Syro, domina interpretatur uel dominans. Naason, augurans. Nahum, consolatio siue consolator. Neri, lucerna mea. Nathan, dedit uel dantes. Nachor, requieuit lux. Noë, requiescit aut requieuit. Naa, pulchra. Niniuitæ, natiuitas pulchritudinis aut speciosi. Petrus, agnoscens. Pontius, declinans consilium. Pilatus, os malleatoris. Sed sciendū est, quod apud Hebræos p litera non habetur, nec ullum nomen est, quod hoc elementū sonet. Abusiue igitur accipienda, quasi per f litera scripta sint. Ros, caput. Ram, sublimis. Reu, pascens aut pastus est. Sicera, ebrietas. Omne enim quod inebriari potest, apud Hebræos Sicera dicitur. Symeon, audiens uel audiuit tristitiam. Sedi, ex latere meo. Semi, audiens. Salathiel, petitio mea deus. Salmam, pax. Seruch, lorum siue corrigia uel dependens siue perfectio. Salem, misit. Sem, nomen. Seth, positus aut ponens uel posuit aut poculum siue germen uel resurrectio. Saraphtha, incensa siue angustia panis, nomen ex Hebræo Syroq; compositum. Simon, pone mœrorem uel audi tristitiam. Susanna, lilium aut gratia eius: sed melius, si fœmininū omen figuretur à lilio. Samaritæ, custodes. Sodoma, pastio silens, uel declinatio eorum aut fulua. Satan, aduersarius siue transgressio. Saba, captiuitas. Sadducæi, iustificati.

De Ioanne.

AEnon, oculus aut fons eorum. Anani, donauit mihi. Banereem, filij tonitrui, quod corrupte Boanerges, usus obtinuit. Barsemia, filius cœcus, quod & ipsum corrupte quidam Bartimeum legunt. Beelzebub, habens muscas aut uir muscarum. In fine ergo nominis b litera legenda est, non l, musca enim zebub uocatur. Barrabbas, filius patris. Cephas, Petrus: Syrum est. Cana, possessio siue possidet.

Epraim,

Epraim, fertilis siue auctus, quem nos possumus ab augendo augentium dicere. Messias, unctus, id est, Christus. Manna, quid est. Nazareth, flos mundiciæ. Salim, pugilli siue uolæ aut ortus aquarum, quod breuius Græce dicitur, βρύοντα. Sichar, conclusio siue ramus. Corrupte autem pro Sichem quæ transfertur in humeros, ut Sichus legeretur usus obtinuit. Siloē missus.

De actis Apostolorum.



ANdreas. decus in statione uel respondens pabulo, sed hoc uiolentum. Melius autem est, ut secundum Græcam etymologiam ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, hoc est, à uiro uirilis appelletur. Alphæus, millesimus siue super os: ab ore, non ab osse. Acheldemach, ager sanguinis, Syrum est. Aegyptus, tenebræ siue tribulatio. Arabes, humiles siue campestres. Annas, donans. Alexander, auferens angustiam tenebrarũ, sed & hoc uiolentum. Ananias, gratia domini. Amos, potẽs uel fortis, si tamẽ ab aleph litera incipiat, & finiatur in sade: quod si exordium sumit ab ain, & consummat in nun, in populum transfertur. Azotua Hebraice uocatur Esdod, & secundũ pristinum nomen etymologiam habet ignis patruelis. Ascalon, ignis insanus aut ignis ignobilis. Aeneas, respondens, aut pauper siue miseria. Agabus, nuncius tribulationis, sed & hoc uiolentũ. Atalia, tempus eius, melius declinatio domini. Amphipolis, populus ore corruens. Apollonia, disciplina uel synagoga eorum, sed & hoc uiolentum. Athenienses, exploratores aut respondentes uel humiles siue tempore dissipati, sed & hoc uiolentum. Areopagus, primitiua, sed & hoc uiolentum est, cum Atheniensia curiæ nomen sit, quæ à Marte nomen accepit. Aquila, dolens siue parturiens. Achaia, soror laborans. Appelles. congregans eos, sed uiolentum. Arthemis, id est, Diana, suscitans ægrotationes, uiolenrum est. Aristarchus suscitans coronã. Antipatridem, donantis laudationẽ uiolentũ est. Agrippa, congregans subito. Adrumetina, diuidens sublimiter, uiolentum est. Adria, continens mala siue locus malorũ, uiolentũ est. Appij, forum, libera uel fortis ubertas. Bartholomeus, filius suspendẽris aquas uelut supra. Barsaban, filium reuertentẽ, uel filiũ quietis, ex Syro & Hebræo sermone nomen compositum. Barnabas, filiua prophetæ uel filius uenientis, aut ut plerique putant, filius consolationis. Blastum, habentem lucrum. Berieu, maleficium siue in malo: nonnulli Bariesu corrupte legunt. Bithynia, filia speciosa siue inutilis. Beroëa, filius eius. Syrum est. Bernice, eleganter uel electe commota, uel filius ex Syro, Hebræoque compositũ. Cappadocia, manu redempta domino, uiolentum est. Cirenæ, hæres. Creta, uocationes aut uocatæ, inter Syrum & Hebræum. Caiphas, inuestigator aut sagax uel uomens ore. Cyprius, tristis aut mœror. Cyrenenses. hæredes. Cilicia, cœtus aut luctus uel assumptio aut uomitus eius. Cæsarea, possessio principalis. Candacis, commutatæ. Cornelius, intelligens circumcisionẽ. Claudius, spes tranquillitatis. Cis, uomens uir aut durus. Coloniam, reuelationem eorum, aut uocem eorum. Corinthum, conuersationem eorum, quam Græci significantius πολιτείαν uocant, hoc est, administrationẽ reipublicæ. Crispus, sciens uel cognoscens. Co, excussio siue præstolatio. Cinereas, possidens sectatorea. Cos, mentis excessus. Cauden, recursum aut retentionem siue clangorem. Exceptis paucis nominibus, omnia penẽ ex c litera uiolenter interpretata sunt. Dauid, desyderabilis siue manu fortis. Damascus, sanguinis poculum. Derben, generationis filium siue loquentẽ. Dionysius, dijudicatus siue uehementer fugiens. Damaris, silens caput. Demetriua, uehementer innectens siue nimium persequens. Derbeus, loquax siue ut supra. Drusilla, generia pacifici. Dioscori, pulchri ad tegendum, sunt autem gemini Castores. Eleonis, id est, mõtis oliueti, quod interpretatur diuinitas uel allaborantes. Elamitæ, obiecti oppositi siue despecti. Ebręi, transitores, Emor, asinua, si per heth literam scibatur: quod si per aleph, loquax dicitur. Elimas, ad transgressionẽ, siue transgredi faciẽa. Ermes, anathema mœroris. Erastia, frater meus uidens, satis absurde uocabulum figuratum. Elada, ad scientiã uel ad ascensum siue dei scientia: syra uero lingua diciť super hanc. Ellenon, id est, Gręcorũ, ad ascendentes siue sciẽtia dei. Ephesum, uoluntas mea in ea, siue finis eorũ. Eutychea, amens. Porrò Grẹce dicitur fortunatus. Ebraice, transitorie. Eurielion, commiscens siue deorsum ducens. Quæ sequuntur duo nomina per extensam ẽ lireram sunt legenda. Erodes, pellis gloria. Esaias, salus domini, uerum apud Hebræos ab i litera sumit exordiũ. Filippus, os lampadarum. Frygio, scissio pectorũ. Farisæi, diuisi. Farao, denudans eum siue dissipator eius.

Fœnicis,

Fœnicis,annuerunt siue nutus.Fisidiam,os sonitus,quia, ut supra dixi p literam non habent,propterea Pisidiam per f efferunt. Felicem, ruinam facturæ siue timorem eius,Latinum nomen est.Festum,ore multorum,& hoc Latinum nomen uiolenter Hebraice figuratur.Galilæi,uolubiles siue rotabiles.Gamaliel,retributio dei.Gaza,fortitudo eius,g litera addita est,siquidem Hebraice per ain scribitur.Galionis,transferentis.Galatiam,magnificam siue translatam.Gaium,commotum,sed melius uallensem.Ierosolyma,uisio pacis.Ioannes,in quo est gratia uel domini gratia.Ioseph,auctus.Iustus,parcēs siue ipse alleuatus.Ioël,incipiente deo siue est deus. Ionatha, columba dans siue columba ueniens. Ioppe,pulchritudo.Italica, mentis excelsus. Iesar, insulæ oblatio.Iasonis,desiderantis siue qui mandatum fecerit.Iulum,incipientem.Iconium,præparatio aut consolatio.Libyam,uenientes siue introitus,numero plurali.Leuites,additus .Libertinorum facientiū paleas. Lydda,utilitas.Lucius,ipse suscitans.Lycaonia,ad suscitandum. Lystra,generās decorem.Lydia,quam nos possumus dicere prædisficatā. Porrò Græce melius appellatur ἐφλυδία. Lysias,generatus.Lycie,lachrymantis.Laisa,in salutem . Omnia penè ex l litera nomina uiolenter usurpata sunt.Matthæum,donatum.Maria,illuminata,uel ut supra.Medi,mensurantes siue mensurati.Mesopotamia,eleuata uocatione quadā,sed melius à Græco etymologiam possidet,quod duobus fluuijs, Euphrate ambiatur,& Tigri.Madian,in iudicio uel ex iudicio.Moloch,rex uester,quem & Melcbom solent dicere.Marcus,excelsus mandato.Manaēm,castrum.Moësia,attrectatio siue palpatio.Macedo,quem nos orientalem possumus dicere,figuratum nomen ab eo,quod Hebraice legitur Mecedem.Mytilene,declinans siue transmigrans.Miletum,generantem.Mnasonem, consolantem siue quiescentem.Myrra,amara.Militine,de infirmitate siue mandatum humilitatis. Nazarēū mundum sanctum siue abiunctum.Nicanorem,stantem lucernam.Nicolaum,stultum ecclesiæ languentis.Niger,ascendens.Neapolim,commotionem mirabilem. Nasson,angurans.Petrus,agnoscens siue dissoluens.Parthi,diuidentes perfecte.Pontus, inclinans.Pāphylia,conuersi à ruina,siue diuisio cadens.Pontius,declinans consilium.Pilatus,os malleatoris.Procorum,fructus congregantem.Parmenam,diuidentem plenitudinē.Pascha transcensus siue transgressio.Patum,redemptionem cadentem. Parion, discooperiētem. Perge,uoraginem.Phytona,os abyssi.Priscilla,agnoscens.Pirrhus,dissoluens. Patara,separans.Ptolomais,deducens ad mensuram.Portium,diuidentem duritiā eorum. Publius tabernaculum eius.Puteoli.declinantes.Hæc omnia Græca nomina,uel Latina,quā uiolenter secundum linguam Hebraicam interpretata sint, perspicuū puto esse lectori.Romani,sublimes,uel tonantes.Rafaim,facturæ uestræ,uel laxitati eorum.Rhode,uidēs uel fortis.Rhodem,uisionē aut dissensionem.Regium,pascua eorū.Romā, sublimen siue tonitruum.Samaria,custos.Simonis,obedientis siue ponentis tristitiam aut audientis mœrorem. Salomon,pacificus.Samuel,nomen eius deus.Sadducæi,iustificati.Sapphirā,narrantem,siue literatam aut librariam,uel certe Syro sermone formosa.Stephanum, normā uestram,uel σκοπόν uestrum,quo ueru & iacula diriguntur. Sichem,humeri.Sinai, sentia aut secundus interpretatur,aut mandatum mensuraq; eius,uel certe tentatio.Saulus,tentatio respicientis uel saturitas.Sarona,cantans tristitiam.Sidonij, uenatores.Seleuciā,tollentem semetipsam siue experimentum itineris uel exeuntem ad uocationem. Salaminā, umbra commotionis aut fluctus uel salutationem iudicij.Sergio,principi uallis siue hortuli.Saul,petitio siue expetitus dicitur.Silam,missus.Syria,sublimis iuxta Hebræā etymologiam,nam Syria Hebraice Aran.Samothracia, à uditio reuelationis siue responsionis. Sosthenes,saluanti eos siue gaudium da mihi.Scæua,uulpecula clamans,uel loquens.Sosi pater,narrans. Secundus,eleuans.Samus,auditus.Sicariorum,ebriosorum. Sebaste,gyro siue gyranti,ita tamen ut à samech litera exordium habeat.Salmonem,nomen habitaculi.Syrtim,angustiam siue tribulationem,melius autem Salustius à tractu ait nomen impositum.Syracusæ,murus siue maceria lætitiæ.Timonem,numerantem sirim siue pinguedinē. Tabita,damna uel caprea. Tyrij,coangustati, ut supra diximus, ab Hebraico Zor nomine declinatum. Troadem,requiem. Tyranni,continentis eos siue consortantis eos. Tertullus,placens stercore uel aggere eorum. Tabernæ uisiones eorum siue bona uisio. Hucusq; per simplicem τ,nunc per θ Græcum legenda sunt. Theophile, sursum ferens siue conuertens,sed melius Græca etymologia,ab eo quod amatus sit deo. Thomas, didymus,id est,geminus uel abyssus. Theudas,laudatio siue capiens aut signum. Tharsensis,

Kk explorator

explorator lætitiæ. Thyatira, illuminata. Thessalonicensium, festinātium umbram roborare, siue firmare.

De epistola Iacobi Apostoli.

ABraham, patris uidentis multitudinem. Elia, dei domini. Esaia, salus domini. Iob, magus. Iunia, incipiens. Iason, factus in mandato. Raab, dilatata. Sabaoth, uirtutum siue exercituum.

De prima epistola Petri Apostoli.

ASia, eleuans. Bithynia, uirguncula aut filia domini. Babylon, confusio siue translatio. Cappadocia, manus redempta domino. Galatia, transmigrans siue translata. Marcus, sublimis mandato. Sara, princeps. Siluanus, missus.

De secunda epistola Petri.

BAlaam, uanus populus aut deuoratio eius. Bosor, in tribulatione, aut carneus siue pellicens. Cappadocia, manus redimens domino. Electe, ascendentes. Galatia, transmigrata. Gomorra, populi timor siue cęcitas, g in principio additum est, alioquin ex ain describitur. Lot, declinans siue uinctus. Marcus, sublimis mandato siue defricatus aut auarus. Noë, requies. Pontius, declinans. Paulus, mirabilis. Sara, princeps. Simon, audiens. Sodomis, fuluis aut tacentibus. Siluanus, missus.

De prima epistola Ioannis.

Diotrephes, speciosus, insulsus siue decor insaniens.

De tertia epistola Ioannis.

Demetrius, fortis ad persequendum, siue fortis uirga deijcere. Gaius, mobilis.

De epistola Iudæ.

AEgyptus, tenebrę siue tribulatio. Adam, homo. Balaam, uanus populus. Cain, possessio. Core, caluicies aut glacies, diabolo defluente siue clauso in ergastulis. Enoch, dedicatio. Gomorra, populi timor aut cæcitas. Michaël, quis ut deus. Moses, palpans siue leniens. Sodoma, pecus tacens.

De epistola Pauli ad Romanos.

ABraham, pater uidens populum. Adam, homo siue terrigena. Abba, pater: Syrum est. Achaia, frater quis, aut frater eius, uel frater domini, uel frater meus dominus. Aquila, dolens siue parturiens. Asia, eleuata siue gradiens. Andronicus, decorus ad stadium aut respondes, siue cogitans pastionem. Ampliatus, populus malleator. Appelles, congregans eos. Aristobolus, suscitans dolore germen. Asyncritum, dirigens thuribulum. Beniamin, filius dexteræ. Bal, habens siue deuorans. Cenchreis, possidens sectatores. Dauid, desyderabilis. Epineton, superindutum. Ermon, anathemarizantes mœrorem Ermam, auferentem siue anathema nostrum. Erastus, frater meus uidēs aut uigilans. Tria nomina quæ sequuntur, per h literam sunt legenda. Hesaias, salutare domini. Helias, deus dominus, aut fortis dominus. Herodionem, formidinem. Farao, disco operiens eum. Feben, ore ædificantem aut oris filium. Flegon, dissecans, siue diuidens. Filologum, ore præcipuum, uel os meum ei in hortum. Gomorra, populi timor uel cæcitas. Gaius, mobilis siue uallensis. Iuda, confitens, siue glorificans. Iesus, saluator. Israël, uir uidēs deum. Isaac, risus. Iesse, insulæ libamen. Illyricus, aduena aut elementum, uel certe secundum uersus. Ierusalem, uisio pacis Lucius, ipse eleuans siue consurgens. Moses, attrectās siue leniens. Macedonia, orientalis. Maria, illuminans aut illuminata. Narcissus, ascensus lætitiæ, siue lucerna scindens, aut colligēs. Nereus, lucerna domini. Osee, saluator. Olympam, parturientem thalamos. Paulus, mirabilis siue electus. Priscus, agnoscens. Persidā, tentantem siue diffuentem latera sua. Patrobam, dissoluentem eum siue uidentem eum. Quartus, plangens siue superflue. Rebecca, multa patientia siue quæ multum acceperit. Rufum, sanantem nos, uel reficientem nos. Sara, princeps. Sabaoth, uirtutum, siue exercituum. Sodoma, pecus tacens siue fulua uel sterilis. Sion, specula. Spania, expeditio siue accinctio, sed rectius Hispania scribitur. Stachin, facientem cantilenas. Saranas, παραβάτης, siue contrarius. Sosiparrus, saluans dispersos. Trifenam, innuentem siue reuertentem. Trifossam, perspicuam. Timotheus, beneficus. Tertius, adiungens, id est, applicans se. Vrbanus, luce gaudens.

Ad

Ad Corinthios I.


Pollo, miraculum siue congregans eos. Achaia, frater meus quispiam uel frater meus dominus. Aquila, parturiens siue dolens. Barnabas, filius consolationis. Corinthum, ciues siue decuriones eorum. Cephas, Petrus, Syrum est. Crispum, scientem. Chloës, inuestigantes, siue omnes, sed melius conclusio siue consummatio. Damascus, sanguinis potus. Epheso, uoluntas mea in ea siue anima mea in ea. Eua, uita siue calamitas. Ebræi, transitores. Gatum, commotum. Galatia, magnifica siue translatio. Iudæis, confitentibus siue laudantibus. Iacobo, supplantatori. Ierusalem, uisio pacis. Moses, palpans siue leniens. Macedonia, orientalis. Maranatha, dominus noster uenit, Syrum est. Prisca, cognoscens. Sosthenes, saluans in tempore. Stephana, regulam uestram uel speculatorem uestrum siue iudicātem uos. Siluanus, missus. Satanas, aduersarius. Sabbatum, requies.

Ad Corinthios II.

ASia auferens, siue pergēs. Abraham, pater uidens multitudinem. Areta, stupor siue descensio. Beluir, cæca angustia siue cæcum lumen uel filius præuaricationis, sed rectius Belial dicitur. Damascus, sanguinis potus. Eua, calamitas siue uita. Ebræi, transitores. Israëlitæ, uiri uidentes deum. Siluanus, missus. Satanas, trāsgressor siue aduersarius. Troadem, requiem siue latitudinem. Titum, quærentem siue bonum sed melius mutatum.

Ad Galatas.

ARabiam, humilem siue occidentalem. Antiochiam, paupertatis silentium. Abraham, ut supra. Abba, pater, Syrum est. Agar, aduena siue conuertens. Cilicia, assumptio siue uocatio lamentabilis. Damascus, ut supra. Iudaismum, cōfessionem. Ierosolyma, uisio pacis. Iacobo, supplantatori Iohannes, domini gratia, siue cui donatum est. Isaac, risus. Israël, uir uidens deum. Petrus, dissoluens siue discalcians. Syria, sublimis. Syra, mensura eius siue tentatio.

Ad Ephesios.

BEniamin, filius dexteræ. Clemens, ecclesiastes siue concionator. Epafroditen, frugiferum. Ebræus, transitor. Euodiam, apprehendentem dominum.

Ad Philippenses.

PHilippenses, os lampadarum. Pharisæus, diuisus. Philippus, os manuum siue lampadarum. Syntychan, loquelam, siue ἀσϑολογίαν, quam nos dicere possumus cantilenā. Thessalonicam, festinans umbram statuere.

Ad Colossenses.

ARistarchus, mons facturæ superfluæ. Archippus, longitudo operis siue insidiæ oris uel insidiæ dilatati. Barnabas, filius cōsolationis. Colossis, uoce factæ. Demas, silens. Epaphra, frugifer uel equidem uidens. Iesus, saluator. Iustus, parcēs siue ipse elatus. Ierapoli, iudicio superiori. Laodicia, tribus amata domini, sed melius natiuitas expectata. Lucas, ipse consurgens aut ipse eleuans. Marcus, sublimis mandato siue amarus uel certe attritus atq; limatus. Nimpham, applicitam ori eorum. Onesimo, decore siue respondenti. Tychicus, tacens.

Ad Thessalonicenses.

ACHaia, frater meus quis siue frater meus dominus. Athenæ, in tēpore dissipatæ. Siluanus, missus. Satanas, aduersarius, siue transgressor.

Ad Hebræos.

ABraham, pater uidens multitudinem. Aegyptus, tenebræ siue angustiæ. Aaron, mons fortitudinis. Abel, luctus. Barac, fulgurans. Cain, possessio. Dauid, desiderabilis siue fortis manu. Enoch, dedicatio. Esau, rubeus siue aceruus lapidum. Ebræus, transitor. Farao, nudauit eum siue dissipauit eum. Fase, transcēsus, quod interpretatur pascha. Gedeon, experimentum iniquitatis. Iesus, salus siue saluator. Iuda, confitens uel laudator. Isaac, risus. Iacob, supplantator. Ioseph, addens siue augmentum. Iericho, luna siue odor eius. Iepthe, aperuit siue aperientes. Leui, additus. Moses, palpans uel leniens. Melchisedek, rex iustus. Manna, quidnam est istud? Noë, requies siue requiescens.

quieſcens. Raab, ſi per ain mediam literam ſcribatur, ſamen ſignificat: ſi per he, impetum; ſi per beth, latitudinem. Sabbata, requies. Salem, pax. Sara, princeps. Sampſon, ſol eorũ. Sion, ſpecula. Samuel, nomen eius deus.

De Timotheo.

ALexander, leuans anguſtiam tenebrarum. Adam, homo. Galatia, translatio. Gallia, transferens. Diabolum, defluentem ſiue clauſum in latumijs. Epheſum, uoluntas eius. Eua, calamiras, aut uita, ſiue uæ. Iamnes, marinus ſiue ubi eſt ſignum. Iambres, mare pelliceum ſiue mare in capite. Onoſiphorus, reſpõdens narrationem. Pontius, inclinans conſilium. Pilatus, ore malleator ſiue ore contundens. Satanas, aduerſarius. Ymeneus, dormitans.

De Timotheo II.

ASia, eleuatio. Archippus, longitudo operis. Ariſtarchus, mons facturæ ſuperfluæ. Antiochia, paupertatis ſilentium, Aquila, dolens ſiue parturiens. Creſcens, tenebroſus. Carpum, ſcientē perſpicue. Corinthus, oritur ipſe. Claudia, ſpes tranquillitatis. Dauid, deſiderabilis uel fortis manu. Demas, ſilens ſiue terrenus uel ſanguineus. Dalmatiam, paupertatem grandem. Eunice, ornantis. Euchodiam, apprehendentem dominum. Ermogenes, uomens eos in ualle, ſed melius mons ſcrutatus. Epheſo, uoluntas eius. Eraſtus, frater uidens. Eubulus, cohabitator. Fygelus, occurrens ſiue aduerſarius. Filonem, faciem dei. Filethus, declinans ſiue os meum. Galatia, magnifica ſiue translatio. Iconium, uocatam ſiue duram, ſed melius ubi eſt calamus. Loide, ὀφελυθῆσα, id eſt, quæ conſecuta eſt utilitatem. Lyſtris, utilitas anguſtiæ uel tribulationis. Lucas, ipſe cõſurgens aut ipſe eleuans. Linus, candidus ſiue tibicen. Moſes, palpans ſiue contrectans. Membranas, apertas ſiue manifeſtas. Mileto, generare ſiue qui eſt eius. Priſcam, agnoſcentem. Pudens, indutus conſilio. Roma, excelſa, ſiue tonitruum. Troadi, ſeruienti. Trophimum diſſoluentem thalamos.

De Tito.

ARteman, anathematizantem ſiue conturbantem. Apollo, mirabilem. Cretam, uocationem conſummatam. Nicopoli, germen protectionis meæ. Zenam, commotionem eius ſiue commouens eum uel ipſe requieſcens.

De Philemone.

APphia, continens ſiue cõtinentia uel libera. Archippo, longitudini operis. Demas, ſilens. Epaphran, quem nos creſcentem ſiue augmentum poſſumus dicere. Filemoni, mire donato uel certe os panis eorum. Oneſimum, reſpondentem.

De Apocalypſi Ioannis Apoſtoli.

ASia, elatio. Amen, uere, ſiue fideliter. Aſer, beatitudo ſiue beatus. Aegyptus, tribulatio. Armageddo, conſurrectio tecti ſiue conſurrectio in priora, ſed melius mons è latrunculis, uel mons globoſus. Alleluia, laudate dominum. Balaam, uanus populus. Balac, elidens. Beniamin, filius dexteræ. Babylon, confuſio ſiue trãslatio. Diabolus, deorſum fluens. Dauid, deſiderabilis. Epheſus, uoluntas mea ſiue conſilium meum. Euphrate, frugifero. Filadelphia, ſaluans hærentem domino. Gad, tentatio. Gog, δῶμα, id eſt, tectum. Iezabel, fluxus ſanguini uel fluens ſanguine, ſed melius ubi eſt ſterquilinium. Iſſachar, eſt merces. Ieſus, ſaluator. Ioſeph, adaugens. Laodicia, tribus amabilis domino, ſiue fuerunt in uomitu. Leui, additus. Labbaddon, perdens pro eo quod eſt interficiens, ſed melius ſolitarius eorum. Manna, quid eſt hoc? Manaſſes, obliuioſus ſiue obſtupeſcens. Michaël, quis ut deus. Magog, de domate, hoc eſt, de tecto ſiue quod eſt tectum. Nicolaitarum, effuſio ſiue eccleſia languens, uel ſtultitia eccleſiæ languentis. Nepthali, conuerſantis. Paulo, ori eorum ſiue ori tubæ. Pergamo, diuidenti cornua eorũ uel diſſecanti uallem. Ruben, uidete filium ſiue uidete in medio. Smirnæ, cantico eorũ. Sardis, principi pulchritudinis. Satanæ, tranſgreſſori ſiue aduerſario. Symeon, audientis triſtitias. Sodoma, pecori tacenti. Zabulon, habitaculum pulchritudinis.

De epiſtola Barnabæ.

ABraham, pater uidens populum. Adam homo. Amalech, populus lingẽs ſiue populus brutus. Dauid, deſiderabilis. Eua, calamitas, ſiue uæ, aut certe uita. Ephraim frugifer ſiue ubertas. Manaſſe, oblitus. Nahũ, germen. Rebecca, patiẽtia. Sabbata, requies. Sion, ſpecula. Sina, menſura, mandatũ uel tentatio. Satan, aduerſarius ſiue præuaricator.

Guilelmus

Gulielmus Budæus Iaco-
bo Tusano. S.


Hilo, quisquis hic fuit, qui librum de mundo scripsit: nam inclytum illum Philonem, qui Platonem facundia æquauisse dicitur, nequaquam eum fuisse mihi persuadeo, disserendo de mundo, deq́ue eius interitu, aut æternitate constituenda, non tam Hebraicæ philosophiæ alumnus, mea quidem sententia, quàm Græcorum affectator esse, uideriq́ue meditatus est. Scita enim amplexus est, non tam scholæ circuncisæ congruentia, quàm religione oraculari solutæ ac liberæ. Huius autem librum è uulgatis tantum exemplaribus uerti, ut qui manu scriptum nullum unquam uiderim, id quod ueniæ emerēdæ gratia testandum existimaui, si id in eam partem aliquatenus ualiturum est. Veritus sum enim, ne si in mendis deploratioribus, aut si in loco uno, aut altero mutilato sensus non cohæreat: iniqua cōditione alienam culpam præstare ideò mihi contingat, quod periclitari, ut aiunt, quàm extra telorum iactus conquiescere malui. In quo tamen instituto, non minus inertiæ præsidium, patrociniumq́ue parata sunt, quàm industriæ inconsultæ, gestientiq́ue dedecus & conuicium. Verum hos libellos cum edere mihi uisum esset, serotinam fortasse fœturam, nec satis iam uiuidam, ne rationi quidem meæ instituroq́ue consentaneam, sed tamen edere eos ueterno excutiendo, animiq́ue causa cum statuissem, amicitiæ, quæ tibi mecum intercedit ut dicarem cupide appositeq́ue feci, tuoq́ue sub nomine publicandos tradidi: quippe quo omnium hominum ordinis nostri familiarissime iam uti cœperim, in eo quidem negocio, quod mihi adhuc reliquum est cum cultu literarum elegātium. Nullus certe usqueadeo mihi cōmentandi in eo genere usum, aliquot iam annorum inerti uocatione languentem, & penè intermortuum, uisendi, adhortandi, admonendi officio exuscitauit. Quocirca cui libētius Philologiæ, ut ita dicam, pristinæ nostræ delitias penitiores, mihiq́ue sanctiores patefacerem, quales sunt illæcunq́ue, hominem habui adhuc neminem, inspiciendas etiam ociose permitterem, arbitrandasq́ue pro potestate. Idq́ue merito me fecisse confido, non doctrinæ modo tuæ merito, singularis & ingenuæ, mihiq́ue exploratæ, sed etiam acris, peruigilis, cōstantisq́ue studij, quod publice fructuosum esse, futurumq́ue sentio, mihi eò amplius priuatim iucundum & oportunum. Vale, Calend. Aprilis. Anno M. D. XXVI.

ΦΙΛΩΝΟΣ ΠΕ-
ΡΙ ΚΟΣΜΟΥ.

PHILONIS IUDAEI
liber de Mundo, Gulielmo Budæo interprete.


Υδὲν τῶν ὄντων, ἰσότιμον ὑφέστηκε θεῷ. ἀλλ' ἔστιν εἷς ἄρχων καὶ ἡγεμὼν καὶ βασιλεύς, ᾧ πρυτανεύειν καὶ διοικεῖν μόνῳ θέμις τὰ σύμπαντα. τὸ γὰρ οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς, οὐκ ἐπὶ πόλεων καὶ ἀνθρώπων λέγοιτ' ἂν ἐν δίκῃ μᾶλλον, ἢ ἐπὶ κόσμου καὶ θεοῦ. ἑνὸς γὰρ ἕνα ποιητήν τε καὶ δεσπότην ἀναγκαῖον εἶναι. τούτου δὴ προομολογηθέντος, ἀκόλουθον ἂν εἴη συνυφαίνειν τὰ ἁρμόζοντα. τίνα οὖν


Ihil in rerum natura proditum est deo æquiparandum. Vnus est enim ipse princeps, dux, & rex, cui pro imperio regere uniuersa, administrareq́ue ius est. Nam illud Homericum:

Nō bona multiplici dominatu cōdita res ē
Publica, rex unus, dominator et unicus esto.

Non de ciuitatibus magis & hominibus, quàm de mundo, deq́ue deo dictum, par est ut intelligamus. Vnius enim mūdi fictorem esse unū, dominumq́ue unum necesse est. Hoc igitur cōfesso ac posito, deinceps nobis attexēda, quæ ei sunt cōsentanea, quæ cuiusmodi sint ipsa,

—σι σκοπῶμεν. εἷς ὢν ὁ θεός, δύο τὰς ἀνωτάτω δυνάμεις ἔχει. διὰ τούτων τῶν δυνάμεων, ὁ ἀσώματος καὶ νοητὸς ἐπάγη κόσμος, τὸ τοῦ φαινομένου τοῦδε ἀρχέτυπον, ἰδέαις ἀοράτοις συσταθείς, ὥσπερ οὗτος σώμασιν ὁρατοῖς. καταπλαγέντες οὖν τινες τὴν ἑκατέρου τοῦ κόσμου φύσιν, οὐ μόνον ὅλους ἐξεθείωσαν, ἀλλὰ καὶ τὰ κάλλιστα τῶν ἐν αὐτοῖς μερῶν, ἥλιον λέγω καὶ σελήνην, καὶ τὸν σύμπαντα οὐρανόν, ἅπερ οὐδὲν αἰδεσθέντες θεοὺς ἐκάλεσαν. ὧν τὴν ἐπίνοιαν καταδὼν Μωυσῆς φησί, κύριε κύριε βασιλεῦ τῶν θεῶν, ἔνδειξιν τῆς τῶν ὑπηκόων ἄρχοντος διαφορᾶς. καὶ ὁ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους πρεσβύτατος, γένος μὲν ἦν Χαλδαῖος, πατρὸς δ' ἀστρονομικοῦ, τῶν περὶ τὰ μαθήματα διατριβόντων, οἳ τοὺς ἀστέρας θεοὺς νομίζουσι, καὶ τὸν σύμπαντα οὐ- (Moses.) ρανόν τε καὶ κόσμον. παρ' οὓς τότε εὖ, καὶ τὸ χεῖρον φασὶν ἀποβαίνειν, οὐδὲν ἔξω τῶν αἰσθητῶν αἴτιον ὑπολαμβάνοντες εἶναι. τούτου δὲ τί ἂν εἴη χαλεπώτερον, ἢ μᾶλλον ἀπελέγξαι τὴν ἐν τῇ ψυχῇ δυσγένειαν (Abraham.) δυνάμενον, δι' ἐπιστήμης τῶν πολλῶν καὶ δευτέρων καὶ γενητῶν, εἰς ἀνεπιστημοσύνην ἰούσης τοῦ ἑνὸς καὶ πρεσβυτάτου, καὶ ἀγενήτου, καὶ ποιητοῦ τῶν ὅλων, καὶ διά τε ταῦτα ἀρίστου, καὶ μυρία ἄλλα, ἃ διὰ μέγεθος, ἀνθρώπινος λογισμὸς οὐ χωρεῖ. ὃν ἐν νῷ λαβὼν καὶ ἐπιθειάσας, καταλείπει μὲν πατρίδα καὶ γενεὰν καὶ πατρῷον οἶκον, εἰδὼς ὅτι μένοντος μὲν αἱ τῆς πολυθέου δόξης ἐγκαταμένουσαι ἀπάται, ἔννοιαν ἀνύνυτον κατασκευάζουσιν εἰς τὴν τοῦ ἑνὸς εὕρεσιν, ὅς ἐστιν ἀΐδιος μόνος, καὶ τῶν ἄλλων πατὴρ νοητῶν τε καὶ αἰσθητῶν. εἰ δὲ μεταναστείη, μεταναστήσαιτ' ἂν καὶ τῆς διανοίας τὴν ἀπάτην, μεταρμοσάμενος τὴν ψευδῆ δόξαν, εἰς ἀλήθειαν. ἅμα δὲ καὶ τὸν πόθον ὃν ἐπόθει γνῶναι τὸ ὂν προσανερρίπισε λόγια, τὰ χρησθέντα, ὃς ποδηγετούμενος ἐπὶ τὴν τοῦ ἑνὸς ἀοκνοτάτην σπουδήν, καὶ ζήτησιν, ἦλθε καὶ οὐ πρότερον ἀνῆκεν, ἢ τρανοτέρας λαβεῖν φαντασίας οὐχὶ τῆς οὐσίας (τοῦτο γὰρ ἀμήχανον) ἀλλὰ τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ, καὶ τῆς προνοίας. διὸ καὶ πιστεῦσαι λέγεται τῷ θεῷ πρῶτος, ἐπειδὴ καὶ πρῶτος ἀκριβῆ καὶ βεβαίαν ἔσχεν ὑπόληψιν, ὡς ἔστιν ἓν αἴτιον ἀνωτάτω, τὸ προνοοῦν τοῦ τε κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ. ἐπειδὴ γὰρ τὴν οὐσίαν ἄτακτον συγκεχυμένην οὖσαν εἰς τάξιν ἐξ ἀταξίας, καὶ ἐκ συγχύσεως εἰς διάκρισιν ἄγων ὁ κοσμοπλάστης, κοσ-

hinc iam consideremus. Vnus ipse deus cũ sit, duas habet supremas potestates, per quas mundus ille coagmentatus est intelligibilis, atq; incorporeus. Qui huius mundi conspicui exemplar est primogenium, formis ille quidem cæcis conditisq; cõstitutus ut hic qui oculis cernitur. Quo euenit, ut nõ nulli mortales mũdi utriusque naturam ad stuporem usq; suspicientes, non totos illos solum uelut deos, sed etiam eorum partes pulcherrimas cõsecrarint. Solem, inquã, & lunam, uniuersumq; cœlum, quæ nihil illi ueriti sunt, quo min⁹ deos appellarẽt. Quorum animi sensa Moses perspiciens: Domine, inquit, deorum rex. Significare ille quidem uolens præstantiam principis præ subditis. Ille etiam Iudæorum Gentis autor antiquissimus, Chaldæorum Gente oriundus fuit Astronomo parente, eorumq; uno, qui artium Mathematicarum studio incubuerunt, quiq; deos esse stellas arbitrati sunt, ut uniuersum cœlum mundumq; eorum ui quod recte, quodq; secus contingit, euenire ipsi censentes, utpote qui nullam esse causam extra ea existimarent, quæ sensu percipi possunt. Ad hoc quidnam esse fœdius, quidnam conuincere & demonstrare potest luculẽtius ignauiam degeneris animi: per scientiam multorum, & secũdorum, & genitorum, ad inscitiam tendentis unius, uetustissimi, ingeniti, omniumq; fictoris, atq; eam ob rem optimi, propterq; alias sexcentas, quæ magnitudine sua excedunt humanæ ratiocinationis modum. Quem Chaldæus ille mente conceptum, cum & deum suspicere cœpisset, religioniq; habere, solũ quidem ipse patrium uertere instituit, genusq; suum ac larem paternum pro derelicto habere. Probe enim nouerat, quod sibi illic manenti fallacis opinionis occursus, quæ deorum multitudinem astruit, notionem incommodam attulissent ad unius dei inuentionem, qui solus est æternus, aliorum omnium parens, intelligibilium iuxta sensibiliumque: sin inde migrare instituisset, emigraturam quoque ab se intelligebat rationis imposturam. Hac ille ratione uanitatem opinionis uertit in ueritatem, cum eo quoque quod oracula cœlitus ipsi ædita denuo desiderium in ipso exuscitarunt, quo suapte sponte flagrabat, cognoscendi id quod esse dicitur. Quibus ille oraculis deductus, in unius uestigationem ibat studio quam accuratissimo. Neque uero eius contentionis quicquam ipse ante remisit, quàm mente ipse concepit speciem clariorem: non illam quidem naturæ eius & essentiæ (Etenim hoc maius est, quàm ut id assequi quisquam possit) sed substantiæ atque prouidentiæ. Quamobrem princeps ille credidisse dicitur, quando princeps ipse stabilem & exquisitam opinionem habuit, supremam unam esse causam, mundi eorumq; quæ in mundo sunt prouidentem. Cum enim rerum substantiam confusam & permixtam, ex incondita illa congerie in ordinem, atq; ex indiscreta confusione in discrimẽ redigere uolens mundi fictor, degeret eã, atq; ordi-

μεῖν ἤρξατο, γῆν μὲν καὶ ὕδωρ, ὑπὲρ τὸ μέσον ἐρρίζου, τὰ δ' ἀέρος καὶ πυρὸς δένδρα, πρὸς τὴν μετάρσιον ἀνεῖλκεν ἀπὸ τοῦ μέσου χώραν, τὸν δὲ αἰθέριον ἐν κύκλῳ τόπον ὠχυροῦτο, τὸν ἐντὸς ὅρον τε καὶ φυλακτήριον αὐτοῦ τιθείς. ἀφ' οὗ καὶ οὐρανὸς ὠνομάσθαι δοκεῖ. καὶ ταῦτα μὲν τὰ τελεία τοῦ παντὸς ἦν μοσχεύματα. τὸ δὲ παμμεγεθὲς καὶ παμφορώτατον ἔρνος ὁ κόσμος οὗτος, οὗ παραφυάδες οἱ εἰρημένοι βλαστοί. ὅπου ποτ' οὖν ἄρα τὰς ῥίζας καθῆκε, καὶ τίς ἐστιν αὐτοῦ βάσις, ἐφ' ἧς ὥσπερ ἀνδριὰς ἐρήρεισται σκεπτέον. σῶμα μὲν οὐδὲν ἀπολειφθὲν εἰκὸς ἔξω πλανᾶσθαι, τὴν δι' ὅλων ὕλην ἐργασαμένου καὶ διακοσμήσαντος θεοῦ. τελειότατον γὰρ ἥρμοττε τὸ μέγιστον τῶν ἔργων, τῷ μεγίστῳ δημιουργῷ διαπλάσασθαι. τελειότατον δ' οὐκ ἂν ἦν, εἰ μὴ τελείοις συνεπληροῦτο μέρεσιν. ὥστε ἐκ τῆς ἁπάσης ὕλης μηδὲν ἔξω μηδὲ τῆς βραχυτάτης καταλειφθείσης συνέστη ὅδε ὁ κόσμος. ἀνάγκη τοίνυν ἐκτὸς, ἢ κενὸν ἢ μηδὲν εἶναι. εἰ μὲν δὴ κενόν, πῶς τὸ πλῆρες καὶ ναστὸν καὶ τῶν ὄντων βαρύτατον οὐ ῥέπει ταλαντεῦον, στερεοῦ μηδενὸς ὑποβειδόντες. ὀνείρου φάσματι ἂν ἐοικέναι δόξαι. ζητούσης ἀεὶ τῆς διανοίας βάσιν σωματικὴν, πᾶν ἔχειν εἰκός, ἐάνγε κινούμενον τυγχάνῃ, τὸν δὲ δὴ κόσμον διαφερόντως, ὅτι τὸ μέγιστον σωμάτων ἐστι, καὶ πλῆθος ἄλλων σωμάτων ὡς οἰκεῖα ἐγκεκόλπισται μέρη, τὰς δυσωπίας οὖν εἴτις ἀποδιδράσκειν βούλοιτο τὰς ἐν τοῖς διαπορηθεῖσι, λεγέτω μετὰ παρρησίας, ὅτι οὐδὲν τῶν ὕλων κραταιὸν οὕτως, ὡς τὸν κόσμον ἀχθοφορεῖν ἰσχύσαι. νόμος δὲ ὁ ἀΐδιος θεοῦ αἰωνίου, τὸ ὀχυρώτατον καὶ βεβαιότατον ἔρεισμα τῶν ὅλων ἐστίν. οὗτος ἀπὸ τῶν μέσων ἐπὶ τὰ πέρατα, καὶ ἀπὸ τῶν ἄκρων ἐπὶ τὰ μέσα ταθείς, δολιχεύει τὸν τῆς φύσεως δρόμον ἀήττητον. συνάγων πάντα τὰ μέρη καὶ σφίγγων. δεσμὸν γὰρ ἄρρηκτον τοῦ παντὸς ὁ γεννήσας ἐποίει πατήρ. εἰκότως οὖν, οὐδὲ γῆ πᾶσα διαλυθήσεται πρὸς ὕδατος. ὅπερ αὐτῆς οἱ κόλποι κεχωρήκασιν· οὐδ' ὑπ' ἀέρος σβεσθήσεται πῦρ· οὐδ' ἔμπαλιν ὑπὸ πυρὸς ἀὴρ ἀναφλεχθήσεται. τοῦ θείου νόμου μεθόριον τάττοντες αὐτοῦ, ὅπως μὲν δὴ τὸ παμφορώτατον φυτὸν ἐρριζοῦτο, καὶ ῥιζωθὲν ἐκρατεῖτο. τῶν δὲ ἐν μέρει καὶ βραχυτέρων φυτῶν, τὰ μὲν μεταβατικῶς κινητά, τὰ δὲ ἄνευ μεταβάσεως, ὡς ἂν ἑστῶτα κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον ἐδημιουργεῖτο. τὰ μὲν οὖν μεταβατικῇ κινήσει χρώμενα, ἃ δὴ φαμὲν ἡμεῖς ζῶα εἶναι, ταῖς τοῦ παντὸς ὁλοσχερεστέραις προσεγένετο μοίραις. γῇ μὲν τὰ χερσαῖα, πλωτὰ δὲ τῷ ὕδατι, τὰ πτηνὰ δὲ ἀέρι τοὺς ἀστέρας δὲ ἐν οὐρανῷ.

ne conſtituere cœpiſſet, terram quidem & aquam in medio fibris ſuis conſtabiliuit, aëris uero igniſq; ſtirpes ſublimes è media regione ſultuſit, æthereum locũ in ambitu cõmuniens, limitem'q; eorũ faciens quæ intus ſunt, & tanq̃ præſidiũ. Quare οὐρανὸς, id eſt, *Vranos.* cœlum ab ὅρῳ, id eſt, termino, nomẽ deductum uideri poteſt. Atq; hæ quidem ueluti propagines quædam integræ ſunt, uiuiradiceſq; uniuerſi. Prægrandis uero ſtipes, atq; fœcũdiſſimus eſt hic mũdus, cuius uelut ſoboles ad fruticans, germina illa ſunt à nobis ſuprà dicta. Vbinam igitur radices egerit, & quænã ſit eius baſis conſiderandũ, ſu *Baſis mundi.* per qua baſi ſtatuæ in modũ affirmatus eſt mũdus. Eſt aũt ſimile ueri, corpus nullũ errati cũ extra eſſe relictũ, cũ deus uniuerſimateriã opificio concinnatã ordine digeſſerit conſentaneum'q; fuit maximo opifici omnium operũ maximum omnibus numeris abſolutũ fingere. Atqui abſolutiſſimũ eſſe nõ potuit, ut non abſolutis quoq; partibus cõplereẽ. Quocirca, ſi ita hic mũdus cõpactus eſt, ut uniuerſæ materiæ nihil, ne tantulum quidẽ extra relinquereẽ, neceſſe utiq; uel inane extra, uel nihil eſſe. Quod ſi inane, quo tandẽ modo plenũ mundũ & denſum, omniũq; rerũ grauiſſimũ, librãtũ eſſe inani cõpertum eſt, ſolidoq; nullo nixũ? Certe uiſo ludificãti ſimile id uideri poſſit, quęrẽte ſem per cogitatione ſedimentũ aliquod corporeũ: cuiuſmodi cũ omne quod moueẽ habere rationi eſt conſonũ, tũ mundũ præcipue, quod corpus omniũ corporũ maximũ eſt: quippe quod aliorũ corporum congeriem in ſinu ſuo tanq̃ proprias partes gerit. Quare ſi cui effugere propoſitũ eſt identidem recurſanteis huius quęſtionis difficultates, ne uereaẽ ille dicere & aſſerere, nihil ita ualidũ eſſe, duntaxat eorũ quæ in materia ſita ſunt, ut mundum geſtare queat. Eſſe uero ille dicat ſempiterni dei legẽ æternam, fulturã firmiſſimam uniuerſorum, & certiſſimã. Hæc lex à medijs ad extrema, & à ſummis ad media protenſa, inuictũ naturæ curriculũ quaſi Circenſe peragit, coagmentans omnes mundi partes & aſtringens. Etenim uinculum infractũ uniuerſi eam fecit ipſe parẽs qui genuit. Proinde conſentaneũ eſt dicere, nec terram omnem diſſolutum iri ab aqua quam intra ſinus ipſa ſuos concepit, nec ab aëre ignem extinctum iri, nec uero aërem ab igne conflagraturũ, utiq; lege diuina pro confinio aëre collocato. Hac igitur ratione ſtirps illa fertiliſſima ſuis cum radicibus condita, actis ipſis radicibus affirmata eſt. At uero ſingularum ſtirpium partim tranſitu mouentur, partim citra tranſitionem condita ſunt, ut eodem in loco manſitantia. Et quæ tranſitiuo qui- *Animantia.* dem motu utuntur, quæ nos animantia dicimus, ea amplioribus uniuerſi partibus acceſſionis uice ceſſerunt, terræ quidem terreſtria, aquæ natalitia, aëri uolucria, deniq; cœlo ſtellæ.

Διὸ δὴ ἔν τε γῇ καὶ ὕδατι, καὶ ἀέρι γένη, ὁ ποι-
ῶν ἐποίει. ἀέρι μὲν τὰ πτηνά, καὶ δυνάμεις ἄλλας,
αἰσθήσει δ' οὐδαμῆ οὐδαμῶς καταλαμβανομένας. ψυ-
Animarum χῶν δ' ὁ θίασος οὗτος ἀσωμάτων ἐστί. διακεκοσμη-
conuentus. μένων οὖσαις αὐταῖς ἐν τάξεσι. τὰς μὲν γὰρ εἰσκρί-
νεσθαι, λόγος ἔχει σώμασι θνητοῖς. καὶ κατά τινας
ὡρισμένας περιόδους ἀπαλλάττεσθαι πάλιν. τὰς δέ,
θειοτέρας κατασκευῆς λαχούσας ἅπαντος ἀλογεῖν
τοῦ τῆς γῆς χωρίου. ἀνωτάτω δ' εἶναι πρὸς αὐτῷ τῷ αἰ-
θέρι τὰς καθαρωτάτας. ἃς οἱ μὲν παρ' Ἕλλησι φιλο-
σοφήσαντες, ἥρωας καλοῦσι καὶ δαίμονας. Μωϋ-
σῆς δὲ εὐθυβόλῳ χρώμενος ὀνόματι, ἀγγέλους προ-
σαγορεύει. πρεσβευομένας καὶ διαγγελούσας τά τε
Heroes. παρὰ τοῦ ἡγεμόνος τοῖς ὑπηκόοις ἀγαθά, καὶ τῷ
Angeli. βασιλεῖ ὧν εἰσιν ὑπήκοοι χρείας. ἐκεῖναι δὲ ὥσπερ
εἰς ποταμὸν τὸ σῶμα καταβᾶσαι, ποτὲ μὲν ὑπὸ
συρμοῦ δίνης βιαιοτάτης ἁρπασθεῖσαι κατεπόθη-
σαν, ποτὲ δὲ πρὸς τὴν φορὰν ἀντισχεῖν δυνηθεῖ-
σαι, τὸ μὲν πρῶτον ἀνενήξαντο, εἶτα ὅθεν ὡρμήθη-
σαν, ἐκεῖσε πάλιν ἀνέπτησαν. αὗται μὲν οὖν εἰσι
ψυχαὶ τῶν ἄνωθεν εὐθενῶς φιλοσοφούντων, ἐξ ἀρ-
χῆς ἄχρι τέλους μελετῶσαι τὸν μετὰ σωμάτων ἀ-
ποθνήσκειν βίον. ἵνα τῆς ἀσωμάτου καὶ ἀφθάρτου πα-
ρὰ τῷ ἀγενήτῳ καὶ ἀφθάρτῳ ζωῆς μεταλάχωσιν
Animæ philo- αἱ δὲ καταποθεῖσαι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὅσοι σο-
sophorum. φίας ἠλόγησαν, ἐκδόντες ἀστάτοις καὶ τυχηροῖς
πράγμασιν ἑαυτούς, ὧν οὐδὲν εἰς ψυχὴν ἢ νοῦν ἀνα-
φέρεται, πάντα δὲ ἐπὶ τὸν συμφυᾶ νεκρὸν ἡμῶν
τὸ σῶμα, ἢ ἐπὶ τὰ ἀψυχότερα τούτου. δόξαν λέγω
καὶ χρήματα, καὶ ἀρχάς, καὶ τιμάς, καὶ ὅσα ἄλλα
ὑπὸ τῶν μὴ τεθεαμένων τὰ πρὸς ἀλήθειαν καλά, ἀ-
πάτῃ ψευδοῦς δόξης ἀναπλάττεται ἢ ζωγραφεῖ-
ται. ψυχὰς οὖν καὶ δαίμονας καὶ ἀγγέλους, ὀνόματα
μὲν διαφέροντας, ἓν δὲ καὶ ταὐτὸν ὑποκείμενον
At mũdus nec ex diductis est cognitus, ita ut partes eius dissipandæ sint: nec è corporibus compactis, ita ut dissoluendæ, nec ut nostra corpora itidem unitus est. Quippe quæ natura sua fluxa potentiæ cedunt rerum innumerarum, unde noxa ipsa afficiũtur: at mundi robur indomitum, præ multa abundantia omnibus rebus præualens. Nõ igitur potissimum integra qualitatis peremptione corruptũ iri mundum dicemus: tamen eum modum interitus concipere nemo potest: quippe cum eorũ sententia, qui contraria de mundi interitu sentiunt, mansura sit qualitas ipsa coagmẽti, in minorem substantiam contracta, in conflagratione mundi. Age uero superioribus modis interire mundus non potest confusionis modo potest. Absit, ut hoc posse interire censeamus. Alioqui reuoluemur eodem, ut admittendum nobis sit, interitum mundi perinde futurum, atque si nihil in rerum natura sit. Quo tandem istuc modo? Quia si unaquæq; partium mũdi uicissim interiret, alia mutari in aliam potuisset, cum uero omnia simul interire uniuersaq; dicunt, necesse est in intellectum id admittere quod fieri potest. Est uero operæprecium quærere, qua ratione altera erit generatio mũdi, cum om̃ia in ignem resoluta fuerint. Siquidem exhausta ab igne rerum natura, necesse erit ignem quoq; extingui alimento defectum. Qui si permaneret incolumis, esset utiq; ratio seminalis coagmentationis mũdi. Igne uero resoluto, illico una cum eo illa quoque ratio consequens est ut perimatur. Atqui nefarium est geminatæq; impietatis, non tantum mũdum capitis crimine arcessere, sed etiam (si dijs placet) natalem eius instaurati tium tollere. Quasi uero inertia deus & incondita rerũ nece, omnibusq; perperam factis gaudeat.

Proinde hanc disputationem in hunc modum exquisitius explicandã habemus.

Ignis. Carbo. Flamma. Splendor.

Ignis genus est triplex carbo, flamma, & splendor. Carbo ignis est in terreno. Hocq; modo spiritualis habitudinis tanquam in specu latet igni, & quasi locum insidet, usquequaque intentus, & ad extrema usq; pertingens. Flamma est id, quod ab alimento sublime tollitur. Splendor est, qui è flamma emittitur, oculis subseruiens, & prælucens ad res spectabiles apprehendendas.

Medium autem locum carbonis & splendoris flamma obtinet, utpote q̃uæ & extincta desinat in carbonem, & excitata lumen habeat, quod ui ustiua cum deficitur, fulget. Quocirca, si resolutum iri mundum de flagratione censuerimus, haud quaquam carbo fiet. quippe in quo terreni permultum reliquum esset, ubi ignem comprehensum esse contigit. At placet cæterorum corporum nullam iam tum in rerum esse natura, terramq́ue aquam, aërem, in ignem merum resolui. Nec uero flammam mansuram esse

ἅμμα

ἄμμα γὰρ τροφῆς ἐστι. μηδενὸς δὲ καταληφθέντος, ἀτροφήσασα αὐτίκα ἀποσβεσθήσεται. τούτοις ἕπεται, τὸ μηδ᾽ αὐγὴν ἀποτελεῖσθαι. καθ᾽ ἑαυτὴν γὰρ ὑπόστασιν οὐκ ἔχει, γίνεται δ᾽ ἀπὸ τῶν προτέρων ἄνθρακος καὶ φλογός, ἀφ᾽ οὗ μὲν ἔλαττον, πολὺ δ᾽ ἀπὸ φλογός. ἐκείνων δ᾽ ὡς ἐδείχθη κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν οὐκ ὄντων, οὐδ᾽ ἂν αὐγὴ γένοιτο, ὥστ᾽ ἀμήχανον παλιγγενεσίαν τὸν κόσμον λαβεῖν, μηδενὸς ἐν τυφομένου σπερματικοῦ λόγου. οὗ ἕνεκεν ἐστι δῆλον, ὅτι ἀγένητος καὶ ἄφθαρτος ὢν διατελεῖ.

Δίχα τοίνυν τῶν εἰρημένων, κἀκεῖνο χρήσαιτο ἄν τις εἰς πίστιν, ὃ καὶ τοὺς μὴ πέρα τοῦ μέτρου φιλονεικεῖν αἱρουμένους ἐπισπάσεται. τῶν ἐν ταῖς συζυγίαις ἐναντίων ἀμήχανον τὸ μὲν εἶναι, τὸ δὲ μή. λευκοῦ γὰρ ὄντος, ἀνάγκη καὶ μέλαν ὑπάρχειν. καὶ μεγάλου βραχύ, καὶ περιττοῦ ἄρτιον. καὶ γλυκέος πικρόν. καὶ ἡμέρας νύκτα, καὶ ὅσα τούτοις ὁμοιότροπα. γενομένης δ᾽ ἐκπυρώσεως, ἀδύνατόν τι συμβήσεται. τὸ μὲν γὰρ ἕτερον ὑπάρξει τῶν ἐν ταῖς συζυγίαις, τὸ δὲ ἕτερον οὐκ ἔσται. φανερὸν δ᾽ οὕτως ἂν θεασώμεθα. πάντων γὰρ εἰς πῦρ ἀναλυθέντων, κοῦφον μὲν ἔσται, καὶ μανὸν καὶ θερμόν, ἴδια γὰρ πυρὸς ταῦτα. βαρὺ δ᾽ οὐδὲν ἢ πυκνὸν ἢ ψυχρόν, τὰ τοῖς λεχθεῖσιν ἐναντία. πῶς οὖν ἄντις ἐπισχῦται μᾶλλον τὴν πεπλεγμένην ἐκ τῆς ἐκπυρώσεως ἀκοσμίαν ἢ τὰ φύσει συνυπάρχοντα διακρινοῦς ἀπαρτώμενα τῆς συζυγίας. ἡ δ᾽ ἀλλοτρίωσις ἐπὶ τοσοῦτον κεχώρηκεν, ὡς τοῖς μὲν ἀϊδιότητα προσομολογεῖν, τοῖς δὲ τὸ ἀνύπαρκτον. Ἔτι τοίνυν κἀκεῖνό μοι δοκεῖ, μὴ ἀπὸ σκοποῦ τοῖς ἰχνηλατοῦσι τἀληθὲς εἰρῆσθαι. φθειρόμενος ὁ κόσμος, ἤτοι ὑπό τινος φθαρήσεται αἰτίας, ἢ ὑπὸ θεοῦ. ὑπ᾽ ἄλλου δὲ οὐδενὸς τὸ παράπαν δέξεται διάλυσιν. οὐδὲν γάρ ἐστιν ὃ μὴ περιέχει. τὸ δὲ περιεχόμενον καὶ κρατούμενον ἀσθενέστερον δήπου τοῦ περιέχοντος, ὑφ᾽ οὗ καὶ κατακρατεῖται. ὑπὸ δὲ θεοῦ φθείρεσθαι λέγειν αὐτόν, πάντων ἀνοσιώτατον. ὁ γὰρ θεός, οὐκ ἀταξίας, καὶ ἀκοσμίας, καὶ φθορᾶς, ἀλλὰ τάξεως καὶ εὐκοσμίας καὶ ζωῆς, καὶ παντὸς αἴτιος ἀγαθοῦ ἀνωμολόγηται παρὰ τοῖς τ᾽ ἀληθῆ δοξάζουσι. προσφιλοτεχνοῦντες δέ τινες τῶν ἀΐδιον ὑπολαμβανόντων τὸν κόσμον εἶναι, καὶ τοιούτῳ πρὸς

placet, ut quæ ſit ignei alimēti elatio in ſublime. Ita cum relictum nihil fuerit, utique ipſa tabeſcēs protinus extinguetur. Quibus etiam ipſis hoc conſequens eſt, ut ne ſplendor quidem inde exiſtat, qui ſuapte ipſe natura ſolus ſubſiſtere nequit, à prioribusq; illis manat, flamma ſcilicet & carbone, ab hoc quidem ille minor, à flamma uero multus. At illa à conflagratione mundi non futura ſunt, ut probatum eſt, ita ne ſplendor quidem erit poſtea. Quo fit, omnino ratio ut iniri non poſſit mundi denuo naſcituri, cum ſeminalis nulla ratio confoueatur intus. Atq; ex iis planum factum eſt, ingenitum mundum permanere, et incorruptum.

Oppoſitorum alterum nō eſſe ſine altero

Quin abſq; his etiam ſic explicatis foret, & hoc argumento quis uti poſſet ad huius ipſius rei fidem, idoneo quidem ipſo, & utique huiuſcemodi quod omneis in eam opinionem adduceret, duntaxat qui eſſe ipſi pertinaces præter modum non obſtinaſſent. Eorum igitur, que coniugatim contraria ſunt inter ſe, ut hoc ſit, illud non ſit, omnino fieri nequit. Nam ſi album ſit, & nigrum eſſet neceſſe eſt, & magno exiſtente, parum erit, & impari par, & dulci amarū, & denicq; die exiſtente nox erit, & quæcunque ſunt alia huiuſcemodi. Atqui ſi mundi inflammationem fore dederimus, inde futurum ſequetur, quod fieri per rerum naturam nequit, eritq; coniugatorum alterutrū cum alterū iam non ſit. Id quod licebit hoc pacto ut cognoſcamus. Omnibus in ignē reſolutis, leue quidem, & rarum erūt, & calidum, cum ignis ſint propria, graue uero non erit, non denſum, non frigidum, quæ tamen è regione ſunt illorum. Quomodo autem potius inhibere quis poſſit mundī prorſus non futuri conſequentiam, quæ in mūdi deflagratione ſanè implicita eſt, ſiquidem ea detur, quàm ſi ea quæ natura una eſſe comparata ſunt, hoc ille pacto demonſtrarit è ſua coniugatione dirimi? At hoc poſito coniugationis diremptio eouſq; progreditur, ut his æternum eſſe non negent, illis eſſe omnino negent.

Mūdus à deo deſtrui non poſſe.

Iam uero quod ſequitur, non longe à propoſito, quaſi q; ſcopulo abſcedere uidetur eorum qui uerum ueſtigare inſtituerunt. Mundus ſi interiturus eſt, aut à cauſa quadam interibit, aut diuinitus. At uero aliunde diſſolutionem nullo modo admittit, quippe qui nihil non contineat, ipſe & cohibeat, & quod continetur debilius eſt utiq; continente, cum ab eo coërceatur ut prævalente. Adeo porrò deſtrui mundum dicere, ſceleratum eſt in primis, & nefarium. Siquidem deum non ordinis diſſoluti, non inconditæ rerū rationis, non internicionis autorem, ſed ordinis potius, & compoſitæ rationis, denicq; uitæ atque omnis boni cauſam eſſe, apud eos in confeſſo eſt, qui uere de rebus opinati ſunt.

Internicionis modi quatuor.

At uero eorum, qui ſempiternum mundum eſſe cenſuerunt, ſunt qui argumentationi ambitioſæ, artificioſæ'que indulgentes, inſuper etiam hac diſputatione utuntur ad

κατασκευὴν λόγῳ χρῶνται. φθορᾶς τέτταρας εἶναι τρόπους τοὺς ἀνωτάτω συμβέβηκε, πρόσθεσιν, ἀφαίρεσιν, μετάθεσιν, καὶ ἀλλοίωσιν. δυὰς μὲν οὖν προσθέσει μονάδος, εἰς τριάδα φθείρεται, μηκέτι μείνασα δυάς. τετρὰς δ' ἀφαιρέσει μονάδος, εἰς τριάδα. μεταθέσει δὲ, τὸ ζ στοιχεῖον εἰς η, ὅταν αἱ μὲν ἐγκάρσιοι παράλληλοι πρὸς ὀρθὰς διαναστῶσιν. ἡ δὲ πρὸς ὀρθὰς ἐπεζευγμένη πλαγιασθεῖσα συνάψῃ τὰς παρ' ἑκάτερα. κατ' ἀλλοίωσιν δὲ, μεταβάλλων οἶνος εἰς ὄξος. τῶν δὲ κατειλεγμένων τρόπων, οὐδεὶς ἐφάπτεται τοῦ κόσμου τὸ παράπαν. ἐπεὶ τί φαμὲν, προστίθεναι τι τῷ κόσμῳ πρὸς ἀναίρεσιν, ἀλλ' οὐδὲν ἔξω ἐκ τούτου, ὃ μὴ μέρος γέγονεν αὐτοῦ ὅλου. περιέχεται γὰρ καὶ κατακρατεῖται. ἀλλ' ἀφαιρεῖσθαι, πρῶτον μὲν τὸ ἀφαιρεθὲν. πάλιν κόσμος ἔσται τοῦ νῦν βραχύτερος. ἔπειτα ἀμήχανον ἔξω τι σῶμα τοῦ ὅλου διαρτηθὲν τῆς συμφυίας σκεδασθῆναι. ἀλλὰ τὰ μέρη μετατίθεσθαι, μένει μὲν οὖν ἐν ὁμοίῳ, τοὺς τόπους οὐκ ἐναλλάττοντα. οὐ γὰρ ἐποχηθήσεταί ποτε ἔτι ὕδατι πᾶσα ἡ γῆ, οὐδ' ὕδωρ ἀέρι, καὶ οὗτος, πυρί. ἀλλὰ τὰ μὲν φύσει βαρέα, ἐν γῇ, καὶ ὕδωρ τὸν μέσον ὑφέξει τόπον, γῆς μὲν, θεμελίου τρόπον ὑποβεβλημένης, ὕδατος δ' ἐπιπολάζοντος. ἀὴρ δὲ καὶ πῦρ τὰ φύσει κοῦφα, τὴν ἄνω. καὶ μὴν οὐδὲ κατὰ ἀλλοίωσιν φθείρεσθαι νομιστέον. ἰσοκρατὴς γὰρ ἡ τῶν στοιχείων μεταβολή. τὸ δ' ἰσοκρατὲς, ἀκλινοῦς βεβαιότητος καὶ ἀσαλεύτου μονῆς αἴτιον, ἅτε μὴ πλεονεκτούμενον. ὥστε ἡ ἀντίδοσις καὶ ἡ ἀντέκτισις τῶν δυναμένων ἀναλογίαις ἴσαις σωμένη κανόσιν ὑγείας καὶ ἀτελευτήτου σωτηρίας δημιουργός. ἐξ ὧν ἀΐδιος ὁ κόσμος ἀποδείκνυται. Θεόφραστος μέντοι φησὶ τοὺς γένεσιν καὶ φθορὰν τοῦ κόσμου κατηγοροῦντας, ὑπὸ τεττάρων ἀπατηθῆναι τῶν μεγίστων, γῆς ἀνωμαλίας, θαλάττης ἀναχωρήσεως, ἑκάστου τῶν τοῦ ὅλου μερῶν διαλύσεως, χερσαίων φθορᾶς κατὰ γένη ζῴων. κατασκευάζει δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὕτως. εἰ μὴ γενέσεως ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ γῆ, μέρος ὑπανεστὼς οὐδὲν ἂν ἔτι αὐτῆς ἑωρᾶτο. χθαμαλὰ δ' ἤδη, τὰ ὄρη πάντων ἐγεγένητο. καὶ οἱ γεώλοφοι πάντες, ἰσόπεδοι τῇ πεδιάδι. τοσούτων γὰρ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὄμβρων ἐξ ἀϊδίου φερομένων, εἰκὸς ἦν τῶν διῃρημένων εἰς ὕψος, τὰ μὲν, χειμάρροις ἀπερρῆχθαι, τὰ δ' ὑπονοστήσαντα κεχαλάσθαι. πάντα δὲ διὰ πάντων ἤδη λελειάνθαι.

astruendam opinionem suam. Quatuor esse modos internicionis rerum summa diuisione conuenit, additionem, ademptionẽ, trãspositionem, mutationem. Binarius igitur accessione unitatis in ternarium interit cum iam binarius non sit. At quaternius unitatis decessione in ternarium. Transpositione autem interit Z elementum in H, cum lineæ quidem obliquæ & paralelæ sub rectæ ad rectos angulos fuerint, linea autẽ ad utranque protenta & pertinens, in transuersum deflexa, ipsas ad rectos angulos attigerit & copularit. Immutatione fit corruptio, cum uinum in acetũ uertitur. Nullus autem modorum qui enumerati sunt, mundum attingit prorsus. Nam quid hic comminisci quisquam eorum possit? additum iri quippiam mundo ad eius demolitionem? quo'nam tandem id modo, si nihil est extra mundum, quod nõ idem pars sit mundi totius? Quicquid enim, id est, cohibetur ab eo, & edomatur. Quid igitur? ablatum iri? Primum, si id fateare, quicquid erit quod auferetur, id denuo mundus erit hoc mũdo minor. Deinde nõ est inire rationem, qua corpus aliquod ab uniuersi coalescẽtia diremptum usquam dispergi possit. Age, nũquid partes mundi transponendas comminiscemur ad mundi corruptionem? Atqui in simili permanebunt locos non permutãtes. Neque enim unquam futurum est, ut omnis terra inuehatur aqua, nec ut aqua aëre, & hic igne. Sed quæ in terra naturæ grauis sunt aquaque medium locum obtinebũt, ita ut terra fundamenti uice fulciat, illicque aqua innatet, at aër, ignisque quæ natura leui sunt, superiorem locum teneant.

Alium mundũ fieri nõ posse.

Neque uero existimãdum est eo modo interiturum mundum alius ut ex alio fiat. Nã que elementorũ immutatio æquepollet per omnia, & quod æquepollet, id firmitudinis indeclinabilis causa est, atque illabefactabilis permansionis, cum nullo exuberantiore inferius sit. Quam ob causam refundendarum uirium reprehendarumque uicissitudo, regulis illa quidem adæquata proportionis, artifex est sanitatis atque incolumnitatis in æuum pertinacis. Unde fit demonstrabile, mundum esse sempiternum.

Theophrastus in eos qui mundũ sempiternũ esse negant.

Porrò autem Theophrastus eos, qui ortum mundo interitumque obijciunt, quatuor rebus falsos esse existimauit, terræ inæquabilitate, maris recessu, singularum partiũ uniuersi dissolutione, terrestrium denique internicione generatim per animantia grassante. Primum sic astruitur: Nisi terra principium ortus cœpisset, nulla pars eius altius insurgens conspiceretur, complanati uero montes omnes fuissent, collesque ad æquilibrium redacti cum planicie camporum. Siquidem tot imbribus quotannis ab æuo labẽtibus, locorum in altum

Terræ inæquabilitas.

æditorum alia torrentibus abrupta fuissent (ut simile ueri est) alia suopte nutu subsidentia pessum iuissent, omniaque iam usquequaque perplanata diffunderentur.

ννὶ

νυνὶ δὲ, συνεχεῖς ἀνωμαλίαι, καὶ παμπόλλων ὀρῶν αἱ πρὸς ὕψος ὑπερβολαὶ, μηνύματ' εἰσὶ, τοῦ τὴν γῆν μὴ ἀΐδιον εἶναι. πάλαι γὰρ ὡς ἔφην ἐν ἀπείρῳ χρόνῳ ταῖς ἐπομβρίαις ἀπὸ περάτων ἐπὶ πέρατα πᾶσα λεωφόρος ἐγεγένητο. πέφυκε γὰρ ἡ ὕδατος φύσις καὶ μάλιστα ἀπὸ ὑψηλοτάτων καταράττουσα, τὰ μὲν, ἐξωθεῖν τῇ βίᾳ, τὰ δὲ, διὰ συνεχοῦς τῆς ψεκάδος κολάπτουσα κοιλαίνειν. ὑποργάζεσθαί τε τὴν σκληρόγεων καὶ λιθωδεστάτην, ὀρυκτήρων οὐκ ἔλαττον.

Καὶ μὴν ἥγε θάλασσά φασιν ἤδη μεμείωται. μάρτυρες δὲ, αἱ νήσων εὐδοκιμώταται, ῥόδος τε καὶ δῆλος. αὗται γὰρ τὸ μὲν παλαιὸν ἠφανισμέναι κατὰ τῆς θαλάττης ἐδεδύκεσαν ἐπικλυζόμεναι, χρόνῳ δ' ὕστερον ἐλαττουμένης ἠρέμα, κατ' ὀλίγον ἀνίσχουσαι διεφάνησαν, ὡς αἱ περὶ αὐτῶν γραφεῖσαι μηνύουσιν ἱστορίαι. πρὸς δὲ τούτοις, μεγάλων πελαγῶν μεγάλους κόλπους καὶ βαθεῖς ἀναξηρανθέντας, ἠπειρῶσθαι καὶ γεγενῆσθαι τῆς παρακειμένης χώρας μοῖραν οὐ λυπρὰν, σπειρομένους καὶ φυτευομένους, οἷς σημεῖα, τὰ τῆς παλαιᾶς ἐναπολελεῖφθαι θαλαττώσεως, ψηφῖδάς τε καὶ κόγχας, καὶ ὅσα ὁμοιότροπα πρὸς αἰγιαλοὺς εἴωθεν ἀποβράττεσθαι. εἰ δὲ μειοῦται ἡ θάλαττα, μειωθήσεται μὲν ἡ γῆ. μακραῖς δὲ ἐνιαυτῶν περιόδοις, καὶ εἰσάπαν ἑκάτερον στοιχεῖον ἀναλωθήσεται, δαπανηθήσεται καὶ ὁ σύμπας ἀὴρ, ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον ἐλαττούμενος. ἀποκριθήσεται δὲ τὰ πάντα, εἰς μίαν οὐσίαν τὴν πυρός. πρὸς δὲ τὴν τοῦ τρίτου κατασκευὴν κεφαλαίου, χρῶνται λόγῳ τοιῷδε. φθείρεται πάντως ἐκεῖνο, οὗ πάντα τὰ μέρη φθαρτά ἐστι. τοῦ δὲ κόσμου πάντα τὰ μέρη φθαρτά ἐστι, φθαρτὸς ἄρα καὶ ὁ κόσμος. ὃ δὲ ὑπερεθέμεθα, νῦν ἐπισκεπτέον. ποῖον μέρος τῆς γῆς, ἵνα ἀπὸ ταύτης ἀρξώμεθα, μεῖζον ἢ ἔλαττον, οὐ χρόνῳ διαλυθήσεται. λίθων οἱ κραταιότατοι ἆρ' οὐ μυδῶσι καὶ σήπονται κατὰ τὴν ἕξεως ἀσθένειαν (ἡ δ' ἐστὶ πνευματικὸς τόνος δεσμὸς οὐκ ἄρρηκτος, ἀλλὰ μόνον δυσδιάλυτος) θρυπτόμενοι καὶ ῥέοντες, εἰς λεπτὴν τὸ πρῶτον ἀναλύονται κόνιν, εἶθ' ὕστερον δαπανηθέντες, ἐξαναλύονται. τί δ' εἰ μὴ πρὸς ἀνέμου ῥιπίζοιτο τὸ ὕδωρ οὐκ ἀκίνητον ἐαθὲν, ὑφ' ἡσυχίας νεκροῦται, μεταβάλλει γοῦν, καὶ δυσωδέστατον γίγνεται, οἷα ψυχὴν ἀφῃρημένον ζῶον. αἵγε μὴν ἀέρος φθοραὶ, παντί τῳ δῆλον. νοσεῖν γὰρ καὶ φθίνειν, καὶ τρόπον τινὰ ἀποθνήσκειν πέφυκεν. ἐπεὶ, τί ἄν τις μὴ στοχαζόμενος, ὀνομάτων εὐπρεπείας,

Nunc uero crebræ salebræ, permultorumq́ montium iuga in altum exurgentia, indicia sunt terræ minime ab æterno æditæ. Alioquin iam olim, ut dictum est, in tempore infinito imbrium ui terra à fronte, ut dicitur, ad calcem, ad uiæ uehicularis æquabilitatē cōplanata uideretur. Et est ea uis aquæ præsertim superne casitantis, ut quædam ui extrudat, quædam continenti stillicidio caua reddat, solū etiam ut prædurum ac glareosum fossorum more subigat.

Quin & mare ipsum, inquiunt, imminutum est. *Maris minutio* Indices sunt insulæ celeberrimæ Rhodos & Delos. Quæ cū olim mari summersæ & obrutæ non cernerentur, temporis interuallo existere sensim cœperunt & conspici, utique mari sensim itidem subsidente, ut quidem uetustis proditum est historijs, quæ de ipsis conscriptæ sunt. Ingentes etiam sinus maris altissimosq́ exaruisse aiunt, continentiq́ accessisse, simul tractus adiacentes in apertum protulisse, partibus illos quidem luculētis, nec sterilibus, ut apparuit cū seminari cœpti essent, arbustisq́ conseri. His etiam accedunt indicia maris è prisca proluuie retroacti, id quod scrupi & conchulæ marinæ in sicco destitutæ ostendunt, aliaq́ eiusdem modi, quæ mari æstuante expui solita sunt. Quod si mare imminuitur, minuetur & terra, longisq́ annorum circuitibus prorsus utrunque elementum resoluetur, & uniuersus uero aër exhaurietur, ad imminutionem sensim uergens, omniaq́ è suo concremento in unam naturam ignis liquescent. Ad tertij autem *Partium mundi dissolutio.* capitis structuram hoc argumento utuntur: Id, inquiunt, omnino periturum est, cuius partes obuiæ & expositæ interitui, at mundi partes tales sunt, igitur mundus huiuscemodi. Nunc agitandum, quod huc digrediendo reieceramus.

Quænam igitur terræ pars, ut ab eodem auspicemur, uel maior, uel minor tempore nō dissoluet? Quid lapides firmissimi? nónne tumore putrifico affecti putrescunt tandem, atq; ab habitus infirmitate (qui tenor *Habitus.* est spiritualis, uinculumq́ fracturæ non immune, tametsi ægre est solutile) fragiles & fluxi in tenuem primum puluerem soluti, deinde consumpti, tum demum prorsus euanidi abeunt? Aqua uero quid ipsa? nónne si immota manserit, nec statu diuentiletur, quiete enecatur? certe quidem mutari eam cōstat, graue olentiaq́ infici, more animantium, quæ anima priuatæ sunt. Enimuero aëris corruptiones nulli nō apparēt manifesto, & ægrotare enī aër, & tabescere, & modo quodam emori è sua naturali constitutione potest. Quod si animi intentionem ad indagandam rerum

ἀλλὰ

ἀλλὰ τἀληθὲς, ὅποι λοιμὸν εἶναι, πλὴν ἀέρος θάνατον. τὸ οἰκεῖον πάθος ἀναχέοντες ἐπὶ φθορᾷ πάντων, ὅσα ψυχῆς μεμοίραται. τί γὰρ μακρογορεῖν περὶ πυρός. ἀτροφῆσαν γὰρ, αὐτίκα σβέννυται. εἰ δὴ τῶν μερῶν ἕκαστον τοῦ κόσμου φθορὰν ἐπιμένει, δῆλον ὅτι καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν παγεὶς κόσμος, ἄφθαρτος οὐκ ἔσται. τὸν δὲ τέταρτον καὶ λοιπὸν λόγον ἀκριβέστερον ὧδέ φασιν. εἰ ὁ κόσμος ἀΐδιος ἦν, ἦν ἂν καὶ τὰ ζῷα ἀΐδια. καὶ πολύ γε μᾶλλον τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὅσῳ καὶ τῶν ἄλλων ἄμεινον, ἀλλὰ καὶ ὀψίγονον φανῆναι τοῖς βουλομένοις ἐρευνᾶν τὰς φύσεις. εἰκὸς γὰρ, μᾶλλον δ᾽ ἀναγκαῖον, ἀνθρώποις συνυπάρξαι τὰς τέχνας. ὡς ἂν ἰσήλικας. οὐ μόνον ὅτι λογικῇ φύσει ἐμμέθοδον τὸ οἰκεῖον, ἀλλὰ καὶ ὅτι ζῆν ἄνευ τούτων, οὐκ ἔστιν. ἴδωμεν οὖν τοὺς ἑκάστων χρόνους ἀναλογίσαντες τῶν ἐπιτραγῳδουμένων θεοῖς μύθων. εἰ μὴ ἀΐδιος ἄνθρωπος, οὐδ᾽ ἄλλο τι ζῷον, ὥστε, οὐδὲ αἱ δεδεγμέναι ταῦτα χῶραι, γῆ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀήρ, ἐξ ὧν τὸ φθαρτὸν εἶναι τὸν κόσμον, δῆλόν ἐστιν. ἀναγκαῖον δὲ πρὸς τὴν τοσαύτην εὑρεσιλογίαν ἀπαντῆσαι, μή τις τῶν ἀπειροτέρων ὑπαχθῇ. καὶ ἀρκτέον γε, τῆς ἀντιρρήσεως, ἀφ᾽ οὗ καὶ τῆς ἀπάτης οἱ σοφισταί. τὰς ἀνομαλίας, οὐκ ἔτ᾽ ἐχρῆν εἶναι τῆς γῆς, εἴπερ ἀΐδιος ἦν ὁ κόσμος. διατί ὦ γενναῖοι. φήσουσι γὰρ ἕτεροι παρελθόντες, ὅτι δένδρων οὐδὲν αἱ φύσεις τῶν ὀρῶν διαφέρουσιν, ἀλλὰ καθάπερ ἐκεῖνα καιροῖς μέν τισι φυλλορροεῖ, καιροῖς δὲ πάλιν ἀνηβᾷ, τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τῶν ὀρῶν, τὰ μὲν ἀποθραύεται μέρη, τὰ δὲ προσφύεται. μακροῖς δὲ χρόνοις ἡ πρόσφυσις καθίσταται γνώριμος. διότι τὰ μὲν δένδρα ὠκυτέρᾳ χρώμενα τῇ φύσει, θᾶττον καταλαμβάνειν ἔχει τὴν ἐπίδοσιν. τὰ δ᾽ ὄρη βραχυτέρᾳ. διό καὶ τὰς ἐκφύσεις αὐτῶν αἰσθητὰς, ὅτε μὴ χρόνῳ μακρῷ μόλις εἶναι συμβέβηκεν, ἐοίκασί τε τὸν τρόπον τῆς γενέσεως αὐτῶν ἀγνοεῖν, ἐπεὶ κἂν ἴσως αἰδεσθέντες ἡσύχασαν. φθόνος δ᾽ οὐδεὶς ἀναδιδάσκειν. ἔστι δ᾽ οὔτε νέον τὸ λεγόμενον οὔθ᾽ ἡμέτερον ῥῆμα, ἀλλὰ παλαιῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν. οἷς οὐδὲν ἀδιερεύνητον τῶν εἰς ἐπιστήμην ἀναγκαίων ἀπολέλειπται. ὅταν τὸ κατακεκλεισμένον ἐν τῇ γῇ πυρῶδες, ἄνω τῇ τοῦ πυρὸς ἐλαύνηται φυσικῇ δυνάμει, πρὸς τὸν οἰκεῖον τόπον στείχει. κἂν τινος λάβηται βραχείας ἀναπνοῆς, ἄνω μὲν συναποσπᾷ πολλὴν τῆς γεώδους οὐσίας, ὅσον ἂν οἷόν τε ᾖ. ἔξω δ᾽ ἐπιγινόμενον, φέρεσθαι

Pestis.

Animantium conditio mortalis.

Locus hic mutilatus est.

Refutatio.

Montium natura ut arborum

ueritatem potius, ꝙ ad nominũ appellationumq; decorũ cõtuleris, quid'nam aliud dixeris pestem esse ꝙ aëris mortem? qui noxam qua afficitur in omnium necem effundit, quibus quidẽ ipsis participibus animæ esse cõtingit. Iã de igne quid opus est uerbosius disputare? qui simul alimento defectus est, tabescit & extinguitur. Quare si unamquanq; mundi partiũ suũ manet exitium, nimirum mũdus ipse, qui ex ijs cõpositus est, exitij non erit expers. Quartã illi eandẽq; ultimam rationẽ exquisitius hunc in modũ prosequuntur. Si mundus (aiunt ipsi) sempiternus esset, essent etiam animalia sempiterna, eoq; magis genus hominum tale esset, quo reliquis est præstantius. At sero genitos homines apparebit, ijs qui rerũ naturas institerint perscrutari. Est enim uerisimile, atq; adeo necessariũ, simul cum hominibus in naturã rerum æditis, artes quoq; extitisse, ut æquales hominibus. Nec id modo eã ob rem, quod naturæ rationali ea sunt accõmodata, quę artificio cõstant, sed etiã quod si absq; ijs artibus esset, uita nõ procederet. Id ex fabulis uidere possumus, si singularũ tẽpora recẽseamus, quas dijs Poëtæ singulis affictas decantauerũt. Cęterũ nisi homo æternus sit, nullũ aliud animal æternũ erit. Ita ne loca quidẽ æterna erunt, quæ ipsa excipiunt animalia, terra, aqua, & aër. Ex quo sequit̃, ut sit manifestũ, mundum esse exitio obnoxiũ. Hic enimuero cũ istis hominibus qui uerba fundunt cõmentitia, necesse est pedem ipsi ut cõferamus, ne quis eorũ quos deficit rerũ prudentia maior, ab ipsis adducatur quoquo modo in errore. Protinus autẽ nobis ab refutatione ordiẽdũ est, quãdo captionum artifices ipsi auspicantur ab impostura. Si mundus, inquiunt, æternus esset nullas iam in terra oportebat extare inęqualitates. Quid istud tandẽ obsecro? Erunt enim, qui in mediũ prodeuntes dicere nõ uereantur, montiũ naturã nihil quicꝙ ab arborum differre. Nam ut illę temporũ uicib. amittunt folia, alternisq; repubescũt, eodẽ etiã modo montiũ partes quædã abrumpunt̃, & quædã uicissim adnascunt̃, tametsi nõ nisi lõginquitate tẽporis agnatio hæc innotescit, idcirco quod arbores natura celeriore prædite, incrementũ suũ cito capiũt, mõtes uero tardiore: unde fit, ut enatę eorũ partes uix sensu hominũ percipiant̃, ac nisi longo tẽpore. Atqui enascentiũ montiũ rationẽ planè ignorare isti mihi uident̃, alioq pudor eos, ut opinor, uetuisset tale quicꝙ proloqui. Quare eos docere nequaꝙ grauabimur. Est aũt quod dicturi sum⁹, nec nouũ, nec nostrũ, sed antiquorũ inuẽtũ, hominũ sanè sapientũ, q nihil nõ ipsi disputatũ reliquerũt, eorũ quidẽ certe quæ ad scientiã necessaria esse cẽsent̃. Cũ igit̃ natura ignita in terra cõdita sursum uersus rapit̃ ignis, ut naturali ad propriũ locũ tẽdit, ac si quantulũ sit cunq; spiraculũ nacta, sublime rapit secũ multũ terrenę naturę, & ꝙ potest plurimum, simul ac uero terra ipsa eruperit, fert̃

De ignis ac terræ natura.

βραχυτέραν,

βραχυτέραν, ἡ καὶ μέχρι πολλοῦ συμπαρελθεῖν βιασθεῖσα, πρὸς μήκιστον ἀρθεῖσα ὕψος συστέλλεται κορυφουμένη, καὶ πρὸς ὀξεῖαν ἀποτελευτᾷ κορυφὴν. πυρὸς σχῆμα μιμουμένη. γίνεται γὰρ τοῦ κουφοτάτου καὶ βαρυτάτου τότε τῶν φύσει ἀντιπάλων, ἀναγκαίᾳ συρραξάντων διαμάχη, πρὸς τὴν οἰκείαν ἑκατέρου χώραν ἐπειγομένου. καὶ τὸ βιαζόμενον ἀντιτείνοντες, τὸ μὲν δὴ πυρῶν συνανέλκον γῆν ὑπὸ τοῦ περὶ αὐτὴν νευστικοῦ, βρίθειν ἀναγκάζεται. ἡ δὲ γῆ κατωτάτω ταλαντεύουσα, ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀνηρφοίτου ἐπελαφρισθεῖσα, μόλις ὑπὸ δυνατωτέρας τῆς ἐπικουφιζούσης ἰσχύος, ἄνω πρὸς τὴν τοῦ πυρὸς ἕδραν ὠθεῖται καὶ ἵσταται. τί οὖν θαυμαστὸν εἰ μὴ τὰ ὄρη ταῖς τῶν ὑετῶν φοραῖς ἐξανήλωται. τῆς συνεχούσης αὐτὰ δυνάμεως ὑφ' ἧς καὶ διανίσταται μάλα παγίως καὶ κραταιῶς ἐνδεδεμένης. λυθέντες γὰρ δεσμοῦ τοῦ συνέχοντος, εἰκὸς ἦν διαλυθῆναι καὶ πρὸς ὕδατα σκεδασθῆναι. δυνάμει τε σφιγγόμενα τῇ τοῦ πυρὸς στεγανώτερον πρὸς τὰς τῶν ὑετῶν φορὰς ἀντέχει. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν λελέχθω περὶ τῆς ἀνωμαλίας τῆς γῆς πίστιν οὐκ ἐχούσης γενέσεως καὶ φθορᾶς κόσμου. πρὸς δὲ τὸ ἀπὸ τῆς μειώσεως τῆς θαλάσσης ἐπιχειρηθὲν, ἐκεῖνο δεόντως ἂν λέγοιτο. μὴ τὰς ἀνισχούσας νήσους αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσαι μὴ δ' εἰσὶν ἀποτομαὶ κατακλυζόμεναι τοῖς πάλαι χρόνοις, αὖθις ἠπειρώθησαν σκοπεῖν χρή. φυσιολογίας γὰρ ἀντίπαλον φιλονεικία. τριποθήτου ἡγουμένης ἀλήθειαν ἰχνηλατεῖσθαι. ἀλλὰ πολυπραγμονεῖται καὶ τοὐναντίον. ὅσαι μὲν ἠπείροις οὐ παράλιοι μόνον, ἀλλὰ καὶ μεσόγειοι μοῖραι κατεπόθησαν. ἔτι δὲ χέρσος θαλαττωθεῖσα μυριοφόροις ναυσὶν ἐμπλεῖται, ἡ περὶ τὸν σικελικὸν πορθμὸν ᾀδομένη ἱστορία, ἀγνοεῖται παρ' οὐδενὸς τῶν ἐλλογίμων, τὸ παλαιὸν ἠπείρῳ ἰταλίᾳ σικελίαν προσάπτουσα. μεγάλων δὲ τῶν παρ' ἑκάτερα πελαγῶν βιαίοις πνεύμασιν ἐξ ἐναντίας ἐπιδραμόντων, ἡ μεθόριος ἐπεκλύσθη καὶ ἀνερράγη, παρ' ἣν καὶ πόλις ἐπώνυμος τοῦ πάθους ῥήγιον κτισθεῖσα ὠνομάσθη, καὶ τοὐναντίον οὐ προσεδόκησεν ἄν τις ἀπέβη. συνεζεύχθη μὲν γὰρ τὰ τέως διεστῶτα πελάγη, κατὰ τὴν σύρρευσιν ἑνωθέντα. ἡ δ' ἡνωμένη γῆ, τῷ μεθορίῳ πορθμῷ διεζεύχθη. παρ' ὃν ἤπειρος οὖσα σικελία νῆσος ἐβιάσθη γενέσθαι. πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας λόγος τῆς θαλάττης ἀναρρηξάσης ἠφανίσθαι πόλεις κα-

compendiosa uia. Ea porrò terrena natura ignem subsequi erumpentem coacta, ad altitudinem multam assurgens, in arctū contrahitur, ac tandem in uerticem desinit mucronatum, igneam naturam imitando. Siquidem tunc necesse est, ut leuissima natura & grauissima, quæ sunt aduersariæ, inter se conflictentur, cum utraque in locum suum suopte nutu urgeatur, contraćq; alterius uiolentiam altrinsecus distrahatur. Proinde natura ignea terram sublimem secum rapiens deorsum uergere cogitur terreno degrauāte. Terra uero infimum libramento suo depressa, contraćq; ab igne suspensa, qui suamet ipse sponte sublime attollitur, uix tandem ipsa à præualente potentia, atq; subleuatrice euicta, sursum in sedes ignis protruditur, atq; ibi consistit. Quid igitur mirum est, montes aquis imbrium torrentibus nō absumi, cum uis ipsos continens, à qua etiā eriguntur, quam firmissime in eis atq; ualidissime implicita sit? Soluto enim uinculo quo cohibentur, dissolui eos cōsentaneum esset, in aquasq; dissipari, nunc uero ignis ui astricti pertinacius resistunt aquarum delapsibus.

Atque hæc sunt quæ dicēda habuimus, eò pertinentia ut doceremus inæquabilitatem terræ argumentum non esse fide dignum ortus et interitus mundi. Ad id porro, quod argumentantur de minutione maris, hoc modo responderi cōuenienter potest. Non ipsos tantummodo mari emergentes insulas oportere considerare, cæterum aliquæ ne continentes partes undis olim abruptæ, marisq; adobrutæ, denuò redditæ sint continenti, id uero ipsos perpendere oportere. Studio enim naturæ indagandæ (quam physiologiam uocant) aduersa est contentio, cum id studium antiquissimam curam habeat ueritatis inuestigandæ. Quid quod uice uersa ingenti contentione studij eius inquiritur, quot quantæq; partes non oræ tantum maritimæ, sed etiam mediterraneæ, excurrente mari haustæ sint. Nam quod terra mari admisso mersa, nauibus nunc onerarijs nauigatur & prægrandibus, historia testis est. Siculi freti cantatissima, nemini non doctorum cognita. Olim Italia Siciliam continenti adiungebat, cum uero utrinque ingens mare uiolentis flatibus, aduersisq; incurrisset, confinis angustia terræ interrupta, mari summersa est, secundum quam angustiam urbs Rhegium condita, ab euentu interrupti soli appellata est, contra'que hominum expectationem contigit, ut duo quidem maria terræ prius angustia dirempta, eo casu coniungeretur, in unum'que confluerent, terra uero ut ante unita, confini postea freto deduceretur.

Quod fretum tunc interfusum effecit, ut quæ olim erat continens, nunc insula Sicilia sit uiolentia casus edita. Fama est, & alias urbes mari superfuso absorptas postea non ex-

ταποθεί-

ταποθεῖσας. ἐπεὶ καὶ κατὰ Πελοπόννησον, φασὶ τρεῖς, Αἴγειραν, Βοῦράν τε, καὶ ὑψηλὴν Ἑλίκην, πολλῷ τῷ πελάγους ἐπικλυσθῆναι φορᾷ, ἡ δ' ἡ Ἀτλαντὶς νῆσος ἅμα Λιβύης καὶ Ἀσίας μείζων, ἥ φησιν ἐν Τιμαίῳ Πλάτων, ἡμέρᾳ μιᾷ καὶ νυκτὶ, σεισμῶν ἐξαισίων καὶ κατακλυσμῶν γενομένων δῦσα κατὰ τῆς θαλάττης, ἐξαίφνης ἠφανίσθη, γενομένη πέλαγος οὐ πλωτὸν, ἀλλὰ βαραθρῶδες. οὐδὲν οὖν εἰς τὸ φθείρεσθαι τὸν κόσμον ἡ πλασθεῖσα τοῦ λόγου μείωσις τῆς θαλάττης συνεργεῖ. φαίνεται γὰρ ὧν μὲν δ' ἀναχωροῦσα, τὰ δ' ἐπικλύζουσα. ἐχρῆν δὲ, μὴ θάτερον τῶν γινομένων, ἀλλὰ συνάμφω θεωροῦντας ἐπικρίνειν. ἐπεὶ κἀν τοῖς περὶ βίον ἀμφισβητήμασι, ὁ νόμος δικαστὴς, πρὶν ἢ τὰ, ἃ τῶν ἀντιδίκων ἀκοῦσαι γνώμην οὐκ ἀποφαίνεται. καὶ μὴν ὁ τρίτος λόγος ὑφ' ἑαυτοῦ διελέγχεται. μὴ ὑγιῶς ἐρωτηθεὶς, ἀπὸ τῆς εὐθὺς ἐν ἀρχῇ φάσεως. οὐ γὰρ δήπουθεν οὗ πάντα τὰ μέρη φθείρεται, φθαρτὸν ἐστὶν ἐκεῖνο. ἀλλ' οὗ πάντα τὰ μέρη ἅμα καὶ ἐν ταὐτῷ ἀθρόα κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. ἐπεὶ καὶ ἄκρον ἀποκοπεὶς τις δάκτυλον, ζῆν οὐ κεκώλυται. εἰ δὲ τὴν κοινωνίαν τῶν μερῶν, καὶ μελῶν πᾶσαν, αὐτίκα τελευτήσει. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, εἰ μὲν συλλήβδην ἅπαξ ἅπαντα τὰ στοιχεῖα ὑφ' ἕνα καιρὸν ἠφανίζετο, φάσκειν ἐνδέχεσθαι τὸν κόσμον φθορὰν ἦν ἀναγκαῖον. εἰ δ' ἕκαστον ἰδίᾳ πρὸς τὴν τοῦ γείτονος μεταβάλλει φύσιν, ἀθανατίζεται μᾶλλον ἢ φθείρεται. παντελῶς γε μὴν εὐήθεια, τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν τεχνῶν ἐξετάζεσθαι. τῷ γὰρ περὶ τὸν λόγον ἀτοπίᾳ τις ἀκολουθήσας, νέον τὸν κόσμον ἀποφανεῖ. κομιδῇ μόλις πρὸ χιλίων παγέντα ἐνιαυτῶν. ἐπεὶ καὶ οὓς παρειλήφαμεν τῶν ἐπισήμων εὑρετὰς, τὸν λεχθέντα ἐνιαυτῶν ἀριθμὸν οὐχ ὑπερβάλλουσιν. εἰ δὲ δὴ καὶ λεκτέον τὰς τέχνας ἰσήλικας ἀνθρώπων γένει, μεθ' ἱστορίας φυσικῆς, ἀλλ' οὐκ ἀπερισκέπτως, καὶ ῥᾳθύμως λεκτέον, ἡ δ' ἱστορία τίς, φθοραὶ τῶν κατὰ γῆν οὐκ ἀθρόων ἁπάντων, ἀλλὰ τῶν πλείστων δυσὶ ταῖς μεγίσταις αἰτίαις ἀνατίθενται, πυρὸς καὶ ὕδατος ἀλέκτοις φοραῖς. κατασκήπτειν δ' ἑκατέραν φασὶν ἐν μέρει, ἐν πάνυ μακραῖς ἐτῶν περιόδοις. ὅτε μὲν οὖν ἐμπρησμὸς καταλαμβάνει, ῥεῦμα αἰθερίου πυρὸς ἄνωθεν ἐκχεόμενον, πολλαχῇ σκεδάννυται μεγάλα κλίματα τῆς οἰκουμένης ἐπιτρέχον.

Atlantis.

Elementa in alia uertit ex alijs.

titisse. Nanque circa Peloponesum aiunt tres urbes uehementi maris impetu esse mersas, Aegiram, Buram, Helicen in edito loco sitam. Certe quidem Atlantis insula, Asia simul, Aphricaq; maior, ut autor est in Timaeo Plato, diem unum noctemq; factis terraemotibus insuetis & portentosis cum diluuijs deorsum sidens, repente absorpta est à mari atque condita, mari eò casu ibi facto nequaquam nauigabili atque uoraginoso. Quocirca ad mundi interitum asserendum nihil contulit commentitia maris immunitio. Etenim si aliunde mare recedit, aliò etiam immeando terras mergit.

Quamobrem istos oportebat nō alterum tantum contemplatione prosequēteis, sed utrunq;, ita demum de ea re statuere, non aliter atq; in ciuilibus controuersijs factitatur quib. in ipsis legitimus iudex non ante quã de re agitatur sententiam profert, quàm ipsos ambigentes uicissim audierit.

Iam uero tertium illud argumentum à sese refellitur, ut absurda percūctatione deductum statim prima argumentatione effata. Neque enim id protinus interiturum est cuius partes omnes intereunt. Id uero demum omnino interibit, cuius partes omnes unà & uniuersae in eodem atq; eodem tempore intereunt. Neque uero non is uiuere potest, cuius summus digitus abscissus est, cui tamen si ipsi communis usus omnis partium membrorumq; auferatur, illico interibit. Eodemq; modo, si cuncta simul elementa sub utrunq; tempus exolescerent, nimirum fateri necessarium foret mundum corruptionis esse capacem. Sin elementa singula priuatim in naturam mutantur uicini elementi, immortalitate praedita esse elementa ex eo magis declaratur quàm esse interitura.

Porrò autem illa summa est stultitia, genus humanum ab artibus aestimare, cuius argumenti absurditatem si quis probandā esse sequendamq; censuerit, recentem ille planè mundum hoc argumento demonstrauerit, utpote uix ante annos mille conditum, siquidem omnes artium inuentores, quos memoria prodente accepimus, eum numerum annorum non excesserunt. Quod si artes aequales esse generi humano dicendum est: consulta iam nobis naturali historia opus erit, nec enim citra animaduersionem, supinaq; fiducia nobis id dicendum est. Historia porrò quae nam est illa? Terrestrium interitus non uniuersorum unaq; omnium, sed plurimorum, causis duabus maximis imputantur, ignis scilicet & aquae insuetae abundantiae, & quam nemo exprimere queat sermone. Vtranq; enim illam uim in terris decumbere alternis aiunt, longissimis annorum circuitibus. Interdumq; deflagratio grassatur, cum flumen ignis aetherij superne effusum, multisq; in locis & uarijs sparsum, tractus ingentes orbis terrarum permetitur.

ὅτι δὲ κατακλυσμός, ἅπασαν τὴν ὕδατος κατασύρει φύσιν, αἰθιγενῶν ποταμῶν καὶ χειμάῤῥων οὐ πλημμυρούντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ κοιτὸς προσυπερβαλλόντων τῆς ἐπιβάσεως, κατὰ δὲ τοὺς λεχθέντας τρόπους, δίχα μυρίων ἄλλων βραχυτέρων, φθειρομένου τοῦ πλείστου μέρους ἀνθρώπων, ἐπιλείπειν δὲ ἀνάγκης καὶ τὰς τέχνας. δίχα γὰρ τοῦ μεθοδεύοντος, οὐκ ἦν καθ' αὑτὴν ἰδεῖν ἐπιστήμην. ἐπειδὰν δέ, αἱ μὲν κοιναὶ νόσοι χαλάσωσιν, ἄρξηται δὲ ἀνηβᾶν καὶ βλαστάνειν τὸ γένος ἐκ τῶν προσκαταλειφθέντων τοῖς ἐπιβρίσασι δεινοῖς, ἄρχεσθαι καὶ τὰς τέχνας πάλιν ἀνίστασθαι, οὔτε πρότερον γινομένας, ἀλλὰ τῇ μειώσει τῶν ἐχόντων ὑποσπανισθείσας. ἃ μὲν οὖν περὶ κόσμου παρειλήφαμεν, εἴρηται κατὰ δύναμιν.

Τέλος.

Interdum proluuies euagatur, uniuersam aquarum naturam detractam secū inuehēs, cum interim amnes atq; torrentes expatiētur, non alueos tantum supergressi, sed etiā ultra constitutum modum incrementi exundātes. Proinde his duobus modis alijsq; innumeris, sed minoribus, cum genus hominum perire contigit, artes quoq; perire necesse est: quippe artem sine artifice subsistentem haud quaquam uidere est. Cum uero in medium morbi grassati iam languescere cœperint & cedere, simulq; hominum genus repubescere, et tanquam fruticari ex humanis reliquijs, quæ superstites sæuientibus malis, degrauantibusq; fuerūt, ibi rursus artes excitari incipiunt, nō quod nō & ante illæ quidem natæ fuerint, sed quod circuncisa artificum multitudine raræ esse cœperant. Hæc ferè habebamus, quæ à maioribus accepta, de mundo diceremus pro ingenij facultate.

Philonis Iudæi de mundo libri finis.

EX IOANNE TRITTENHEIMIO ABBATE Spanheimense.

PHilo Iudæus natione Alexandrinus: de genere sacerdotum, à beato Hieronymo inter scriptores Ecclesiasticos idcirco ponitur, quoniā in suis opusculis plerunq; in Christianorum laude uersatur. Hic cum suæ Gentis Legatus Romam missus esset, amicitiam beati Petri Apostoli habuisse memoratur, & ob hanc causam etiam sancti Marci discipuli eius sectatores apud Alexandriam laudibus ornauit suis. Erat autem uir undecunq; doctissimus, & uelut alter Plato habitus, ita ut uulgò diceretur: Aut Plato Philonem, aut Philo imitatur Platonē. Tanta enim fertur similitudo sensuum & eloquij amborum. Scripsit autem libros & multos & elegantissimos. De quibus subiecti feruntur:

De uita sapientis	lib.	1	De gigantibus	lib.	1
De conuersatione uitæ	lib.	1	In quinq; libros Mosis	lib.	5
De confusione linguarum	lib.	1	De somnijs	lib.	1
De natura quadrupedum	lib.	4	De tabernaculo	lib.	4
De his quæ sensu testamur	lib.	1	De uita contemplatiua	lib.	1
De eruditione	lib.	1	De agricultura	lib.	2
De hærede diuinarum rerum	lib.	1	De ebrietate	lib.	2
De diuisione inæqualium	lib.	1	De uictimis & repromissionibus	lib.	1
De tribus uirtutibus	lib.	1	De prouidentia	lib.	1
De natura & inuentione	lib.	1	De ideis	lib.	1
De pactis	lib.	1	De Alexandro	lib.	1
De generationis successu Adam genuit tres filios	lib.	1	De ratione animalium	lib.	1
			Quod omnis insipiens seruus sit	lib.	1
De mutatione nominum	lib.	1			

Alia quoq; multa scripsisse legitur, quæ ad noticiam meam non uenerunt. Claruit sub Nerone principe. Anno domini L.

FINIS.

Mm Præstan-

PRAESTANTISSIMO uiro D. Phoyllano, celebris Ecclesiæ B. Petri Leodiensis Decano, Martinus Lypsius. S. P. D.



QVoniam rectè uisum est ijs, qui sapientia cæteros præcelluerunt, ueræ necessitudinis cultor integerrime, primas gratitudinis partes in eo esse, ut intelligamus cui beneficium ferre debeamus acceptum: par est profectò ei qui execrabilem ingratitudinis notam effugere uolet, ut etiam atque etiam nouerit, humiliterque profiteatur, se primum deo (è quo ceu fonte perēni nobis promanat, quicquid boni uel habemus iam, uel etiam speramus in posterum) debere sacrificium deuotæ gratiarū actionis & laudis. Dehinc & erga patriam ac parentes, sed & in amicos syncerum gratitudinis affectum indicijs neutiquam fictis declaret necesse est. Sed dices. Quorsum hæc? Accipe uir humanissime. Identidem mecum reuoluens tuorum in me beneficiorum magnitudinem, aliquo symbolo gratum erga talem tantumque amicum, pectus ostendere aliquandiu in uotis habui, sed honesto uereque iusto nisui obstabat infantia, obstabat pudor, obstabat & metus quidam superstitiosus, qualis ferè solet occupare animos putidulos. Verum ubi tandem erecta nonnihil mentis acie contemplari cepi, quàm sit atrox ingratitudinis malum, quamque molestum ijs qui gratuita præstiterunt officia, si nullam, uel sanè quam minimam suæ beneficentiæ uiderint ab his in quos ea collocarūt haberi rationē, ad hæc quòd ut quisque germana uereque heroica uirtute, ac generosi pectoris probitate pollet, ita pro uirili admititur ne execrandi huius uitij labes illi iure possit attribui, cogitans item, eos qui benefacta in homines conferunt ingratos, omnem non sine iusto animi dolore operam perdere, atque adeò intolerabilius esse ingratitudinis malum, quàm uel inscitiæ uel imprudentiæ uel id genus alia, ueluti acutissimis stimulis ac arietibus ualidis incitatus sum & impulsus ad quiddam audendum, quod ante hac si tentassem, arrogās quædam præsumptio magnaque temeritas æstimari potuisset, meque tacitus hunc in modum increpui. Pudeat tandem huius ignauiæ, pudeat cessationis, pudeat pusillanimitatis, per quæ in horrendum istud teterrimæ ingratitudinis barathrum præceps corruis. Ipse nosti, norunt & alij tecū, quoties aliquot annis non uulgarem expertus es patroni illius incomparabilis beneuolentiam, syncaritatem, fauorem, beneficentiam, officia, pectusque illud erga te nil aliud spirans quam meros puræ dilectionis igniculos, merasque gratias, & adhuc cunctaris? His, ac id genus alijs extimulationibus animatior factus, cum timore exui pariter & pudorem, prorsusque decreui iacere aleam, & quauis ratione grati saltem animi significationem aliquam, erga tam niuei pectoris amicum dare. Hoc itaque dum essem animo, commodum euenit, ut excutiendorum ueterum librorum gratia, Benedictinorum Diui Trudonis bibliothecam, antiquitate magis quàm uoluminum copia celebrem inuiserem. Mox bene fortunantibus superis incidi in codicem uetustum, Romano charactere eleganter descriptum, qui inter cætera Chromatij Episcopi conciones quasdam habebat. Accepto gustu adeo placuit, ut obnoxie rogarim bibliothecæ præfectum, pateretur eum diebus aliquot apud me hospitari. Prætexuit illico nunc hoc nunc illud, ut me retunderet, sed potissimum inculcans, quanto studio is liber ab omnibus eo aduentantibus desideraretur, flagitaretur, legeretur; recensens etiam Episcopos aliquot, inter quos fuerat & insignis ille non tantum politioris literaturæ uindex, sed etiam sublimis illius doctrinæ cælitus nobis datæ strenuus adsertor, dominus Antonius Atrebatensis antistes; hasque ob causas fieri non posse, ut uel ad breue tempus eo libro careret bibliotheca. Quæ cum ad refellendum honestis rationibus meam postulationem ualere putaret uir non stupidus, adeo tamen lusit operam, ut tum multo instantius adamatæ rei cupidine succensus, urgerem, obtestarer, obsecrarem, omnemque, ut dici solet, mouerem lapidem, quo uel paucos dies hac in re dignaretur gratificari Lypsio. Vici tandem, quamuis ægre, acceptumque librum non satis habui legere, sed etiam meapte manu à capite ad calcem usque non sine uoluptate de-

scripsi. Post hæc profectus Louanium, circuiui bibliopolia, sciscitans num fortè usquàm prostaret Chromatius. Sed bibliopolis ita respondentibus, quasi ne nomen quidem nossent Chromatij adij tandem ædes Bartholomæi Grauij, quem mihi & ingenij candor, & probatæ fidei meritum, his annis non fucata glutinarat necessitudine. Huic quū de Chromatio multum quæsito narrassem, paulisper uelut cogitabundus subsistens, ait. Differit ne de octo beatitudinibus? Maximè inquam. Tum ille. Opinor inquit, reliquum mihi esse unicum exemplar. Hic exhilaratus, exhibe quæso inquam. Abijt, ac post paulum temporis optatum nobis obtulit Chromatium. Dato igitur præcio, librum quamuis contaminatum & lacerum accipio, reuersusq; domum, conferre non distuli excusum cum descripto, & comperio opus passim deprauatum, imo & locis aliquot mutilum. Neque tamen (ut dicam ingenuè) quicquam horum uel Adamo Basiliensi typographo, è cuius officina primum exijt Chromatius, uel Ioanni Sichardo castigatori non minus perito quàm sedulo iustè imputari possit, sed euentui: propterea quòd uni duntaxat exemplari fidere coacti sunt, cuius illis copiam fecerat uir doctæ pietatis amantissimus, Mathias à Saræca, stro, Treuirorum Officialis. Præstiterunt sanè hi studiosis quod licuit, ansam posteris præbentes haud incommodam, quos emaculatiora nacturos exemplaria piè sperabant. Verum ne & nobis merito exprobretur unius exemplaris inopia, ac proinde nec nos iam dare potuisse compertiora quam tum dederunt illi, non quieuimus, donec & alterum paris antiquitatis codicem impetraremus à Laurentianis iuxta Leodium, qui etiam mox pro suo in nos studio, hac in re nobis commodare non recusarunt. Ita duobus freti uetustis uoluminibus, quanta potuimus diligentia nostro; functi sumus officio, ne minutias quidem ipsas relinquentes indiscussas. Vitiata correximus, perperam distincta (quæ tamen pauca occurrerunt) castigauimus, mutila restituimus, sed unum quod magnopere cordi nobis erat, nimirum calci operis adijcere quæ certò constat deesse frustra sumus adnisi, quum in ambobus quæ nobis obuenere codicibus, eadē prorsus sit imperfectionis iactura. Chromatij ergo conciones, annis ab hinc plus minus tredecim primùm è tenebris erutæ & utcunque in lucem prolatæ, nunc rursum ueluti renatæ prodeunt, nostra quali quali opella politæ, & quoad fieri licuit integritati redditæ. Hanc operam uir honorande, & si tuæ præstantiæ multis modis imparem, quia tamen in præsentia non dabatur aliud, tuo nomini apud Leodios gratioso uisum est nuncupare, ut hoc xeniolo quamtumlibet uili et exiguo, saltem ab ingrati cordis culpa me alienum esse contester, probéq; meminisse quantum tali amico pro multiplicibus quæ in me extant meritis, sed potissimum communicati crebro hospitij nomine debeam, ac quotidie magis ac magis debiturus sum, cum tu quotidie nouis beneficijs uetera accumulas, sine ulla bene merendi defatigatione. O nobilem animum, qui solis instar, beneficentiæ suæ radios expromere non cessat. O pectus uerè generosum, quod pro suo modulo diuinam imitari gestit benignitatem. Verum ne immodicis laudibus offendam amici modestiam, refrenabo impetum, & deflectens aliorsum par amicorum tua eminentia dignum huc adferam: quos te non illibenter in communionem hanc admissurum nihil addubito, nempe ab inuidentiæ morbo si quis alius mirè immunis. Horum unus est, uir synceritate singulari, moribus commodissimis, quemq; haud iniuria omnium horarum hominem dixeris, honorabilis Dominus Nicolaus Maueus, Abbas Nouimonasterij. Quod, ut nosti, ad ripam Mosæ fluminis, amœnissima planicie in suburbio oppidi Hoyensis situm, illinc Leodium petentibus ad dexteram se ostentat. De uiri huius in me tum multis tum insignibus meritis, mi Phoyllane, duntaxat unum hic referam, idq; strictim, ne lectorem fastidiosulum tædio enecem. Quum ob Geldrum hostem in Brabantia grassantem, ego cum discipulis aliquot fugiens cogerer exulare, hic destitutos & errabundos liberalissime suscepit hospitio, affatim suppeditans quicquid uel nobis ad uitam cōmunem, uel studiorum nostrorum rationi conducere poterat. Nec his tamen limitibus se coarctari passa est benigna uiri liberalitas, ut præsens præsentem benignissime tractaret, sed etiam abeuntem iam honorario munere prosequutus est. Iam & alterum huic non dissimilem accipito: eximium illum tam uita quàm eruditione, sed & heroica corporis proceritate uirum, dominum Ioannem Huetium, curiæ Leodien. Officialem, qui quàm se nobis exhibeat promptum quoties se offert occasio, ad omnia synceræ amicitiæ munia, non facilè queam ullis explicare uerbis, in cuius colloquijs triplex

mihi fructus, miram enim ſentio & facundiam, & legum peritiam, & philoſophiæ cognitionem. Dicas, in una anima non ſimplex inhabitare numen. Sed quid ego hæc tibi, amice incomparabilis, qui uirum ipſum & intus & in cute noſti, ob diuturnam ſimul & amicam cum eo conſuetudinem? Porro ut à te unde cœpit oratio, ibi ſortiatur & finem, obnijs quæſo ulnis ac fronte expotrecta Decane colendiſſime, Chromatium nunc quaſi de nouo redditum orbi ſuſcipe, qui ut prætereæm interim alia, de octo illis apud Matthæum beatitudinibus ita ſcribit diſerte & ſancte, ut non legi ſolū ab eruditę pietatis cultoribus, ſed etiam ediſci ad uerbum reuera dignus ſit: tanta eſt in ſermone mundicies & caſtimonia, tanto in tractando dexteritas & acrimonia. Sed mouebit fortaſſe quoſdam quòd minus exactè, ac ut ita dixerim neglectius, alicubi citat diuinæ ſcripturæ teſtimonia. His reſpondeo, Si rem ut eſt expendant, non magis hanc ob cauſam offendi debent in Chromatio, quàm in alijs priſcorum patrum qui latine ſcripſerunt lucubrationibus. Siquidem in ueteris inſtrumenti ſcripturis, cum antiquis orthodoxis ſeptuaginta ſecutus eſt autoritatem, quæ olim apud omnes erat ſacroſancta. Quòd uero ad nouum attinet teſtamentum, ſi non ea quam huius æui Theologorum neceſſaria poſcit cenſura, uſus eſt uel ſedulitate uel cautione, id meo iudicio, & ſeculi illius quo floruit Chromatius piam arguit ſimplicitatem, & non uulgarem eruditorum illius temporis candorem. At ſi quis obijciat, eſſe nō nulla ab ipſo producta ſcripturæ documenta, quæ unde ſint deprompta non liquet, is nouerit idem uſu uenire lectoribus attentis, & in Cypriano, & in Hilario, & in Ambroſio, & in Auguſtino, nec dubito quin & in alijs ueteribus eccleſiaſticis ſcriptoribus. Tanta erat id temporis in latitudine capaciſſima orthodoxæ fidei (quæ iſtiuſmodi offenſiunculis labefactari non poterat tunc, nec poterit unquam) tum tranſlationum tum exemplariorum uarietas, ne dicam diuerſitas. Verum ut uel nunc epiſtolæ plus ſatis loquaci finis imponatur, unum hoc ſuper eſt uir amiciſſime, idemq́ integerrime, ut ad ipſum hūc Chromatium, ſucciſiuis ſaltem horis diligenter euoluendum accingaris, quo ipſius rei experimento comprobes, quàm parce tanti ſcriptoris encomion ſcripſerimus, & plus te gaudeas inter legendum reperire in progreſſu, quam in operis frōtiſpicio poſita pollicetur præfatio. Domino Ioanni à Flemalia, tibi olim familiari, nunc Dionyſiano Canonico, meis uerbis ſalutem dicere dignaberis, honorifice ſimul & amanter: eſt enim quod nec te latet, noſtri fauentiſſimus. Fratres noſtros Leonardinos, audio iam diu optata frui tranquillitate, faxit deus ut id illis ſit perpetuum. Hoc & te illis ominari ex animo, certus ſum, ob tuū in eos affectum ſingularem. Vtinam te ſeruet incolumem, ſemperq́ ad meliora prouehat, una cum Canonica ſodalitate fidei tuæ credita, totius Chriſtiani gregis unica ſpes, dominus Ieſus. Ex monaſteriolo Cruſalenſio menſe Martio, Anno ſalutis 1540.

CHROMATII EPISCOPI de octo Beatitudinibus

Concio elegans.

Terreſtria admonent cœleſtium.



At nobis fratres conuentus hic populi & mercatus frequentia occaſionem, proponendi ſermonis Euangelici: ſolēt enim ſecularia eſſe ſpiritalibus exempla, & terreſtria imaginem præbere cœleſtibus. Nam & dominus ac ſaluator noſter frequenter admonet nos per terreſtria de cœleſtibus, cum dicit: Simile eſt regnum cœlorum reti miſſo in mare. Vel certe: Simile eſt regnum cœlorum homini negotianti, quærenti bonam margaritam. Si ergo mercatus hanc ipſe continet rationem, ut unuſquiſque pro utilitate ſua, aut uendat quæ ſibi ſuperflua ſunt, aut emat quæ deſunt, non incondite et ego proponam mercem quam mihi commiſit dominus, prædicationem utiq; cœleſtem: ſiquidem me minimum quoq; & ſi indignum, tamen de ſeruis illis quibus dominus talenta diſtribuit ad negociandum, lucrumq́ faciendum elegit. Nec ſane deerunt mercatores, ubi per gratiam

dei tales ac tanti auditores. Magis autem necesse est lucrum cœleste † captari, ubi terrestre commodum non negligitur. Cupio fratres charissimi, proponere uobis illas beatitudinum margaritas, ex sancto pręciosas Euāgelio: aperite itaque cordis uestri thesauros, emite, percipite auide, feliciter possidete. Dominus ac deus noster, unigenitus summi patris, qui de deo homo, de domino magister dignatus est fieri, cum turbæ multæ ex diuersis cōfluerent regionibus, assumptis discipulis suis, id est, Apostolis suis, ascendit montem, & aperto ore suo docebat eos dicens: † *captare*

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrā, etc.

Gradus quosdam firmissimos ex lapidibus præciosis sternit quodammodo dominus saluator, per quos sanctæ animæ & fideles repere possint & ascendere ad summum illud bonum, id est, regnum cœlorum. Breuiter igitur, Fratres charissimi, qualitates graduum cupio demonstrare, uestra modò mens tota & anima sit intenta, quia non sunt parua quæ dei sunt. *Gradus ad cœlum.*

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. *Grad. I.*

Mirum principium fratres, doctrinæ cœlestis, non à terrore incipit, sed à beatitudine, non terrorem faciens, sed potius desiderium. Vice enim agonothetæ uel munerarij, certatoribus in hoc stadio spiritali præmium grande proponit, ut dum aspiciunt prēmium, nec labores timeant, nec pericula perhorrescant. Beati ergo pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Non simpliciter, neque confuse beatos pauperes dixit, sed addidit, pauperes spiritu. Nec enim omnis paupertas felix est, quia fit sæpe ex necessitate, fit nonnunquam per pessimos mores, fit etiam ex indignatione diuina. Beata ergo paupertas est spiritalis, eorum scilicet hominum, qui spiritu & uoluntate pauperes se faciūt propter deum, renuntiando seculi bonis, substantiam suam ultrò erogando, quos merito beatos appellat, quia pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, per uoluntariam enim paupertatem cœlestis regni diuitias adsequuntur. *Pauperes spiritu.*

Deinde ait: Beati mites, quia ipsi possidebunt terram. *Grad. 2.*

Mirè post primum gradum secundus ostenditur: Beati, inquit, mites, quia ipsi possidebunt terram. Sed sicut impossibile est extra ordinem secundo sistere gradui, nisi ascenderis primum: sic homo mitis esse nō poterit nisi prius pauper spiritu fuerit factus. Quomodo ergo inter diuitias positus animus, inter curas & sollicitudines seculares, ex quibus negocia, lites, prouocationes, iræ, exacerbationes sine intermissione nascuntur, quomodo inquam inter hæc animus poterit esse mitis & lenis, nisi prius à se omnes causas iracundię occasionesque rixarum abrenuntiando præciderit? Non fit mare tranquillum, nisi cessauerint uenti, non extinguitur ignis, nisi materiā incendij, spinarumque sarmēta detraxeris. Sic nec animus erit mitis & quietus, nisi ea quæ exuscitant & inflammāt fuerint abdicata. Bene ergo gradus iungitur gradui, quia pauperes spiritu, ipsi incipiunt iam esse mites. *Clementia ex paupertate est*

Accedit & tertius: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. *Grad. 3.*

Quis nobis iste luctus intelligendus est? Salutaris utique, non ille qui ex rerum nascitur detrimentis, non qui ex amissione charorum, nec qui ex iactura secularium dignitatum, quæ utique omnia iam pauper factus spiritu non dolebit. Hic est luctus salutaris, qui agitur pro peccatis, pro recordatione diuini iudicij. Nam quia prius inter innumeras seculi occupationes & asperitates animus constitutus, de seipso cogitare non poterat, iam securus & mitis effectus, incipit seipsum propius intueri, examinare actus suos diurnos atque nocturnos, & sic præteritorum criminum uulnera incipiunt apparere, & tunc luctus ac lachrymæ subsequuntur salutares, & adeò salubres, ut mox cœlestis consolatio occurrat, uerus enim qui dixit: Beati qui lugent, quia ipsi consolabuntur. *Salutaris luctus.*

Accedamus fratres ad quartum: Beati, inquit, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. *Grad. 4.*

Verè enim post pœnitentiam, post luctus & lachrymas peccatorum, quæ alia nascitur esuries, & quæ sitis, nisi iustitiæ? Sicut enim qui caliginem noctis emensus est, iam † gestit proximam lucem, & qui choleram amaram digessit, escam concupiscit & potum: sic & mens hominis Christiani, postquam per luctus & lachrymas sua peccata digesserit, iam solam dei iustitiam esurit atque sitit, & meritò eius, quam desiderat, satietate gaudebit. *Luctus gignit iustitię esuriē.* † *al. gerit*

Occurrat & quintus gradus: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. *Grad. 5.*

Nemo alteri præstare poterit, nisi prius ipse sibi præstiterit. Postquam sibi ergo miseri
cordiam impetrauit, satietatemq; iustitiæ, incipit iam dolere de miseris, incipit iam pro a-
lijs peccatoribus exorare, factus misericors in ipsos etiam inimicos, maiorem sibi cumulũ
misericordiæ per huiusmodi pietatem in aduentum domini præparabit, ideo dicitur: Bea-
ti misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Grad. 6. *Adest ecce gradus sextus: Beati, inquit, mundo corde, quia ipsi deum uidebunt.*

Planè iam mundo sunt corde, planè iam deum uidere poterunt, qui pauperes spiritu,
qui mites, qui lamentati peccata, qui iustitia refecti, qui misericordes, in aduersarijs quoq;
tam syncerum oculum cordis & lucidum gerunt, ut sine aliqua malitiæ lippitudine in ac-
Munditia cessibilem dei claritatem sine impedimento conspiciant. Munditia enim cordis, & cõsci-
cordis. entiæ puritas, nullam nubem ad intuendum dominum patietur.

Sequitur fratres: Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur.

Grad. 7. Magna dignitas paci studentium cum filiorum dei appellatione censentur. Bona qui-
dem & hæc pacificatio, quæ fit inter fratres, propter substantiam seculi litigantes, aut pro
pter uanam gloriam, aut simultates. Sed parua hæc merces, quia dixerat dominus in exẽ-
Luc. 12. plum nostri: Quis me constituit iudicem, aut diuisorem super uos? Iam enim præmiserat,
ablata tua ne repetas. Et alio loco: Quomodo potestis credere gloriam ab inuicem accipi
entes? Potior ergo & sublimior pacificatio intelligenda est à nobis, illam dicam, qua ho-
mines Gentiles, qui inimici sunt dei, per instantiam doctrinæ adducuntur ad pacem qua
Pacifici qui. peccatores emendantur, & deo per pœnitentiam reconciliantur: qua rebelles hæretici
corriguntur, qua ecclesiæ discordantes ad unitatem pacemq; formantur. Verè enim qui
tales sunt pacifici, non solum beati sunt, sed digni meritò filij dei uocabuntur: ipsum enim
dei filium Christum imitantes, qui pax nostra & recõciliatio ab Apostolo prędicatus est,
societatem nominis eius sortiuntur.

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Grad. 8. Non est dubium fratres, quia bono facto comes est semper inuidia. Nam salua perse-
Inuidia comes cutorum crudelitate, ubi cœperis rigidam tenere iustitiam, insolentiam repercutere, incre
recte facti. dulos ad pacem domini conuocare, ubi cœperis deniq; à mũdanis hominibus & erroneis
discrepare, statim persecutiones oriuntur. Necesse est surgant odia, æmulatio laceret. Sic
deniq; ad illum summum gradum, ad ipsum caput atq; fastigium suos Christus auditores
adducit, non tantum ut sustineant patiendo, sed etiam ut moriendo congaudeant.

*Beati, inquit, estis, cum uos persequuntur, & exprobrant, & dicunt omne malum aduersum uos, propter iusti-
tiam, mentientes. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis: Sic enim persecuti sunt Prophe-
tas, qui fuerunt ante uos.*

Perfecta uirtus est, fratres, post tot iustitiæ ministrationes, propter ueritatem obpro-
bria ab hominibus sustinere, affligi cruciatibus, morte deniq; affici, nec terreri, proposito
nobis exemplo Prophetarum, qui diuersis modis propter iustitiam lacerati, passionum
Christi conformes & præmij esse meruerunt. Hic gradus celsior est, in quo Christum Pau
Philip. 3. lus aspiciens dicebat: Vnum autem quæ quidem retro sunt obliuiscẽs, ad ea quæ in primo
sunt me extendens, sector ad brauium supernæ uocationis dei in Christo Iesu. Et adhuc a-
2. Tim. 4. pertius ad Timotheum: Certamen, inquit, bonũ certaui, cursum consummaui. Quasi qui
omnes gradus ascenderat, addidit: Fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iusti
stiæ. Verè enim uniuerso cursu completo hoc supererat, ut per tribulationes & passiones
gaudens Paulus ad gradum sublimiorem martyrij perueniret. Dignè ergo dominicus ser
mo suadet: Gaudete, inquiens, & exultate, quia merces uestra copiosa est in cœlis. Cresce
te per incrementa persecutionum euidenter ostendit.


Ostensi sunt, Fratres, octo gradus Euangelici, extructi ex lapidibus, ut dixeram præ-
Gen. 28. ciosis. Ostensa est illa scala Iacob, cuius cacumen de terra pertingebat ad cœlum, per quã
qui ascendit, portam inuenit cœli, ac per eam ingressus sine fine in conspectu domini lętus
adstabit, laudaturus dominum cũ sanctis Angelis in æternum. Hic noster mercatus, hæc
nundina spiritalis. Demus benedicti quæ habemus, offeramus spiritus paupertatem, ut
accipiamus secundum promissionem regni cœlestis ubertatem. Offeramus mansuetudi-
nem, ut terram possideamus, & paradisum. Defleamus peccata, & nostra & aliena, ut con
solationem de domini bonitate mereamur. Esuriamus & sitiamus iustitiam, ut copiosius

uiq;

utique sagi nemur. Demus misericordiā ut uerā misericordiā cōsequamur. Viuamus pacifici, ut filij dei uocemur. Mundū cor, & castum corpus offeramus, ut lucido sensu deum uidere possimus. Persecutiones propter iustitiā minimè timeamus, ut coelestis regni efficiamur hæredes. Opprobria, cruciatus, mortem denique, si eueniat, propter dei ueritatem gaudentes amplectamur & læti, ut merces nobis cum Prophetis & Apostolis copiosa præstetur in coelo. Vt autem uerbi finis cum præfatione concordet, si est gaudium mercatoribus propter lucra præsentia & caduca, magis gaudeamus omnes pariter & lætemur, quia tales domini hodie inuenimus margaritas, quibus nulla possint bona seculi cōparari. Quas ut acquirere, obtinere, possidere mereamur, auxilium nobis, & gratia cum uirtute ab ipso domino postulanda est, cui sit gloria in secula seculorum. Amen.

Chromatij Episcopi in V. caput Matthæi Declamationis, finis.

CHROMATII EPISCOPI in V. Caput Matthæi, & in partem sexti, tractatus aliquot, eruditione pariter ac pietate insignes.



Videns autem, inquit, turbas Iesus ascendit montem. Et sedente eo, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum, & cætera quæ sequūtur. De terrenis & humilibus, ad alta & excelsa discipulos suos dominus ducturus, montem conscendit, & quidem oliueti, ut per ipsius uocabuli significationem, † diuinæ misericordiæ suæ munus ostenderet. Ascendit igitur dominus montem, ut discipulis suis terrena iam relinquentibus, & superna petentibus, uelut in alto iam positis, præcepta traderet coelestium mandatorum, & prouisas olim benedictiones diuino munere largiretur, secūdum quod Dauid ante testatus fuerat, dicendo: Etenim benedictiones dabit qui legem dedit. Et ut apertius & gratiam Apostolorum, & autorem tantæ huius benedictionis ostenderet, addidit dicens: Ambulabūt de uirtute in uirtutem, uidebitur deus deorum in Sion: filius scilicet dei, qui in Sion Apostolis benedictiones donauit. Idem enim in hoc mōte benedictiones Apostolis dedit, qui iamdudum in monte Sina Mosi legem tradiderat, probans se esse utriusque legis autorem, secundum quod per Hieremiam ipse dominus manifestat dicendo: Et dabo illis testamentum nouum, non tale, quale iamdudum dedi patribus eorum, cum educerem eos de terra Aegypti, sed hoc est testamentum quod dabo illis. Scribam leges meas in cordibus eorū, et in sensu eorum scribam illas. Et iamdudum quidem cum lex daretur, iuxta montem populus prohibebatur accedere, nunc domino docēte in monte, nemo prohibetur. Imò potius omnes inuitantur ut audiant, quia in lege seueritas est, in Euangelio gratia. Illic terror incredulis incutitur, hic credentibus benedictionum munus infunditur. Si uis ergo & tu benedictiones à domino accipere, relinque terrenam conuersationem, pete uitam supernam. Ascende in altitudinem fidei, tanquam montem, ut benedici iure à domino merearis. Sed quæ iam ipsa uerba benedictionum sint, uideamus.

Tractatus I. Mons oliueti. † olivarum. Psal. 83. Hier. 31. Lex. Euangelium.

Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum.

Plures quidē nouimus pauperes. Sed nō quia tantū pauperes, idcirco beatos, quia unūquemque nostrū nō necessitas paupertatis facit esse beatū, sed fides deuotæ paupertatis. Nā multos scimus egere quidē seculi facultate, nihilominus tamē à peccatis nō desinere, atque à fide dei esse alienos, quos utique manifestū est beatos dici nō posse. Et ideo debemus requirere qui isti beati sint, de quibus ait dominus: Beati pauperes spū, quoniā ipsorū est regnū coelorū. Hos utique pauperes significat esse beatos, qui cōtēptis mūdi diuitijs, spretaque seculi facultate

ut † deo fierent diuites, mundo esse pauperes uoluerunt. Hi tales pauperes quidem seculo
† domino uidentur, sed deo diuites sunt, egentes seculo, sed Christo locupletes. Cuius beatæ pauper
Paupertatis tatis exemplum nobis primi in se Apostoli præbuerunt, qui contempta omni facultate, sta
exempla in a- tim sequuti domini uocem, ipsius esse discipuli meruerunt. Hos tales pauperes etiam A-
postolis. postolorum temporibus inuenimus, qui primi credentes, uniuersis rebus suis possessioni
busq; distractis, sub hac deuota paupertate domini diuitias quæsierunt. Vnde & Aposto
2. Cor. 6. lus in tali paupertate diuitias inesse cœlestes ostendit, dicens: Tanquam nihil habētes, &
omnia possidentes. Inde deniq; Petrus, cum ascendens in templum à claudo eleemosy-
Act. 3. na peteretur, ait: Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In
nomine domini nostri Iesu Christi surge & ambula. O uerè beata paupertas, quæ tum ni-
hil de mundi facultate habeat, tantum de cœlo largitur. Non dat quidem argentum uel
aurum; sed, quod plus est diuitijs omnibus, reddit corporis sanitatem. Imaginem Cæsaris
in numo quam daret non habuit: sed Christi imaginem in homine reformauit. De hui-
usmodi pauperibus in præsenti loco dominus loquitur, de quibus & Dauid multis locis
Psal. 21. testatur dicendo: Edent pauperes, & saturabuntur, & uiuet cor eorum in seculum seculi.
Psal. 71. Et iterum: Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum. Iste pauper clama-
uit & dominus exaudiuit eum. Talium ergo pauperum dominus docet esse regnum cœ-
† pauperta ue- lorum, qui se causa religionis ac fidei, seculo † pauperauerunt, ut locupletem sanctum Spi
runt. ritum possiderent. Vel certe beatos pauperes dicit, qui nulla superbia diaboli inflantur,
nulla ambitione seculi extolluntur, sed humilitatem spiritus cum fidei deuotione custodi
Psal. 50. unt. Vnde dicitur à Dauid in Psalmo: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contri-
tum & humiliatum deus non spernit. Tales ergo pauperes spiritu, beati sunt apud deum.

Deinde ait: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Chromatius Sicut de pauperibus superius, ita & hic de lugentibus loquitur, non eos beatos appel
hic sequitur lans, qui aut dilectæ alicuius coniugis orbitatem, aut amissionem charorum pignorum fi-
beatitudinum liorumq; grauiter lugent, sed eos potius beatos esse significat, qui aut propria commissa
ordinem, qui peccata iugi lachrymarum fletu expiare contendunt, aut qui pio legis affectu iniquitatem
nunc est in co seculi, ac peccantium delicta lugere non desinunt. His ergo tam sanctè lugentibus nō im
dicibus græcis merito à domino consolatio exultationis æternæ promittitur. Eum deniq; Dauid san-
Sanctus luctus. ctus expectans, etiam stratum suum iugi lachrymarum fletu rigauit, dicēdo: Lauabo per
Expectās pro- singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Et iterum. Fuerunt
spectans. mihi lachrymæ meæ † panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus? Et
Psal. 6. iterum: Quia cinerem sicut panem manducabam, & potum meum cum fletu temperabā.
Psal. 41. Et iterum: Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis in lachrymis in mensura. Vis
† panis autem scire pium luctum sanctorum? Audi dictum de Samuele Propheta, quia usq; ad diē
Pius luctus. mortis eius luxerit regem Saulem. Hieremias quoq; cum populi peccata defleret, ità ait:
Thre. 2. Vt flumina aquarum transierunt oculi mei, super contritionem plebis meæ. Et iterum:
Hie. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo hanc ple-
Dani. 10. bem die ac nocte? Daniel etiam graui luctu pro populi peccatis afficitur, secundum quod
2. Cor. 12. ipse testatur dicens: Et eram, inquit, lugens tribus hebdomadis dierum: panem non man-
ducans, & uinum non bibens. Sanctus quoq; Apostolus quosdam Corinthiorum luctu
simili deflet dicendo: Et ueniam ad uos, ut lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, &
non egerunt pœnitentiam in immunditia quam gesserunt, & fornicatione, & immundi-
tia. Huiusmodi ergo luctum dominus perpetui gaudij consolatione compensat, secūdum
quod Esaias retulit, dicens: Dare his qui lugent Sion, gloriam pro cinere, unctionem læti-
Esa. 61. tiæ lugentibus, pro spiritu mœstitiæ, amictum gloriæ. Vnde & Dauid ait: Conuertisti plā
Psal. 29. ctum meum in gaudium mihi, disrupisti saccum meum, & præcinxisti me lætitia.
Deinde ait:

Beati mites, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram.

Diuersæ sunt granæ promissionum diuinarum, quia diuersi gradus meritorum.
Ait ergo: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Mites sunt homines mansue-
ti, humiles, & modesti, in fide simplices, & ad omnem iniuriam patientes, qui præceptis
euangelicis instituti, dominicæ mansuetudinis imitantur exemplum, qui ait in Euāgelio:
Matt. 11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Denique Moses iamdudum idcirco ma-
ximam

ximam gratiam apud deum habuit,quia mitis erat. Hoc enim de eo scriptum est:Et erat Moses mansuetus,præ omnibus qui erant super terram. Vnde Dauid in Psalmo ait:Memento domine Dauid,& omnis mansuetudinis eius. Huiusmodi ergo mites beatos ostẽdit,quibus non in præsenti uita,sed in futura possessionem terræ illius felicis repromisit, de qua dictum legimus in Psalmo:Mansueti autem possidebunt terram,& delectabuntur in multitudine pacis. Et iterum: Qui expectant dominum, ipsi hæreditate possidebunt terram. De qua & per Salomonem Spiritus sanctus testatur, dicens: Quoniam recti habitabunt in terra,& sancti habitabunt in ea. Hos ergo mites dominus beatos ostendit,qui lenitatem mansuetudinis dominicæ sequẽtes,beatæ illius terræ hæreditate perpetua possessione fruentur. Maxime tamen de terra nostri corporis loquitur,in qua sancti transfigurati in gloriam,secundum Apostolum,æterna felicitate regnabunt. *Psal. 131.* *Psal. 36.* *Psal. eodem* *Prouerb. 2.* *Terra.*

Deinde ait: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Non facili desiderio,nec leui cupiditatis ardore,expetendam à nobis esse iustitiã docuit. Siquidem hos beatos esse significat, qui ad eam consequendam esuriendi ac sitiendi modo,interni desiderij cupiditatibus inardescunt. Quia si eam unusquisq; nostrum esuriens ac sitiens desiderio concupiscat,non potest aliud semper quam iustitiam cogitare,iustitiã quærere,quia esuriens ac sitiens,necesse est id quod sitit atq; esurit concupiscat. Meritò igitur his taliter esurientibus ac sitientibus,qui panis cœlestis ac fons aquæ uiuæ est,satietatem refectionis illius perpetuæ repromittit dicendo:Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam,quoniam ipsi saturabuntur. Illam utiq; iustitiam fidei,quæ dei & Christi est,de qua & Apostolus retulit:Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. Vel certe ipsum dominum ac saluatorem nostrum,qui nobis secundũ Apostolum,& iustitia,& sanctificatio,& redemptio factus est,cuius desiderio,uelut cibi ac potus,modo beati semper exæstuant,secundum quod ipse dominus per Salomonem testatur dicens ex persona sapientiæ:Qui me manducant adhuc esurient,& qui me bibẽt, adhuc sitient. Hanc ergo iustitiam etiam nos semper esurire ac sitire debemus,ut saturati cibo refectionis perpetuæ mereamur. Bene autem cum additamento dictum est in loco præsenti:Beati qui esuriunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur,quia qui non iustitiam, sed iniustitiam esuriunt,scilicet qui aurum & argentum desiderant, qui diuitias uel honores seculi concupiscunt,& qui nunquam terrenis opibus, uel carnis desiderijs satiantur, ij tales non beati,sed infelices sunt,quia eis nõ spes promissæ gloriæ,sed damnationis pœna debetur. Deinde ait: *Rom. 3.* *1. Cor. 1.* *Eccle. 24.*

Beati misericordes, quoniam ipsis miserebitur deus.

Plurimis quidem testimonijs tam in ueteri Testamento,quàm etiam in nouo,ad faciendam misericordiam à domino prouocamur,sed ad compendium fidei arbitramur satis superq; sufficere,id quòd in præsenti loco ipse dominus,propria uoce depromit dicendo: Beati misericordes,quoniam ipsis miserebitur deus. Dominus misericordiarum misericordes dicit esse beatos,ostendens unumquemq; misericordiam dei promereri non posse, nisi & ipse misericors fuerit. Vnde & alio loco ait: Estote ergo misericordes,sicut & pater uester,qui est in cœlis,misericors est. Deinde ait: *Luc. 6.*

Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt.

Hos mundo corde esse significat qui deposita sorde peccati, ab omni se carnis inquinamento purgauerint,& per opera fidei atq; iustitiæ deo placuerint,secundum quòd Dauid in psalmo testatur,dicens:Quis ascendet in mõtem domini,aut quis stabit in loco sancto eius:Innocens manibus,& mundo corde, qui non accepit in uano animam suã. Merito & Dauid sciens deum non nisi mundo corde posse uideri, ita in psalmo præcatur,dicens:Cor mundum crea in me deus,& spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Huiusmodi ergo mundo corde dominus beatos esse ostendit,qui pura mente,& integra conscientia sub fide domini uiuentes,deum gloriæ in futuro cœlesti regno conspicere merebuntur,non iam per speculum & in ænigmate,sed facie ad faciem,ut Apostolus retulit. Modo enim licet oculis fidei deũ contẽplemur,claritatẽ tamẽ eius præ infirmitate carnis uidere non possumus. Tũc aũt uidebimus eũ accepta immortalitate in cœlestẽ gloriã trãsformati,cũ immortalẽ deũ immortalibus oculis cõspicere cœperimus. Et tunc uerè implebitũ in nobis illud q; scriptũ est: Sicut audiuimus, ita & uidimus in ciuitate domini uirtutum. *Psal. 23.* *Psal. 50.* *1. Cor. 13.* *Psal. 47.*

Non immeritò idem Dauid cum futuri temporis gloriam ostenderet, in qua sancti cū deo
Psal.139. habitabunt, ita retulit: Attamen iusti confitebuntur tibi, & habitabūt recti cum facie tua.

Deinde ait: Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur.

Pacifici sunt, qui à dissensionis, & discordiæ scandalo separati, dilectionem charitatis fraternæ, & pacem ecclesiæ sub catholicæ fidei unitate custodiunt. Quam pacem tuēdam
Ioan.14. discipulis suis dominus in Euangelio peculiariter commendat, dicendo: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Quam pacem dominum ecclesiæ suæ daturum Dauid
Psal.87. ante testatus est, dicens: Audiam quid loquatur in me dominus deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Et super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad ipsum. De
Ephe.1. qua pace custodienda & Apostolus commonet, dicens: In omnibus seruantes unitatem
Phil.4. spiritus cum uinculo pacis. Et iterum: Pax dei quæ superat omnem intellectum, custodiat corda uestra & corpora à malo. Nihil enim tam necessarium seruis dei, tam salutare ecclesiæ, quam charitatem seruare, quàm pacem diligere, sine qua deum uideri non posse ad Hebræos Apostolus docet, dicendo: Ante omnia diligite pacem, sine qua nullus nostrum deum uidere poterit. Vnde omni studio ac deuotione pacem ecclesiæ seruare nos conuenit, & eos qui à pace dissentiunt, ad ecclesiæ charitatem, quantum in nobis est, pa-
Psal.119. cis ac fidei studio reuocare, exemplo Prophetæ, qui ait: Cum his qui oderāt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis. Meritò & in Euangelio, in exulta-
†facta tione Angelorum natiuitatem domini nuntiantium, hæc uox † sancta reperitur: Gloria
Luc.2. in altissimis deo, & pax in terra, hominibus bonæ uoluntatis. De qua pace & Dauid retulit: Pax, inquit, multa est diligentibus te, & non est illis scandalum. Et Esaias similiter:
Psal.118. Et ponam in multa pace filios tuos, & in æquitate ædificaberis. Si enim ad hoc filios dei carnem suscipere, & pati dignatus est, ut pacificaret nos deo per sanguinem crucis suæ,
Psal.75. utique secundum quod Apostolus retulit, per omnia pacifici esse debemus, ut uerè ipsum deum pacis in nobis habere mereamur. Hoc enim scriptum est: Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Et sic uerè non solum filij dei erimus, sed & hæredes dei, cohæredes autem Christi. Hoc enim Apostolus retulit: Si filij, inquit, dei & hæredes dei, cohæredes autem Christi.

Deinde ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Non immeritò esuriendam ac sitiendam iustitiam dominus superius memorauit, cuius desiderio in tantum sitire nos docet, ut propter eam & persecutionem mundi, & pœnas corporis, & ipsam mortem contemnere debeamus. In qua significatione martyres
†iustitiā fidei maximè declarantur, qui propter † iustitiam fidem & nomen Christi, persecutiones in se-
& nomē, &c. culo sustinent, quibus spes magna promittitur, id est, possessio regni cœlorum. Cuius beatitudinis apostoli principes extiterunt, & omnes iusti, qui propter iustitiam legis diuersis persecutionibus afflicti, merito fidei suæ ad regna cœlestia peruenerunt.

Deinde ait: Beati eritis cum uos persecuti fuerint homines, & exprobrabunt, & dicent omne malum contra uos. Gaudete in illa die, & exultate: dico enim uobis quia merces uestra multa est in cœlis. Sic enim faciebant & Prophetis patres eorum.

Omnia quæ tempore persecutionis propter nomen Christi aduersus iustos persecutorū excogitare potest nefanda perfidia, uel diuersa obprobria ingerere, uel corpori pœnas inferre, non solum patienter ferre debemus, sed etiam cum gaudio exultationis accipere, propter futuram gloriam. Hoc enim ait: Gaudete in illa die, & exultate: dico uobis, quia merces uestra multa est in cœlis. Quàm gloriosa est persecutionis huius tolerantia, cuius mercedem dominus repositam esse dicit in cœlis. Et idcirco propositæ gloriæ præmium considerantes ad omnem tolerantiam passionis deuota fide parati esse debemus, ut consortes gloriæ Prophetarum atque Apostolorum effici mereamur, per Christum dominum nostrum, qui est benedictus in secula.

Tractatus 11. *Deinde ait: Vos estis sal terræ. Sed si sal terræ infatuatum fuerit, ad nihilum ualet, nisi ut proijciatur foras & conculcetur ab hominibus.*

Sal terræ Apostoli. Dominus Apostolos suos sal terræ cognominat. Et uideamus quid sub huius uocabuli comparatione, de Apostolis suis dominus uelit intelligi. Quod ut plenius possimus aduertere, primum sollicite requirendum est, quid hoc sal sit, & cuius terræ, & in quam de

inde

Inde rem utilitatemq; proficiat. † Iam etiam salis ipsius naturam, usumq; tractare debemus, ut his cognitis, dominici dicti uirtutem spiritalē intelligentia facilius adsequamur. Natura igitur salis per aquam, per calorem solis, per flatum uenti constat, & ex eo quòd fuit in aliam speciem generatur. Sic & Apostoli atq; omnes credentes, per aquam baptismi, per fidem Christi, qui in comparatione sol iustitiæ dictus est, & per inspirationem sancti Spiritus deo renati, ex terrena in cœlestem natiuitatem transierunt. Vnde non immeritò sancti Apostoli sal terræ à domino nuncupantur. Et cuius terræ? Promptum est noscere, id est, terræ corporis nostri, quamdudum insipientem, ac sensu uanitatis insulsam, euangelicæ prædicationis sapientia salierunt. Ipsi enim sal terræ nostræ facti sunt, quia per ipsos & uerba sapientiæ accepimus, & per cœlestem natiuitatem, in spiritalem sumus demutati naturam. Sicut igitur sal hoc, id est, sal terræ indiscretè omnibus opus est, id est, Regibus ac potentibus, diuitibus & pauperibus, seruis ac dominis, sic & cœlestis sapientiæ uerbum, quod per Apostolos prædicatum est, necessarium est cunctis ad uitam. Omes enim, secundum Apostolum, egent gratia dei. Quia † sicut præsentem hanc uitam non sine salis usu habemus, ita quoque illam uitam æternam, sine dono sapientiæ diuinę adipisci non possumus. Sed quia de natura, uel gratia salis secundum intelligētiam spiritualem iam superius dictum est, nunc quoq; de ipsa salis uirtute tractemus. Vos ergo, inquit, estis sal terræ. Itaq; sicuti sales cum operantur in carne qualibet, corruptelam non admittunt, fœtores auferunt, sordes expurgant, uermes non sinunt generari: ita & cœlestis gratia ac fides, quæ per Apostolos data est, simili exemplo in nobis operatur. Aufert enim carnalis concupiscentię corruptelam, peccatorum sordes expurgat, odorē malæ cōuersationis excludit, uermes delictorum non sinit generari, id est, de corpore libidinosas & mortiferas uoluptates exurgere, conseruans corpora nostra etiam ab illo immortali uerme, qui inde sessa pœna peccatores excruciat, de quo scriptū est: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et sicuti sales à foris quidem apponuntur, intrinsecus uerò operantur per uirtutem naturæ suæ: ita & cœlestis gratia exteriora hominis atq; interiora perpenetrat, et totum hominē integrum à peccato incorruptumq; conseruat. Hos autem deo dignos esse, qui sale cœlestis sapientiæ condiuntur, etiam dudum præcedente figura legis ostensum est, quia omne sacrificium offerendum deo sale saliebatur. Quod idipsum Euangelista cōmemorauit dicendo: Omne, inquit, sacrificium sale salietur. Ostendens eū hominem dignum uerè sacrificium deo fieri, qui cœlestis sapientiæ uirtute esset infusus. Vnde non immeritò cum per Ezechielem Prophetam dominus Ierusalem, imò potius synagogam increparet, inter cætera ait: Aqua non est lota, neq; sale salita. Pronuntiās quia neq; gratiam baptismi salutaris ad abluenda peccata sua acceptura erat, neq; fidē cœlestis sapientiæ susceptura. Si quis itaq; hoc cœlesti sale usus fuerit, condietur, qui autem noluerit, infatuabitur. Non immeritò & Apostolus, sermonem nostrum semper gratiæ sale conditū esse debere commonuit. Adhuc huius salis gratiam ac uirtutem, etiam in libris Regnorum inuenimus præostensam. Cum in Hierico essent aquæ malignæ, quæ steriles faciebant, petitus est sanctus Helisæus Propheta, ut iisdem aquis remedium salutare præberet. Tunc sanctus Helisæus cœlestis mysterij non ignarus, dixit afferri sibi uas fictile, & mitti in eo salem. Et uenit, & misit salem ad exitus aquarum, & sic sanata sterilis natura aquarum, in fœcunditatem mutata est. Quod in sacramentum futuræ ueritatis gestum, manifesta ratione cognoscimus. Nam aquas Gentes significari euidenter Apocalypsis retulit dicendo: Aquæ quas uidisti, populi, & Gentes, & turbæ, & nationes sunt. Quæ aliter sanari, uel remedium salutare accipere non poterant, nisi sal in uas fictile mitteretur: id est, dei sapientia humanum corpus acciperet. Quæ postquam ad exitus aquarum, id est, ad exitum mortis humanæ, salutis nostræ causa peruenit, tunc omnium credētium natura, quæ à fructu seminis sterilis erat, in fide ac iustitiæ fœcunditatem mutata est. Vnde non immeritò dominus Apostolos suos sal terræ appellat, quos diuina ex se & cœlesti sapientia repleuit. Sic autem eos sal terræ esse testatus est, sicut & lucem mundi. Nam cum ipse lucem mundi se esse professus sit, tamen etiam discipulos suos hoc nomine uoluit nuncupare, non auferens sibi quod suum est lumen, sed largiens, quia lumen uerum & æternum, quod suum est, sine aliquo detrimento propriæ naturæ largitur. Scimus sanè & nonnullos sales de terra generari, sed & hæc similitudo congruit Apostolorum personæ. Quia quamuis nati de terra humani corporis uiderentur, aliud tamen per fidem Christi esse iam cœperant,

†Tamen

Natura salis.

†sicut in præsenti non sine salis usu uitam habemus.

Simile.

Esa.66.

Sal in sacrificiis

Mar.9.

Eze.16.

4.Reg.2.

Apoc.17.

Lux mundi.

cœperant, ut non iam terra, sed sal terræ haberentur: quia de carnalibus facti sunt spiritua les, idonei qui fide possent condire insulsa corda credentium. Vos ergo, inquit, estis sal ter ræ. Si autem sal infatuatum fuerit, in quo condietur? Ad nihilum ualet, nisi ut proijciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Infatuari autem eos ostendit, qui cum semel per fidem & sapientiam cœlestem eruditi, fideles ac stabiles debeant permanere, relicta fide & sapientia diuina, aut in hæresim ruunt, aut ad stultitiam Gentilium redeunt. Et idcirco ait: Si autem sal infatuatum fuerit in quo condietur? Quia infatuati fraude diaboli huiusmodi homines, amissa fidei gratia euanescunt. Qui cum potuissent etiam alios non credentes, adhuc à fide alienos diuinæ prædicationis uerbo condire, etiam sibi inutiles extiterũt. Deniq; Iudas Iscariothes de huiusmodi salibus fuerat, sed posteaquàm diuinam sapientiam reprobauit, & de Apostolo apostata factus est, non solum alijs prodesse non potuit, sed & sibi miser & inutilis factus est. Et ideo addidit dominus dicens: Ad nihilum ualet, nisi ut proijciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Quia huiusmodi iam non fideles ac domestici, sed proiecti ab ecclesia, ut extranei, & fidei hostes habendi sunt. Vnde & Iudas de domestico fidei, inimicus factus est ueritatis. Proiecti itaq; huiusmodi extra ecclesiam, necesse est ut diuersis uitijs carnis, & uarijs uoluptatibus seculi cõculcentur. Et hoc est quod ait: Ad nihilum ualet, nisi ut proijciatur foras, & conculcetur ab hominib. Quid sit autem conculcari ab hominibus, etiam Salomon in libro suo retulit, cum de muliere meretrice loqueretur: Mulier, inquit, fornicaria, quasi stercus in uia ab hominibus prætere untibus conculcatur. Quia igitur conditi iam sale apostolico sumus, in tali ac tanto condimento gratiæ spiritalis permanere debemus, ut ipsi quoq; sal terræ nuncupari à Christo domino nostro mereamur, qui est benedictus in secula. Amen.

Infatuari sal. *Iudas.* *Conculcari ab hominibus.* *Eccli. 9.*

Tract. 3. *Deinde ait: Vos estis † lux mundi. Non potest ciuitas abscondi super montem posita. Neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.*

† Lumen

Sal terræ dominus discipulos suos appellauit, quia infatuata à diabolo corda humani generis, per cœlestem sapientiam condierunt. Nunc quoq; lumen mundi eos nuncupat, quia à seipso, qui uerum & æternum lumen est illuminati, ipsi quoq; lumen facti sunt tenebrarum. Nam quia ipse sol iustitiæ est, non immeritò etiam discipulos suos lumen mundi cognominat, quia per ipsos, quasi per quosdam micantes radios, uniuerso orbi cognitionis suæ lumen infudit, fugauerunt enim à cordibus hominum tenebras erroris, luce ueritatis ostensa. Per ipsos nanq; illuminati etiam nos, ex tenebris lumen sumus effecti, dicente Apostolo: Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, sicut filij lucis ambulate. Et iterum: Non estis filij noctis, neq; tenebrarum sed estis filij luminis, & filij diei. Meritò & sanctus Ioannes in Epistola sua testatus est dicens: Deus lux est. Et qui manet in deo, in lumine est, sicut & ipse est in lumine. Vnde quia de tenebris erroris liberatos nos esse gaudemus, semper quasi filij lucis in lumine ambulare debemus.

Ephe. 4. *1. Thes. 5.* *1. Ioan. 1.*

Et addidit: Non potest, inquit, ciuitas abscondi supra montem posita.

Ciuitatem hic ecclesiam significat, de qua multis locis diuinæ scripturæ testantur, & de qua Dauid maximè loquitur, dicens: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Et iterum: Fluminis † impetus lætificant ciuitatem dei. Et iterum: Sicut audiuimus, ita & uidimus in ciuitate domini uirtutum in ciuitate dei nostri, deus fundauit eam in æternum. Et ut manifeste se de hac ciuitate loqui Spiritus sanctus ostenderet, etiam montis ipsius fecit mentionem dicendo: In ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. De qua per Esaiam dominus loquitur dicens: Ecce ego præparabo tibi carbunculum lapidem, & fundamenta tua Sapphyrum, & propugnacula tua Iaspidem, & portas tuas lapidem Crystallum & circuitum tuum lapides electos, & omnes filios tuos docibiles dei. Et multa similia, quæ prætermisimus, ne tædium legentibus faceremus, maximè cum hæc quæ dicta sunt, ad probationem ciuitatis huius satis abundeq; sufficiant. Ciuitatem ergo supra mõtem positam, ecclesiam ostendit, supra fidem domini ac saluatoris nostri, in cœlesti gloria constitutam, quæ actu spiritali omnem humilitatem terrenæ infirmitatis excedens, uniuerso mundo conspicua facta est & gloriosa, quæ iam non per annuntiationem legis obumbratur, sed per Euãgelicam doctrinam aperta prædicatione conspicitur.

Ciuitas ecclesia dei est. *Psal. 45.* *† τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι.* *Esa. 54.* *Ciuitas supra montem.*

Et addidit: Neq; enim accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.

Videamus itaq; & huius dicti dominici rationem. Scimus lucernam ad hoc accendi, non

non ut modio, aut aliquo operimento tegatur, quod si fiat, usus eius nulli rei proderit. Sed *Lucerna loco*
ideo accenditur in candelabro, ut in edito loco posita, cœcitatem obscuræ noctis abijciat, *edito.*
& lucis suæ usum in domo cõstitutis impertiat. Quod ideo dominus commemorat, quo
sciremus & nos idcirco gratia fidei accensos, ac luce spiritus illuminatos, ut & ipsi per o-
pera fidei atque iustitiæ uelut lucerna spiritaliter luceremus, & hos qui in tenebris erroris
sunt positi, ignorantiæ nocte depulsa, ueritatis ipsius lumine illustraremus. Vnde Apo- *Phil.2.*
stolus ait: Inter quos lucetis sicut luminaria, in hoc mundo uerba uitæ cõtinentes. Quòd
si non faciamus, uidebimur tam necessarij luminis utilitatem ad damnum tam nostrum, quàm
aliorum, infidelitate nostra uelut quodã uelamine obtegere & obumbrare. Quapropter *Mat.25.*
& illum qui talentum ad lucrum cœlestis negociationis acceptum, abscondere magis uo-
luit, quàm ad mensam numularijs dare, debitam pœnam incurrisse scimus & legimus.
Et idcirco lucerna illa † spiritalis, quæ ad usum salutis nostræ accẽsa est, semper lucere de- *†splendens*
bet in nobis. Habemus enim lucernam cœlestis mandati, & gratiæ spiritalis, de qua Da- *Psal.118.*
uid retulit: Mandatum tuum lucerna pedibus meis, & lux semitis meis. De qua & Salo- *Prouerb.6.*
mon ait: Quoniam lucerna est præceptum legis. De qua per Sophoniam quoque prophe- *Soph.1.*
tam dominus testatur: Et scrutabor Hierusalem cum lucerna. In hac enim lucerna inex-
tinguibile legis ac gratiæ suæ lumen ostendit, quòd non aliquo cœcæ mentis uelamine o-
periendum est, uel obscurandum, ut Iudæi, uel hæretici faciunt, qui perspicuam lucẽ prædi
cationis diuinæ prauis interpretationibus obtegere & occultare nituntur, pro fide perfi-
diam prædicando, & lumen ueritatis † erroris tenebris obuelando. Vnde lucerna hæc le- *†erroribus te-*
gis ac fidei non occultanda nobis est, sed ad salutem multorum semper in ecclesia, uelut in *nebrosis*
candelabro constituenda, ut ueritatis ipsius luce & nos fruamur, & omnes credentes illu
minentur. Ad cuius luminis contemplationem etiam per Esaiam nos sanctus Spiritus ad
hortatur, dicẽdo: Venite ambulemus in luce domini, dimisit enim populum suum domus *Esaie 2.*
Israël. De qua luce & beatus Petrus in epistola sua testatus est dicens: Qui eripuit uos de *2.Pet.1.*
tenebris, & uocauit uos in admirabilem lucem. Vnde & Zacharias propheta, ut spirita-
lis huius luminis, & cœlestis candelabri, quod in figura ecclesiæ ostensum est, manifestaret
mysteria, inter cætera quæ ei pro merito prophetiæ monstrata sunt, etiam cãdelabrum au-
reum cum lampadibus suis se uidisse testatus est. Nam & in tabernaculo testimonij, ad fu-
turæ ueritatis exemplum, cãdelabrum cum lucernis indefesso lumine populo lucebat. Cu *Candelabrum*
ius rei ratio Iudæis quidem occulta est, sicuti & omnia sacramenta legis, sed nobis iam ma *aureum Za-*
nifesta. Scimus enim in candelabro illo typum ueri & æterni luminis ostensum, id est, spiri *charie.*
tus sancti: qui per multiformem gratiam omne ecclesiæ corpus semper illuminat. Vnde
& dominus in Euangelio inter cætera discipulos suos, ut lucernas in manibus ardentes
habeant, adhortatur dicendo: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes. Quod uti- *Luc.12.*
que dominum præcepisse non corporali sensu, sed ratione spiritali intelligendum est. Nã *Lucerna man-*
quia in lucerna mandatum dei, siue lumen legis significatur, idcirco lucernam in manibus *datorum dei.*
portare iubemur, ut illuminati gratia Spiritus sancti, operibus iustitiæ ac fidei luceamus, *Prouerb.4.*
secundum quod Salomon retulit: Viæ, inquit, iustorum similiter ut lux fulgebunt, præce- *†dirigat*
dunt enim & illuminant donec † corrigat dies. Merito ergo cũ in præsenti loco dominus
lucernæ mentionem fecisset dicendo: Neque accendunt lucernam & ponunt eam sub mo-
dio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt, addidit dicens:

Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & magnificent patrem uestrum qui in cœlis est.

Magnificatur enim deus in nobis apud incredulos & infideles, si secundum præcep- *Magnificatur*
ta diuina uiuamus, si bonis operibus luceamus. Vnde & sanctus Apostolus ait: Magnifica *deus in nobis.*
te & portate deum in corpore uestro. Et beatus Petrus in epistola sua similiter cõmonet: *1.Cor.6.*
Vt cum detrectauerint de uobis, opera iustitiæ magnificent deum nostrum. Potest autem *2.Pet.2.*
& aliter intelligi, quia multiplex intelligentia spiritalis est, ut in lucerna ipsum dominum
significari noscamus, propter assumpti corporis humilitatem. Hic quidem non solum se-
cundum gloriam diuinitatis sol iustitiæ nuncupatur, sed secundum assumpti corporis sa-
cramentum etiam lucerna ostenditur, quia cum deus esset gloriæ & maiestatis æternæ, hu
milis in hoc mundo tanquam lucerna apparuit. Et non sine causa tanquam lucerna, quia lucer
na per noctem lucere consueuit. Idcircò itaque in hoc mundo humilis tanquam lucerna ap-
paruit, ut tenebras erroris de cordibus nostris, & ignorãtiæ noctem depelleret, qui in hoc

Nn mundo

mũdo uelut in nocte positi degebamus. Huiusmodi ergo lucerna, id est, incarnatio Christi, ostensa à lege ac prophetis, iã nõ obscura prædicatione legis tanq̃ modio tegitur, nec infidelitate scribarum ac pharisæorum, uelut quodam uase perfidiæ operitur, sed in cruce uelut in candelabro constituta, omnem ecclesiæ domum illuminat. Secundum mysterium itaq; incarnationis lucerna est, secundum gloriam uerò diuinitatis sol iustitiæ est. Deniq; in ipso crucis candelabro, tanquam sol resplenduit, cum per Apostolorum prędicationẽ, quasi per quosdam radios uniuerso orbi clarissimum suæ cognitionis lumen inuexit dominus & saluator noster, qui est benedictus in secula. Deinde ait:

Tract. 4. *Nolite putare, quia ueni soluere legem aut Prophetas. Non ueni soluere, sed adimplere.*

Non ad dissoluendam legem, uel Prophetas filius dei uenit, qui autor est legis, & Prophetarum, quia ipse Mosen ad tradendam legem populo dedit, & Prophetas ad prædicationem futurorum sancto Spiritu mundauit. Non ergo, inquit, ueni soluere legẽ aut Prophetas, sed adimplere. Impleuit autem legem & Prophetas hoc modo, dum ea quæ scripta erant in lege & Prophetis ipse consummat. (Ioan. 9.) Vnde cum acetum in cruce oblatum sibi bibisset, ait: Adimpletum est, ut euidenter ostenderet, omnia quæ de se in lege, ac Prophetis scripta erãt, etiam usq; ad aceti potum esse completa. Adimplet legem omnimodo, dum mysterium paschę uel agni olim in figura monstratum, passionis suæ sacramento compleuit. (1. Cor. 5.) Vnde ait Apostolus: Nam & pascha nostrum immolatus est Christus. Adimplet legẽ dum sacrificia legis, omniaq; exempla in se præfigurata, accipiendo corpus ueritatis ratione compleuit. Vel certe adimplet legem, dum præcepta legis quæ dederat, Euangelicę gratiæ suæ supplemento confirmat. Quam autem legem uenit adimplere, in sequenti demonstrat dicendo:

Donec cœlum & terra transeant, iota unum, uel unus apex à lege non cadunt, donec omnia fiant.

Quàm uera igitur ac diuina sit prædicatio legis, ex hoc ipso cognoscimus, de qua ne iota quidem uel unum apicem posse cadere dominus manifestat. (Nullum apicẽ periturum.) Quanquam in hoc iota uel apice legis, etiã sacramentũ crucis possit intelligi, quia iota & apex quandã in se imaginẽ crucis ostendunt, quæ à lege ac Prophetis prædicata, nulla ratione poterat præteriri.

Deinde ait. Qui soluerit, inquiens, unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum.

Cum mandata minima soluere impiũ sit, multo magis magna & maxima. Vnde per Salomonem id ipsum Spiritus sanctus contestatur, dicens: (Eccli. 19.) Qui modica spernit, paulatim decidet. (Nihil tollẽdum de Euangelijs.) Et idcirco nihil est de præceptis diuinis soluendũ, nihil mutilandum, sed totũ fideli ac diuota mente seruandum atq; docendum, ne cœlestis regni gloria amittatur. Quia quæ iudicio infideliũ, uel hominum seculi minima putantur & parua, hæc apud deum nõ sunt parua, sed necessaria. Qui autem docuerit & fecerit, hũc magnum futurum dominus ostendit in regno cœlorum. Quapropter non solum uerbis operandum est, sed & factis, nec ut doceas tantum, sed ut quod docueris facias. Et audiamus ipsum dominum, huiusmodi doctores qui dicunt & non faciunt, in Euangelio increpantẽ: (Matt. 23.) Vę, inquit, uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia oneratis homines oneribus, quæ portari non possunt, ipsi autem non tangitis digito uestro sarcinas ipsas. (Rom. 2.) Vnde & Apostolus ait: Non, inquit, auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Si hoc etiam de audiẽtibus dicit, quid de doctoribus intelligendum est? (Eccli. 4.) Inde & Salomon ait: Noli esse citatus in lingua tua, & segnis, ac remissus in operibus tuis. Et ideo oportet eum qui docet, exemplum ex se præbere puræ fidei, & honestatem conuersationis suæ, ut Apostolus Timotheo scribit: (1. Tim. 4.) Forma, inquit, esto fidelium. Et iterum: (Tit. 4.) Exemplũ teipsum præbens operum bonorũ, in iustitia, in castitate, in sobrietate, per doctrinam sanã. Vnde & ipse filius dei, qui magister & dominus legis est, ad exemplum nostrum, cuncta quæ docuit uoluit rebus ipsis implere. Et addidit:

Nisi abundauerit iustitia uestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.

Reprehenditur iustitia Scribarum & Pharisæorum, quia non fidem promissionis diuinæ, sed humanam laudem, & seculi gloriam quærebant, sicuti habemus exemplum de illo Pharisæo superbo & elato, qui ut sibi uidebatur, iustitiæ suæ merita præferens, impudẽter se elato animo, ac superbis uocibus in conspectu dei iactabat. Retinebant ergo speciẽ iustitiæ Scribæ & Pharisæi non ut deo placerẽt, sed ut famã humanæ gloriæ quærerent, ut lucra terrena, & temporalia commoda mercarentur. Et ideo hortatur dominus, ut hanc

†famosam

†famoſam iuſtitiã laudis humanæ, operibus iuſtitiæ cœleſtis ac fidei meritis præcedamus, *†famoſam*
per Chriſtum dominum noſtrum.

Deinde ſequitur: Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autẽ *Tract.5.*
dico uobis. Si quis iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.

Hoc eſt quod dixit dominus: Non ueni ſoluere legem, ſed adimplere. Hoc eſt, quòd
minus erat addere, præcepta ſcilicet legis in melius reformare. Vnde & ſanctus Apoſto- *Rom.3.*
lus ait: Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit, ſed legem cõſtituimus. Rudi & duro po
pulo legis tradita ſunt mandata iuſtitiæ, perfecto autem & fideli populo Euangelica tra-
duntur præcepta conſummatæ fidei, & cœleſtis iuſtitiæ. Lex præcipit non occidendum,
Euangelium uerò nec iraſcendum, ut omnem radicem peccati † auferret de cordibus no- *†auferat*
ſtris quia per iracundiam poteſt etiam uſq; ad homicidium peruenire. Vnde non immeri-
to beatus Iob in libro ſuo ita teſtatus eſt dicens; Stultum interficit iracundia, ſeductum au *Iob.5.*
tem occidit æmulatio. Dauid quoq; ita ait: Iraſcimini, & nolite peccare, dicite in cordibus *Pſal.4.*
ueſtris & in cubilibus ueſtris compungimini. Quod teſtimonium ſanctus Apoſtolus in- *Ephe.4.*
terpretatus eſt, dicens: Sol non occidat ſuper iracũdiam ueſtram, neq; detis locum diabo-
lo. Cum ergo iraſci non liceat, multo magis homicidij crimen admittere. Et cùm iracũdia
teneatur in futuro iudicio, quam putamus pœnam habiturum ipſius ſceleris factorem?

Qui autem dixerit, inquit, fratri ſuo racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.

Ita docet nos dominus per omnia eſſe perfectos, ut ne leuibus quidem uel uanis ſer-
monib. futuro iudicio Rei teneamur. Vetat namq; dici fratri racha, id eſt, uacue et inanis *Racha.*
non enim debet dici uacuus & inanis, qui fide & Spiritu ſancto plenus eſt. Neq; enim de-
bet frater fatuus appellari, qui credendo in Chriſto, diuinæ ſapientiæ gratiam conſecutus
eſt. Vnde & cum per Salomonem Spiritus ſanctus de uiro euangelico loqueretur, ita te-
ſtatus eſt dicens: Beatus qui non eſt lapſus uerbo oris ſui, & non eſt ſtimulatus triſtitia de *Eccli.14.*
licti. Et idcirco alio loco idem Salomon ait: Fac ori tuo ſeras, & linguæ tuæ, & uerbis tuis *Eccli.28.*
fac ſtateram. Et iterum: Circuncide à te prauum os, & iniqua labia longè expelle à te. Et *Eccli.10.*
iterum. Indiſciplinatæ loquelę non adſueſcat os tuum, eſt enim in illa triſtitia delicti. †Vn *Eccli.23.*
de & Dauid ait. Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis. Et *†inde*
iterum in alio Pſalmo. Dixi, domine cuſtodiam uias meas, ut nõ delinquã in lingua mea. *Pſal.140.*
Quia ut Salomon ait. Labia imprudentum ſtulta narrabunt, & ſtatera appenditur uerbũ *Pſal.38.*
prudentis. Et ideo dominus in Euangelio, etiam pro ocioſo ſermone rationem nos reddi *Eccli.21.*
turos eſſe teſtatus eſt. Hinc & Apoſtolus ita hortatur dicens: Omnis ſermo malus ex ore *Matt.12.*
ueſtro non exeat, niſi qui bonus eſt ad ædificationem fidei. Et iterum: Sermo ueſter ſit ſem *Ephe.4.*
per in gratia ſale conditus, ut ſciatis quomodo oporteat uos unicuiq; reſpondere. Ob q̃ *Col.4.*
rem in omnibus cautos nos eſſe conuenit, ne per familiaritatem inutilium uerborum †dã- *†damna*
num ſaluti acquiramus.

Dehinc ait: Si offers munus tuũ ante altare, & ibi rememoratus fueris, quia habet aliquid frater tuus aduerſum
te, relinque illic munus tuum, & uade prius reconciliare fratri tuo, & tunc offer munus tuum.

Quanti habeat dominus fraternam dilectionem, ex hoc ipſo cognoſcimus, cum ob- *Charitas fra*
latum deo munus oſtendit accepte non offerri, niſi prius oblator muneris fratri ſuo, ira- *terna.*
cundia † ſepoſita reconcilietur. Inuenimus deniq; offerentis Cain munera idcirco à deo *†depoſita*
repudiata, quia charitatis iura non ſeruans, aduerſus fratrem, iram animo retinebat. Vn- *Cain munera.*
de non immerito dominus in Euangelio multis locis, charitatis fraternæ dilectionẽ præ-
cipuè cuſtodiendam eſſe inſinuat, dicendo: Mandatum nouum do uobis, ut dilectionem *Ioan.13.*
habeatis ad alterutrum. Et iterum: In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi
charitatem ad alterutrum habueritis. Non immerito etiam per Zachariam Prophetam
ita dominus loquitur: Iudicium iuſtum & pacificum iudicate, & nolite retinere malitiam
fratris ueſtri in cordibus ueſtris. Per Dauid quoq; ſimiliter teſtatur: Deſine ab ira, & dere- *Pſal.36.*
linque indignationem. Pari modo etiam per Salomonem Spiritus ſanctus loquit̃ dicens: *Eccli.28.*
Homo homini reſeruas iram, & à deo quæris medelam? Ipſe in hominem ſimilem tibi nõ
habes miſericordiam, & deum exoras pro peccatis? Et ipſe cum ſis caro retines iram, &
propitiationem petis à deo? Et quis orabit pro delictis tuis? Et ſuperaddidit, dicens: Me-
mento nouiſſima, & deſine inimicari. Vnde & ſanctus Dauid, Euangelici præcepti per *Pſal.65.*
Spiritum ſanctum non ignarus, de ſe ita teſtatus eſt dicens: Si iniquitatem, inquit, cõſpexi

Nn 2 in

in corde meo non exaudiat dominus. Quid enim tam gratum deo, tam necessarium nostræ saluti, quàm quod dominus præcipit, irã non retinere, pacifico animo ac simplici con
sciẽtia deo munus offerre, sicuti obtulit primus Abel? Et ideo munera ipsius suscepta sunt
à deo, Cain reprobata, quia Abel pura ac simplici mente munera domino offerebat, Cain
†muneribus uerò iram aduersus fratrẽ tenebat in corde. Quaprópter si uolumus † munera nostra deo
nostris placere, excludere iracundiam de corde debemus, interficere malitiam contra fratrem su
sceptam, tenere uero pacem fraternam, seruare charitatem, diligere unanimitatem, custo
dire concordiam, ut placere domino mereamur, qui est benedictus in secula.

Tract.6. *Post hinc sequitur: Esto, inquit, consentiens aduersario tuo, dum es cum illo in uia, ne forte aduersarius tradat te iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouißimum quadrantem.*

De hoc domini dicto, quidam ita existimant intelligendum, asserentes huiusmodi ad
uersarium, qui culpa sua uel aliena inimicus extiterit, cuo ad pacem & amicitias esse reuo
candũ, dum cum illo sumus in uia, id est, in cursu uitæ præsentis, ne cum de seculo fuerit re
cessum, unusquisq; ut charitatis immemor, & inimicitiarum reus, incipiat deo iudici offer
ri, & tradi à iudice ministro, id est, Præposito tormentorum, ut missus in carcerem gehen-
næ, debitas peccati pœnas exsoluat. Sed assertio ista nõ plenam uidetur habere rationem.
Quid enim si aliquis è fratribus ob causam fidei aduersarius existat? Nunquid perfidiæ ip
†accommodandus sius consensus † commodandus est, ne cum tali religiosa discordia maneat? Habemus ad
uersarios & Gentiles, qui fidei nostræ aduersantur, qui nos interdum tempore persecutio
Religiosa quædam discordia nis ad nefanda sacrificia cogunt. Nunquid & propter huiusmodi aduersarios hoc agen-
dum est, quemadmodum uoluntati ipsorum consensum sacrilegum commodemus, ne ini
mici permaneant? Quorum sacrilegæ persuasioni, non modo consentiendum non est, ue
rum etiam inuicta fide resistendum. Quidam etiam aperte aduersarium hic diabolum in-
†aduerto telligendum existimant, quod qua ratione astruant, nõ † animaduerto. In quo enim debet
consensus diabolo commodari? Cuius hoc opus est ut totum contra fidem, contra salu-
tem, contra diuinam religionem suadeat, hortetur, extorqueat. Nisi forsitan hoc sensu in
telligi debeat, ut si forte persecutor aliquis inimicus existens, uel diabolus, qui autor per-
secutionis est, uoluerit causa nominis Christi, Christiano mortem inferre, libenter con-
sensum accommodet, ut morti pro Christo tradatur, ne idem diabolus, qui accusator no-
ster est, reos nos apud deum constituat de fidei præuaricatione, & pœnæ obnoxios faciat:
quia diabolus quamuis omnis criminis autor sit, ipse tamen & accusator est. Hoc enim di
Apoc.12. ctum de eo in Apocalypsi legimus. Et præcipitatus est, inquit, draco, accusator fratrum no
†accusabat strorum, qui † accusat eos in conspectu dei die ac nocte. Ipse suasor, ipse accusator. Suadet
Aduersarius, ut decipiat, accusat ut damnet. Alij uero, quorum assertio plenior mihi uidetur, aduersa-
Spiritussanctus rium hic Spiritum sanctum existimant intelligendũ, qui aduersatur uitijs et desiderijs car
Gala.5. nis secundum quod Apostolus manifestat dicendo: Caro, inquit, concupiscit aduersus spi
ritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non quæcunq;
uulris illa faciatis. Spiritus enim cœlestia desiderat, caro terrena concupiscit. Spiritus do
Ephe.4. nis spiritalibus gaudet, caro uitijs corporalibus oblectatur. Vnde & Apostolus ait: Noli
te cõtristare Spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis. Huic, credo,
aduersario peccati & erroris humani, suadenti quæ iusta & sancta sunt, in omnibus obe-
dire nos dominus præcepit, dũ cũ illo sumus in uia, id est, in comitatu uitæ præsentis, ut æ-
ternã pacem, & perpetuã societatẽ cum eo habere possimus. Verum si quis uolũtati Spi-
†obaudiens ritus sancti dicto non † audiens; & contrarius extiterit, non dubiũ est huiusmodi hominẽ
post excessum uitæ, dei filio, qui iudex uiuorũ ac mortuorum est, offerendum, à quo trade
Nouißimus tur ministro, id est, angelo tormentorum, mittendus in carcerẽ gehennæ. Vnde nõ dimit-
quadrans. tetur, nisi etiam nouissimum quadrantem reddat, id est, omnem pœnam debiti, etiam us-
que ad nouissimum peccatum exoluat. De hoc igitur aduersario dominus in præsenti lo
co loqui intelligitur, qui aduersans peccatis nostris, salutẽ nostram desiderat, qui nos id-
circo cupit sibi esse consentaneos, ut & pœnas inferni euadere, & regna cœlestia conse-
Eccli.4. qui mereamur. De quo & Salomon in libro suo testari uidetur, cum dicit: Est unus, & nõ
est secundus. Et quidem nec filius, nec frater est ei, & non est finis omni labori suo. Et opti
mi sunt duo, quàm unus, quibus est merces bona labor ipsorum. Quia si ceciderit unus, al
ter erigit socium suum. Væ illi uni cum ceciderit, quia non habet qui erigat illũ, ostendens
quia

quia caro quæ cõcordiam & societatem sancti Spiritus habere meruerit, cum in mortem ceciderit, ab eodem spiritu erigatur in uitam, & in gloriam sempiternam. Et ideo uæ uni illi dixit, quia cum ceciderit, non habet qui erigat eum, id est, quia caro, quæ consortium spiritus per infidelitatem suam non meruerit habere, nõ in uitam æternam erigitur, sed in pœnam perpetuam suscitatur, ab eo qui iudex uiuorum & mortuorum est, cui est laus & gloria in secula seculorum. Amen.

Deinde ait: Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico uobis: Si quis uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Tract.7.

Non immerito sanctus Dauid ait dicendo: Tu mandasti, mãdata tua custodire nimis. Psal.118.
Adeo nimis, quia non solum adulterium, sed etiam concupiscentia rea teneatur ad crimẽ. Lex adulterium damnat; Euangelium uerò etiam cõcupiscentiam punit, quæ radix est adulterij. Vnde per Salomonem multis locis idipsum Spiritus sanctus contestatur dicendo: Post concupiscentias tuas non eas, & à uoluptate tua uetare. Quia si dederis animæ tuæ concupiscentiam, tradet te in gaudium inimicis tuis & inuidis tuis. Et iterum: Ne des fornicarijs animam tuam in ullo, ne perdas te & hæreditatem tuam. Noli circunspicere in uicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspexeris speciem alienam. Et postea addidit: Speciem alienæ mulieris multi admirantes reprobati sunt, colloquium enim illius quasi ignis ardescit. Bene dixit, quasi ignis ardescit: quia in huiusmodi mulieris colloquio, desiderium libidinis quasi ignis accendit. Vnde uitare debes talem mulierem, ne te flamma cupiditatis eius exurat. Ideo & Salomõ ait: Non te uincat formæ desiderium, neq; capiaris oculis tuis, neq; rapiaris palpebris tuis. Et iterum ait: Aufer à me uentris concupiscentiam, & concubitus concupiscentiæ non apprehendat me, & animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradideris me. Audiamus & beatum Iob, qui se in omnibus uirum Euangelicum præbuit, & mandatum Domini, antequam audiret impleuit, idipsum de se contestari, cum dicit. Si deflexit pes meus de uia, & sequutum est cor meum oculum meum. Si manibus meis tetigi munera, alij fructus meos edant. Si secutum est cor meum uxorem alienã, aut si assiduus fui ad illam, placeat & uxor mea alteri. Ira enim furoris est & immundi spiritus, commaculare mulierem uiri, ignis est ardens. Vnde quia graue peccatum est adulterium, ad extirpandam radicem peccati ipsius, ne conscientia nostra maculetur, etiam concupiscentiam interdixit, quæ est adulterij origo, secundum quòd beatus Iacobus in Epistola sua refert. Concupiscentia, inquit, parit peccatum, peccati autem concupiscentia adquirit mortem. Idcirco & per Dauid Spiritus sanctus de hoc ipso ita loquitur. Beatus, inquit, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. Hunc beatum & uerè Euangelicum uirum ostendens, qui desideria & concupiscentias carnis per infirmitatem humanam nascentes, statim antequam crescant in ipso natiuitatis exordio per fidem Christi, qui petra dictus est, enecauerit.

[Margin: Euangelium damnat etiam uoluntatem. Eccli.18. Eccli.9. Eccli.23. Iob.31. Iac.1. Psal.136.]

Deinde ait: Quòd si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum mẽbrorum tuorum quàm totum corpus tuum eat in gehennam. Et si manus tua, inquit, scandalizat te, abscide eam, & proijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorũ, quàm totum corpus tuũ eat in gehennam.

Oculum mihi uel manum non corporis humani significat, sed oculum uel manũ cordis, id est, sensum malæ concupiscentiæ carnalis desiderij abscidi de cordibus præcipit, unde omnia mala procedere ipse dominus in Euangelio manifestat, dicendo. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidium, adulterium, blasphemiæ, falsa testimonia, & cætera quæ coinquinant hominem. Verum, corpus de liberare nihil proficit ad malæ mentis emendationem, in qua totus gurges est uitiorum. Deniq; uidemus multos orbatos oculis, uel corpore debilitatos, à uitijs tamen non cessare. Vnde hæc magis membra uitiorum, malæ mentis & prauæ cogitationis, excidere nos dominus præcipit propter regnum cœlorum, ne dominantibus uitijs, & corpus & anima, id est, totus homo reus efficiatur ignis æterni. Quidam autem hoc de filijs, uel proximis intelligendum esse existimant qui nobis uelut oculi capitis chari sunt ac dilecti, ut si forte aliqui de huiusmodi, fidei ac spei nostræ contrarij existentes, scandalum generauerint, abijciantur à nobis, & ut inimici salutis habeantur, ne cum eiusmodi hominibus perfidis ac blasphemis unusquisque nostrum sociatus, pari pœna damnetur. Sed quia corporis mentio facta est, rectius id magis de corpore ecclesiæ potest intelligi, in quo oculus uelut prætiosum membrum Episcopus significatus

[Margin: Cor fons malorum. Oculũ eruere. Corpus.]

ficatus agnoscitur, qui lumine mandati diuini totum corpus illuminat. De hoc ergo dictū rectè intelligitur. Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam, ut si forte huiusmodi oculus, id est, Episcopus per prauam fidem & turpem cõuersationem ecclesiæ scandalum fuerit, eruendum eum esse, id est, abijciendum à corpore ecclesiæ præ-
1.Cor.9. cipit, ne peccato ipsius reus populus teneatur. Scriptum est enim, quia modicum fermen-
Manus. tum totam massam corrumpit. Et iterū: Auferte malum de uobis ipsis. In manu uerò presbyter significatus intelligitur, qui si & ipse prauam fidem tenens, aut nō rectè uiuens, scādalum populo fecerit, abscidi eum dominus iubet, id est, abijci, ne peccato ipsius ecclesia maculetur, cùm ecclesia iuxta Apostolum sancta & immaculata esse debeat, per Christū
Tract.8. dominum nostrum, qui est benedictus in secula. Amen.

Dehinc sequitur: Audistis quia dictum est antiquis. Qui dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudij. Ego autē dico uobis: Quicunq; dimiserit uxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam mœchari.

In omnibus dominus ac saluator noster legis antiquæ iura reformat in melius. Iamdudum quidem populo Iudaico illicitè uiuenti, ac suis uoluptatibus seruienti, per Mosen repudij dandi quacunq; de causa indulta uidebatur licentia, non quòd ita legis ratio postularet, sed quia populi carnalis effrenata uoluptas, secundum rigorem disciplinæ iustitiæ legis tenere nō posset. Idcirco hæc permissa facultas est, secundū quod alio in loco ipse dominus responso suo adhuc eis requirentibus manifestat. Nā cū diceret: cur Moses permisis-
Matt.19. set dari librum repudij? Respondit dominus dicens: Ad duritiam cordis uestri scripsit hoc Moses dari librum repudij, ab initio autem non fuit sic. Vnde nunc non immerito dominus ac saluator noster sublata illa licentia, antiquæ constitutionis suæ præcepta restaurat.* Iubet nanq; matrimonij castum coniugium indissolubili lege seruari, ostendens coniugij legem à se esse primitus institutam. Ipse enim ait: Quod ergo deus cõiunxit in unum, ho-
†forte prauā monon separet. Quo dicto & † passiuam Iudæorum licentiam, & stultam ac miserabilem
Manichæi. Manichæorum præsumptionem, qui negant à deo esse coniugia, huius sententiæ pronuntiatione damnauit, dicens: Excepta causa fornicationis uxorem non licere dimitti. Aperte demonstrans, eū contra dei agere uoluntatem, qui matrimoniū à deo iunctū illicita diuortij separatione temerare præsumpserit. Vnde non ignorent, q̃ graue apud deum damnationis crimen incurrant, qui per effrenatam libidinis uoluptatem, absq; fornicationis causa, dimissis uxoribus, in alia uolunt transire cõiugia. Quod idcirco se credunt impune cõmittere, quia humanis & seculi legibus id uidetur permissum, nescientes in hoc se grauius magis delinquere, quia humanas leges diuinis legibus præferant, ut quod illicitum
†licere deus esse constituit, ideo licitum credant, quia ab homine sit † libere permissum. Sed sicuti uxorem castè ac purè uiuentem dimittere fas non est, ita quoq; adulteram dimittere permissum est: quia ipsa se mariti consortio fecit indignam, quæ in corpus suum peccādo dei templum ausa est uiolare.

Dehinc ait. Audistis, quia dictum est antiquis: Non peierabis, reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis, non iurare omnino, neq; per cœlum, quia thronus est dei: neq; per terram, quia scabellum est pedum eius: neq; per Hierosolymam, quia ciuitas est regis magni. Neq; per caput tuum iurabis, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo uester, est, est. non, non. Quod autem abundantius est, à malo est.

Non iurādum. Per gratiam doctrinæ Euangelicæ, lex per Mosen data profectum accepit. In lege præceptum est, non esse peierandum: in Euangelio uero, nec iurandum. Quod idipsum olim
Eccli.23. per Salomonem præcipere Spiritus sanctus præmeditabatur, dicendo: Iurationi non ad-
Ibidem. suescat os tuum. Et iterum: Sicut autem seruus flagellatus assiduè, à liuore non minuitur, sic omnis iurans & negocians, à peccato non purgabitur. Vnde iurare nos prorsus non conuenit. Quid enim unicuiq; nostrum iurare necesse est, cùm nobis mentiri omnino nō
Mendacio sub liceat? Quorum uerba ita uera semper, ita debent esse fidelissima, ut pro iuramēto habeā-
lato, tollitur tur. Et idcirco dominus non solum peierare, sed etiam iurare nos prohibet, ne tunc tantū
& iuramento uideamur uerū dicere cum iuramus, ne quos ueraces in omni sermone esse cõstituit, puta-
rum occasio. remus sine iuramento licitū esse mentiri. Iuramenti enim hæc causa est, quia omnis qui iurat, ad hoc iurat, ut quod uerum est eloquatur. Et ideo dominus inter iuramentū & loquelam nostram nullam uult esse distantiam, quia sicut in iuramento nullam cõuenit esse perfidiam, ita quoq; in uerbis nostris nullum debet esse mendacium, quia utrūq; & periurium
Sapi.1. & mendacium, diuini iudicij pœna damnatur, dicente scriptura: Os quod mentitur, occidit animam.

animam. Quisquis ergo uerum loquitur, iurat, quia scriptum est: Testis fidelis non menti tur. Vnde non immeritò deum nostrum iurare sæpe scriptura diuina commemorat, quia à deo qui uerax est, & mentiri nescit, quicquid dicitur, pro iuramento habetur, quia uerum est omne quod loquitur. Inuenimus quidem aliquoties deum iurantem, sed propter Iudaicæ infidelitatis perfidiam, qui putant omne uerum non nisi in fide iuramenti cõsistere. Idcirco ergo etiam deus iurare uoluit, ut qui loquenti deo non credebant, crederent uel iuranti. Ait ergo dominus: Audistis quia dictum est antiquis: Non peierabis. Ego autem dico uobis, non iurare omnino: neque per cœlum, quia thronus est dei, neque per terram, quia scabellum est pedum eius, neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis. In his domini dictis, quibus per huiusmodi elemẽta iurare nos prohibet, duplex intelligentia est. Primum enim uoluit à nobis & usum iurationis, & consuetudinem humani erroris auferre, ne unusquisque nostrum per hæc elementa iurando, aut creaturam in honore diuinæ uenerationis haberet, aut idcirco impunitatem periurij habere se crederet, si per mundi elementa iuraret, cum scriptum sit: Nec iurauit proximo suo in dolum. In quo etiam errorem tam Iudaicæ infidelitatis, quàm etiam generis humani condẽnat, qui relicto creatore creaturam sub diuina ueneratione habuerunt, secundum quod Apostolus retulit: Et coluerunt, & seruierunt creaturæ potius quàm creatori. Deinde etiam hoc modo potest intelligi. Quia cum iuratur per cœlum & terram, iuratur per eum qui cœlum & terrã constituit, secundum quod ipse dominus alio loco manifestauit, dicendo: Qui iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt. Et qui iurat in throno dei, iurat in eo & in eo qui habitat in ipso. Neque, inquit, per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis. Id est typus corporis Christi, quod est spiritalis illa & cœlestis ecclesia. Neque, inquit, per caput tuũ iurabis, quia secundum Apostolum: Caput uiri Christus est. Vnde qui per hæc iurat, per eũ qui omnium horum autor est, iurat. Sit ergo, inquit, sermo uester, est, est: non, non. Quod autem abundantius est, à malo est. Docens quod omnis sermo à nobis prolatus, nihil aliud quàm quod uerum est debeat continere, cum omne mẽdacium, id est, quod amplius est, ad autorem diabolum reuocetur, qui semper ab initio mendax est, sicut & pater eius. Vnde semper quod uerum est loqui & meditari debemus, ut discipulos nos esse eius qui ueritas est, ostendamus, qui est benedictus in secula. Amen. Dehinc sequitur.

Prou. 14. / Deum iurare. / Per elementa iurare. / Psal. 23. / Rom. 1. / Matt. 23. / Hierosolyma. / 1. Cor. 11. / Ioan. 8.

Audistis quia dictum est antiquis. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico uobis, non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & sinistram, & ei qui uult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Tract. 9.

Ad omne nos exemplum patientiæ & humilitatis, dominus per euangelica præcepta conformat. Iamdudum iussum fuerat in lege, ut si qui iracundiæ furore commotus, uel oculum, uel dentem alterius eruisset, ipse quoque simili pœnæ, atque eidem damno subiaceret. In quo præcepto & iustitia legis ostensa est, & insolentis populi sub hoc terrore temeritas refrenata est, ut quia metum futuri iudicij non habebant, saltem uel præsentis uindictæ pœna eos à scelere prohiberet. Hi uero qui secundum fidem euangelicam uiuunt, retributionẽ uindictæ istius non requirunt, quibus omnis spes retributionis & uindictæ in futuro seruatur. Et idcirco dominus in Euangelio non solum uicem nos iniuriæ reddere non iubet, sed percussos in dexteram maxillam, etiam aliam præcipit præbere, si hoc ira percutientis exegerit. Hoc enim ait:

Qui te percutit in dexteram maxillam, præbe illi & sinistram.

Hoc est enim † uerè fide uiuere, non præsentem ultionem, sed futuram uindictam expectare ab eo qui ait: Mihi uindictam, ego retribuam dicit dominus. Hunc talem euangelicum uirum, qui percussus in maxillam, libenter alterã præbeat, Hieremias euidenter ostẽdit, cum dicit: Bonum est uiro, cũ portauerit iugũ graue in iuuentute sua. Sedebit singulariter, & tacebit, quia portauit iugum graue. Dabit percutiendam maxillã suam, & satiabitur in opprobrio. In quo manifeste eum utique ostendit beatum uirũ, qui sub hoc iugo euãgelicæ legis uiuens, ab omni se persequentis iniuria non auertit. Huiusmodi enim meditatio tolerantiæ, ducit ad passionem martyrij. Facile enim etiam persecutionis tempore pœnas corporis poterit sustinere, si in pace antè exercitatus, huiusmodi iniurias æquanimiter ac libenter suscipiat. Nec sanè conuenit Christiano uicem iniuriæ reddere, ne similis ei cui uicem restituit iudicetur. Si enim malum est iniuriam facere, non est alienus à culpa qui uicem malam rependit, ac per hoc non potest bonus haberi qui malum imitatur. Nõ

† uerâ / Ezech. 9. / Tren. 3.

solum autem maxillam præbendam percutienti dominus præcipit, sed & damna subiri. Hoc enim addidit: Et qui uult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, remitte ei & pallium. Post corporalis enim iniuriæ tolerantiam, uult nos dominus etiam rerum secularium habere contemptum, & usq; adeo ab omni lite uel cõtentione iudicij esse summoros, ut si forte calumniator uel tentator existens ad probandam fidem nostram litem moueat, uolens auferre quæ nostra sunt, non solum hæc quæ iniustè expetit, sed etiam illa quæ non postulat sponte nos dominus iubet offerre. Quia si unusquisq; propter calumniam litigantis hæc quæ sunt parua contempserit, per eiusmodi exercitationem eruditus, facile poterit etiam in persecutione uniuersa quæ sunt † huiusmodi contemnere. Perfecta enim fides ista, & perfecta uictoria est, contra iniuriam facientem, si etiam ea quæ nõ postulat offerantur.

† huius mundi

Vera uictoria.

Deinde ait: Et quicunq; te angariauerit mille passus, uade cum illo adhuc alia duo.

Ad omne deuotionis opus, impigros nos esse præcipit dominus ac paratos. Bonum enim nostrum uult non tam necessitatis esse, quam † propriæ uoluntatis, ut dum amplius ex nobis facimus, quàm ab alijs postulamur, maioris mercedis gloriam consequamur. Integræ enim charitatis, ac perfectæ deuotionis officium est, plus sponte præstare quàm peteris. Hunc sensum quidam etiam spiritaliter intelligendum crediderunt, ut qui angariatus fuerit mille passus, uadat cum eo adhuc alia duo. Id est, ut quicunq; infidelis, uel nec dum cognitionem ueritatis consecutus, de uno deo patre, rerum omnium conditore, uelut per iter legis ingressus fecerit mentionem, uadas cum illo adhuc alia duo, id est, ut post patris professionē, per uiam ueritatis hunc eundē usq; ad cognitionē filij, & Spiritus sancti perducas, ostendens illi non solum patrem, sed & filium, & Spiritū sanctū esse credendum.

† promptæ

Deniq; sequitur: Et qui petit à te, da ei.

Id est, ut post cognitionem trinitatis, donum gratiæ cœlestis prompto animo tribuamus. Vel certe misericordiam postulātibus tribuamus secum dum quod possumus, ut ipsi id quod à deo † petimus, præcedente meritò facilius impetrare possimus ab eo qui ait: Petite, & dabitur uobis. Verum si eos qui nos petunt despiciamus, qua fiducia deum nobis quod petimus præstare credimus: dicente scriptura: Vide ne auertas faciem tuam ab ullo paupere, ita fiet ut nec à te auertatur facies dei.

† petierimus

Matt. 7.

Eccli. 4.

Et omni, inquit, uolenti mutuari à te, ne auerteris te.

Iubemur per omnia religionem pietatis ac fidei custodire, ut necessitatem tribulationis alterius quasi propriā computemus, nec plus facultatē quàm fratrē faciamus. Et ideo uel petentibus fratribus, uel mutuo in necessitate postulantibus, religioso animo, & pio affectu communicare debemus, expectantes mercedem retributionis æternæ, secundum quod Dauid ait: Iocundus uir, qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio. Et iterum: Sparsit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Vnde & sanctus Iob, cuius exemplum sequi nos conuenit, hæc ipsa Euāgelica præcepta implens, † esse ita commemorat, dicendo: Quod si missum feci inopem, exire ianuam meam nudo sinu. Quod si cautionem cuiusquam habui, & non disrupi. Et si credidi, nihil accepi à debitore meo. Aut si mei causa unquam terra gemuit, aut sulci eius plorauerūt simul, aut si fructus eius manducaui solus sine pretio, aut si animam domini terræ decipiens contristaui. Quæ omnia Iob idcirco fideliter impleuit, quia mercedem ab eo expectabat, qui retributor est æternorum bonorum, cui laus & gloria in secula. Amen.

Psal. 111.

† se se

Iob. 31.

Tract. 10.

Dehinc sequitur: Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos uestros, benefacite ijs qui uos oderūt, & orate pro calumniantibus & persequētibus uos, ut sitis filij patris uestri, qui solem suum oriri iubet super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? Nõnne & Publicani hoc faciunt? Et si salutatis fratres uestros tantum, quid amplius facitis? Nõnne & Ethnici hoc faciunt? Estote ergo uos perfecti, sicut & pater uester qui in cœlis est perfectus est.

Per omnia uult nos dominus in præceptis suis esse perfectos. Iamdudum quidem in lege præceptum est: Diliges amicos, & odies inimicos, sed populo terreno, & carnali secūdum tempus data ista præcepta sunt, sicuti & illud: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Nunc aūt Euangelico populo tradunt præcepta cœlestis ac perfectæ iustitiæ, ut inimicos diligamus, odientes amemus, pro calumniantibus ac persequentibus nos oremus, ut ueré filij dei esse mereamur, qui pro misericordia sua indiscrete super bonos ac malos, iustos

Præcepta temporibus inseruiunt.

atq;

atq; iniustos, uitæ præsentis beneficia cœlestia ac dona largiť. Ad huiusmodi præcepta E-
uangelica custodienda, etiã per Esaiam hortatur nos Spiritus sanctus dicens: Audite uer
bum domini, qui timetis nomen eius. Dicite, fratres nostri estis, his qui uos oderũt, & abo
minantur. Nomen domini magnificetur, & appareat illis in iucunditate eorum, & illi cõ-
fundantur. Vnde non immerito Dauid in Psalmo ita testatur, dicens: Domine deus meus *Psal.7.*
si feci hæc. Si reddidi retribuẽtibus mihi mala, decidã merito ab inimicis meis inanis. Bea
tus quoq; Iob idipsum ita cõmemorat, dicens: Quod si gauisus sum in delicto inimici mei, *Iob 31.*
si dixi in corde meo, benefactum est, audiat auris mea maledictionem. Hæc autem Euan-
gelicæ gratiæ præcepta, quæ nunc ad salutem hominum data sunt, inuenimus per manda
ta legis in animalibus formata cum dicitur: Si, inquit, uideris boues inimici tibi sub onere *Exod.23.*
ruisse, nõ transies, sed eleuabis cũ eo. Vt iam tunc in lege Mosis unusquisq; in animalibus
disceret, quod quandoq; secundũ Euangelium facturus esset in homine. Et merito sequiť:

*Si diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? Nónne & Publicani hoc faciunt? Et si salutatis fra-
tres uestros tantum, quid amplius facitis? Nónne & Ethnici hoc faciunt? Estote ergo uos perfecti, sicut & pater ue-
ster, qui in cœlis est, perfectus est.*

Ostendit dominus meritum nos perfectæ dilectionis habere non posse, si eos tantum
diligamus, à quibus uicem nobis rependi dilectionis mutuæ nouerimus, cum huiusmodi
dilectionem etiam Gẽtibus ac peccatoribus sciamus esse communem. Vnde uult nos do-
minus communem legem dilectionis humanæ, lege dilectionis Euangelicæ superare, ut
non solum circa eos, qui nos diligunt, sed etiam circa inimicos & odientes amoris nostri
ostendamus affectum, ut ueræ pietatis ac bonitatis paternæ in hoc imitemur exemplum.
Et addidit:

Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, alioquin mercedem non habebitis à patre uestro, qui *Matt.6.*
in cœlis est.

Ab omni iactantia inanis gloriæ, atq; humanæ cupiditatis uult nos esse dominus alie-
nos, ut opus iustitiæ nostræ nõ hoc studio faciamus, † quo hominibus placere uelimus, sed *†quod*
soli deo, à quo expectamus meriti nostri mercedem. Amittit enim meritum iustitiæ apud
deum, qui idcirco iustè uult uiuere, ut gloriam humanæ laudis acquirat. Vnde Apostolus *Gal.1.*
ait: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

*Dehinc ait. Cum autem facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut Hypocritæ faciunt, qui amant stare in
synagogis, & in plateis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, perceperunt mercedem suam. Te autẽ fa-
ciente eleemosynam, ne sciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in absconso, & pater tuus qui
uidet in absconso, reddet tibi.*

In omnibus nos dominus ad perfectæ fidei gloriam doctrina cœlesti conformat. Su-
perius docuit opus iustitiæ non propter homines, sed propter deum esse faciendũ. Nunc *Tuba canere.*
quoq; iubemur eleemosynam facientes, tuba canere non debere, id est, non promulgare
quod facimus, quia non est deuotæ mentis idcirco in dei rebus aliquid operari, ut gloriam
humanæ laudis expectet. Pleriq; enim ideo aliquid in usus pauperum largiuntur, ut inanẽ
laudem hominum, & famam seculi de facultate mercentur. Quos operis sui mercedem in
hoc seculo recepisse dominus manifestat, quia dum hanc gloriam seculi quærunt, merce-
dem futuræ promissionis amittunt, & ideo addidit dominus, dicens.

Vt sit eleemosyna tua in absconso, & pater tuus qui uidet in absconso reddet tibi.

Volens opus misericordiæ non esse publicum, sed occultum, id est, ut nõ propter ho-
minum laudem, sed propter deum tantum operemur, à quo expectamus gloriam, & futu-
ræ benedictionis mercedem. Huius autem fidelis operis eleemosynam, sub religiosæ taci-
turnitatis silentio Salomon ecclesiam collaudans olim † prætestatus est, dicens: Speciosæ *†protestatus*
sunt genæ tuæ, præter taciturnitatem tuam. Hanc scilicet taciturnitatem, de qua ait domi- *Cant.4.*
nus: Ne sciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Sed non hic dominus de humani corpo- *Nesciat si-*
ris manibus loquitur, quibus nec uidendi, nec loquendi ullus est sensus, sed in manu dex- *nistra.*
tera uel sinistra, aut opus aut homines significantur. Deniq; scriptum legimus in libris re- *Manus pro*
gnorum, manu homines significari, cũ dicitur. Nónne decem mihi manus sunt in Israël? *hominibus.*
Id est, decem tribus Israël. Vnde non dubium est in dextera manu iustos significari, in sini
stra uerò peccatores intelligi, secundum quod Salomon retulit: Partes dexteriores no- *Prou.4.*
uit dominus. Peruersæ autem sunt, quæ sunt à sinistris. Huius autem dexteræ ac sini-
stræ intelligentiam, dominus in Euangelio apertissime manifestat, cum iustos à dextris,

peccatores

gratiam per fidem credentibus Christo donatam in Euangelio Ioannes ostendit, dicẽdo: Quotquot crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Vnde & Apostolus ait: Quoniam autem estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda uestra, clamantem, abba, pater. Quia igitur tanti muneris gratiam consecuti sumus, ut non solum serui, sed & filij efficeremur, quasi filij dei agere & conuersari debemus, ut id nos esse quod dicimur spiritali actu probemus, secundum quod Ioannes in Epistola sua ait: Qui natus est ex deo, peccatum non facit, quia natiuitas dei custodit illum, et diabolus non tangit illum. Qui autem peccatum facit, non ex deo, sed à diabolo est, quia diabolus ab initio peccat. Et idcirco sacramentum cœlestis natiuitatis nostræ custodientes, ab omni peccato alieni esse debemus, ut uerè filij dei dici uel esse mereamur. Sciũt & sancti Prophetæ huius diuinæ misericordiæ gratiam, in qua nobis deum, patrem nuncupare permissum est, dicente Esaia: Tu es enim pater noster, quia Abrahã non cognouit nos, & Israël non cognouit nos. Sed tu domine pater noster, ab initio nomen tuum super nos est. Similiter & Hieremias in libro suo testatur, dicens: Vnus est enim pater omnium nostrum. Quanta domini misericordia. Qui iamdudum nobis patrem diabolum uoluntate propria adsciueramus, nunc renati per aquam & Spiritum sanctum, patrem deum habere iam cœpimus. Ipse ẽm deus pater unus est nobis, qui regenerat Spiritu suo, quos facit ad æternam hæreditatem filios. Et ideò quasi filij dei ambulare debemus, ne aliter agentes q̃ filios dei conuenit, rei sub usurpatione tanti nominis teneamur. Ait ergo:

Ioan. 1. — Gal. 4. — Ioan. 3. — Esa. 63. — Tale quiddam penè habes. Mala. 2.

Pater noster qui in cœlis es: sanctificetur nomen tuum.

Non quòd ab aliquo nomen dei sanctificari possit, cum omnes ipse sanctificet, qui ait per Prophetam. Sancti estote, sicut & ego sanctus sum, dicit dominus. Sed idcirco nomẽ ipsius sanctificari postulamus, ut in nobis sanctificetur per opera iustitiæ, per fidei meritum, per gratiam Spiritus sancti. Quam sanctificationem, ut per huiusmodi dona accipere possimus, misericordiæ ipsius auxilium necessarium est. Verum nõ eget aliqua sanctificatione, ille qui fons est sanctitatis æternæ. Deinde ait:

Leuit. 3. — Sanctificari nomen dei.

†Adueniat regnum tuum.

Similiter & hic non deo optamus ut regnet, qui rex est æternorum seculorum, cuius regnum nec initium habet, nec finem, sed ut illud regnum, id est cœleste, quod nobis promisit, adueniat. Sed magnæ fiduciæ & syncerę conscientiæ est, hoc domini regnum, ut adueniat, cõfidenter optare. Et idcirco, quia ut regnũ dei † ueniat semp oramus tales nos in fide domini & in mandatis eius exhibere debemus, ut futuro regno digni esse possim*

†Veniat Aduenire regnum dei. †adueniat

Dehinc ait: Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra.

Par quoq; & hic intelligentiæ ratio est. Non enim quisquam est, qui obsistere & contra dicere deo possit ne quod uelit faciat, cum uoluntate eius & in cœlo & in terra cuncta consistant, sed ut in nobis uoluntas eius fiat oramus. Voluntas autem dei est, ut toto corde ei credentes, hæc quæ fieri præcipit impleamus. De qua uoluntate dei Apostolus testatur, dicens. Voluntas dei est sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à carnalibus concupiscentijs. De quo & dominus in Euangelio locutus est dicens: Hæc est autem uoluntas patris mei, qui misit mé, ut omnis qui uidet filium & credit in eo, habet uitam æternam. Cum ergo dicimus: Fiat uolũtas tua sicut in cœlo & in terra, hoc oramus, id est, ut sicuti dei uoluntas ab angelis fideliter custoditur in cœlis, ita quoq; à nobis religiosa ac fideli deuotione semper seruetur in terra. Quæ uoluntas ut in nobis rite possit impleri, sine intermissione diuinæ dignationis auxilium postulandum est. Vel certè: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra, ut sicut in cœlo, id est, in sanctis ac cœlestibus hominibus dei uoluntas impletur: ita quoq; in terra, id est, in his qui necdum crediderunt, per credulitatem fidei, & ueritatis cognitionem, ut dei fiat uoluntas oramus.

Voluntatẽ dei fieri. 1. Thess. 4. Ioan. 6.

Dehinc ait: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Duplici modo hoc domini dictum intelligimus. Primum, ut non aliud quàm quotidianum uictum postulemus. Nõ enim iubemur diuitias petere, aut affluentiam secularium rerum, sed panem quotidianum, quod Christianis fide uiuentibus, ad præsentem uitam solummodo necessarium est, dicente Apostolo: Habentes uictum & tegumentum, his contenti simus. Idipsum quoq; & Salomon euidẽter ostendit: Vsus, inquit, hominis, panis, aqua & uestimentũ. Sed cum dicimus hodie, docemur de præsenti tantũ die, nõ de omni uitæ tempore,

1. Tim. 6. Eccli. 29. Hodie.

tempore cogitare,ne mens nostra seculari sollicitudine occupetur,secundum quod ipse
dominus alio loco aperte demonstrat,dicendo: Nolite cogitare de crastino,crastinus enim
dies sollicitus erit sibiipsi.Hoc autem spiritaliter nobis præceptum esse debemus aduerte-
re,ut panem quotidianum petamus,id est,panem illum cœlestem & spiritalem,quē quoti
Ioan.6. die ad medelam animæ,& spem æternæ salutis accipimus,de quo ait dominus in Euange
lio:Panis cœlestis caro mea est quam ego dabo pro mundi huius uita. Et hunc ergo panē
quotidie postulare iubemur,id est,ut præstante domini misericordia, quotidie panem cor
1.Cor.11. poris domini accipere mereamur. Ait enim sanctus Apostolus: Probet se homo,& sic
de pane domini manducet,& de calice bibat.Et iterum: Qui manducat panem domini in
dignus,& calicem bibit,reus erit corporis & sanguinis domini. Vnde non immerito sem
per orare debemus,ut hūc panem cœlestem quotidie mereamur accipere,ne aliquo inter-
†dimitte ueniente peccato à corpore domini separemur.

Et † remitte nobis debita nostra,sicut & nos † dimittimus debitoribus nostris.

†remittimus Iusta planè ac necessaria omnibus hæc uox est. Primum, ut peccatores nos esse confi
teamur, dehinc ut sic à deo nobis oremus dimitti peccata, quemadmodum peccātibus in
nobis ipsis dimittimus. Quod si minime faciamus, ipsi nos apud deū reos uerbis nostris
efficimus,dicente scriptura. Laqueus fortis est uiro,propria labia. Vnde non immerito &
Salomon dominicæ huius orationis formam per Spiritum sanctum non ignorans,ante
Eccli.7. præmonuit dicendo:Non mentieris uerbum in tua oratione. Quis enim audeat, aut quo-
modo potest deo in oratione mentiri? Nisi forte is,qui secundum dominicam orationem
à deo peccatorum ueniam postulans,ipse in se peccantibus non dimittit,non retinens di-
Eccli.28. ctum diuinum;Homo homini reseruas iram,& à deo quæris propitiationem? Et ipse in
hominem similem tibi non habes misericordiam,& deum pro peccatis exoras? Hoc autē
Luc.16. alio in loco ipse dominus apertissime manifestat,proferens serui illius debitoris exemplū,
cui plurimum debenti,rogatus dominus debitum omne concesserat, qui cum post indul
tum debitum conseruo suo debenti sibi nollet ipse dimittere,in carcerem traditus,& dam
natus in pœna est.

A tentatione *Dehinc ait:Et ne inducas nos in tentationem,sed libera nos à malo.*

nos liberari. Tentationis huius duplex ratio,& causa diuersa est,quia alijs per peccatum tentatio
infertur ad emendationem,alijs ad fidei probationem infertur ad gloriam, secundū quod
Iacob.1. beatus Iacobus in Epistola sua testatus est,dicens:Beatus qui sustinuerit tentationē: quo
niam beatus factus accipiet coronam uitæ, quam promittit deus ijs qui eum diligunt. Nō
enim sic oramus,ut tentationem quam scimus esse utilem penitus recusemus,dicente san
Psal.25. cto Dauid:Proba me domine,& tenta me,ure renes meos & cor meum. Cum etiam san-
ctum Abraham sciamus per tentationem perfectæ fidei gloriam consecutum,beatū quo-
que Apostolum ad profectum fidei suæ traditum tētationibus legerimus. Qui cum repel
li à se tentationis autorem à domino postularet,responsum est illi: Sufficit tibi gratia mea
2.Cor.12. nam uirtus in infirmitate perficitur. Non ergo ne in toto tentemur oramus,sed ne supra
quam uirtus fidei patitur tentationi tradamur. Quod idipsum in alio libro Euangelij eui-
ἐισνέγκῃς. denter ostensum est,sic enim scriptum est: Et ne nos † inferas in tentationem,quam suffer-
1.Cor.10. re non possumus. Apostolus quoque,ut idipsum ostenderet, ita testatus est dicendo:Fide-
†prouentum lis autem deus,qui non patitur tentari super id quod potestis,sed faciet cum tentatione e-
tiam † transgressum,ut possitis tollerare. Et ideo non illam tentationem à nobis auferri,
quæ esse potest utilis deprecamur:sed illam,quæ ad fidei nostræ euersionem,modum infir
†congruè ac mitatis excedit.Et idcirco † congrue, necessariæ in fine orationis,etiam liberari nos po-
necessarie stulamus à malo,qui fidem nostram diuersis tentationibus quotidie † expugnare non de
†oppugnare sinit,à † qua nos nō immerito quotidiana oratione deprecamur, ne immissionibus ipsius
†quo impediti,præcepta diuina minime possimus implere. Vniuersa igitur quæ fidei ac saluti no-
Epilogus do- stræ sunt necessaria,in hac breuitate orationis dominicæ continentur,dum professionem
minicæ oratio- nominis paterni confitemur,dum significationem inesse in nobis ipsius nominis postula
nis. mus,dum † aduenire regnum dei petimus,dum uolūtatem eius in nobis fieri deprecamur,
†uenire dum panem uel terrenum uel cœlestem,ad spem salutis nostræ quotidie exoramus, dum
peccatorum ueniam imploramus,dum grauem tentationem auferri à nobis oramus, po-
stremo dum à malo nos liberari,qui est autor omnis peccati, indesinenter à domino postu
lamus. Quod idipsum futurum olim per Esaiam Spiritus sanctus prænuntiauerat dicēdo.

Quoniam

Quoniam uerbum breuiatum faciet dominus per uniuersum orbem terræ. Vnde non im merito sequitur.

Si dimiseritis hominibus peccata eorum, remittet uobis pater uester qui est in cœlis delicta uestra. Si autem non remiseritis hominibus, nec pater uester remittet uobis peccata uestra.

In hoc quod oramus: † Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitori bus nostris, sequitur domini iusta sententia, qua ait: Si non remiseritis hominibus peccata eorum, nec pater uester remittet uobis, qui est in cœlis. Et idcirco ut de remittendis nobis peccatis dominum confidenter orare possimus, ipsi prius in nobis peccantibus remitta mus. Vnde & Salomon ait: Remitte proximo tuo peccata, & tunc tibi peccata soluentur. Eccl. Quod si infideli animo ac prædurata mente, delinquẽtium in nos peccata teneamus, nos quoq; peccatorum ueniam accipere nõ mereri aperte dominus manifestat, cui est honor, laus & gloria, unà cum Spiritu sancto ante omnia secula, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Deinde ait: Cùm ieiunatis, inquit, nolite fieri sicut Hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico uobis, perceperunt mercedem suam. Vos autem cùm ieiunatis, ungite caput uestrũ, & faciem uestram lauate, ne pareatis hominibus ieiunantes, sed patri uestro qui est in abscon so, & pater uester qui est in abscon so, reddet uobis. Tract. 13.

Sicuti in superioribus præceptis, ita quoq; circa ieiunij obseruationem, ad perfectæ Ieiunia. nos fidei meritum dominus doctrinæ suæ mandatis instituit, ut non propter humanã glo riam, sicut hypocritæ faciunt, sed propter futuram spem soli domino ieiunemus, à quo ex pectamus humilitatis huius deuotæ mercedem. Verum qui ita ieiunant, ut magis homini bus quàm deo placeant, habent quidem laborem de corporis afflictione, sed per inanem gloriam mercedem laboris apud deum habere non possunt, quia cum solummodo, id est, causa religionis ac fidei agere debeant, humanæ potius laudis gloriam quærere malũt, & ideo ait dominus:

Amen dico uobis, perceperunt mercedem suam.

Et unum quidem propositum uidetur esse ieiunij, tam eius qui deo tantũ deuota men te ieiunant, quàm etiam illius qui ieiunans hominibus placere desiderat, sed distãs gratia ieiu nantum. Quia quamuis utrisq; simile propositum uideatur, atq; idem ieiunij labor, non ta men idem fructus est, nec eadem retributio meritorum. Longe enim differt ille, qui prop ter deum ieiunat, ab eo qui propter homines ieiunare proponit, quia huic pro mercede la boris compensatio fit laudis humanæ, illi pro deuotione humilitatis meritum gloriæ in futuro seruatur. Sic quoq; & orantium habitus, secundum propositum quidẽ non differ re uidetur, sed secundum animi fidem, & mentis affectum, magna distantia meritorũ est. Aliud est enim, ut superius dictum est, sub expectatione humanæ laudis orare, aliud ad hoc tãtum orare, ut orationis suæ à deo retributore expectet mercedem. Similis causa est, & circa omnem obseruantiam diuinæ religionis. Vnde non immerito dominus, omne stu dium laudis, atq; humanæ iactantiæ, uolens à nobis abesse, docet nos quemadmodum ip si religioso animo ac deuota mente placeamus, dicendo: Vos autem cum ieiunatis, ungi te caput uestrum, & faciem uestram lauate, ne pareatis hominibus ieiunãtes, sed patri ue stro qui est in abscon so, ut si fieri potest, opus ieiunij, & ipsius corporis atq; animę afflictio nem, uultus hilaritate uelemus. Cuius rei exempla, etiam secundum historiam in sanctis præterito tempore legimus præostẽsa. Nam sanctissima Iudith, cum magno mœrore pro Iudith. populo esset afflicta, post solennitatem triduani ieiunij, capite uncto, & lota facie, ita in ternæ afflictionis tristitiam texit, ut simulato gaudio lætari hostibus uideretur: ac sic dum per lætitiam uultus ieiunium texit, de hoste triumphum uictoriæ reportauit. Similiter He Hester. ster sanctissima, dum lota facie, & capite uncto, post triduanum ieiunium intelligiã rege non potuit: Aman illum populi sui inimicum nequissimum interemit. Quid de Daniele Daniel. ac tribus pueris dicemus? Qui in tanta abstinentia, inter tot adolescentes, qui cibis regali bus pascebantur, soli uultu cæteris gratiores inuenti sunt. Sed quia id secundum literam diximus, quid etiam secundum spiritualem intelligentiam sentiẽdum sit debemus aduer tere. In unctione capitis, misericordiã significari cognoscimus. Vnde ungere caput, pro Vnctio capitis ximo est misericordiam facere, quę misericordia in pauperem facta, refertur ad dominum, qui caput uiri secundum Apostolum intelligit, ipso domino dicente: Quàm diu uni ex mi Matth. 5. nimis istis fecistis, mihi fecistis. In cuius misericordiæ uice, diuina retributione uelut quo Matth. 5.

dam oleo cœlesti perfundimur ab eo qui ait: Beati misericordes, quoniam ipsis miserebit
Psal. 138. deus. Nouit hanc cœlestis olei in capite unctionem etiam sanctus Dauid, cum dicit: Sicut
Lauare faciē. unguentum in capite, quod descendit in barbam. In facie uerò lauandā, emūdatio corpo
ris, ac syncerę conscientię puritas significata cognoscitur. Vnde lauare faciem, hoc est, ab
omni sorde peccatorum, & squalore delicti & faciem cordis nostri, & ipsam cōscientiam
mūdam referre, ut uere lætitiam cœlestis gaudij, & hilaritatem sancti Spiritus in nobis ha
bere possimus. Ac sic fit, ut dum sub hac fidei deuotione deo potius quàm hominibus ie-
iunamus, à deo, qui occultorum est cognitor, accipiamus retributionis ęternæ mercedem.
Hoc enim ait dominus: Ne pareatis hominibus ieiunantes, sed patri uestro, qui est in ab-
sconso, & pater uester qui est in absconso, reddet uobis. Si ergo uis caput semper unctum
gerere, & mūdam faciem cordis habere, iuxta domini dictū, insiste fideliter operibus mi-
† deuote ie- sericordiæ, insiste † deuotioni ieiunij, ut placere domino merearis, cui est gloria in secula
iunijs seculorum. Amen. Deinde ait:

Tract. 14. *Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi erugo & tinea exterminant, & ubi fures effodiunt, & inuo-*
Matth. 6. *lant. Thesaurizate autem uobis thesauros in cœlo, ubi neq; erugo, neq; tinea exterminant, & ubi fures non effodiunt*
Luc. 12. *nec furantur. Vbi enim erit thesaurus tuus, illic erit & cor tuum.*

Thesaurizare Prohibet nos dominus in terra thesaurizare, ubi omnia infirma sunt & caduca. Con
trarium est enim fidei ac saluti, hos terrenos thesauros expetere, diuitias seculi querere, fa
cultates mundi sectari, quas possunt & tineæ corrumpere, & erugo absumere, & fures ra-
pere. Quia quicunq; magis in terra thesaurizare uoluerint, quam in cœlo, thesauros illos
Matt. 19. æternæ & cœlestis uitæ habere non possunt, dicente ipso domino: Quoniam diues diffici
1. Tim. 6. le intrabit in regnum cœlorum. Similiter & Apostolus: Nam qui uolunt diuites fieri inci-
dunt in tentationem, & muscipulam diaboli. Recordemur illius diuitis, qui omnem glori-
am suam in seculi thesauris, atq; in redituum suorum ubertate constituit. Qui cum prop-
ter affluentiam frugum, de ampliandis horreis cogitaret, atq; animæ suæ delitias opum, et
securitatem longæ uitæ promitteret, non dicam subripiente fure hæc quæ congregauerat
perdidit, sed ipsam animam sub eadem nocte, cui thesaurizabat, amisit. Vnde non imme-
Psal. 38. rito Dauid ipse testatus est, dicens: Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Cogite-
mus & illum adolescentem, qui cum prope omnia præcepta legis impleisset, quia thesau-
ros magis terrenos habuit quàm cœlestes, uitæ æternæ thesauros obtinere non potuit. Et
Psal. 61. idcirco bene Dauid ait: Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere, diui-
tiæ si affluant, nolite cor apponere. Quapropter uult nos dominus thesauros nostros nō
in terra, ubi perire possunt, sed in cœlo recondere, ubi nulla aduersa dominantur, ubi fu-
res nos effodiunt, id est, diabolus & angeli eius nec tinea nec erugo extermināt, id est, pec
cata dominantur. Quemadmodum autem hunc thesaurum in cœlo reponere debeamus,
Matth. 19. ipse dominus in Euangelio manifestat, dicendo ad illum adolescentem: Vade, uende om-
nia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. Huiusmodi ergo thesau-
ros, qui æterni sunt & incorrupti, qui perire non possunt, per opera iustitiæ, per pietatis ac
Thesauros in misericordiæ merita iubemur in cœlo recondere. In cœlo em̄ reconditᷣ, quicquid secūdum
cœlos repo- fidem scripturæ in usum pauperum fideliter erogatur, dicente scriptura: Qui dat pauperi,
nere. deo fœnerat. Vnde & sub Apostolis credētes, memores huius dominici præcepti, thesau
Prou. 19. rizasse sibi inuenimus in cœlo, quia uenditis uniuersis rebus suis, terrenos thesauros ad
Act. 4. regna cœlestia transtulerunt. Et ideo addidit dominus, dicens:

Vbi fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum.

Quia si in cœlo semper bonis operibus thesaurizemus, ubi omnis spes & salus est no-
stra, ubi nobis uita æterna reposita est, in terra licet positi, cor tamen in cœlo semper habe
mus. Verum non potest cor in cœlis habere, qui cupiditate seculi captus, thesaurizare si-
bi magis in terra maluerit. Meritò & sanctus Apostolus etiam diuites seculi, quemadmo
1. Tim. 6. dum hunc thesaurum cœlestem consequi possint, hortatur, dicens: Diuitibus huius seculi
præcipe, non superbe sapere, neq; ponere in incertum diuitiarum spem suam, sed in deum
uiuum, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum. Benefaciant, diuites sint in o-
peribus bonis, facilè tribuant, communicent, thesaurizent sibi in futurum, ut apprehen-
dant ueram uitam, ab eo qui autor est uitæ, & immortalitatis æternæ, cui est laus & gloria
in secula seculorum. Amen. Deinde ait.

Lucerna

Lucerna, inquit, corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus simplex est, totum corpus tuum lucidum ✝ est. Si autē oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum est. Si ergo lumen, quod in te est tenebræ sunt, tenebræ ipsæ quantæ sunt! Tract. 15. ✝erit

Lucerna corporis sensus mentis & fides cordis intelligitur. Quæ si in nobis puta & lucida fuerit, sine dubio omne corpus nostrum illuminat. Idcirco autem lucerna in comparatione fidei ponitur, quia sicut lucerna incedentium in nocte gressus illuminat, ne aut in foueas, aut in offendicula quæque ambulantes incurrant, ita in hac seculi nocte, splendor fidei omnes uitæ nostræ gressus, præeunte lumine ueritatis illuminat, ne aut in foueas peccatorum, aut in offendicula diaboli incidamus. Hoc est ergo quòd ait dominus. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus simplex est, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum est. Ostendens, quia si hæc fides nostra, quæ lucerna corporis, uel oculus significatur, in nobis aut peccatorum tenebris aut perfidiæ obscuritate cœcetur, sine dubio, omne corpus nostrum obscurum tenebrosumque redditur. Quod idipsum sanctus Iohannes ostendit, dicens: Deus lux est. Et qui charum habet fratrem suum, in lumine manet, sicut & ipse est in lumine. Qui autē odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit ubi ambulat, quia tenebræ occœcauerū oculos eius. Et si hoc de eo qui fratrem suum odit, secundum dictum Ioannis intelligitur, in quibus tenebris hæreticus demoretur, qui amisso lumine catholicæ ueritatis, perfidus ac blasphemus existit, debemus aduertere. Lucerna corporis. 1. Ioan. 2.

Et ideo ait dominus: Si lumen, inquit, quod in te est tenebræ sunt, tenebræ ipsæ quantæ sunt!

In eo scilicet, qui ueritatem in mendacium, & fidem in perfidiam demutauerit. Alio autem sensu, oculū corporis, quod est membris omnibus pulchrius ac præciosius Episcopum aduertimus significatum, qui clara fidei suæ ac doctrinæ prædicatione, uelut oculus quidam, ecclesiæ corpus illuminat. Qui si per simplicem fidem ac sanctam conuersationem, catholicus & fidelis doctor extiterit, potest populus cui præest, doctrinæ ac formæ ipsius exemplo in lumine semper ueritatis manere. Verum si is qui lumen cæteris præbere uidetur, per prauam fidem, aut per turpem conuersationem nequā & perfidus doctor extiterit, sine dubio, uitæ ac perfidæ suę exemplo totum corpus potest tenebrosum efficere. Vnde non immerito de tali oculo dominus dicit: Si lumen quod in te est tenebræ sunt, tenebræ ipsæ quantæ sunt? Hoc est, si huiusmodi doctor, qui lumen fidei ex se præbere cæteris debet, per hæresim occœcatus tenebrosus extiterit, quantę in populo illo possint esse tenebræ peccatorum, debemus aduertere. Et addidit:

Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odiet, & alterum amabit, aut unum patietur, & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mammonæ.

Non posse unumquemque nostrum duobus dominis seruire, id est, deo & diabolo, dominus manifestè declarat. Et deus quidem quamuis dominus omnium sit, quia omnia ab ipso creata sunt, & in omnibus ipse dominetur, potestate, uirtute, natura: horum tamē præcipuè dominus esse dignatur, qui dominum ac deum suum conditorem uniuersitatis cognoscentes, præcepta eius fideli seruitute custodiunt. Diabolus uerò horum tantum dominus intelligitur, quos à uero domino ac parente seducens per peccatum, nequissimæ suæ subiugat seruituti, & quibus per iniquitatis suæ operam, illicito iure dominatur. Hac ergo de causa & ipse suo loco dominus appellatur, quia huiusmodi stultis hominibus per peccatum dominatur. Et idcirco scriptū est: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Sed quia iam per dei misericordiam uisitati, liberati de diaboli dominatione, uerum dominum recognouimus, à quo creati & redempti sumus, priori domino, id est, diabolo, qui nobis more tyrannico dominabatur, seruire prohibemur, uel potius auaritiæ & cupiditati, quā mammonam nuncupat, quæ interdum etiam religiosas mentes captiuare consueuit. Vnde fugere ac uitare debemus cupiditatem pecuniæ, auaritiam seculi, ne nos indignę seruituti eius, uel diabolo, qui autor est auaritiæ subiugemus. Et hoc est quod ait dominus: Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odiet, & alterum amabit, aut unum patietur, & alterum contemnet. Quia quicunque ex toto corde dominum ac deum suum diligit, necesse est diabolum cum suis actibus oderit, quia in dilectione manifestum est diabolum semper in execrationem haberi. Verum qui per iniqua opera peccatorum, mammonam uel diabolum diligit, faciendo ipsius uoluntatem, deum amare non potest, cuius præcepta contemnit. Et ideo qui deum diligit, seruus diaboli non potest nuncupari, cui iam ipse Duobus dominis seruire. Mammona.

per fidem cœlestis gratiæ dominatur. Similiter & qui peccatis deseruiens, dominationi se diabolicæ subdit, huiusmodi deum habere dominum non meretur. Et ideo ait dominus: Non potestis deo seruire & mammonæ. Ostendens nos non posse & deo seruire & diabolo, id est, deo misericordiæ autori, & diabolo, mammonæ & auaritiæ dominatori. Hoc

2.Cor.6. & Apostolus ostendit cum dicit: Quæ societas lucis ad tenebras? Mammona, id est, diabolus qui autor est mammonæ. Ille nos ad misericordiam prouocat, hic ad auaritiam. Ille ad uitam, hic ad mortem. Ille ad salutem, hic ad perditionem. Cui de duobus obtemperare debemus? Ei utique qui nos ad uitam inuitat, non ei qui nos † tradit ad mortem. † trahit

Huic tractatui finis deesse uidetur. Quod uerò sequitur, fragmen est tractatus alterius eiusdem Chromatij, qui nondum totus in lucem prodyt.

Matth.3. Quapropter respondens dominus Iesus dixit ei: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Iesus igitur ad consummanda legis omnia sacramēta, ut baptizaretur à Ioanne, à Galilæa in Iordanem descendit. Sed Ioannes deum suum per Spiritū sanctum recognoscens, cuius ne calceamenta quidem dignum se fuisse portare professus, implere quod iubebatur excusat, quia non credebat ei baptismum necessarium esse, quem sciret ad hoc uenisse, ut baptismo suo mundi peccata deleret, & idcirco baptizari se ab eo potius oportere testatur dicendo: Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Tanquam si diceret: Ego homo sum, tu deus: Ego peccator, quia homo, tu sine peccato, quia deus. Quid uis à me baptizari? Non recuso obsequium, sed ignoro mysterium. Ego peccatores baptizo in pœnitentiam. Tu quid uis baptizari, qui non habes causam peccati? Imò potius quid uis baptizari ut peccator, qui uenisti peccata tollere? Quid est ergo quod ait Ioannes: A te debeo ego baptizari, & tu uenis ad me? quidem famuli sui fidele seruitutis, sed dispensationis suæ mysterium dicendo: Sine modo, sic enim oportet nos implere omnem iustitiam, ostendens hoc esse omnem iustitiam, ut ipse dominus & magister in salutis nostræ sacramentum compleret. Non ergo sui causa baptizari dominus uenit, sed causa nostri, ut impleret omnem iustitiam. Iustum est enim ut quod quis docet alterum facere, prior incipiat. Quia igitur magister & dominus humani generis uenerat, exemplo suo docere uoluit quid esset faciendum, ut discipuli magistrum, serui dominum, sequerentur. Quia ergo nouum baptismum daturus erat, ad generis humani salutem, & remissionem peccati, prior ipse baptizari dignatus est, non ut peccata deponeret, qui peccatum solus non fecerat, sed ut aquas baptismi sanctificaret ad diluenda peccata credentium. Nunquam enim aquæ baptismi purgare peccata credentium potuissent, nisi tactu dominici corporis sanctificatæ fuissent. Ille ergo baptizatus est, ut nos lauaremur à peccatis. Ille tinctus est in aqua, ut nos à delictorum sordibus purgaremur. Ille lauacrum regenerationis accepit, ut nos ex aqua & Spiritu sancto renasceremur, quia sicut

Ioan.3. ipse alio in loco ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum. Baptismum ergo Christi, ablutio est delictorum nostrorum, & re-

Gal.3. nouatio est uitæ salutaris. Audi hoc ipsum Apostolum demonstrantem cum dicit: Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et addidit: Consepulti ergo illi estis per baptismum in mortem, ut quemadmodum Christus surrexit à mortuis, sic & uos in nouitate uitæ ambuletis. Per baptismum itaque peccato morimur sed Christo conuiuimus, uitæ pristinæ sepelimur, sed nouæ uitæ resurgimus, uetusti hominis errore exuimur sed noui hominis indumenta suscipimus. Impleuit ergo dominus etiam in baptismo omnem iustitiam, quia ad hoc baptizari uoluit, ut baptizaremur, ad hoc lauacrum regenerationis accepit, ut renasceremur in uita. Et baptizauit quidem Ioannes dominum, ac saluatorem nostrum, sed potius ille baptizatus à Christo est, quia ille aquas sanctificauit, hic aquis sanctificatus est, ille gratiam donauit, hic accepit, hic peccata deposuit, ille remisit, quia hic homo, ille deus. Dei est enim peccata remittere, ut scriptum est:

Marc.2. Quis potest peccata dimittere, nisi solus deus? Et ideo ait Ioannes ad Christum: Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Ioannes enim baptismo egebat, quia sine peccato esse non poterat. Verum Christus baptismo egere non poterat, quia peccata non fecerat. Vnde in baptismo illo dominus ac saluator noster primum Ioannis, dehinc totius mūdi peccata purgauit. Et ideo ait: Sine modo, sic enim oportet nos implere omnem iustitiam. Cuius baptismi gratia dudum mysticè præostensa est, cum populus per fluuium Iordanis in

terram promissionis inductus est. Sicut ergo tunc populo ad terram promissionis eundi per Iordanem uia fuit domino præcedente, ita nunc per easdem aquas fluuij Iordanis primum iter uiæ cœlestis apertum est, per quod ad beatam illam terram promissionis, id est, promissionem regni cœlestis deducimur. Illis Iesus filius Naue in Iordane dux fuit, nobis uerus Iesus Christus dominus per baptismum dux extitit salutis æternæ, unigenitus dei filius, qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Dehinc sequitur.

Et baptizatus Iesus, confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli, & uidit spiritum dei descendentem quasi columbam, & ecce uox de cœlo dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui. — Item ex capite tertio.

Vt in domini corporea natiuitate, ita quoque in baptismo eius omni admiratione digna, & maiestati eius congrua patuerunt. Cœli igitur, de aquis ascēdente domino, post baptismum patuerunt, sanctus Spiritus in habitu columbæ specie corporali descendit, testimonium patris supra filium deferens, uox etiam patris statim de cœlis auditur, dicentis: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui. Cuius sacræ uocis auditū super aquas Dauid quoque ante prænuntiauerat, dicendo: Vox domini super aquas, deus maiestatis intonuit. (Psal. 28.) In hoc utique, in quo uox paternæ maiestatis testimonium filio perhibēs, quasi quod dam tonitruum sonuit. Quis igitur hic contra fidem hæreticis locus est? quæ in hac patris professione blasphemandi occasio relicta est? cum etiam expressa proprietate uerborum sacramentum sit perfectæ trinitatis ostensum. (Trinitatis cōprobatio.) In mysterio enim baptismi & filius manens uidetur in corpore, & Spiritus sanctus in specie columbæ descendit, & uox patris de cœlis auditur, ut trinitatis unitas declaretur, quia nec pater sine filio intelligi potest, nec filius sine Spiritu sancto cognosci. Vide igitur quale patris de filio testimonium sit dicentis: Hic est filius meus. Suus utique, non per adoptionem gratiæ, neque per religionem creaturæ, ut Hæretici uolunt, sed sui proprietate generis, & ueritate naturę. Multi enim sanctorum filij dei dicuntur, & sunt, sed hic sine compassione unus deo patri filius unigenitus, & uerus, & proprius, non aliunde quam de patre natus. (Citatur hic locus ab Albino cōtra Felicem ex Chromatij libello.) Quia tā uerus pater, pater est, & deus est, sicuti etiam uerus filius, filius est, quàm uerus & dominus est. Perfecta ergo fides est trinitatis ostensa, cum & pater Christum dominum, ac deum nostrum, filium suum esse testatur, & Spiritus sanctus, id est, paracletus in tanto fidei sacramento patri filioque coniungitur, ut uerum patrem, uerum filium, uerū etiam Spiritum sanctum crederemus, tres personas, sed unam diuinitatem trinitatis, unamque substantiam. (De octo beatitudinibus.) Hæc transitoriè de trinitatis mysterio dicta sunt. Verum quia omnia quæ pro nobis dominus egit, in sacramentum salutis nostræ ostensa cognoscimus, in eo quod baptizato domino cœli aperti sunt, idem monstratur, quia renatis in baptismo, cœlorum regna paterent, quæ nobis filius dei in corpore ad cœlum ascendens primus aperuit. Vnde & statim in eo quod sanctus Spiritus in specie columbæ descendit, & uox patris de cœlis auditur, dicentis: Hic est filius meus. In quo cœleste mysterium, & salutis nostræ ordo reuelatur, quia per salutare baptismum aquæ essemus & filij dei futuri, & donis sancti Spiritus munerandi, per quem est patri, & filio laus & gloria, in secula seculorum.

Chromatij Episcopi in 5. & 6. caput Matthæi finis.

In epistolis sequentibus omni destituti exemplarium præsidio, coniecturas duntaxat in marginum spatijs posuimus.

APOLOGETICVS SYMmachi episcopi Romani aduersus

Anastasium Imperatorem.



D Augustæ maiestatis, Gratiani Imperatoris epistolā, octo libris beatus respondit Ambrosius, quia pro fide catholica & illū non piguit prolixius prędicare, & hic non fastidiuit gratanter accipere. (Gratianus rēfutatus ab Ambrosio.) Hæc dixerim, ut si modum libelli promendo collegerim, ne existimarer quæ nō oportuit locutus. Si mihi, Imperator, apud exteros reges, eosque totius diuinitatis ignaros, pro fide catholica dicendum foret, quicquid eius ueritati rationique † congruerit, etiam prætenta (†congruere)

1.Cor.9. morte perorarem. Væ mihi erit si non euangelizauero, melius q; est sacturam uitæ præsentis incidere, quàm sempiterna damnatione puniri. Verum tu si Romanus Imperator es, etiam Gentium barbarum legationes debes clementer admittere. Si Christianus princeps es, qualiscunq; præsulis Apostolici debes uocem patienter audire. Contumelias tuas, Imperator, quas sub diuino iudicio ipse perpendis utrum'ne in me religiosa mente profuderis, fateor uel mei causa, uel tui dissimulare me nō posse. Mei causa, promissionem domini recolendo, dicentis: Quum uos persecuti fuerint, & dixerint omne malum aduersum

Matt.5. uos, propter iustitiam, gaudete. Tui autem, quia nollem sic meam gloriam prouenire, ut te possit non mediocriter onerare. Et ego quidem dominicis & apostolicis eruditionibus institutus, benedictionem studeo tuis, Imperator, referre maledictis, contumeliis honorificentiam reddere, & odijs redhibere charitatem. Sed uide, quæso, ne ab eo qui ait: Mihi uindictam, & ego retribuam: † quanto à me remittitur, tātum à te cumulatius exigatur.

Ezec.9. *† quantum* *Matt.18.*

Quid enim Christus dicat de his qui uel minimum in eum credentem scandalizauerint, Euangelium referat, non mea uoce promatur. Sed fortasse dicis: Imperator, potius te esse minimum, qui credas in Christo, & de te hoc rectius accipi, & me esse scandalizantem tuam fidem. Christus itaque deus ueraciter totus, & totus homo est sic conceptus, sic editus, sic conuersatus in seculo, sic passus, sic apud inferos, sic resuscitatus, sic cum discipulis apparens, sic eleuatus in cœlum, sic exinde dictus est esse uenturus, sic hodieque in cœli regione persistit, dicente Apostolo: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & certè de eo dicit quod nunc est ipse. † Ergo est ille minimus, qui credit in Christum. Sed huiusmodi in Christum credit, qui in integrum Christum credit, nō in semichristum, & ideo non Christum, quia Christus non nisi integer. Integer autem, non nisi huiusmodi. De tali ergo in se credente dicit, ipse etenim minimus eius, & paruus est, pro quo scandalizato quid † promiserit, ipsius, ut dictum est, melius uerbis ostenditur. Fortasse dicas Imperator: Sed ego quoq; talem Christum credo, & ideo inter eius minimos iure connumeror. Hoc grauius, si & talem credis, & talem non credentibus communione misceris. Non † enim, inquit Apostolus, qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus. An communicare non est consentire cum talibus? Proinde aut doce alios non esse, aut longe grauius, ut dictum est, contra notam sibi erit tendere ueritatem. Contumelias igitur Imperator, quas in meam proferendas putas esse personam, utinam quàm mihi gloriosæ sunt, ita te grauare non possent. Domino meo dictum est à quibusdam: Dæmonium habes, Vorator, De fornicatione natus: & putas, quia ego debeam mihi dolere? Quàm talia proferenti cautum est, & diuinis legibus & humanis? In ore duorum aut trium testium stabit omne uerbum. † Quid & cum humano te examinante iudicio falsa fuerint approbata. Quid † facis Imperator in diuino iudicio? An quia Imperator es, nullum dei putas esse iudicium? Taceo quod Imperatorem accusatorem esse non conueniat. Postremo ijsdem diuinis humanisq; legibus nemo possit esse accusator & iudex. Nunquid nam sub alieno iudicio dicturus es causam? uel accusator adstabis? Dicis esse me Manichæum. Nunquid ego Eutychianus sum, uel Eutychianos defendo? Quorum furor maxime Manichæorum suffragatur errori Roma mihi testis est, & scrinia testimonium perhibent, utrum à fide cathōlica, quam in sede beati Apostoli Petri, ueniens ex paganitate suscepi, aliqua ex parte deuiauerim. Procedat aliquis, & qualibet ratione conuincat, alioqui conuitia sunt ista, non criminum probamenta, nescio utrum quibus obijcitur falsum, an falsis obiectoribus inimica dicentibus me non ordine consecratum. Inter imbres lapidum totus euasi, iudicauit deus. An quia Imperator es, diuinum putas contemnendum esse iudicium? Sed fortasse dices, etiam indignantem deum noxia quæque plerunque permittere, scriptum est: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ostende ergo quid extimes arguendum, ut iratum maxime deum, quæ non conuenerant, permisisse demonstres. An quia Eutychianis nullatenus acquiesco? Me quidem ista non sauciant, sed te palam aperteq; demonstrant meum cogitasse honorem repellere, quem interuētu suo beatus Petrus imposuit. An quia Imperator es, contra Petri niteris potestatem? Et qui Petrum Alexandrinum recipis, beatum Petrum Apostolum in suo qualicunque Vicario calcare contendis? An bene factus essem, si Eutychianis fauerem? si Acacij † nomine communicatem? Latere non potest, cur ista prætendas. Conferamus autem honorem Imperatoris cum honore Pontificis, inter quos tantum distat, quantum ille rerum humanarum gerit, iste diuinarum. Tu Imperator

Marginal notes: *Col.2.* *† Ergo ille est minimus, &c.* *Semi.hristus creditur à non nullis* *† promiserit* *† solum* *Rom.1.* *Ioan.7.* *† Quid cum & humano* *† facis* *Sardus enim erat Symmachus.* *Locus corruptus.* *Matt.7.* *† nomini* *Inter Imperatorem & Pontificem quid intersit.*

rator à Pontifice baptismum accipis, sacramenta sumis, orationem poscis, benedictio-
nem speras, pœnitentiam rogas. Postremo tu humana administras, ille tibi diuina dispen-
sat. Itaque ut non dicam superior, certè æqualis honor est. Nec te putes mũdi pompa præ *O modestiam*
cellere, quia quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Itaq; uideris quid te deceat. Ta *Petri successo*
men cum in accusationem proruperis tam diuinis legibus quàm humanis, pari mecum *re dignam.*
forte consistis, in qua cariturus honore summo si fuero, (quia id mauis te accusante conui *1. Cor. 1.*
ctus, amissurus pari ratione, si non conuiceris dignitatem. Sit istud in mundo iudicium,
spectante deo & angelis eius, spectaculum omni seculo † simus, quo aut Sacerdos bonæ *† sumus*
uitæ, aut Imperator religiosæ modestiæ consequatur exemplum. Quia his præcipuè duo-
bus officijs regitur humanum genus, ut nõ debeat aliquid eorum existere, quo ualear of-
fendi diuinitas, maxime cum uterq; honor uideatur esse perpetuus, atq; ita humano gene
ri ex alterutro consulatur.

Precor Imperator, pace tua dixerim, memento te hominem, ut possis uti concessa ti
bi diuinitus potestate, quia etiam si hæc sub humano præuenire iudicio, † sub diuino ne- *† Deest aliquid*
cesse est ut discutiantur examine. Fortassis dicturus es scriptum esse: Omni potestati nos *ut moliris, uel*
subditos esse debere. Nos quidem potestates humanas suo loco suscipimus, donec con- *tale quippiã.*
tra deum suas erigunt uolunrates. Cæterum si omnis potestas à deo est, magis ergo quæ re *Potestati omni*
bus est præstituta diuinis. Defer deo in nobis, & nos deferemus deo in te. Cæterum si tu *subditos esse.*
deo non deferas, non potes eius uti priuilegio, cuius iura contemnis.

Dicis quod mecum † cõspirans Senatus excommunicauerim te. Ista quidem ego, sed *† conspirante*
rationabiliter factum à decessoribus meis, sine dubio subsequor. Dicis quod male te Ro- *Senatu*
manus tractet Senatus. Si nos te male tractamus, suadentes ut discedas ab hæreticis: tu *Senatus Rom.*
nos bene tractas, quos uis sociare præcipitanter hæreticis? Quid ad me, inquies, quod e- *in Anastasium.*
git Acacius? Recede ergo, & nihil ad te. Nam si non recedis ab eo, pertinet & ad te. Relin
quamus † utrunq; mortuum. Et nos hoc petimus, ut nihil ad te pertineat quod egit Aca- *† uterq;*
cius. Tu nos facis obijcere tibi, qui uis ad te pertinere quod egit Acacius. Nos uitamus
quod egit Acacius, uita & tu, & ad utrosque non pertinet quod egit Acacius, ut possis
sine ijs quæ egit Acacius, ea quæ ad nos pertinet causa coniungi, ut possis sine Acacio
nostræ communioni sociari. Nos non te excommunicauimus Imperator, sed Acacium,
tu recede ab Acacio, & ab illius excommunicatione recedis. Tu te noli miscere excom-
municationi eius, & non es excommunicatus à nobis. Si te misces, non à nobis, sed à te ip
so excommunicatus es. Ita fit ut in utroque, siue discedas non sis excommunicatus à no-
bis siue non discedas, non sis excommunicatus à nobis. Catholici principes quidem sem-
per Apostolicos Præsules institutos suis literis præuenerunt, & illam confessionem, fi-
demq; præcipuam, tanquam boni filij quæsiuerunt debitæ † potestatis affectu, cui no- *† Forte pieta*
scis ipsius domini saluatoris † curam totius ecclesiæ delegatam. Quod quia per occasio- *tatis*
nes fortasse publicas tua creditur præterisse tranquillitas, ne magis honorem meũ, quàm *† Deest uerbũ*
sollicitudinem dominici gregis appetere iudicarer, appellare non destiti meis te sponte *cuiusmodi est,*
colloquijs. Vulgatum fuisse designas, quod tua Serenitas directa militari manu compel- *ore.*
leret eos, qui se à contagione perfidorum multis temporibus abstinere delegerint, ui &
armis in præuaricatæ communionis consortia detestanda compellere. Vbi te rerum hu-
manarum princeps, qualiscunq; sedis Apostolicæ Vicarius contestari mea uoce non desi- *Hominem se*
no, ut te memineris hominem quantalibet sis mundi potestate subnixus, circumspiciasq; *meminisse.*
cunctos, qui ab initio dogmatis Christiani catholicam fidem diuerso proposito perse-
qui, uel affligere sunt conati, quemadmodum (uastitatis insectatione, cuius placuit contri
tionis illatæ,) ipsi qui intulerint ista præualendo defecerint, & orthodoxa ueritas hoc præ *Sententia obi*
ualuerit magis, quò putaretur oppressa, quæ sicut sub insectatoribus suis creuisse mon- *scura. Ecclesia*
stratur, sic obtriuisse cognoscitur insequentes. Miror si non humanus sensus intendit, *insectationi-*
præcipuè qui se Christiano uult uocabulo nuncupari, inter illos sine dubio deputandum, *bus creuit.*
qui rectam confessionem, communionemq; Christianam uarijs superstitionibus impu-
gnare sunt nisi, dum hanc & ipsi quocunque modo percellere moliuntur. Quid interest
enim utrum Paganus, an quòd est deterius, sub nomine Christiano uerã synceramq; tra-
ditionem Apostolicæ regulæ conetur infringere, atq; in hanc prorumpere cœcitatem,
ut cum in illis regionibus cunctæ prorsus hæreses opiniones suas habeant publicè licen-
tiam profitendi, sola catholicæ communionis libertas putetur ab ijs qui se religiosos exti

†quod mant subruenda? Quæ si putatur error, († cum non licet) cum cæteris, quibus illic facultas est agere, sinatur erroribus. Sin integritas æstimatur, sequenda potius fuerat, quàm uiolēta persecutione uastanda. Nec eam probantur insequi potuisse, nisi praua sectantes. At ne ipsi conuincerentur errare, repellere cogitarunt, quo † nutabantur errantes, malentes nō † affectare quod iustum est, sed potius submouere, quo docentur iniusti. Sic recessit ab humanis mentibus deus, ut obstinante contra eius ordinis uoluntatem, non aspiciant & in isto seculo diuinum non deesse posse iudicium, & post huius uitæ cursum illi sit tremendo non defuturus examini, sub quo perniciosorum studia modis omnibus actionum discussa pateſiant, & patefacta puniantur, nisi qui hæc omnino non credunt, † qui illa se perpetrasse impune confidunt. Nos autem humani generis conscientiam contestati, qua possumus uoce nullatenus cessamus omnipotentem deum suis causis minime defuturum, & quantacunq; sit humana præsumptio, quantacunq; potentia, sub diuino nutu huius atrocitatis censuram sine dubitatione uindicandam. Nam talem ausum neq; hic confidimus euasurum, & in illo magno dei iudicio recepturum, quod ijs temeritatibus diuina retributione debetur. Hæc nos nequaquam tacuisse sufficiat, ut cum superna fuerit ultio subsecuta, & uera nos protulisse consideratio humana cognoscat, & pœnam non inaniter pronūtiasse uenturam, & proposuisse præmonitionis formam quā huiusmodi præcipitijs de cætero temperetur. Certe si huiusmodi propterea relinquendos proprio definitis arbitrio, quia nec à Christianis uexari deceat, Christum quocunq; titulo confitentes, nec uiuentes in iure Romano lacerari cōueniat à Romanis, consequenter ostenditur, Romanos homines, & qualiscunq; Christianæ professionis impetere, nec Christianum dici posse modis omnibus, nec Romanum. Proinde aut repellendi fuerant aut nullus penitus impetēdus, & quod in uno genere iudicas amouendum, in omnibus repelle si præuales. Si oīa sunt sinenda nullus penitus excludendus. Alioqui dum parendo cunctis erroribus sis amicus, non nisi solum tibi probatur displicuisse quod uerum est. Omnes catholici principes, siue cùm imperij gubernacula susceperunt, siue cum Apostolicæ sedi nouos agnouerunt præsules institutos, ad eam sua protinus scripta miserunt, ut se docerent eius esse consortes. Itaq; qui hoc non fecerunt, ab eadem seipsos profitentur alienos, quod chartis quoq; tuis apud te etiam possumus adstruere, nisi te æmulum, & reum, & inimicum uitaremus, & iudicem. Non mirum, si catholicos persequuntur Manichæorum patroni, cum falsitas non possit non persequi ueritatem. Non mirum si in orthodoxos sæuiant, quibus potest cum cunctis hæresibus conuenire, & uniuersis erroribus amici, non possint nisi solis esse non errantibus inimici. Si error est, conuincendus est. Verùm si error non est, tibi uerum dees† se cognosce, qui persequeris, † quo profiteris errare. Sed prauitatis complex, † non potest nisi eum persequi qui est prauitatis.

Margin notes: †notabantur †affectari †qui ut †subest mendū †Forte, nō potest cum non persequi.

Apologetici Symmachi, ad Anastasium Imperatorem, finis.

Hanc Epistolam sequentem Græcè scriptam ab aliquo non satis perito interprete uersam arbitror.

ECCLESIA ORIENTALIS AD SYMMACHUM EPISCOPUM ROMANUM.

Onus ille, & amator hominum dominus noster Iesus Christus, qui propter bonitatem suam in nos inclinans cœlos, & descendens ad terras, immaculatis Euangelijs quotidie illud clamat: Non opus est fortibus medicus, sed male habentibus. Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Plus aūt uolens aperire operæ suæ clementiæ, adiecit in sequentibus dicens: Quis autem uestrum habens centum oues, si perdiderit ouem unam ex ijs, † non relinquit nonaginta nouem in eremo, & uadit ad perditam, quàm diu inueniat illam? Et inueniens, imponit illam gaudens in humeris suis, & ueniens domum suam, conuocat amicos suos & uicinos, dicens: Cōgaudete mihi, quia inueni ouem meam perditam. Et ut clarius fieret quod dicitur,

Margin notes: Matt. 9. †num

dicitur, mox adiecit parabolam mulieris, quæ perditam inuenerat drachmam, utrisq; ad-iungens, & dicens: Amen dico uobis, quia sic fiet gaudium in cœlis de uno peccatore cõuerso. Hæc dixi, Sanctissime, audens supplicare non pro perditione unius ouis, neq; pro perditione unius drachmæ, sed pro amica nobis salute, non Orientalium partium tãtum, sed trium propè plagarum habitabilis mundi, non corruptibili argento aut auro redemptarum, de uana conuersatione à parentibus tradita, sed præcioso sanguine Agni dei, sicut docuit beatus gloriosorum Apostolorum princeps, cuius cathedram beatitudini tuæ credidit Christus optimus pastor, qui uenit quærens, & liberans quod perierat, et ponens animam suã in redemptionem pro multis. Quem imitãtes, Sanctissimi beatissimiq;, festinare ad adiuuandum nos, sicut beatus Paulus doctor † uester ad auxilium quandoq; Macedonum festinauit. Et ille quidem inuisione cognoscens periclitari Macedones, in ueritate adiuuare eos properauit. Tu autem affectuosus in † filijs pater, non in uisione, sed in ueritate spiritalibus cernens oculis, pereuntes in præuaricatione patris nostri Acacij noli remorari, magis autem, ut ita dicam sicut Propheta, non dormites, sed festina ad liberandum nos, quia non in ligando tantum potestas est tibi data, sed in soluendo quoque diu uinctos, ad imitationem magistri. Neq; in eradicando, aut diruendo, sed in plantando atque ædificando, secundum beatum Hieremiam, magis secundum saluatorem mundi Christum, in cuius ille extitit typo. Neq; in tradendo tantum Satanę in interitum carnis, sed et in charitate formando longa aduersione deiectos, ne (quod absit) maiori tristitia absorptis nobis à Satana, uideamini pertulisse dispendium. Non enim ignoras eius ingenium, qui quotidie à sacro doctore tuo Petro doceris, oues Christi per totum habitabilem mundum creditas tibi pascere, non ui, sed sponte coactas, qui cum doctissimo Paulo clamas nobis subiectis tibi, & dicis: Non enim dominamur uobis in fide, sed cooperamur in gaudio. Quare deprecamur disrumpi nouum chirographum nostrum, sicut saluator & dux noster Christus uetus illud in cruce disrupit, ne ultra post lauacrum regenerationis malorum nostrorum subiaceamus delictis sed ut eius, qui comedit uuam acerbam ligauerit dentes, secundum beati Ezechielis prophetiam. Cum ergo in ueritate parabolam istam salutari aduentu suo saluator impleuerit, cur, sanctissime ac beatissime, Acacij inobedientia, uuam acerbam comedentis, nostri, id est, filiorum ipsius, in tam longo annorum cursu ligati sunt dentes? Si unus homo peccauit, quare toti synagogæ, aut magis toti habitabili mũdo per anathema diuinus furor incumbit? Vbi ergo dei promissio, quæ dicit: Non percipient filij parentum peccata, neque parentes filiorum suorum, sed unusquisque morietur in suo peccato? Si propter Alexandrinorum, aut magis Eutychianistarum amicitiam, qui auertuntur, & anathematizant sanctissimum & beatissimum Papam Leonem, uel in Chalcedone synodum habitam, anathematizatus est Acatius, quare nos à uobis æstimamur hæretici? Et in anathemate sumus nos, qui amplectimur solam illam epistolam, & quæ dicta sunt in sancta synodo? Qui propter prædicationem recti dogmatis uestri quotidie oppugnamur, & ut hæretici anathematizamur ab ijs, qui Eutycheti consentiunt? Noli facere iudicium, per illum qui cunctam iudicat terram, ne perdas iustum cum impio, & fiat apud te iustus ut impius, nec æqualiter iudicentur à te orthodoxi & hæretici, uel qui anathematizant prædictam sanctam epistolam, sanctam'que synodum uestram recitam, & ij qui uobiscum ab eis anathematizantur, & qui orant mori quotidie pro recta fide, quæ à uobis prædicatur. Et Iesus quidem Naue incircuncisos, & idolorum seruitores Gabaonitas cum mendacio confugientes ad se, dum oppugnarentur ab Abimelech, uel cæteris quatuor cum eo principibus, pro eo quod ad eum confugerant deo cooperante strenue uindicauit, ne blasphemaretur nomen dei eius, tanquam non eos adiuuare præualentis. Nos autem, Sanctissimi uiri Iesu magni dei & Saluatoris spei nostræ discipuli, imitatoresq; eius, qui figuram serui adsumpsit, ut à peccato nos liberos redderet, quod regnabat in nobis, uidentes oppugnari nos & mortificari, non sicut Gabaonitas incircuncisos, sed uobiscum circuncisos in Christi circuncisionem, neque idolorum seruitores & æmulos, & si peccatores, tamen Christianos, & uobiscum omnia in Christo sapientes, non despiciatis, neque contemnatis ultra, pij patres, sed sicut prædictus beatissimus Iesus Naue non illos tantum sed & Raab meretricem illis anteposuit, propter duorum exploratorum susceptionem: ita & uos nos uigilanter assumite, cum dei iuuamine, propter duarum naturarum traditionem, quæ à uobis per Epistolam inter sanctos constituti

Marginal notes: † noster; † filios; Psal. 120.; Hiere. 1.; 2. Cor. 5.; 2. Cor. 1.; Ezech. 18.; Alexandrini.; Phil. 2.; Duarum naturarum controuersia.

Iosi.2. stuti Papæ Leonis,contra Eutychetis delira menta,directa est. Et illa quidem suscipiens exploratores,in stuppam lini suæ domus abscondit,nos autem rectæ fidei uestræ suscipientes confessionem,in corde nostro non abscondimus, sed in ecclesiarum dogmatibus dei misericordia eam cum autoritate prædicamus. Et illa quidem rogata per metum eos se habere negauit. Nos autem oramus,ne unquam humano metu negemus rectæ doctrinę nostræ ueritatem,& usq; ad sanguinem pro ea stabimus,si ita contingat. Vnde non tædietis †quum se nos adiuuare,neq; odio habeatis propter aduersantium communionem, † quando & ab ab,&c. hac plurimi facultatibus impediti,& non habentes sollicitudinem,multarum animarum suspenderint, quibus uerò multarum animarum cura commissa est,in creditis sibi com-Ioan.10. municent ecclesijs,nullum contrarium habentes communicantem sibi, metuentes relinquere lupis oues,propter uocem domini,dicentem: Mercenarius autem,& qui non est pastor,cui non sunt oues propriæ,uidet lupum uenientem & relinquit oues,& fugit, & lupus rapit eas atq; dispergit,quia mercenarius est,& non habet ouium curã. Qui ergo non amore uitæ capti,sed ouium salutem curantes,plurimi sacerdotum hoc faciunt, de insequentibus miserante deo cognoscere poterit tua paternitas. Quidam enim de ijs qui in sacerdotio constituti sunt,sperantes in exilio mitti Presbyteros orthodoxos,& sanctos uiros,uolentes se præter necessitatem ab ecclesijs sub arbitro subducere, ipsos'que sequi, non cesserunt eis hoc facere,adiurantes eos ut manerent in creditis sibi sanctis ecclesijs ad populi munimen orthodoxi,in se suscipiendo, quæ putantur discretionis illorum. Sicut Rebecca quondam dicens Iacob: In me peccatum tuum fili: ita illi ab ecclesijs sibi creditis dixerunt discedere sponte uolentibus: In nos ueniat peccatum discretionis uestræ, tantummodo oues Christi præter necessitatem lupis non relinquatis,ne in loca uestra Hęretici ingredientes,lupi discerpant oues, aut certe ab ipsis ouibus suis, propter rectam fidem fugati,& his qui non fugantur, sed sponte discedere cupiunt, ne cui aduersantium communicent,tali fide dicentes: Putas isti amore uitæ hoc faciunt, aut amore animarum, ad imitationem domini sui primi pastoris Iesu Christi, magni dei, & Saluatoris spei nostræ,qui animam suam posuit pro ouibus suis? Omni modo autem & qui uidentur communicare orthodoxi,& qui se à communione abstinent,omnes,post deum,tuæ lumen uisitationis & assumptionis operimur: quare festina iuuare. Orientem ex quo uobis duo grandia diei lumina Petrum & Paulum ad illuminationem totius mundi saluator direxit. Reddite ergo ei bonam retributionem,quam uobis ipse dedit, illuminate eam rectæ fidei lumine,sicut per ipsum uos quondam diuinæ cognitionis lumine idem illuminauit. Sicut enim quando toto mundo in peccatis ægrotante, unius hominis delicto lassati,in ægritudinis curatione boni illius medici discipuli, ipsum cœlestem medicum,& principem pa-Psal.143. storem, magistrum suum ad curam uocantes ægritudinis ipsius,aliquando dicebant: Do-Psal.79. mine inclina cœlos tuos,& descende. Aliquando rursus: Qui regis Israel intende,qui sedes super Cherubin appare,excita potentiam tuam,& ueni ut liberes nos. Sic nos modo qui infirmitati nouæ præuaricationis Patris nostri deijcimur,ad tuam clamamus beatitu-†existens filij dinem,ut & tu imitator †existens dei,ad filij dilectionem deprecatione uenias, imitatio-dei ad dilectio ne ipsius cœlestis patris tui,qui facit solem suum oriri super bonos & malos,& pluit super nem,&c. iustos & iniustos. Festina ad auxilium nostrum,sciens Sanctissime, sicut in principijs di-Matth.5. ctum est,quia non opus habent sani medico, sed male habentes. Quòd si parua existeret ægritudo,nos forsitan ad spiritalem nostrũ medicum curreremus, quatenus & passiones bonorum medicorum,id est,gloriosorum Christi discipulorum,uestrorumq; doctorum,& sancta adoraremus tua uestigia, ut & præuaricationis medicinam & solutionem uinculorum,& delicti remissionem de tuo sancto ore susciperemus. Sed quia non est huius aut macula,neque plaga tumens,sed totum bulcus est à pedibus usque ad caput,sicut beatus Esaias antiquam præuaricationem deflens dixit: Vos iam boni medici, & illius ue-†imitatores ri medici,uel bonorum discipulorum ipsius certissimi † plantatores,festinate ad curam resolutorum ecclesiastici corporis membrorum,ut dissolutas manus nostras,dissolutaq; genua corrigatis,& cursus rectos faciatis pedibus nostris,ne quod claudum est amplius distorqueatur,sed curetur magis per strenuitatem, & optimam diligentiam uestram. Sicut enim magistro nostro domino Paulo glorioso Apostolo propter infideles aliquos,dum Act.3. eum pigeret sermonem domini in Corintho loqui, adstans dominus dixit: Loquere,& non taceas,quia multus est mihi populus in hac ciuitate. Et nunc tuæ dicit beatitudini

eius

eius benignitas: Festinare, & non retardare ad Orientis auxilium, magis autem ad maiores partes habitabilis mundi, quia non tantum pro centum uiginti milibus illis in magna quandoque constitutis ciuitate Niniue, sed à multo plurimis spera exspectari tuam post deum medicinam. Si enim, qui praecessit beatitudinem tuam inter sanctos cōstitutus Leo Archiepiscopus, ad Attilam tunc errorem barbarum per se currere non duxit indignum ut captiuitatem corrigeret corporalem, nec tantum Christianorum sed & Iudaeorum, ut credibile est atque Paganorum, quanto magis festinare ad tuam attinet sanctitatem, nō ad corporeae quae bello † fuit, captiuitatis correctionem atque conuersionem, sed animarum quae captiuatae sunt, uel quotidie captiuantur, ut inter duas diabolici uias erroris, Eutychetis atque Nestorij, tertiam, imò mediā nobis ostendas expressius ueri, rectique dogmatis uiam? Dubiam eam fecerunt nostra peccata, aestimantibus quibusdam, non posse inter Nestorij & Eutychetis salutis uiam mediam reperiri, sed quod omnino necessum sit, aut illius esse quenquam, aut illius. Propter hoc festina post deum nos adiuuare. Et sicut inter Arij, diuidentis atque separantis unam deitatis naturam atque substantiam, in diuersas naturas uel substantias, & Sabellij quoque confundentis personas, & minuentis numerum trinitatis, ostenderunt sanctissimi patres uiam mediam ueritatis, in confessione diuinitatis unam substantiam, naturam, uirtutemque demonstrantes, propter Sabellium tres personas & aeque potentiae unam ueritatem, sic & uos nunc sanctissimi & beatissimi, illuminate nos spiritalis scientiae uestrae lumine, quod est inter Eutychetis, ad imitationem Sabellij, naturas atque substantias cōfundentis, & inter Nestorij, ad imitationem Arij, personas & substantias diuidentis, uera rectae fidei confessio tradita nobis à Papa Leone, inter sanctos constituto, et discipulorum in Chalcedone sanctorum patrum duarum substantiarū, aut naturarum unitas in una eademque persona, & unius substantiae, magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Ipsi enim docuerunt nos diuinis scripturis, alteram esse uisibilē, palpabilem, & passibilem carnis naturam: & alteram inuisibilem, impalpabilem, & incomprehensibilem naturam, in una persona & una substantia magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Alterā de matris substantia & natura, uenientem de semine Dauid, Abrahae, & Adae, secundum carnem natam: alteram uerò ex utero ante Luciferum genitam, de substantia & natura patris. Sed ne rursus propter immaculati partus duas naturas & substantias, occasionem apprehendentes, (qui secundum Nestorium sapiūt) duas personas aut duos filios, uel duos Christos male introducant, docuerunt sancti illi & beati patres unā scire personam, & substantiarum inseparabilem unitatem, ex duabus substantijs & naturis, & in duabus substātijs & naturis, magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Nos ēm, ô sanctissime & beatissime Symmache, eundem esse existimamus, & ex duabus naturis, & in duabus naturis, & non, sicut illi dicunt, ex duabus naturis unam naturā post adunationem. In duabus autem subsistentibus naturis eum unitate non pati confiteri, ut doceāt se Arianorum esse imitatores, dicentium, per filium gloriari patrem cum filio autem non pati se eum glorificari. Sed sicut contra illos † docuerāt fratres tui sanctissimi patres, per quem, & cū quo aequaliter pati dicere nos, quia per quē humanitatem, cum quo diuinitatem significant magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Sic & nunc illis, ex duabus quidem naturis dicentibus, in duabus autem non cōfitentibus: nos ex duabus, & in duabus pariter dicimus. Ex duabus enim dicentes, ex quibus subsistit unitas: in duabus autem, in quibus uisus est, & palpatus est, & adsumptus post passionem, & resurrectionem confitemur, & in quibus ueniet iudicaturus uiuos & mortuos. Neque enim nuda diuinitas poterat aut palpari, aut crucifigi pro uita mundi, nec simplex humanitas morti subiacēs, per mortem confundere eum, qui obtinebat mortem, hoc est diabolum. Vnde & post resurrectionem in immaculata carne sua uisum uerbū dei, & deus noster omnibus discipulis suis dicebat: Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate me, & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habentem. Habentem dixit, ut nō his in illa mutatus putaretur, sed in ueritate assumpsisse crederetur. Beato quoque Thomae diffidenti clamat: Infer digitum tuum, & uide manus meas, & da manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus sed fidelis. Vnde dum assumeretur, duo uiri uisi discipulis in albis uestibus, clamabant, & dicebant: Viri Galilaei, quid statis aspiciētes in coelum? Hic Iesus, qui ablatus est à uobis in coelū, ita ueniet sicut uidistis euntem in coelum, ut

dum

Hic fuit Hunorum princeps.
† fit
Arius.
Sabellius.
Nestorius.
Interpretis in festina uidetur confundi substantia & subsistentia.
† runt
Locus obscurus.
Luc. 24.
Ioan. 20.
Act. 1.

dum uenerit omni modo in gloria patris cum sanctis Angelis in die terribili iusti iudicij,
†uideant sic infideles Iudæi † uidebunt in quem compunxerunt. Conpeccatores autem mei, eũ qui
Locus mendosus. eorum misertus est, & liberauit eos, neglectus autem ab eis est. Secundum uos autem, san-
cti & iusti, † uidebit quem dilexit anima eorum, & læ†abuntur lætitia ineffabili & glorio-
†bunt sa, accipientes consummationem fidei suæ in salutem animarum suarum, & audientes sua-
Matt. 23. uissimam uocem eius, dicentem: Venite benedicti patris mei, hæreditemini paratum uo-
bis regnum ab initio mundi. Cuius beatæ uocis cum tua beatitudine, & nos indignos dig-
netur Christus, Dominus noster, per om̃nia Sanctissime Pater.

Ecclesiæ Orientalis ad Symmachum Episcopum Romanum epistolæ finis.

Haud parum dissidet huius epistolæ sequentis phrasis, ab ea quæ superius habetur aduersus Anastasium Imperatorem fortassis, quia ad Græcos Grece scripta, postea per aliquem minus peritum sit uersa in latinum sermonem.

PRESBYTERIS, DIACONIS Archimandritis, & cuncto ordini plebeio per Illyricum, & Dardanium, & Daciam constitutis, Symmachus Episcopus Romanus.



Ullus stupeat, seruatum hactenus nos nunc soluisse silentium, cum pruden-
tissimi Salomonis ista uox personet: Tempus tacendi, & tempus loquendi.
Eccli. 3. Quod taciturnitatem præsentis temporis expugnans, inter ea quæ accidũt
nunc silere me fidei stimulis excitatum magni constat esse fastidij. Quippe
ubi religionis reuerentia & summa concutitur, aptum iuxta diuinam scrip-
turam dicere, eos qui mites sunt, debere esse pugnaces, siquidem spiritalis quæ est, & deo
accepta cõgressio, uniuersa laudabiliter tolerat, ne quisquam diuina charitate separetur.
Sed congruum est illis religiosa offerre dogmata disciplinæ, à quibus institutionis ipsius
Constantinopolis Nestori sub scripsit. expectatur plena perfectio. Sed breuiter perstringemus. Cui incognitum, Constantino-
politana ecclesia qua Nestorij contagione laborauerit? Nestorij inquam, qui quasi putre
corporis membrum à societate catholicæ communionis excisus est, ubi terrarum prædica-
Eutyces Dioscorus. tur congregatio Calcedonensis sancta concilij, quæ Eutychen, Dioscorum, duo nomina
famosa, & magnæ perfidiæ, unius sententiæ integritate damnauit, iniquitatis complices,
Timotheus is est berulus Alexandriæ Episcopus. & uno spiritu diuinis dogmatibus aduersarias pestes. Quis Petrum & Timotheum præ-
fatorum uernulas ignorauit, propugnatores intentionis addictæ, & autores ac magistros
suos sæuo errore uincentes? Illum Timotheum loquimur paricidam, qui sanctæ recorda-
tionis Proterij superstitis, non solum ecclesiã non religiosis autoribus occupauit, uerum-
Die Pascha unà cũ sex alijs etiam effusionem pij sanguinis ad crimen persuasionis adiecit. Ipsius nempe damnationẽ
uniuersalis est ecclesiæ uox locuta, dum eũ nomine quoque Christiani honoris exuerit. Cu-
Petrus is fuit Cnapheus, Theopaßitarũ præcipuus. ius Petrum sequacem notum fecerunt orthodoxorum plurimæ passiones, in quibus ille
uirtutem animi sui exultauit ostendere. Nouit Ephesus, cum tota societate Dioscori, ubi
cum proprij amore peccati finem sancti Flauiani operatus innotuit. Tacenda sunt Antio-
chiæ mala, ubi per alterius Petri nefanda ludibria reuerendum Sacerdotij nomen irrisum
est. Quis Apameæ Ethyrij gemitus, tragicis criminibus comparandos, uel si solis uacet
†Qui digna possit lamẽtatione deflere? Quid de Acacio? † Quæ de bonis suis fascino quodam
grauatis basilicis coimperante præmiserat, nouo exemplo pœne deprehensus est, aduer-
sus seipsum dicens ipse sententiam, illos mutata uoluntate defendens, quos prius glorio-
sum putauit addicere, & laborans sociare fidelibus, quos dudũ Hæreticos manifestè præ-
uaricationis ostenderat, propter quos maxime fugiendus, & designato superius damna-
torum agmini coæquandus ille, propter quæ fidelis probatus est esse, dissoluens, & per-
mixtus ijs per quos ecclesiæ læsio generalis euenit. Aduersum hos si patrum dogmata ra-
tio suadet esse seruanda, cogitate si possunt maiore transgressione calcari, quam nũc per

eos,

eos, qui in partibus uestris Eutyches dogmata recidiua resuscitant. Si uero tanquam infirme constitutæ sententiæ sine periculo negligantur citra ullum ruborē crudelitatis nostræ summa subsistit, semper succedentibus † nobis uetera constituta soluentibus. Quando enim paternarum regularum despiciuntur inuenta, nec eorū quæ bene instituta sunt firmitas uindicatur. Huiusmodi impietatem necesse est fidei semper uenire. Nam ubi facilis dissolutio est rationabilis constituti, ibi omnis sanctitatis forma corrumpitur, Christus impetitur. Et quis hoc fidelium patienter accipiat? Instituta patrum reuerenda calcantur. Et quis non uitæ mortem iusta electione præponat? Vbi catholicę fidei adoranda reuerentia, ubi multorum ore sanctorum dogmata constituta, ubi doctorum ueterum fidelis autoritas, ubi illa religiosarum mentium stupenda patientia, proprijs bonis contenta nuda uidetur spe æternæ hæreditatis excidere, quasuis ambiens passiones, ne incorruptibilis illius boni iudicaretur indigna. Nam nulla maiora documēta sunt fidei, quàm ubi temporis ratio suadet, uitam subdere passioni. Et ideo, qui pro ea periculum persecutionis obire meruerit, dignum se cœlo ostendit esse militem. Christus uos pio sanguinis sui precio comparauit, gratiæ libertate concessa, nihil inuenientibus humanis operibus, quod dignum pro tanta mercede tribueret. Atq; ideo ubi religionis iniuria est, amore fidei omnem transcendere oportet affectum. Vnulquisq; ergo exilia & peregrinationes tanquam domum patriam respiciat, ne desiderijs retētus humanis, Christi societate priuet. Ecce tēpus, quo repetit fides milites suos, & inclamat ad defensionē sui feruorē gratiæ consecuros. Fidem ipsam dicere iudicemus. Ecce tempus optabile, ecce fructuum congregatio desiderata fidelium, ut paruis passionibus munera magna compenset. Pluribus charitatem uestram, pro dispēsatione nobis credita cuperem hortari: sed quid opus nostræ uocis stimulis, ubi ad tolerandas pro Christo magnanimiter passiones apostolicis & patrū docemur exemplis? Quæ per damnum humanarum rerum, cœlestium uobis ostendunt augmenta uirtutum. Ergo pronūtiemus inter alia, & dicamus cum sancto Dauid: Quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in unum. Vt & de uobis Apostolus Paulus dixerit: Vos autem in Christo unum estis. † Dum hæc enim unitas ista non † reducat, nullus ambigat eadem nihilominus esse uentura, quæ in Constantinopolitana nuper ecclesia contigerūt: de quibus pariter mihi ingemiscere necesse est, & tacere. Nam qui apostolicæ sedis admonitionem negligendam esse crediderunt: merito inciderunt in ea, quæ uenire solent solatio destitutis. Si quis ergo salutem propriam cogitans, seruare cupit apostolica iudicia: cum se à præfatorum scelere seiunxerit, nostræ cōmunionis se nouerit sine dubitatione participem. Quia si ab eorum, quos apostolica sedes damnauit, societate non se remouerit: sciant nullo colore, nullo figmento, nulla calliditate ecclesiasticæ custodiæ posse subripere. Quia sicut illos, qui à supradictorum se, hoc est Eutychetis, Dioscori, Timothei, Petri & Acacii uenenis dissociant, amplectimur: ita nostra circa † istorū cura & sollicitudo, ne subripere possint semper inuigilat. Deus uos incolumes custodiat charissimi fratres.

† nouis

Documēta rei fidei.

Psal. 132.

Gal. 3.

† Donec enim &c. † redeat

† istos

FINIS.

CLARISSIMO VIRO domino Laurentio Truchses à Bomers-

felden S. Moguntineñ. Ecclesiæ Decano, Menradus Moltherus S. D.



ON in hoc præstantiss. domine, summis uiris ac de Repub. Christiana benemeritis literarum studiosi publico ex more suas commendant lucubrationes, quasi uanæ gloriæ, qua nil miserius auidis, sed ut hinc multi ad recta studia, cum tuenda tum uindicanda excitentur, si suo illos honore debito quidem non fraudari conspexerint. Est enim immensum calcar illud gloriæ, humanis adeo infixum pectoribus, ut nil tam asperum, nil tam durum, nil tam impenetrabile, quod nō penetret laudis, illa, quā honestam uocant, cupido. Hinc prouerbialis ille senarius apud Græcos celebratur:

Τιμώμενοι γὰρ πάντες ἥδονται βροτοί.

Pp Meretur

Meretur autem tui claritas generis, consiliorum maturitas, prudentia, iustitia, religio, pietas, & præcipuus quidam erga literas tam sacras, quàm prophanas fauor, quæ omnia nec obscuro nec uario sermone, sed clarissima & una omniũ uoce perferuntur, ut qui propter hæc præsentibus es cognitus, sereris æternus posteritati. Addam ijs integritatem, qua libertati & dignitati Ecclesiæ tuæ consulere maluisti, quàm tuis commodis. Denique constantiam, quam animo excelso magnificoq; cum tuis meritis haudquaquã digna præmia rependeretur seruasti, & adhuc seruas. Quod si nemo tuum hoc factum celebraret, quod fieri non potest, neutiquam tamen irremuneratũ manebit. Non enim caret munere uirtus. Ego uero cum tuam erga me beneuolentiam recordor, non potui cõmodius gratum meum erga te animũ, quàm hoc literario munusculo testari. Fateor autem & ingenue quidẽ, tam exiguũ munusculũ, tuæ summæ amplitudini, dignitati, liberalitati, nõ perinde cõgruere. Sed ita mihi persuasi, quod uiris magnæ uirtutis & fortis offertur, oportere potius aptum esse, quàm æquale. Nouum est munusculum, sed ex ueteri non sine magno labore, quod feroci pumice nonnihil esset abrasum, quodq; hactenus pauerit tineas (ut Horatiano uerbo utar) inertes renouatum. Videbatur autem mihi non indecens, ut ad te, cui ingenium dextrum & semper expromptum est, Albini in Genesim quæstiones mitterentur, ut quanto interuallo, à prisca illa studiorum simplicitate, nostro seculo quidam, qui simplicem illum sacræ scripturæ sensum, huc illucq;, sursum deorsum, ueluti austri nymbo so impetu ferunt & uertunt, absint, intelligeres. Nec est ut autorem commendem, commendat ipsum antiquitas conditioq;, quippe Caroli illius magni preceptor fuit in disciplinis liberalibus. Adiuncta est in ueteri exemplari, eiusdem Caroli & Albini, de Rhetorica, & de uirtutibus disputatio, meo uidere non uulgaris. Hoc exemplar cum mihi insignes pietate & humanitate uiri Ioannes Enolfus Decanus, & Pancratius Thiel Scolasticus Regalis Ecclesiæ diui Ciriaci prope Vangionum Vuormatiam cõmodato dedissent, pertinet enim ad eiusdem ecclesiæ bibliothecam, ut auidus fœnerator, nolui monetam uetustam condere, sed plures, eius thesauri participes facere, eas ipsas quæstiones Albini in Genesim cum nihil agerem exscripsi, & ne nihil agerem restitui, restitutas tuo consecraui nomini, ut hominis ingrati notam effugerem, & iam ad Ettelbergam honestorum studiorum dulcissimũ habitaculum iter accincto, cum tuis elegantissimis colloquijs frui non liceret, quod interim te Menradi admoneret, esset. Possem ex scribentibus quibusdam, quosdam integros locos hinc sumptos demonstrare. Sed hoc nolim sic accipi, quasi diligentiam illorum reprehendem, uel Cornicem non suis plumis exornatam denudare uelim, sed ut uerissimũ agnoscamus quod ille ait, nullum esse iam dictum, quod non dictum sit prius. Proinde nil tam accurate scribitur, quod à ueteribus illis, uiris utiq; emunctę naris, exactissimo iudicio, & extremis censurarum limis, non fuerit scriptum expolitumq;. Porro, quid profuit sancta non sancte tractari? Quid profuit bene cepta, male finire, ac ueluti Capra Sya, ut est prouerbium, beneficium quod datum est, perdere? Certe auaritia, fraude, technis, dolo malo, scelere, insidijs, inuidia, ambitione, undiquaq; quæq; nunc turbantur, deuastantur, diripiuntur. Interim nec honestis studijs, nec disciplinis, nec literis, nec sanctis motibus, nec denique ulli pacato ocio liber locus relinquitur. Posset autem his rebus quanquam iam ferme desperatis adhuc consuli, si tuis cõsilijs obtemperaretur. Sed hæc, ne te in os laudare uidear, alias, & rectius alijs quàm tibi. Bene uale præstantiss. domine, & Menradum inter tuos clientulos adscibito, amore, studio, officio, nulli unquam cessurum.

Spiræ Nemetum. Idibus Februarij,

Anno à Iesu nato.

M. D. XXIX.

Albini

ALBINI CAROLI illius Magni olim præceptoris, in Genesim Quæstiones.

PRAEFATIO.



Dilectissimo in Christo fratri Siguulfo presbytero salutem. Quia indiuiduus & fidelis mihi, Charis. frater, socius tantopere fuisti, & quod sacræ lectionis studiosissimum esse noui, paucas interrogationes de libro Geneseos, quas ut recordor per uices à me exquisisti, pariter cōgregatas, tuo nomini dicaui, ut haberes, unde & tuam posses memoriam recreare, quæ sæpe perdit quod seruare debet, nisi in thesauro literarū reconditum teneat. Maxime nobis, qui seculi occupationibus distrahimur, & diuersis itinerum molestijs fatigamur. Et quod pondere librorū nobiscum portari nequeūt. Ideo aliquoties breuitati studendum est, ut sit leui pondere præciosa sapientiæ margarita, & habeat fessus ex itinere uiator, quo se recreet, licet ex pondere portantis manus non grauetur. Sunt in eodem libro difficillimæ quæstiones plurimæ, quas ad præsens tangere non libuit, uel etiam non licuit, uel quod de illis me non interrogasti. Hæ etiam maximè historicę sunt, & simplici responsione cōtentę. Illę uero maioris inquisitionis longiorisq; tractatus indigent. His tantum dilectissime frater, esto contentus, & si quid in eis perperam dixerim, tu frater nos corrigere studeas. Si quid uero bene, non mihi, sed largitori gratias age. Qui & te proficere, & me tibi sufficere ex donis suis faciat, sine quo nihil possumus, in quo omnia possibilia sunt credenti. Qui creditam suæ nobis pecunię largitionem, in laudem nos & gloriam sui nominis multiplicare faciat. Interrog. Quomodo conuenit quod in Genesi legit: Requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis. Et in Euangelio, pater meus usq; modo operatur, & ego operor? Res. Requieuit à nouarū conditione creatione creaturarum, non à conditarum gubernatione. Et ideo deus tunc creator in sex dierū creatione putandus est, nunc uero gubernator in totius mundi naturis. Int. Quot creaturas rationales condidit Deus? Resp. Duas: Angelos & homines, & cœlū angelis, & terrā hominibus habitationē. Int. Quare angelicū peccatū silentio in Genesi absconditū est, & hominis patefactū? Resp. Quia angelicum uulnus Deus non prędestinauit curare, hominis uero sanare prædestinauit. Inter. Cur summi angeli peccatum insanabile fuit, & hominis sanabile? Res. Angelus sui sceleris inuentor fuit, homo uero alterius fraude seductus. Item quāto sublimior angelus in gloria, tanto maior in ruina. Homo uero quanto fragilior in natura, tanto facilior ad ueniam. Int. Cur homo suę potestatis auctor est creatus? Resp. Vt sibi ipse autor esset ad uitam siue ad mortem: si uero necessitate esset subiectus, tunc nec boni operis haberet gloriā, nec mali pœnam, sed esset quasi unum ex pecoribus. Int. Cur in Paradiso lignum uitæ & lignū scientiæ boni & mali creatum est? Res. Vt per illud potuisset homo immortalis esse, per hoc uero mortalis, ligno uitę quasi medicina, ut incorruptibilis, esset utebatur. Ligno autem scientiæ boni & mali, quasi ut ueneno, ut moreretur. Inter. Quare Adam mundi dominus legem accepit? Resp. Vt non tanto extolleretur dominio, sed in obseruatione mandati sciret se subiectū esse creatori suo. Int. Quid est quod deus inspirauit in faciem Adę spiraculum uitę? Res. Inspiratio dei in faciē hominis traditio est animæ rationalis. Int. Cur homo sexto die creatus est, cum propter rationē nobilior cæteris esset creaturis, quę ante se factę sunt. Res. Vt primum creator mundum quasi domū pręPararet, & post introduceret habitatorem, id est, dominum domus. Int. Quare creator in Adæ maledicto terrę maledixit, & non aquis? Res. Quia de terræ fructu contra interdictum manducauit homo, non de aquis bibit, & quod prędestinauit deus in aquis abluere peccatū, quod de fructu terrę contraxit homo. Int. Quare terrestria animalia plus maledictionis habent, quàm aquatilia. Res. Quia plus de maledicta terra uiuunt quam aquatilia, & ideo Christus post resurrectionē de pisce manducare uoluit nōde aliquo animali terrestri. Int. Quare ipse creator hominis peccatū per seipsum expiare uoluit, & non per angelum? Res. Quia non sufficiebat unius angeli meritum ad redemptionē totius generis humani, nec tantū sceleris incurrisset diabolus in nece angeli, quantū incurrit in nece creatoris. Int. Cur diabolus tam infe-

ſt⁹ eſt hoīm ſaluti? Reſ. Propter odiū in creatorē & inuidiā in hominē, & deſperationē ſuę
ſalutis. Int. Quare deus in principio legem non dedit, quam poſtea per Moſen tradidit?
Reſ. Quia in hominib. primis diu lex bonæ naturæ ſeruabat̄, at ubi naturalis lex euanuit,
oblata conſuetudine peccandi, data eſt lex literæ per Moſen, ut bona quæ ſciebant̄ auto-
ritatē haberent, & quæ latere cœperūt manifeſtarent̄, & ut terror diſciplinæ corrigeret de
linquentes, & fidem reformaret in deū. Int. Vt quid Abel ſacrificiū ſuſceptū eſt, & Cain
refutatum? Reſ. Abel deo optima & naturalia offerebat, Cain uero uiliora & humana in-
uentione excogitata ut putat̄. Int. Cur Abel in Euangelio ſingulariter iuſtus nominatur?
Re. Tria maxima iuſticię p̄conia in eo eſſe legunt̄ Virginitas, ſacerdotiū, martyriū. In qui
bus primus Chriſti figurā geſſit, qui fuit uirgo ſacerdos & martyr. Int. Quare Enoch tāto
tempore ſeruabat̄ à morte? Reſ. Vt oſtenderet̄ quid omnes homines potuiſſent, ſi nō pec
caſſent. Int. Cur idem Enoch moriturus eſt? Reſp. Vt debitum ſoluat humanæ naturę, &
q̄d Chriſtus uoluit, nullus poſſit, id eſt, non mori. Int. Quot modis eſt operatio diuina?
Reſ. Quatuor. Primo, quod in uerbi diſpenſatione omnia æterna ſunt. Secundo, quod in
materia informi, qui uiuit in æternū, creauit omnia ſimul. Tertio, quod per opa dierū ſex
uarias diſtinxit creaturas. Quarto, ꝙ ex primordialib. ſeminibus non incognitæ oriuntur
naturę. ſed notæ ſæpius ne pereant reformantur. Int. Quæ creaturæ de nihilo factæ ſunt?
Reſ. Cœlum, terra, angeli, lux, aër, aqua, anima hominis. Int. Quot elemētis mundus con
ſtat? Reſ. Quatuor, igne, aëre, aqua, terra. Int. Quę eſt ſingulorū natura elemētorū? Reſ.
Ignis calidę & aridę eſt naturæ. Aër calidæ & humidę. Aqua humidæ & frigidę. Terra fri
gidę & aqueæ eſt naturæ. Int. Cuius naturę cœlum eſſe fert̄? Reſ. Igneę rotundę atq; uolu
bilis. Int. Si uolubile, cur nō cadit? Reſ. Rueret propter nimiā celeritatē ut ſapiētes mūdi
dixerūt, ſi non planetarū hoc curſu moderaret̄. Int. Cur deus ſenario numero mundi crea
tionem perfecit? Reſ. Quia ille numerus perſectus iuxta Arithmericę diſciplinę rationem
legitur eſſe, & ut oſtenderet deus omnia perfecta, & ualde bona ſe condidiſſe. Int. Quid
eſt, in principio creauit deus cœlum & terrā? Reſ. In filio perfecit deus cœlum & terram.
Int. Cur dictum eſt plantauerat deus Paradiſum à principio? Reſ. Hieronymus uult ante
conditionē cœli & terræ Paradiſum plantatū eſſe. Int. Quid in cœli terræq; nomine ſigni-
catur, quando dicit̄, in principio fecit deus cœlum & terrā? Reſ. Informis illa materia quā
de nihilo fecit deus, appellata eſt primo cœlum & terra, nō q͂ iam hoc erat, ſed quia iam
hoc eſſe poterat. Nam ſecundo die cœlum iſtud ſydereū factum eſſe legit̄, & tertia die ter
ram apparuiſſe & ueſtire floribus cœpiſſe. Siue in cœli nomine & terrę ſpirituales & terre
nę creaturæ intelligi poſſunt. Int. Quid eſt ſpiritus dn̄i ferebat̄ ſuper aquas? Reſp. Non
per uagationē, ſed poteſtate & regentis imperio ad formandū uel uiuificandū informem
materiā quę hoc loco aquę nomine ſignificat̄. Int. Quid eſt terra aūt erat inuiſibilis & in-
compoſita. Reſp. Inuiſibilis propter obſcuritatē, incompoſita propter deformitatē. Int.
Quid eſt quod dicitur: Dixit deus, fiat lux? Reſ. Dixit pro fecit ſcriptor poſuit, ut celerita
tem uel facilitatē operis dei oſtenderet. Int. Quid eſt appellauit deus lucem diem Reſ. Id
eſt, appellari fecit. Int. Quare prima die lux creata legit̄? Reſ. Cōgruit operib. Dei, ut pri-
ma die à luce ęterna lux temporalis prima fieret, ut eſſet unde cętera quę crearet, appare-
rent. Int. Quid eſt: Factum eſt ueſpere & mane dies unus. Reſ. Id eſt, finis operis perfecti,
& initiū opis incœpti. Int. Quid eſt: Vidit deus ꝙ eſſet bonū? Reſ. Id eſt, in ea bonitate pla
cuit ut fieret q̄d fecit. Int. Quare de ſolo homine dictū eſt: Faciamus hominē, de alijs autē
creaturis legit̄, dixit deus? Reſ. Vt uidelicet quæ rationabilis creatura condebat̄ cū conſi
lio facta uiderent̄, & ut eius nobilitas oſtenderet̄. Int. Cur plurali numero dixit faciamus?
Reſ. Vt oſtenderet̄ triū una operatio perſonarū. Int. In quo eſt homo conditoris ſui ima
go? Reſ. In interiori homine. Int. Cur utrumq; imago & ſimilitudo? Reſ. Imago in æter
nitate, ſimilitudo in morib. Int. Cur iterū dixit, creauit deus hominē ad imaginē ſuā cum
antea dixit ad imaginē noſtrā? Reſ. Vt utrunq; & pluralitas perſonarū & unitas ſubſtan-
tiæ inſinuaret̄. Int. Quare de homine ſolo creato nō dicit̄ ſingulariter, uidit deus quod eſ-
ſet bonū, ſicut de cæteris creaturis dictū eſt? Reſ. Quia poſtq̃ homo creatus eſt, dicebant̄
omnia ualde bona, quaſi ante eſſe ſingula bona, propter hominē aūt omnia ualde bona,
q̄d omnia in decorē hominis creata ſunt, homo uero in gloriā & laudē cōditoris ſui fact⁹
eſt. Int. Quid eſt quod legit̄: Requieuit deus die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis? Reſ. Si
diuidas ſeptenariū numerū, & in unum & ſex. erunt duo primi numeri perfecti. Vnitas
uero in ſe ipſa natura & poteſtate pfecta eſt. Senarius uero numerus primus opere & actu
perfectus

perfectus est,& partibus suis impleť. Nam unũ,duo,tria,faciunt sex,significať ergo rege diei septimi,ꝙ deus ante creationẽ mundi in se ipso natura & potestate ꝑfectus est,& ęternaliter in se ipso habet requiẽ. Creaturę uero actu ab ipso creationis accepto,habẽt per ipsum in suis naturis perfectionẽ quandã & requiẽ,in oꝑatione obediẽtiæ,& maximè rationabiles creaturæ in eo bono beatæ sunt,ut in eo conditore suo requiescãt. Int. Cur de die sabbati diciť:Benedixit deus diei septimo,& sanctificauit illum,cũ de alijs diebus nõ legatur hoc eum dixisse? Res. Vt ostenderet sanctorũ requiẽ post sex huius seculi ætatũ labores,in ęterno sabbato,& benedicta requie,quieturã,sicut dictur9 est: Venite benedicti patris mei.ꝑcipite regnũ &c. Ideo & ille dies sine uespera legiť, q̃d ultima requies sanctorũ sempiterna est. Int. Cur dixit: Istæ sunt generationes cœli & terræ? Res. Contra eos,qui sine initio mundũ semꝑ fuisse affirmãt. Int. Cur die quo fecit cœlũ & terrã, & nõ in diebus? Res. Diem pro toto tẽpore ptimordialis creaturę posuit,sicut & Apost. Ecce dies salutis, diem totũ tẽpus intelligi uoluit,quo sancti in hac uita pro ęterna salute laborãt. Int. Quid est,omne uirgultũ agri,anteꝗ̃ orireť in terra? Res. Vt celeritatẽ oꝑis dei insinuaret,id est, anteꝗ̃ aliqui fructus ex terra crescendo oriteť,aut germinarẽt,repente omnes campi & colles,herbis erant & arborib.cooperti. Int. Quid est,non em̃ pluerat dñs deus super terram? Res. Vt intelligereť quantũ prima terræ germinatio,à moderna distabat,quę mortalis à pluuiarũ irrigatione,uix tandẽ & tarde perficiť. Illa uero ad iubẽtis imperiũ mox exorta apparuit. Int. Quid est: Fons ascendebat è terra irrigãs uniuersa suꝑ faciẽ terræ? Res. Aut de solo dicit paradiso, qui uno fonte irrigari crediť. Aut si de tota terra intelligendũ est,omnẽ aquarũ abundantiã intelligi uoluit. Int. Formauit igiť dñs deus hominẽ,q̃d igiť num non ante die sexto homo legiť esse creatus? Res. Prius per anticipationẽ de hominis creatione dixit,quã modo per recapitulationẽ,plenius exponere aggressus est. Int. Quid est ꝙ dixit: Formauit igiť deus hominẽ de limo terræ, & inspirauit in faciẽ eius spiraculũ uitæ? Res. Quia uidelicet in corporis & animæ substantiã factus est. E quibus corpus de limo terrę formatũ est,anima uero de deo nihilo inspirãte creata. Int. Quid est: Posuit deus hominẽ in Paradiso uoluptatis ut operaretur & custodiret illum, aut à quo custodiri ille debuit. Resp. Non homini erat labor & afflictio in Paradiso, sed uoluntatis exhilaratio. Cum ea quæ deus creauerat humani operis adiutorio lætius ueratiusꝗ̃,ꝑuenirent,& custodiret illũ,id est,ut custodiret eundem Paradisum sibi ipsi, ne aliquid admitteret ut inde mereretur expelli. Int. Cur dictum est: Lignũ scientiæ boni & mali? Resp. Non quod lignum ipsum in sua natura rationale esset, uel scientiã boni & mali habuisset, sed quod homo in eo experiretur & scire potuit, quid esset inter obedientię bonum & inobedientiæ malum. Int. Quid significat: Morte morieris? Resp. Duplicẽ mortẽ hominis designat,animæ uidelicet & corporis. Animæ mors est, dum propter peccatũ quodlibet animã deserit deus. Corporis mors est,dum propter necessitatẽ quãlibet corpus deseriť ab anima. Et hanc duplam mortẽ Christus sua simpla morte destruxit. Nam sola carne mortuus est ad tempus, anima uero nunꝗ̃,quia nunꝗ̃ peccauit. Int. Vnde diciť: Adduxit ea ab Adam ut uideret quid uocaret ea? Res. Non circuitu locali adducens, sed occulto nutu suæ potentiæ uoluit ut uenirent. Int. Cur uoluit deus ut homo cunctis animantib. nomina imponeret? Res. Vt homo intelligeret se ipsum, quãto melior esset cunctis animantib,ex rationis discretione, & eo magis conditorẽ suũ diligeret,quo se meliorẽ alijs uiuentibus intelligeret. Int. Cur dicitur: Adæ uero non inueniebať adiutor similis eius? Res. Quia inter omnia animãtia terræ nullũ rationale inueniebať,nisi ille solus. Int. Cur mulier de latere uiri dormiẽtis ædificata legiť,& non de terra plasmata sicut uir? Res. Certe mysterij causa significans, quod Christus propter Ecclesiã in cruce dormiuit, ex cuius latere fons salutis nostræ manauit. Int. Quomodo cõuenit Christo q̃d dictum est,propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem,& adhærebit uxori suæ? Res. Reliquit patrẽ, quia non in ea forma apparuit hominibus, qua æqualis est patri:reliquit matrẽ,dum synagogã deseruit Iudæorũ,de qua secundũ carnem natus est,& adhærebat Ecclesiæ, quã ex Gentibus cõgregauit. Int. Quare nõ erubescebãt Adam & Eua dum nudi erant? Res. Quia nullã legem senserũt in membris suis repugnantẽ legi mentis suæ,nihil em̃ putabant uelandũ, quia nihil senserunt refrenandũ. Nam in pœnã peccati euenit homini, ut ipsa sua caro rebellis ei esset in motibus suis,quia ipse rebellis erat creatori suo in actibus suis. Int. Vnde serpens callidior diciť cunctis animantibus terræ? Res. Non ex sua natura, sed ex diabolici spiritus inflatione, utebať enim serpente diabolus quasi organo,ad perpetrandã calliditatis suæ malitiã. Int. Cur tentari

deus hominē permisit, quem consentire præsciebat? Res. Quia magnæ laudis non esset, si ideo homo non peccasset, quia malefacere non potuisset. Nam & hodie sine intermissione genus humanū ex insidijs diaboli tentatˀ, ut ex eo uirtus tentati probetur, & palma nō consentientis gloriosior appareat. Int. Sic serpens sonum uerborū eius qui per eum loquebatur intelligere potuit? Res. Non est credibile, eū intelligere potuisse, quæ per eum diabolus agebat, sed sicut dæmoniacus & mente captus loquitˀ quæ nescit, ita serpens uerba ædebat quæ non intelligebat. Int. Cur mulier ad interrogata serpēti respondet? Res. Vt præuaricatio eius esset inexcusabilis, cum nullo modo dicere potuit se oblita esse mandati, quod serpenti prodidit. Int. Cur homo factus est in liberum arbitrium? Res. Quia noluit creator hominē cuiuslibet creare seruum quem ad imaginem suam fecit, quatenus ex uoluntario bono laudabilis appareret, uel appetitu malo damnabilis. Int. Quæ est libertas uera? Res. Maxima libertas est seruire iusticiæ, & à peccato liber esse. Int. Quomodo potuit mulier credere serpentis sermonibus, quod diuinitus à re bona fuisset prohibita? Resp. Quia forte inerat menti illius ante amor quidam propriæ potestatis, & quædam de superbia præsumptio, quæ per illam tentationem fuerat uincenda & humilianda Inter. Cur mulier considerauit lignum post serpentis persuasionem? Respon. Vt exploret, si quid in eo mortiferum esset, dum nihil in eo tale reperiret, confidentius gustauit ex eo. Inter. Vnde uir consentit fœminæ? Resp. Quia forte illam eo cibo mortuam non esse cernebat, & potuit fieri, ut putauerint alicuius significationis causa dixisse creatorem, si manducaueritis ex eo morte moriemini. Int. Ad quid aperti sunt oculi eorum? Resp. Ad inuicem concupiscendum, quod eis ad pœnam, mox post peccatum euenit. Inter. Cur ad folia ficulni turbati cucurrerunt? Resp. Quia gloriam simplicis castitatis amiserunt, ad duplicem libidinis pruriginem confugerunt. Int. Quid est quod post meridiem abscondit se Adam & uxor eius? Resp. Id est, post beatæ paradisiacæ fœlicitatis lucem, in huius seculi caligine à miseria absconderunt. Inter. Cur deus quasi nesciens interrogauit ubi esset Adam? Res. Non utiq; ignorando quæsiuit, sed increpando admonuit, ut attenderet ubi esset, & unde cecidisset. Int. Vnde à domini præsentia abscondi posse putabat? Respon. Hæc ei insipientia de peccati pœna accedit, ut eum hoc latere putet quem latere nihil potest. Int. Cur Adam peccatum in mulierem detorsit? Resp. Ad cumulum peccati sui superbe respondit, non humiliter, quasi querimoniam in deum dirigeret. Cur ei talem dedisset sociam, unde ei peccati occasio esset, similiter & mulier suæ culpæ causam in creatorem refert, quare serpentem per quem deciperetur, creauerit. Int. Quare non est interrogatus serpens cur hoc fecerit? Res. Quia forte id non sua natura, uel uoluntate fecerat, sed diabolus de illo & per illum fuerat operatus. Ideo dicit ei, super pectus tuum gradieris, & terram comedes. Siquidem in pectore calliditas nequitiarū eius indicatur, qui & terram deuorat, dum luxuria & libidine peccantiū pascitur & dilatatur? Nam sicut diabolus per serpentem loquebatur, ita & in serpente maledicitur. Int. Quod est semen mulieris uel serpentis? Resp. Semen est totum genus humanum. Quæ duo semina, continuum inter se gerere odium debent, ut non faciamus quæ diabolus uult, quia ille nunquam uult nobis profutura. Inter. Quid est caput serpentis & calcaneum mulieris? Res. Caput serpentis est illicitæ suggestionis cogitatio, quod nos omni intentione conterere atq; allidere debemus ad petram qui est Christus. Calcaneū mulieris est extremum uitæ nostræ tempus, quo diabolus nos acrius impugnare satagit. Cui si uiriliter resistimus, uictoriam perseuerantiæ cum salute nostra accipiemus. Int. Quæritur cum dicitur: Et sub uiri potestate eris, si ante peccatum mulier sub potestate uiri esset? Resp. Fuit itaque, sed ea seruitute quæ per dilectionem operatur & foras mittit timorem. Post uero conditionali seruitutis timore quæ per disciplinam operatur. Int. Cur spinas & tribulos germinauit terra? Resp. Per peccatum enim hominis terra maledicta est, ut spinas pareret, & uenenosas herbas uel ad pœnam & exercitationem mortalium, ut ante oculos homo semper habeat originale crimē, & uel sic admonitus se auertat à peccatis. Int. Cur deus fecit homini tunicas pelliceas? Resp. Vt eos mortales fuisse insinuaret. Inter. Quomodo dominus deus dixit de homine post peccatum: Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis? Resp. Propter sanctam trinitatem plurali numero dixit ex nobis, sicut & in creatione eius: Faciamus hominem ad imaginem &c. Hic utitur uoce deterrentis, ad incutiendum alijs, ne peccarent, timorem, uel sensu exprobrantis, quia non solum non fuerat factus, qualis fieri uoluerit, sed nec illud quod factus fuerat, cōseruauit. Int. Quid est Che

rubin uel flammeum gladium & uersatilem ad custodiendam uiam ligni uitæ posuit? Resp.
Id est, per Euangelicū ministeriū ignea quædam custodia, quæ tamen bene uersatilis dicitur,
significat quandoq; illam remouendam esse à paradisi ianuis. Int. Vnde nouerat Cain domi
num ad munera eius non respexisse, & ad munera Abel respexisse? Res. Igne misso de cœlis
ut credit, hostiam Abel suscepit, ut sæpissime factum offerētibus uiris sanctis legimus. Cain
uero ipse sacrificiū suum consumere igne debebat. Int. Quid est: Dominus dixit ad Cain,
nonne si bene egeris recipies, si autē male, statim in foribus peccatū tuum aderit? Res. id est,
si pura mente obtuleris sacrificiū, recipies respiciente deo ad te & ad sacrificiū tuū: si aūt male
egeris intrantem uel exeuntem te, semper peccatū tuum comitabitur, & desinet dn̄s custodi
re introitum tuum & exitum tuum. Int. Quomodo intelligendū: Sub te erit appetitus tuus,
& tu dominaberis illius? Res. Tu quia liberi es arbitrij, nō habet peccatū super te dominiū,
sed tu super illud & in tua potestate est, siue compescere siue concupiscere illud. Int. Quare
dominus interrogauit Cain: Vbi est Abel frater tuus? Res. Non tanquā ignarus, sed tanquā
iudex reum quem puniat. Cui Cain ad cumulum peccati sui fallaciter ac superbe respondit.
Int. Quomodo uox sanguinis Abel clamat ad dominū? Res. Homicidij illius reatus in con
spectu iudicis apparebit. Int. Vnde Cain maledicit in peccato suo, cum prius terra in opere
Adę sit maledicta? Res Quia Cain sciebat damnationē præuaricationis primæ, & nō timuit
originali peccato fratris homicidij superaddere scelus. Ideo maiore maledictione dignus ha
bebatur. Int. Quod est signum Cain, quod posuit ei deus, ut non occideret. Res. Ipsum ui-
delicet signum, quod tremēs & gemens, uagus & profugus semper uiueret, nec audere eum
uspiam orbis terrarū sedes habere quietas. Et forte ciuitatem condidit, in qua saluari posset.
Int. Cur ipse se morte damnauit dicendo: Omnis qui inueniet me, occidet me? Res. Desperā
do dixit, uel ut compendio mortis cruciatus euaderet præsentes. Int. Quomodo septuplum
punietur qui occidet Cain? Res. Solet septenarius numerus in scripturis sanctis sæpissime
pro plenitudine cuiuslibet rei poni. Quasi dixisset, grauissima ultione puniendū esse, qui tā-
tæ damnationis acerbitate admonitus, à sanguine effundendo nollet manus cohibere. Int.
Quid est quod legitur Lameh dixisse cum occideret Cain: septuplū de Cain uindicet, de La
meh aūt septuagies septies? Res. Quia homicidij peccatū septima generatione diluuio uin-
dicatum esse legi. Adulterij uero scelus, quod primus omniū Lameh in duabus cōmisit uxo-
ribus, non nisi sanguine Christi expiandū esse, qui septuagesima & septima generatione ue
nit in mundum. Int. Vnde euenit diabolo prima mala uoluntas? Res. Cum causa miseriæ ma
lorum angelorū quæritur, ea merito occurrit, quia noluerūt ad illum custodire fortitudinem
suam, qui est summū bonum, sed auersi sunt ab illo, & ad seipsos cōuersi sunt, & sua propria
delectati potestate. Et iste primus defectus est, & prima inopia rationalis creaturæ. Hoc ui-
tium quid aliud quàm superbia nuncupat. Int. Quid est malum? Res. Malum nihil est per
se nisi priuatio boni, sicut tenebræ nihil sunt nisi absentia lucis. Int. Cur per tres filios Noë,
secunda origo seculi surrexit? Res. Vt tres partes mundi à trium generatione implerent.
Porro Sameh in filijs suis Asiam, Cham Libyā, Iaphet Europā possidebat. Int. De quibus
dixit: Cum cœpissent homines multiplicari super terrā & uidentes filij dei filias hominum,
quod essent pulchræ? Res. Filias hominū progeniē Cham, & filios dei sobolem Seth appel
lare scriptura uoluit. Hi auita benedictione religiosi. Illæ paterna maledictione impudicæ.
Sed postquam filij Seth concupiscentia uicti, ex filiabus Cham connubia iunxerunt, ex tali
coniunctione hominem immenso corpore uiribus, superbi moribus hinc dicti quos scriptu-
ra gygantes nominat, procreati sunt. Int. Quid est quod dixit: Non permanebit spiritus
meus in homine in æternum, quia caro est? Res. Spiritus hoc loco iram significat, & caro fra
gilitatem humanæ naturæ, quasi dixisset: Fragilis est in hominibus conditio, non ad ęternas
conseruabo cruciatus, sed hinc restituam quod merentur. Inter. Quid significat præfinitus
ille numerus. Erantq; dies eius CXX. anni? Respon. Datus est iste numerus ad agendam
pœnitentiam humano generi, sed contemptores præuenit uindicta. Nam post C. annos ue-
nit diluuium. Inter. Quid est, quod de deo dicit: Pœnitet me fecisse hominem, & iterum
tactus dolore cordis sui intrinsecus. Nunquid in deum pœnitentia aut dolor cordis cadere
potest? Respon. Non deum de facto suo pœnitet. Nec deus dolet sicut homo. Cui est de
omnibus rebus omnino tam fixa sententia, quam certa præscientia. Sed utitur scriptura san-
cta, uisitatis nobis uerbis intelligentibus, quo aptet se nostræ prauitati, quatenus ex cogni-
tis incognita cognoscamus. Interrogatio. Noë uir iustus & perfectus erat. Si nullus si-
ne peccato, quomodo aliquis perfectus esse potest? Responsio. Perfecti hinc dicuntur,

non sicut perficiēdi sunt sancti in illa immortalitate qua ęquabunť angelis dei, sed sicut esse possunt hac in peregrinatione pfecti. Int. Quid est q̄ dixit deus ad Noë: Finis uniuersæ carnis uenit? Res. Significat omnes mortales, pter illos qui in arca saluandi erant. Illi igiť quasi seminariū secundę originis seruati sunt. Int. Disperdā eos cū terra, quomodo cum terra dū terra postea remansit? Res. Tradunt doctores terrę uigorē & fœcunditatē lōge inferiorē esse post diluuiū, q̄ ante, & iderco hominib. carnē edere licentiā esse datā, & ante diluuiū fructibus terræ solūmodo uictitasse homines. Int. Quæ sunt ligna leuigata, de quibus arca præcipitur fieri? Res. Fortia & insolubilia, de quibus alia translatio dicit quadrata, ne arca uentorū ui, seu aquarū inundatione solueretť. Int. Et bitumine linies, quæ est natura bituminis? Res. Bitumen est feruentissimū & uiolentissimū gluten cuius est hæc uirtus, ut ligna eo oblita, nec uermibus exedi, nec solis ardore, nec fluctibus uentorū, nec aquarū possint inundatione dissolui. Int. Qualem ergo arcæ speciē uel formā debemus intelligere? Res. Vt uideť habuit quatuor angelos ex imo adsurgentes, & eisdem paulatim usq; ad summū in angustū attractis in spaciū unius cubiti fuit collecta. Sic referť, q̄ in fundamentis CCC. cubiti, in longitudine & latitudine triginta, ut in textu patet. Et uere nulla potuit tam cōueniens & congruēs arca species dari, q̄ ut summo uelut tecto quodā angusto, culmē diffunderet imbriū ruinas, & ima in aquis quadrata stabilitate cōsistens, nec impulsu uentorū, nec impetu fluctuū, nec ingetudine animaliū, quæ intrinsecus erāt, aut inclinari possint aut mergi. Int. Quomodo eā bicameratā & tricameratā intelligere debemus? Re. Bicameratā in inferioribus, tricameratā in superioribus, ita ut quinq; habitationū distinctiones in ea esse aduertamus, inferiora eius stercoribus & spurcitijs esse deputata, ne animalia & præcipue homines, fœtore uexarētur. Hinc aūt superior & cōtigua camera cōlertiādis animaliū stabulis deputaretur. In hos ergo usus inferiores partes, quæ bicameratę dicūtur, fuerunt. Tradunt fuisse distinctas superiores partes, quæ tricameratæ dicūtur, ad habitaculū, primo bestijs immitioribus uel serpētibus, deputata esse. Ab his cōgrua in superioribus loca mitioribus animalibus, stabulaq; fuisse. Supra omnia uero in excelso hominibus sedem locatā, utpote sicut honore & sapientia antecedit, ita & loco cuncta pcelleret animalia. Et sic quinq; mansiones in ea esse intelliguntť. Prima stercorina Secunda Apothecaria Tertia feris animātibus Quarta māsuetis. Quinta hominibus Int. Quomodo de hostio quod in latere arcę ędificabatť intelligendū est? Res. Tradunt hostiū, quod ex latere factū est eo loci fuisse, ut inferiora quæ dixit bicamerata infra se haberet, & quæ dixit tricamerata superiora à loco ostij appellata sunt, & inde ingressa animalia uniuersa per sua quęq; loca secundū quę supra diximus, cōgrua distinctione distincta

Locus non integer. sunt. Int. Quid habet mysterij mensura arcæ? Re Habet mysteriū perfectū corporis Christi. Sexies rm trecenti habent intra se L. & decies XXX. Sic rm humanū corpus. Quę figura apte Christo cōuenire noscitť, ppter longanimitatē omnia sufferentis fidei & amplitudinē charitatis, & sublimitatē spei æternę. Int. Ad quid fenestra in summitate arcę iubetť fieri? Res. Vt haberet unde emitti possent aues ad explorandā siccitatē terrę. Int. Quid sibi uult, duo & duo, septena, septena an quatuor ex immundis & XIIII. ex mundis animātibus debemus intelligere, introducenda esse? Res. Non duo & duo propter quatuor sed propter masculū & fœminā. Nam de immundis tantūmodo duo, de mundis septē. Int. Cur immunda pari numero posuit, munda uero impari? Res. Vt haberet Noë, unde hostias imolaret deo ex mundis. Int Vnde pulchriora fuerūt munda q̄ immunda? Res Propter futurū humano generi usum. quia ex mundis debetť hominibus ut pulchriora essent quæ prodessent, q̄ quę nocerent. Int. Quęri solet utrum in tanta capacitate arca describitť, ut esse animalia tāta & tot cum māsiunculis & ęscis eorū illic potuerint? Re. Hanc quęstionē Origenes soluit, cubito Geometrico, asserēs cubitū Geometricū tantū ualere, quantū ex nostris sex ualent. Int. Quid est: Ingressa esse omnia animalia ad arcam? Res. Non Noë colligente, sed deo iubente sicut dictum est in prima creationne: Adduxit ea ad Adam, ut uideret quid uocaret ea. Sic diuino nutu coacta animalia sponte p̄finito numero ueniebant ad arcam. Int. Quid de piscibus uel alitibus, quæ in aquis uel sup aquas uiuere possunt intelligi debet. Si in arca essent uel nō, uel de sectilibus minutiss. quales sunt sciniphes, muscę &c. Res. Hanc quæstionē S. August. XV. de Ciuitate dei ita soluit: Quęri solet de minutiss. bestiolis nō solū quales sunt mures & stelliones, uerū etiā quales locustę, muscę, deniq; & pulices, utrū nō ampliori numero in arca illa fuerint. q̄ qui est definitus, cū hoc imparet deus. Prius ammonēdi sunt quos hęc mouēt, sic accipiendū q̄d dictū est, quæ reptāt super terrā, ut necesse nō fuerit cōseruari in arca, quæ possent in aqs uiuere, nō solū mersa sicut pisces, uerūetiā supnatantia. Deinde cū dicitť masculus & fœmina

profecto

ꝓse ꝗ̃o intelligit̃ ad reparandũ. Quis nõ uideat quantũ genus dicat̃ per hoc, nec illa necesse fuerat intrare, ubi essent quę possent sine concubitu, de quibusq; rebus uel rerũ corruptionibus nasci. Vel si fuerũt sicut in domib. cẽsuerũt esse, sine ullo numero definito esse potuisse. Aut si misteriũ sacratiss. q̃d agebat̃, & tantæ rei figura, etiã ueritate facti aliter nõ posset impleri, nisi ut oĩa ibi certo illo numero essent, quæ uiuere in aquis illius natura ꝓhibẽte nõ possent. Nõ fuit ista cura illi⁹ hominis, uel illorũ hominũ, sed diuina, nõ em̃ ea Noë capiẽs intro mittebat, sed ueniẽtia & intrãtia ꝑmittebat, ad hoc em̃ ualet q̃d dictũ est, intrabũt ad te, nõ scilicet in hominis actu, sed dñi nutu. Int. Quomodo postea q̃ clausum est ostiũ, & nullus hominũ extra arcã fuit, bituminari extrinsecus ostiũ potuit? Res. Hoc sine dubio diuinũ opus fuit ne ingrederent̃ aquæ per aditũ, q̃d humana nõ muniuerat manus. Int. Quomodo leones in arca uel aquilæ quæ cõsuerunt carnib. uiuere, pasci potuerũt? Res. Forte et alia animalia, propter aliorũ escam in arcã fuerũt missa, uel aliqua cibaria ꝑter carnẽ à uiro sapiente uel deo demonstrata, quæ animantiũ ęscis cõuenirent, q̃d magis credibile est. Int. De quibus animantibus dictũ est, in quibus erat spiritus uitę? Res. Non solũ de hominib. sed etiã de cęteris omnibus quæ uitali aura uescunt̃. Int. Si aqua transcendit XV. cubitis, cuius altitudo, hunc aërem turbulentũ ut fert̃ transcendit, ubi dicit̃ nec nubes uideri, nec uentus sentiri? Res. Si terra spacium illius tranquilli ętheris inuadere potuit, cur nõ & aqua crescendo. Sunt tamẽ quidã qui putant, nec terræ inæqualitatẽ talem, nec montiũ altitudinẽ tantam ante diluuiũ fuisse, sicut nũc est. Int. Quid de pace & cõcordia, & unde se inuicẽ nõ debellarẽt, diuersi generis animãria, sentiendũ est? Res. Sicut dei nutu adducebant̃ in arcã, ita & Dei nutu conseruant̃ in arca. Siue em̃ mãsiunculis secundũ genera sua diuidant̃, siue iũctim manerẽt, dei potẽtia gubernabant̃. Int. Quid de potu animaliũ sentiendũ est, de quo nihil dicit scriptura? Res. Sunt quidã qui putãt unius diei æscã in arca uel potũ, in multos ꝓdesse dies animantib. uel forsan in totũ annũ. Sed dimittamus incertas cõiecturas, & cõcedamus diuinę potẽtię de creaturis suis facere q̃d uoluit. Int. Quærit̃ ubi coruus requeuerit, si colũba non inuenit ubi requesceret? Res. Potuit coruus cadaueri cuiuslibet animãtis insedere, q̃d colũba naturaliter fugit. Int. Quare magis terrena animalia perierũt cum homine, q̃ aquatilia? Resp. Propter maledictionẽ terræ, de qua uescebant̃ animalia terræ. Int. Quid de animalib. sentiri debet, quorũ natura nec semper in aridis, nec semper in humidis uiuere potest, sicut sunt lutri, uituli marini. Et multa auiũ genera in aquis uictum quærunt, sed in aridis dormiũt & requiescũt? Res. Potuit diuina uirtus utrãuis eorum naturã, donec diluuiũ transiret tẽperare, ut aut in humore tantũ, aut in arido tantũ uiuere possent, nisi forte extra Arcã, in aliqua eius parte loca illa ꝑparata essent, unde & in aquis uiuere, & in aridis requiescere potuissent. Int. De quo spiritu dixit: Adduxit deus spiritũ & imminutæ sunt aquæ? Res. Bene de illo spiritu intelligi potest, de quo dictũ est, spiritus dñi ferebat̃ super aquas. Tunc em̃ ferebat̃, ut cõgregatis aquis in suum locũ terra appareret, nũc aũt adductus dicit̃, ut ablatis è medio aquis diluuij, faciẽ terrę reuelaret. Potest & spiritus nomine uẽtus intelligi iuxta illud Psal. Stetit spiritus procellæ, cui⁹ crebris flatib. aqua cogeret̃ recedere. Int. Quo reuersæ sunt aquę dũ dicit̃: Reuersæ sunt aquæ de terra recedẽtes & euntes? Res. Datur iuxta literã q̃ omnis fluuiorũ ac riuorũ decursus per occultas terræ uenas ad matricẽ abyssum redeãt, iuxta illud Salom. Ad locũ unde exeunt flumina reuertunt̃, ut iterũ fluant. Int. Cur quadragenario numero pluuia inundabat, & iterũ post quadraginta dies dicit̃, Noë fenestrã aperuisse? Res. Quadragenarius numerus tribulationẽ pœnitentiæ ostendit. Quod uero post 40. dies fenestrã aperuit Noë, significat ieiunio cœlum reserari. Ideo Moses, Helias & ipse Saluator, quadragenario numero ieiunia consecrarũt, tanq̃ tribus tẽporibus necessario ante legẽ, sub lege, sub gratia. Int. Quare columba ramũ oliuę portat? Res. Columba spiritus sancti, expulso alite teterrimo ad Noë post diluuiũ, quasi ad Christũ post baptismũ deuolat, & ramos refectionis ac luminis portans, pacẽ orbi nũciat. Int. Si deus fecerat omnia bona, & etiã ualde bona, quid est q̃ munda & immunda nominauit animalia. Nunq̃d immundũ bonũ esse põtest? Res. Etiam quod immũdum dicit̃, in sua natura bonum est, ad cõparationẽ uero alterius naturę melioris, quasi immundũ putat̃. Int. Cur bos melior est leone? Res. Quia eius natura magis cõuenit necessitati hominis, propter quẽ omnia creata sunt animalia. Int. Cur homo in terrorẽ cæteris animalib. positus est? Res. In solatiũ transactæ uindictæ, & ne pauci homines à pluribus opprimerent̃ bestijs, & ut sciret se irrationabilibus debere, nõ rationabilibus. Vnde & primi patres nostri pastores pecorũ, non reges hominum fuisse legunt̃. Int. Cur ęsus carniũ homini post diluuiũ concedit̃, & non ante? Res. Propter infœcunditatẽ terræ (ut ęstimat̃) & hominis fragilitatẽ. Int. Cur arcus in signũ securi

tatis

tatis datur? Reſ. Quia præſciuit creator formidabiles hominū animos, ne iterū diluuio delerentur, dum ſæpius inūdationes pluuiarū cernerent. Int. Cur idem ſignū ſecuritatis in cœlo poſitū eſt? Reſ. Vt ab omnibus inſpici potuiſſet, & ut pro quacunq; tribulatione oculos cordis ad eū attollamus, qui habitat in cœlis. Int. Cur ſiguū illud diuerſi coloris dat̃ hominib.? Reſ. Propter ſecuritatē & timorē, unde & in arca idē color aquæ & ignis oſtendit̃, q̃a ex pte eſt cœruleus & ex parte rubicūdus. Eſt ergo utriuſq; iudicij teſtis, unius uidelicet facti, & alterius faciēdi, id eſt, quia mūdus iudicij igne cremabit̃, aqua diluuij non delet̃. Int. An pluuię ante diluuiū eſſent? Reſ. Videt̃ non, quia arcus non erat, niſi ex radijs ſolis & humida nube. Poteſt aūt fieri, ut ex roris & fontiū (ſicut in Aegypto) irrigatione terræ fœcundarent̃. Int. Poſt diluuiū quare uir iuſtus Noë inebriatus eſſe legitur? Reſ. Forte ut D. Hieron. dicit: Inebriari uino poſſe neſciebat. Nec eñ ante diluuiū legit̃ uino homines uſos. Ideo ſpecialiter de Noë dicit: Plantauit Noë uineā. Int. Cur nudatio fœmorū poſt ebrietatē ſecuta eſt? Reſ. Quia ſępe ſatietatē libido ſubſequit̃. Int. Cur Cham in poſteris maledicebat̃? Reſ. Quia peccantib. & non pœnitentib. futura imminet pœna. Sępe quidē reproborū nequitiæ, hinc quidē multę proficiūt, ſed in poſterū feriunt̃. Prophetatū quippe eſt hinc, q̃d terrā Chanaā eiectis Chananæis & debellatis accepturi forent filij Iſraël, qui uenirent de ſemine Sem. Int. Quē hominē uult fratrē intelligi, dum dicit̃ ſanguinē hominis requirā de manu fratris ſui? Reſ. Omnē hominē fratrē intelligi uoluit, ſecundū cognationē ex uno ductā. Int. Quomodo diuiſus eſt orbis à filijs & nepotibus Noë? Reſ. Sem ut æſtimat̃ Aſiā, Cham Aphricā, Iaphet Europā ſortitus eſt. Int. Quot gentes ſinguli eorū procrearūt? Reſ. De Iaphet nati ſunt filij XV. de Chā XXX. De Sem XXVII. Simul LXXII. De quibus ortæ ſunt Gentes LXXII. Inter quas miſit dñs diſcipulos ſuos LXXII. Int. Cur dictum eſt dilatet deus dñs Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem? Reſ. De Sem Hebræi, de Iaphet populus gentiū naſcit̃, quia igit̃ lata eſt multitudo credentiū, altitudinē quæ Iaphet dicit̃ latitudo ſuſcepit nomē. Quod addit̃ habitet in tabernaculis Sem, de nobis prophetat̃, qui in eruditione ſciētiæ ſcripturarū eiecto Iſraële uerſamur. Int. Quid eſt q̃d dicit̃ in Geneſi: De terra illa exijt Aſſur, & ędificauit Niniuē & Roobooth ciuitatē? Reſ. Nō duas ſignificat ciuitates, Robooth nanq; platea dicitur, eſt ergo ſenſus, hic ędificauit Niniuē et plateas ciuitatis. Int. Quomodo Nemrot gygas uenator robuſtꝰ cōtra dñm dicit̃? Reſ. Id eſt, hominū terrenorū ſuppreſſor & extinctor, erigebat ergo cum ſuis populis turrim cōtra dñm, in qua eſt impia ſignificata ſuperbia, ut non intelligeretur iubens homini, qui noluit intelligere, ut obediret deo iubenti, ſic illa cōiuratio diſſoluta eſt, cū qui neq; ab eo quē non intelligebat abſcederet, neq; ſe niſi ei cum quo loqui poterat, aggregaret. Itaq; per linguas diuiſæ ſunt gentes, diſperſæq; per terras. Int. Cur dicit deus, deſcendamus & confundamus linguas eorū? Reſ. Deſcendere dei eſt humanos actus inſpicere, uel eorum ſenſibus propinquare. Quod uero plurali numero dixit, deſcendamus, & iterū cōfudit deus labiū uniuerſæ terræ, diſtinctione perſonarū ſanctā trinitatē, & operationis unitatē in maieſtate diuina uoluit oſtendere. Sicut in exordio humanæ creationis dictum eſt: Faciamus hominē ad imaginē & ſimilitudinē noſtrā, & iterū: Fecit dñs hominē ad ſimilitudinē ſuam, ut trinitas in perſonis, & unitas in potentia eſſe credat̃. Int. An credibile eſt tantæ ſtultitiæ fuiſſe homines, ut in cœlum altitudinē ædificij cuiuslibet erigere ſe poſſe putarent? Reſ. Solet ſuperbiā ſtultitia ſequi, humilitatē ſapientia. Ideo turris hic ſuperbiæ loco poſita eſt. Fecit ergo ſuperbia diuerſitates linguarū, & quos turris diſſociauerat, Eccleſia collexerat. Int. Quis primo hominū, hominibus dominari & regnū dilatare ſtuduit? Reſ. Nemrot gygas, ut in ſacra legitur hiſtoria, qui extruendæ turris, & cōdendæ Babyloniæ autor extiterat. Int. An unum opus eſt turris & ciuitatis, an duo? Reſ. Veluti æſtimat̃ à plurimis, arx fuiſſe ciuitatis Babyloniæ turris illa, & ideo ciuitas illa Babylō, id eſt, confuſio, dicitur, quia confuſum eſt labiū uniuerſę terrę, & in linguas loquela hominū uarias diuiſa. Huius ciuitatis Babylonis uidelicet, mirabilē conſtructionē gentiū cōmendat hiſtoria, cuius nimia diſponebat̃ altitudo, ſiue turris unius quam præcipuā moliebant̃ inter alias erigere in cœlū, ſiue omniū turriū quæ ꝑ numerū ſingularē ita ſignificatæ ſunt, ut dicit̃ miles cū multos milites intelligimus. Int. In qua familia illa ꝑmanſit lingua, quæ primitus à deo data fuerat? Reſ. Vt putat̃ in familia Heber, ex quo Hebręi dicti ſunt. In eam partē hominū q̃ dei portio ꝑmanſit, in qua et Chriſtus naſciturꝰ erat. Oportuit eñ in ea lingua ſalus mūdo primo ut p̄dicaret̃, ꝑ q̃ primū mors intrauerat in mūdū. Int. Si deus ab omnib. opibus ſuis requeuit die 7. unde ſubito tāta apparuit diuerſitas linguarū? Reſ. Nō in hac diuiſiōe linguarū, nouū quid cōdere creatorē æſtimat̃, ſed dicēdi modos & formas in diuerſis loquelarū generib. diuiſit. Vnde eaſdē ſyllabas

& eius

& eius potestatis literas aliter cōiunctas, in diuersis inueniemus Gentiū linguis, sępe etiā eadem nomina, uel uerba aliud quid significantia in alia lingua, atque aliud in alia, ubi dicimus in psalmo: In uirga ferrea, in Gręco habetur ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. Igitur in latino sydera, non ferrea significat, sicut in Gręco, sed astra. Inter. Quid est quod de Aran legitur, fratre Abraham? Resp. Mortuus est Aran ante Thare patrem suum in Vr Chaldęorū, Vr uero ignis dicitur. Et Chaldæi ignem colunt pro deo. Thare uero, ut Hebręi tradunt, cum filijs suis, aliò missus est à Chaldæis, quia ignem adorare nolebat, in quo igne Aran consumptus est. Et hoc est quod nunc dicitur: Mortuus est ante conspectum Thare patris sui, sicut Hieronimus in libro Hebraicarum quæstionū refert, ita dicens: Vera est Hebræorum illa traditio, quòd egressus sit Thare cum filijs suis, de igne Chaldæorū, & quia Abraham Babylonio uallatus incendio illud adorarare noluit, dei sit auxilio liberatus, & ex illo tempore, ei dies uitæ & tempus reputet̄ ætatis, ex quo confessus est deum, spernens idola Chaldæorū, & ita soluitur obscurissima quæstio de Abraham. Legitur enim Tharā cum LXX. esset annorū genuisse Abrahā, & uixisse postquā genuit Abraham CXXXV. annos, & fuisse omnes Tharæ annos CCV. Item legitur in Genesi: Erat autem Abraham LXXV. annorum, cum egressus est ex Charra, uidelicet mortuo patre eius Thare. Igitur ab anno natiuitatis Abrahā, usq; ad annū quo egressus est ex Charra, anni sunt CXXXV. Sed ei non cōputantur anni qui transacti sunt, anteq; exiret de igne Chaldæorū, dei liberatus protectione. Hæc Hieron. Int. Quomodo intelligendū est pater Meldie, ipse est pater Ieshe, uel quę fuit esca? Res. Thare genuit Abraham, Nachor & Aran, Aran genuit Loth & Melchā & Sarri cognomento Iescam, & acceperunt uxores Abrahā, Sarri, Nachor uero Melchā. Nec dum aūt in patruos & fratrū filios nuptiæ lege prohibitæ fuerunt. Int. Quid in tribus illis egressionibus intelligendū est, in quibus pręcipit̄ à dño Abrahæ, ut egrediat̄ de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui? Res. Quid aliud, nisi nobis egrediendū esset de terreno homine, & de cognatione uitiorū nostrorū, & de domo patris, id est, mundo, qui diaboli domus dicit̄, ut in psal. Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Int. Quantæ fuerunt promissiones dñi ad Abrahā? Res. Duæ, una scilicet quòd terrā Chanaan possessurus sit in semine suo, quod significat̄ cum dictum est, uade in terrā quam demonstrauero tibi, & faciam te in gentem magnā. Aliam uero longe præstantiorē, quod patet est non unius gentis Israeliticæ solum, sed & omniū gentium, quæ fidei eius uestigia sequunt̄, quod his uerbis promittitur: Et benedicent̄ in te omnes gentes, quæ fidem Abrahæ imitant̄. Int. Quomodo Sarra cum à Pharaone rapta fuisset, consequens est, ut uiolata non fuerit? Res. Quia iuxta librū Hester, quęcunq; mulierū placuisset regi apud ueteres VI. mensibus ungebat̄ oleo myrteo, & sex mensibus in pigmentis uarijs erat & curationibus fœminarū, & tunc demū ingrediebat̄ ad regem. Atq; ita poterat fieri, ut Sarra postq; placuerat regi, dum per annum ei ad regem præparatur introitus Abrahæ Pharao multa donauerit, & Pharao postea percussus sit à domino illa adhuc intacta ab eius cōcubitu permanente. Int. Vtrum cōuenerit Abrahæ tam sancto uiro, ut cælaret Sarram esse uxorē suam, cur non magis posuit in deo spem suam, ne occideretur à rege? Res. ostenditur in eius facto, quòd homo non debet tentare dñm deum suum, quando habet quod faciat, & rationabili consilio, fecit em̄ quod potuit pro uita sua, quod aūt non potuit, illi cōmisit, in quem sperauit, cui etiam pudicitiā coniugis cōmendauit, nec eum fides & spes fefellit. Nanq; Pharao à deo territus, multisq; propter eam malis afflictus, ubi eius uxorē esse didicit, illæsam cum honore reddidit uiro suo. Int. Erit semen tuū sicut stellæ cœli, & sicut arena quæ est in littore maris. Qui significati sunt in stellis, & qui in arena? Res. In stellis pauciores firmiores clariores intelligunt̄. In arena autem, maritimi littoris magna multitudo infirmorū atq; carnaliū. Int. Quid est Rasim & Zozim? Res. Rasim gygantes, Zozim terribiles interpretant̄. Significant̄ aut robusti quiq; in Arabia. Int. Dixit deus ad Abrahā: Leua oculos tuos, & uide à loco in quo tu nunc es, & ad Aquilonē & Austrū, ad orientē & ad mare, quia omnē terrā quam tu uides, tibi dabo & semini tuo. Si enim terra tantū promittebatur ei, quam tunc in uno loco stans uidere potuit per quatuor climata mundi, angusta uidetur esse terra promissionis? Res. Non hoc solum terræ promissum est, quod uidere potuit, non enim dictum est tantū terrę tibi dabo quantū tu uides. Sed tibi dabo terrā quā uides, cum & ulterior undiq; dabat̄. Et idcirco subiūxit: Surge, & perambula terrā in latitudine & longitudine, ut perambulādo

perueniret

perueniret ad ea, quæ oculis uno loco stans, uidere non potuisset. Significabatur autē ea terra, quam carnale semen eius accepturum erat. Int. Quid, ad orientem & ad meridiē? Resp. Solet scriptura sancta, dum de plagis terræ promissionis loquitur, mare pro occidente ponere, ab eo quòd Palestinæ regio mare in occidētis plaga habeat. Int. Qui sunt expediti, de quibus dictum est: Numerauit expeditos uernaculos suos? Resp. Expeditos dixit, ad bellum promptos, & qui non fuerunt uxorati, de quibus in sequentibus dicit, exceptis his quæ comederunt iuuenes. Int. Et persecutus est usque ad Dan, qui locus est Dan? Resp. Dan Phœnices oppidum est, quod nunc Paneas dicitur, ubi unus de fontibus Iordanis oritur, qui dicitur Dan, alter uero Ior, & his duobus fontibus, qui haud procul à se distant, in unum riuulum fœderatis, Iordanis appellatur, sicut ex duobus fontibus unus fluuius, ita ex nominibus una appellatio procreatur. Int. Quis est iste Melchisedec rex Salem, quem Apostolus dicit sine patre & sine matre esse? Resp. Ideo dixit Apost. eum absq; patre & absq; matre, quia genealogiam eius sacra scriptura non narrat. Aiunt enim Hebræi hunc Melchisedec, mutato nomine, Sem esse filium Noë, & supputantes annos uitæ ipsius, ostendunt eum usq; ad Isaac tempora uixisse, omnesq; primogenitos pontifices fuisse, hostias Deo immolasse, usque ad tempora Aaron, & legis ceremonias. Et hæc esse primogenita, quæ uendidit Esau fratri suo Iacob, qui etiam Melchisedec iure de triumphis abnepotis sui decimas accepit. Porro Salem eam ipsam uolūt, quæ postea Hierusalem dicta est. Hæc etiam primo Iebus, ut referunt, postea Salem, deinde Hierusalē dicta est. Iste autem Melchisedec figuraliter Christum significat, secundū Apostolum, quia Christus sine matre in cœlis, & sine patre in terris, offerens deo pro nobis in terris sui corporis panem, & sui sanguinis uinum, ad quem dicitur: Tu es sacerdos in ęternum, secundū ordinem Melchisedec. Int. Quis fuit Damascus Eliezer, de quo dixit Abraham: Hæres meus erit? Res. Filius procuratoris Abrahæ, qui postea, ut aiunt, Damascum condidit, & nomen ciuitati dedit, regnumq; in ea obtinuit. Int. Nunquid cōuenit fidei Abrahæ, ut signum quasi dubius quæreret à domino dicens: Domine deus, unde scire possum, quòd possessurus sum eam? Resp. Non quasi dubius antefieret de promissione dei, sed quomodo futurum esset, exquirebat. Int. Quid igitur in illo mystico signo de posteritate generis sui, Abrahæ intelligendum erat? uel cur trium annorum animalia illi erant sumenda? uel cur animalia diuidit, & uolucres non diuidit? Resp. Trium annorum animalia, tres temporum articulos designant, quibus populus ad summum honoris culmē adoleuit. A temporibus uero Patriarchæ Abrahæ, usq; ad tempora Mosi, coniunctus est deo: A tempore autem Mosi legislatoris, à deo legis acceptione, & miraculorum ostensione, triumphis, & terræ repromissionis ingressione glorificans. A temporibus uero Dauid regio honore & templi ciuitatis, quę Hierusalem, instructione eleuatus est, Aries regiam & sacerdotalem dignitatē, Vacca, cum legis litera seruientem, Capra eandem gentem peccatricem esse designat, Aues uero, spirituales & dei electos præfigurabāt. Diuisiones itaq; animaliū, schismata inter carnales semper esse ostendunt. In eo quod aues non diuisit, pax & unitas spiritualium intelligitur. Quod circa uesperā pauor est super Abrahā, terrorem significat dei iudicij, qui separabit spiritales à carnalibus, alios statuēs ad dexterā, alios ad sinistram. Aues uero quæ super cadauera uolitant, dæmonia sunt & potentes, qui carnalibus insidere quærūt, quas deuotus doctor sedula admonitione abigere debet. Int. Quid est quod dictum est: Abraham scito prænoscēs, quod peregrinū futurum sit semen suum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, adfligent quadringentis, unde isti quadringenti anni computati sunt anni seruitutis? Resp. Non sic accipiendum est tanquā in illa durissima seruitute quadringentos annos dei populus fuerit, sed quia scriptum est: In Isaac uocabitur tibi semen, ex anno natiuitatis Isaac, usq; ad annum egressionis ex Aegypto, computantur anni CCCCV. Cum ergo de quadringentis XXX. detraxeris XXV. qui sunt à promissione usq; ad natum Isaac, non mirum est, si quadringentos & quinq; annos summa solida quadringentos uoluit appellare scriptura, quæ solet tempora ita nuncupare, ut quod de summa perfectionis numeri paululum excrescit, aut infra non computetur. Non itaq; quod ait: In seruitutem redigent eos, & nocebunt illis, ad quadringentos annos referendum est, tanq; per tot annos eos habuerint in seruitute, sed referendi sunt quadringētī anni ad id, quod dictū est: Peregrinū erit semen tuum in terra nō propria, quia siue in terra Chanaan, siue in Aegypto peregrinū erat illud semen, antequam hæreditatem sumerent

ex pro-

ex ptomissione Dei, quod factum est, postquam ex Aegypto liberati sunt, ut Hyperbaton hinc intelligatur, & otdo sit uerborum, sciendo scies, quia peregrinum erit semen tuũ in terra non propria, CCCC. annis, illud autem interpositum intelligatur, & in seruitutẽ redigent eos, & nocebũt illis, ita ut ad CCCC. annos ista interpositio non pertineat. In extrema enim parte summæ huius, hoc est, post mortem Ioseph factum est, ut in Aegypto populus dei duram perageret seruitutẽ. Int. Quare dictum est in Genesi: De filijs Abraham quarta progenie reuertuntur huc, & in Exodo legitur, quinta generatione ascenderunt filij Israël de terra Aegypti? Resp. Egressi sunt filij Israël de terra Aegypti quarta generatione. Replica genealogiam Leui, Leui genuit Cath, Cath genuir Abram, Abram Aran, Aran Eliazar, Eliazar Phinees. Cath cum patre suo Leui ingressus est Aegyptum, rursus Eleazar cum patre suo Aran egressus est Aegyptum. A Cath usq; ad Eliazar computantur quatuor generationes. Quod autem secundum Exodum quinta generatione egressi sunt filij Israël de tetra Aegypti, tribus Iudæ ordo numeretur, Iuda genuit Phares, Phares Esrom, Esrom genuit Aram, Aram Aminadab, Aminadab Naason, Naason Salmon. Phares cum patre suo ingressus est Aegyptum, Naason princeps Iuda in deserto describitur, cuius filius Salmon rerram promissionis introijt. Computa à Phares usq; ad Naason, & inuenies generationes quinq;. Int. Semini tuo dabo terram hanc, à fluuio Aegypti, usq; ad flumen Euphraten, de quo fluuio dixit Aegypti? Resp. Non à fluuio magno Aegypti, hoc est Nilo, sed à paruo, qui diuidit Aegyptum & Palæstinam. Int. Quomodo defenditur Abraham adulterij reus non esse, dum uiuente legitima uxore sua coniunctus est ancillæ suæ? Resp. Nondum promulgata erat unius uxoris lex Euangelica. Habebat quoq; promissionem à deo multiplicandi seminis sui, sed necdũ sciebat, ex qua uxore, quia postea dictum est ei de Sarra, habere filium, sic enim propagandi uoluntas pia fuit, quia concumbendi uoluptas libidinosa non fuit. Etiam Sara, cum prolẽ de se habere non potuit, de ancilla habere uoluit, consentiebatq; in facto, quia se sterilem esse sciebat. Int. Quomodo manus omnium contra Ismaëlem, & manus eius cõtra omnes? Resp. Inuenit Angelus Domini Agar super fontem aquæ in deserto, ad fontem in uia Assur, &c. & uocauit nomẽ eius Ismaël, quia exaudiuit Dominus humilitatem (Ismaël interpretatut exauditio domini) hic erit ferus homo, manus eius super omnes, & manus omnium super eum, & contra faciem omnium fratrum suorũm habitabir. Significat autem semen eius habitaturũ heremo, id est, Saracenos, uagos, incertisq; sedibus, qui uniuersas Gentes, quibus desertum ex latere iungitur, incursant & impugnãt. Inr. Quæ litera adiecta est nomini Abraham & Satri? uel quæ mutationis nominum illis caussa fuit? Resp. Dixit dominus ad Abraham: Ecce testamentum meum tecum, & eris pater multitudinis Gentium. & non uocabitur nomen tuum Abram, sed erit nomen tuum Abrahã, quia patrem multarum Gentium posui te. Dicunt autem Hebræi, quod ex nomine suo deus quod apud illos Tetragrammaton est, E literam Abrahæ & Sarræ addiderit. Dicebatur enim primum Abram, id est, pater excelsus, & postea uocatus est Abraham, pater multarum, nam Gentium non habetur in nomine, sed subauditur, nec mirandum. Quare cùm apud Græcos & quosdam alios, litera uideatur addita, nos e literam Hebræam additam dixerimus. Idioma enim linguæ est per e scribere, sed per a legere, sicut econtra a literam, sæpe pro e ptonunciant. Et dixit deus ad Abraham. Sarri uxor, tua non uocabis eam Sarri, sed Sarra erit nomen eius. Errant qui putant primum Sarra per unum r scriptum fuisse, & postea ei alterum r additum. Sarri ergo primum uocata est per שרי. Sublato Iod, id est, iota, i elemẽto, additum est e, quod per a legitur, & uocata est Sarra. Causa nominis mutati hæc est, quod antea dicebatur princeps mea unius tantummodo domus, postea uero dicitur absolute. Int. Quare Abraham circuncisionem accepit? Resp. Idcirco Abrahæ circuncisio commendata est, ut sub lege esset, sicut Adam ne de ligno manducaret ut probaretur si compleret hoc an non. Credens enim filium se habiturum, per cuius generationem omnibus Gentibus benedictio futura esset, in cuius nepotibus castitatis et sobrietatis unicum mansisset exemplar. Vnde in ea parte corporis, signum fidei accepir, unde filius fidei non carnis nasciturus erat. Nec truncata corporis parte deformior, sed fidei in deum signo gloriosior. Igitur pro deo aliquid perdere lucrum est, non damnum. Ita Abraham fidei suæ, signum accipiens non deformatus est, sed melioratus. Si enim Adã pactum dei custodisset, Abraham hoc pactum non accepisset. Sed quia ille in hoc membro,

culpam inobedientiæ primo agnouit, decuit ut iſte in hoc membro, ſignū ſecundo obedientiæ acciperet, ut oſtenderetur obedientes quandoq; generaſſe filios ad uitam, dum olim præuaricatores generarunt ad mortē. Int. Nunquid dubitādo dixit, putas'ne cētenario naſcetur filius, & Sarra nonagenaria pariat? Reſp. Nō uerba hæc dubitantis diffidentiā oſtendunt, ſed admirantis gaudiū. Ideo præ gaudio ridentis Abrahæ filius dicebaẗ Iſaac. Riſus iſte in bono accipi deber, ut & in Euangelio: Beati qui lugent nunc, quoniam ridebunt ipſi. Int. Quare Sarrā ridentē redarguit dominus, cū & Abrahā riſerit, & illū nō arguit dominus? Reſp. Riſus Abrahæ admirationis & lætitiæ fuit, Sarræ aūt dubitationis & diffidentiæ, q̄ ab illo diiudicari potuit, qui corda hominū nouit. Vnde hæc eadē Sarra ridens corripiẗ, correpta protinus fœcundaẗ, & contra ſpē ex diuina promiſſione accepit, quod habiturā ſe ex humana ratione dubitauit. Int. Quod in ueteri teſtamento proprijs nominibus nominati ſunt, anteq̄ naſcerenẗ? Reſp. Quatuor, Iſmaël, Iſaac, Salomon, Ioſias, certis quibuſdā ex cauſſis. Int. Quæritur cū tres uiri eſſent, qui Abrahæ apparuerunt, quomodo ſingulariter dominū appellat dicens: Domine, ſi inueni gratiā ante te? Reſp. Igitur in angelis dominū ſentiens, domino potius q̄ angelis loqui elegit. Equidem aliquando imaginibus & ante corporeos oculos ad tēpus ex aëre aſſumptis per angelos loquiẗ deus, ſicur nunc Abrahā, non ſolum tres uiros uidere potuit, ſed etiā terreno habitaculo ſuſcipere, & eorū uſibus etiā cibos adhibere. Niſi enim angeli cū quædam nobis in terra nunciant ad tempus ex aëre corpus aſſumerent, exterioribus profecto noſtris obtutibus non apparerent. Nec cibos cū Abrahā ſumerēt, niſi propter nos ſolidū aliquid ex cœleſti elemento geſtarent. Nec mirū quod illi ipſi qui ſuſcepti ſunt, modo angeli, modo domini uocanẗ, quia angelorū uocabulo exprimunẗ, qui exterius miniſtrabant, & appellatione dòmini oſtenditur, qui eis interius præerat, ut per hoc præſidentis imperiū, & per illud clareſceret officiū miniſtrantium. Int. Quid eſt clamor Sodomorū, uel quid eſt quod dominus dicit: Deſcendā & uidebo, utrum clamorē qui uenit ad me opere cōpleuerint? Reſp. Peccatum cum uoce eſt culpa in actione. Peccatū uero cum clamore eſt culpa et libertate & iactantia. Quod aūt dixit, deſcendā & uidebo, & huiuſmodi. Omnipotens dominus & omnia ſciens, cur ante probationē, quaſi dubitat, niſi ut grauitatis nobis exemplū proponat, ne mala hominū ante præſumamus credere quā probare. Et ecce per Angelos ad cognoſcenda mala deſcendit, mox facinoroſos percutit, atq; ille patiens, ille mitis, de quo ſcriptū eſt: Tu aūt cum tranquillitate iudicas. Ille de quo rurſum ſcriptū eſt: Dominus patiēs eſt, cū tanto crimine inuolutos inueniens, quaſi patientiā prętermiſit, & diē extremi iudicij expectare ad uindictam noluit, ſed eos igne iudicij ante diē iudicij præuenit. Ecce malū, & quaſi cū difficultate credidit, cū audiuit, & tamē ſine tarditate percuſſit cum uerum cognoſcendo reperit, ut nobis uidelicet daret exemplū, quia maiora crimina, & tarde credenda ſunt cū audiuntur, & citius punienda, cū ueraciter agnoſcunẗ. Int. Quare Abrahā dixit, puluis ſum & cinis, cum tantas promiſſiones à deo accepiſſet? Reſp. Sublimitatē promiſſionum, humilitatis temperauit ſubiectione. Aperte enim intelligiẗ, in quo loco ſe poſuerat, qui puluerem ſe ac cinerē, etiā tum cū deo loquereẗ æſtimabat. Si igitur ſe ita deſpicit, qui uſq; ad honorem diuinæ collocutionis aſcendit, ſollicita intentione penſandū eſt, qua pœna illi feriendi ſunt, qui ad ſumma non proficiunt, et tamē de minimis extollunẗ. Int. Quæri ſolet utrū quod de Sodomis dixit deus, nō ſe perdere locum, ſi inuenirenẗ illic C. uel X. iuſti, ſpeciali quadam ſententia de illa ciuitate, an de omnibus intelligendū ſit generaliter, parcere deū loco in quocunq; uel decem iuſti fuerint? Reſp. Non eſt neceſſe, ut hoc de omni loco accipere compellamur, ueruntamē de Sodomis potuit ſic dici, quia ſciebat deus, ibi non eſſe uel decē, & ideo ſic reſpondebatur Abrahæ, ut ſignificaretur, nec tot ibi poſſe inueniri, ad exaggerationem iniquitatis illorum. Int. Quare Abraham in tribus uiris illis, ſi deum intellexit, uel angelos, & iterum Loth in duobus eos humano cibo ueſci putabat? Reſp. Fortaſſe prius eos homines eſſe arbitrati ſunt, in quibus deum loqui intellexerunt, quibuſdam diuinæ maieſtatis exiſtentibus & apparentibus ſignis, poſtea angelos eſſe cognouerunt, cum eis uidentibus in cœlum iſſent. Sed intuendum eſt hic, quantum bonum ſit hoſpitalitas. Hoſpitalem domū ingreſſi ſunt Angeli, clauſas hoſtium domus ingreſſus eſt ignis. Int. Si iudicium dei iuſtum eſt, quare infantes in Sodomis cū parentib. cremati ſunt? Reſp. Vt nimis impiū facinus Sodomitarū poſſit aduerti, peccatū eorū peruenit uſq; ad necē filiorum, ne de origine illorum ali-

quod

quod ſignum remaneret. Nonne prouiſum eſt illis, ne diu uiuentes exempla ſequerenť patrũ. Et leuius crucienť in futuro, uel omnino, nõ in aliena cauſa, occiſi parentes tam pro ſe ꝗ̃ probis rei ſunt. Ergo mors filiorũ crimẽ eſt parentũ, & ideo futuri ſunt accuſatores parentum. Eſt qualecunq; beneficiũ reũ non eſſe, qui glorioſus non eſt. Prodeſt eñ pauperem nõ eſſe, qui rex eſſe non poteſt. Int. Quare Loth cum iuſſus eſſet ad montẽ fugere, Segor ꝓtulerit ubi ſaluareť, & rurſum de Segor ad montẽ migraſſet? Reſ. Tradunt Hebræi ꝙ Segor frequenter terræ motu ſubruta, Bale primũ, & poſtea Saliſſa appellata ſit, timueritq; Loth dicens: Si cum cęteræ adhuc urbes ſtarent, iſta ſæpe ſubuerſa eſt: quanto magis nunc in ruina nõ poterit liberari. Et hãc occaſionẽ infidelitatis, etiã in filias coitus dediſſe principiũ certũ eſt. Qui eñ cæteras uiderat ſubrui ciuitates, & hãc fuiſſe quę dei auxilio eruta erat, utiq; de eo ꝙ ſibi cõceſſum audierat ambigere nõ debuit. Int. Cur igiť angeli, quaſi hoſpites coacti domũ Loth introiſſe dicunť? Reſ. Vt tẽrata eſſet charitas Loth, probata & remunerata, & ut oſtendereť quantũ eſſet hoſpitalitatis bonũ. Hoſpitalẽ uero domum angeli ingreſſi ſunt, ad liberandũ hoſpitẽ ſuum, clauſas autẽ domus hoſpitibus ignis ingreſſus ad perdendos peccatores in eis. Idcirco hoſpites nõ ſunt euitãdi, ſed ultro inuitandi. Int. Quæriť: Quare de cœlo uindicta data eſt ſuper habitatores impios ciuitatũ illarũ? Reſp. Quia clamor peccantiũ in cœlum aſcendiſſe diciť, idcirco de cœlo puniendi erant. Int. Cur ſulphureo igne puniebanť? Reſ. Vt putidiſſimus libidinis ardor, putidiſſimo flammarũ ardore puniret. Int. Cur uxor Loth in ſtatuam ſalis uerſa eſt? Reſ. Ad condimentũ fideliũ, quia punitio impij, eruditio eſt iuſti. Int. Quo conſilio filiæ Loth concubitum patris petierunt, uel ab hoc inceſtu purgari poſſunt, dum hoc ſciẽtes fecerunt, ille uero neſciens? Reſ. Videť filias Lotth quædã didiciſſe de ſeculi cõſumatione, quæ imminerei per ignem, ſed tanq; puellæ, non intelligebant perfectè quæ didicerãt, ꝙ Sodomiticis igne uaſtatis, multũ adhuc ſpacium integrũ reſideret in mundo. Suſpicatę igiť ſunt tale aliquid factum, quale in tẽporibus Noë audierãt, & ob reparandã mortaliũ poſteritatẽ, ſolas ſe eſſe cum parẽte ſeruaras. Recuperandi igitur humani generis, deſyderiũ ſumũt, atq; in reſtaurandi ſeculi ex ſeſe dandũ opinanť exordiũ. Et quàm graue eis crimen furari concubitũ patris, grauior tamẽ eis impietas uidebať, ſi humanæ (ut putabant) poſteritatis ſpẽ ſeruata caſtitate deleſſent. Propter hoc ergo cõſiliũ ineũt, minore ut arbitror culpa, maiori argumẽto patris mœſtinã uel rigorẽ uino molliũt, & reſoluunt, ſingulis ingreſſæ noctibus, ſingulę ſuſcipiũt ab ignorante, conceptũ ultra non repetũt nec reqrunt. Vbi hinc libidinis culpa, ibi inceſti crimen arguiť. Quomodo dabiť uitio, quod non iterať in facto. Int. Loth inceſtus in hoc facto culpandus eſt an non? Reſ. Culpandus eſt quidẽ in hoc facto Loth, quantũ ebrietatis ignorantia mereť. Nam & hanc lex æterna condẽnat, quæ cibum & potum non niſi ad ſalutẽ corporis ſumere mandat. Et hinc diligentius intendendũ eſt, quantum ſit ebrietatis malum, & ualde timendum eſt illis, quibus hoc malum in uſu eſt. Nam in crimine ebrietas decipit, quem Sodoma non decepit. Vritur ille flamma mulierum, quem flamma ſulphurea non uſſit. Erat ergo Loth arte, non uoluntate deceptus, ideo medius quidã inter peccatores & iuſtos, quippe qui ex Abrahæ cognatione deſcẽderat, in Sodomis tamen habitauerit. Nam & hoc, ꝙ euadit è Sodomis, ſicut ſcriptura indicat, magis ad honorẽ Abrahę, quã ad meritũ pertinet Loth. Int. Quare diebus Noẽ peccatum mundi aqua ulciſciť, hoc uero Sodomitarũ igne puniť? Reſ. Quia illud naturale libidinis cum fœminis peccatũ, quaſi leuiori elemento damnať, hoc uero contra naturã cum uiris libidinis peccatũ, acrioris elementi uindicatur incendio, & illic terra aquis abluta reuireſcit, hinc flammis cremata, æterna ſterilitate areſcit. Int. Cur Abrahã Sarram uxorem ſuam, ſororem ſuam ſecundo eſſe dixit? Reſ. Quia ex prioris Pharaonis correptione certus erat de dei defenſione, quod uiolari non potuit, incertus de ſua uita, an illorũ euaderet manus. Et miranda eſt Sarrę pulchritudo, formaq;, in tanta eñ ætate, ut amari potuerit, ut uir ſuus propter eius pulchritudinẽ ſe periclitari metueret. Int. Cur dixit deus ad Abimelech: Peperci tibi, ut non peccares in me? Re. Vt aduerteretur in deum peccari, quando talia cõmittuntur, quæ putant homines leuiter habenda, tanquã in carne, peccata. Int. Cur non mox Abimelech mortuus eſt, dum dixit ei deus, ecce tu morieris? Reſ. Vtique deus prædixit, quod ſine dubio futurũ fuiſſet, ſi in hac ammonitione à peccato abſtinendo non caueret. Int. Quare Abrahã in die ablactationis Iſaac, & nõ in die natiuitatis uel circumciſionis, fecit conuiuiũ grande? Reſ. Propter ſignificationẽ ſpiritualẽ, tunc gaudium ha-

bendum eſt de uno uiro ſpirituali, quando ſolido ueritatis cibo, non lacte carnalis intelligentiæ paſcitur. Int. De quo ludo arguit Sarra Iſmaël, filiū Agar? Reſ. Dupliciter hoc ab Hebræis exponitur, ſiue quod idolothitū fecerit, iuxta illud: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere: ſiue quod aduerſum Iſaac, quaſi maioris ætatis loco ſibi & ludo primogenita uindicaret, quandoquidem Sarra audiens, non tulit, & hoc ex ipſius approbatur ſermone dicētis: Eijce ancillam hanc cum filio ſuo. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Int. Poſt quot annos puer ablactari ſolet? Reſ. Inter Hebræos uaria opinio eſt, adſerentibus alijs quinto anno, alijs duodecimo ablactationis tempus impleri. Int. Si tredecim annorum erat Iſmaël, quando natus eſt Iſaac, adiunctiſq; ætate ablactationis annis, quomodo conuenit, tantæ ætatis adoleſcentē matris ſediſſe in ceruicibus, dum dicitur: Sumpſit Abrahā panes & utrem aquæ, & dedit Agar, ponens ſuper humerum eius, & paruulū, & dimiſit eam? Reſ. Omnis filius ſecundū idioma linguæ Hebræorum, ad comparationem parentum infans uocatur, & paruulus, & eſt ſenſus: Poſuit Abraham panes & utrem ſuper humerum Agar, & hoc facto dedit puerū matri, hoc eſt, in manu eius eum tradidit, cōmendauit, & ita emiſit è domo, quod in ſequētibus declaratur, dum dicitur: Surge, tolle puerum, & tene manum eius, nō ut eum de terra uel iacentem tolleret, ſed quaſi comitem manu teneret. Quod autem manu parentis tenetur, ſolicitus monſtratur affectus. Int. Quid eſt quod dicitur, matrē fleuiſſe, & deum uocem pueri exaudiſſe? Reſ. Mater non ſuam mortem, ſed filij deplorabat, pepercitq; deus puero, pro quo fletus matris erat. Int. Quomodo ad puteum iuramenti agrum plantauerat Abraham, ſi in terra illa, quemadmodū Stephanus ait in Actis, non acceperat hæreditatem, nec ſpacium pedis? Reſ. Ea eſt intelligenda hæreditas, quam deus fuerat munere ſuo daturus gratuito, non iſta quæ præcio empta eſt. Intelligitur autem ſpacium circa puteū ad illud emptionis pactum pertinere, in quo fuerant agnæ ſeptem datæ, quando Abimelech & Abraham ſibi iurauerunt. Int. Quid illud: Tentauit deus Abraham? Et Iacobus Apoſtolus dicit: Deus neminē tentat, quomodo utrunq; intelligendū eſt? Reſ. Duobus modis tentatio in ſcripturis ſolet intelligi. Vna eſt, quæ per deum fit probationis cauſa, ut iuſtificetur homo & coronetur, de qua & dicitur: Tentat uos dominus deus ueſter, ut ſciat ſi diligatis eum, hoc eſt, ut ſcire uos faciat. Alia eſt de qua Iacobus dicit: Deus neminem tentat, qua peccato implicatur, de illa Apoſtolus dicit: Ne forte tentauerit uos is, qui tentat. Igitur Abraham à deo tentatus eſt, ut probaretur, iuſtificaretur, coronaretur, & ut eius obedientia, tali probata examine, poſteris innoteſceret. Int. De quo dixit Abrahæ: Super unum montium, quem monſtrauero tibi? Reſp. Aiunt Hebræi hunc montem eſſe, in quo poſtea templum conditum eſt. Int. Cur in tentatione Abrahæ deus dixit: Tolle filium tuum chariſſimum, quem diligis, Iſaac? Reſp. Vt ex charitatis ammonitione, & nominis recordatione, tentationis pondus accumularetur, & paternus affectus torqueretur ex memoria promiſſionis, cum ante deus dixit ad eum: In Iſaac uocabitur tibi ſemē, quaſi ſi ille occideretur, tota ſpes promiſſionis fruſtraretur. Int. Et cur non ſtatim licuit ei occidere filiū, ſed triduana itineris mora eum imolaturus ſecum ducere iuſſus eſt? Reſ. Quatenus longitudine temporis tentationis quoq; augeretur incrementū. Nam per triduum iter protenditur, & per totum triduum creſcentibus curis, paterna uiſcera cruciantur, ut omni hoc ſpacio tam prolixo intueretur filium pater, cibum cum eo ſumeret, tot noctibus puer penderet in amplexibus patris, inhæreret pectori, cubitaret in gremio, quatenus per ſingula momenta in paterno affectu dolor occidendi filij accumularetur. Int. Si Abraham indubitanter & firmo animo cogitabat mactare puerū domino in holocauſtum, quid eſt quod dixit pueris ſuis: Vos expectate hic, ego & puer cum adorauerimus, reuertemur ad uos? Reſ. Indubitanti animo mactare eum credebat, idcirco utrunq; laudis eſt, in cōſtantia offerendi & in fide reſuſcitandi. Sciebat certiſſime deum fallere nō poſſe, & licet puer occideretur, miſſionem tamen dei ſaluam permanere. Vnde & Paulus Apoſtolus per Spiritū ſanctum didicerat, quid animi habuiſſet Abraham intra ſe, dum fidem eius laudat dicens: Fide Abraham non hæſitauit, cum unicum offertet in quo acceperat promiſſionem, quia à mortuis eum reſuſcitare potens eſt deus. Inter. Vnde aries iſte qui pro Iſaac imolatus eſt ueniens, ſolet quæri, an de terra ſubito ibi creatus eſſet, uel aliunde ab angelo allatus? Reſ. Aries iſte non putatiuus, ſed uerus eſſe credendus eſt. Ideo magis à doctoribus æſtimatur, aliunde eum angelum attuliſſe, quàm ibi de terra, poſt ſex dierum opera dominum

procreaſſe.

procreasse. Int. Quare appellauit Abrahã nomen loci illius, dominus uidit, nusquam est quod dominus non uideat? Res. Vidit, pro apparuit dixit, hoc est, uideri fecit, sicut ibi: Et nũc cognoui, quia times deum, id est feci, ut cognoscar. Eo genere locutionis dum per efficientem significatur, id quod efficitur. Sicut pigrum frigus dicimus, eo quod pigros faciat. Illud autem quod dixit, unde usque hodie dicitur, dominus in montem uidebit. Exin apud Hebræos prouerbiũ uenit, ut quando in angustia constituti sunt, domini quoque optant auxilio subleuari, dicunt in monte dominus, hoc est, sicut Abrahæ, miserebitur & nostri. Vnde & in signum dati arietis, solent etiam nunc cornu clangere. Int. Vocauit angelus dñi Abrahã secundò de cœlo dicens: Quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me. Nunquid Abraham propter angelum non pepercit filio suo, & non propter deum? Resp. Angeli nomine dñs Christus significatus est, qui sine dubio deus est, & manifeste à propheta dictus est magni consilij angelus. Aut deus in angelo, aut ex persona dei angelus loquebatur, sicut in prophetis etiam fieri solet. Nam in consequentibus hoc magis uidetur apparere, ubi legitur: Vocauit angelus domini Abraham iterum de cœlo dicens, per memetipsum iuraui dicit dominus. Int. Quid est, quòd secundò ad Abrahã eædem & non aliæ promissiones factæ sunt? Res. Significat duplex semẽ Abrahæ futurũ esse, unum carnale, aliud spirituale. Ideo dixit ei dominus: Erit semen tuũ sicut stellę cœli, & sicut arena maris. In stellis cœli spirituales, in arena maris carnales intelligũtur. Int. Cur nominauit scriptura filios Nachor fratris Abrahæ? Res. Quia de illis uel de illorum stirpe aliquid celebre postea gestum esse legitur, itaque Hus unus erat, de cuius stirpe Iob descendit. Sic enim scriptum est in exordio uoluminis eius: Vir fuit in terra Hus, nomine Iob. Male igitur æstimãt quidã Iob de genere Esau natũ, ex cuius genere est Balam ille diuinus, ut Hebræi tradũt, qui in libro Iob dicitur Heliu, primũ uir sanctus propheta dei, postea per inobedientiã & desyderiũ munerũ excæcatus, dum Israël maledicere cupit, diuini uocabulo nuncupant. Deest hic nonnihil. Int. Cur una ciuitas Hebron tribus appellata est nominibus, uidelicet Hebron, Arbe, Mambre? Res. Hebron à gygantibus quondã condita est, Arbe à numero uidelicet quatuor, quod ibi quatuor patriarchę sepulti sunt, Adam magnus humani generis pater. Abrahã, Isaac, Iacob, hęc eadẽ quoque à quodam amicorũ Abraham Mambre uocata est. Int. Quid significat quod Abraham puero suo dicit: Pone manum tuam super femur meum, & iura per dominũ deum cœli? Res. Tradunt Hebræi, quod in sanctificatione eius, hoc est, circũcisione iurauerit, sed melius intelligendũ est, iurare eũ in semine Abrahæ, hoc est Christo, quia ipse dominus deus cœli in ea carne tum uenturus erat, quæ de illo fœmore propagata est. Int. Quomodo seruus Abrahæ in petitione signi augurationis uitio culpandus non est? Res. Aliud est mirum aliquid petere, quod ipso miraculo significat, aliud humanos errores superstitiosa uanitate, in auspicijs, augurationibus, diuinationibus obseruare. Quædam enim pacta sunt diabolicæ familiaritatis, & non sine grandi peccato fiunt, quando fiunt. Illud igitur superius petitionis genus, comprobatio seu coniunctio fidei est ad deum, hoc posterius infidelitatis coniunctio ad diabolum. Int. Quid hoc ad Rebeccam, soror nostra est, obtineat semen tuum portas inimicorum tuorum &c. Num prophetę fuerunt, quia hoc dixerunt, quod in futuro factũ est? Res. Non prophetæ fuerunt aut uanitate tam magna optauerũt. Sed deus qui promiserat deus ille Abraham, latere non potuit. Int. Quæ est exercitatio Isaac, quia se exercere dicitur in campo ad uesperã? Res. Significat illa exercitatio orationẽ, secundũ illud quod Christus orabat in monte. Etiam hinc Isaac typum domini gessit. Int. Quæ est illa terra Austri, ubi habitat Isaac, reuertente seruo patris sui cum Rebecca? Res. Significat terram illam, unde à patre ad imolandum fuerat adductus. Int. Quid est theristrum quo se operuit Rebecca? Resp. Pallij genus est, ut nunc sunt Arabica uestimenta, quibus mulieres prouinciæ illius uelantur. Int. Cur Abraham post promissum sibi & natum Isaac, in quo ei multiplicatio prolis, & benedictio Gentiũ promissa est à deo aliam uoluit ducere uxorem? Resp. Non propter incontinentiã, cum iam esset grandæuus. Sed sicut Agar & Ismaël significant carnales ueteris uestamenti, sic Cethura & filij eius significant hęreticos, qui se ad nouum testamentum pertinere existimant. Sed utræque concubinæ dicuntur. Sic enim dicitur: Filijs concubinarũ largitus est munera, sola Sarra uxor semper uocatur Int. Quæ est ista Cethura, aut unde genus duxit? Resp. Suspicantur Hebræi eandem esse Agar, quæ Sarra mortua ex concubina facta sit uxor. Et uidetur

Munera excæcant oculos.

Abrahæ ætas iam excusari, ne senex post mortem uxoris uetulæ, nouis arguaт̃ nuptijs la-
Deest hic non nihil. sciuisse Int. Quomodo conuenit Abrahæ tam sancto uiro quod dicitur: Et deficiens mor
tuus est? Resp. In Hebræo non habetur deficiens, sed à LXX. interpretibus additū est. Int.
Quid, ꝙ plenus dierum dicitur? Res. Quod lucis & diei operibus plenus occubuerit. Int.
Quid est, quòd dicit scriptura de filijs Ismaël: Habitauerūt ab Ebila usq; ad Sur, quæ est cō
tra faciem Aegypti? Res. Ebila est regio, quam circūfluit Phison ex paradiso fluens. Di-
cta à quodam Ebila, nepote Noë, & est solitudo contra faciem Aegypti. Sur quoq; est so
litudo, inter Cades & Barad, extendens desertū usq; ad mare rubrum, & Aegypti confi-
nia. Int. Quid est, quod dicitur de Ismaële, corā omnibus fratribus suis obijt, uel qui sunt
fratrū nomine dicti? Res. Id est, nullo prius morte prærepto. Fratres aūt pro filijs appella
ri, ad Iacob Laban demonstrat dicens: Ponatur coram fratribus tuis, ut iudicent inter nos.
Nec em̄ legimus alios fratres Iacob ibi habere exceptis liberis suis. Int. Quæriт̃ quo ierit
Rebecca, interrogare dominū, cum paruuli in utero collidebanт̃? Resp. Forte ad locum,
ubi aram constituerat Abrahā orare uenit, uel erant aliqui in eo tempore homines dei, in
quibus posset deus interrogari. Int. An secundū historiā uel allegoriam intelligendū est,
quod dominus respondit Rebeccæ: Duo gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex uen-
tre tuo diuidentur, populusq; populum superabit, & maior seruiet minori? Res. Secundū
utrunq; modum. Spiritualiter uero sic intelligendū. In Esau figuratur maior populus dei,
hoc est, Israëliticus secundū carnem, per Iacob autem figuraт̃ ipse Iacob in populo Chri-
stiano, secundū spiritualem progeniē propagato. Etiam historica proprietate inuenitur
hoc responsum esse completum, ubi populus Israël, hoc est Iacob, minor filius, superauit
Idumæos quos propagauit Esau, eosq; fecerunt tributarios per Dauid. Int. Quæ sunt pri
mogenita quæ Esau uendidit Iacob fratri suo? Res. Tradunt Hebræi omnes primogeni
tos fungi sacerdotali officio, anteq; Aaron in sacerdotē eligeretur, & habuisse uestimen-
ta sacerdotalia, quibus induti uictimas deo offerebant. Et hæc esse uestimenta Esau, quib.
Rebecca induit Iacob filiū suū, quorū odore pater oblectatus, benedictiōis initiū astruit.
Int. Si uiri iusti uoluntas bona est, quid est quod Isaac non Esau, quem uoluit, sed Iacob,
quem noluit, benedixit? Res. Iusti hominis quantum ad conscientiā pertinet, uoluntas bo
na est, quantum autem ad præsentiā, immunis est ab aduersis. Deus enim solus est, qui de
futuris iudicat. Ac per hoc Isaac iustus, quantum ad præsentem statum pertinet, dignum
esse maiorem filium benedictione putabat. Sed deus occultorum cognitor, minorem me-
reri benedictionem ostendit, ut benedictionem non hominis, sed dei ostenderet. Ideo di-
ctum est in numeris ad Mosen, & Aaron sacerdotem: Ponite nomen meum super filios Is-
raël, ego dominus benedicam eos. Sacerdotis est benedicere, dei est effectum tribuere be
nedictionis. Vnde intellexit Isaac per spiritum prophetiæ, à deo benedictionem super mi
norem filium prædestinatā, hinc ait: Benedixi ei, & erit benedictus. Int. Quid est quod Ia-
cob dixit: Terribilis est locus iste, nō est hic aliud nisi domus dei, & porta cœli? Res. Hæc
uerba ad prophetiā pertinent, quod futurū erat in terra promissionis, deum timere & co-
lere, tabernaculumq; ei fieri, eumq;, qui est super omnia benedictus deus, pedibus ambula
re in ea. Portā cœli aūt sic intelligere debemus, tanq; inde fiat aditus credentibus ad cape
scendum regnum cœlorum. Int. Cur Iacob fudit oleum super lapidem, quem erexit in ti
tulum? Res. Non ex idololatria, nec enim tunc, nec postea frequentauit lapidem adoran-
do, aut ei sacrificando, sed signum fuit prophetiæ euidentissimæ constitutum, quod per-
tinet ad unctionem, unde & Christi nomen à chrismate est. Int. Quomodo dictum est:
Seruiuit Iacob pro Rachel septē annis, & uidebanт̃ illi pauci dies, cum magis breue tēpus
longum esse soleat amantibus? Res. Propter laborem seruitutis, quem facilem & leuem
amor faciebat. Int. Post seruitutem septem annorum, Iacob soceri sui fraude deceptus
copulatus est Liæ, an etiam post alios septem seruitutis annos Rachel accepturus erat?
Respon. Non, ut quidam male æstimant, post septem annos alios Rachel accepit uxo-
rem, sed post septem dies nuptiarum primæ, nam sequitur: Et ingressus est ad Rachel, &
dilexit Rachel magis quàm Liam, & seruiuit ei septem annis alijs. Int. Duæ ancillæ, Ba-
la & Zelpha, uxores an concubinæ dicendæ sunt? Resp. Forte omnis concubina uxor,
non autem uxor concubina, more loquendi in scripturis appellatur, id est, ut Sarra & Re-
becca, & Rachel, concubinæ dici non possunt, Agar uero & Cethura, & Bala, & Zelpha,
& uxores & concubinæ. Inter. Quomodo pro aspectu uirgarum uariarum uarij peco-

rum

rum fœtus nascebantur? Resp. Obseruat Iacob tempora, quo ascendebantur pecora, & post calorem diei ad potandum auida pergebant, discolores uirgas hic ponebat in canalibus, & admissis arietibus & hircis, in ipsa potandi auiditate, oues & capras faciebat ascendi, & ex duplici desyderio, dum auide bibunt, & ascenduntur à maribus, tales fœtus conceperunt, quales umbras arietum & hircorum desuper ascendentium, in aquarum specula contemplabantur. Ex uirgis enim in canalibus positis, uarius erat imaginum color. Nec mirum hanc in conceptu fœminarũ esse naturam, ut quales perspexerint, siue mente conceperint, in extremo uoluptatis æstu, quo concipiunt, talem sobolem procreent, cum hoc ipsum etiam in equarum gregibus apud Hispanos dicatur fieri. Et Quintilianus in ea controuersia, in qua accusabatur matrona quædam, quæ Aethiopem peperit, pro defensione illius argumentetur, in hoc conceptu esse naturam, quam supradiximus. Et multa dicuntur simul fieri in animalium fœtibus. Et mulieri accidisse traditur, ut scriptum reperitur in libris antiquissimi & peritissimi medici Hypocratis, quæ suspitione adulterij fuerat punienda, cum pulcherrimũ puerum peperisset, utriq; & parenti & generi dissimilem, nisi memoratus medicus soluisset quæstionem, illis ammonitis, quærerent, si forte aliqua talis pictura esset in cubiculo, qua inuenta, mulier à suspitione liberata est. Int. Quare Iacob primi temporis sua esse uoluit, & serotina Laban: uel cur hac arte non sua magis omnia fecit esse? Res. Iacob prudẽs & callidus, iustitiã & æquitatẽ iam in noua arte seruabat. Si enim omnes agnos & hœdos uarios pecora procreassent, erat aliqua suspitio de hoc, & aperte huic rei Laban inuidus contraisset. Ergo ita omnia temperauit, ut ipse fructum sui laboris acciperet, & Laban non penitus spoliaretur. Siquando oues & capræ primo tempore ascendebantur, quia uernus est fœtus, ante ipsas ponebat uirgas, & uaria soboles nasceretur. Quæcunq; oues & capræ sero quærebant mare, ante harum oculos non ponebat, ut unius coloris pecora nascerentur, & quicquid primum nascebatur, suum erat, quia uarium erat, quidquid postea Laban, unius enim tam nigri quàm albi coloris pecus oriebatur. Int. Cur nec Iacob fraudis in hoc arguendus est? Resp. Per hoc cogit inquiri Prophetiã, & aliquam figuratam significationẽ res ista, quam sine dubio, ut Propheta, fecit Iacob. Non enim tale aliquid, nisi reuelatione spirituali eum fecisse credendum est. Int. Quomodo decem uicibus dicit Iacob socero suo, mutasse eum mercedem suam? Res. Hic est sensus, ꝙ per singulos fœtus semper Laban conditionẽ mutauerit, si uidebat uariũ nasci pecus, dicebat: Nolo in futurum uaria mihi nascantur. Rursus cum uidisset unius coloris nasci pecora Iacob, dicebat: Futuros fœtus unius coloris pecora mihi procreabunt. Et quid plura, usq; ad decem uices, semper Iacob mutata est conditio. Et quodcunq; sibi proposuerat Laban, ut nasceretur, in contrarium colorem uertebatur. Ne cui autem in sex annis decem pariendi uices incredibiles uideantur, lege Vergiliũ: Bis grauidæ pecudes &c. Natura autem Italicarum ouium, & Mesopotamiæ una esse perhibetur. Inter. Quare constituit Iacob lapidem in titulum? Resp. Diligenter animaduertendũ est, quod istos titulos in rei cuiuscunq; testimoniũ cõstituebant, nõ ut eos pro dijs colerent, sed ut eis aliquid significarent. Inter. Quid est quod Iacob iurauit per timorem patris sui Isaac? Res. *Sic & imagines in ecclesia.* Per deum utique, quem timebat Isaac pater eius, iurare intelligitur, quem timorem etiam superius cõmendat, cum diceret: Deus patris mei Abrahæ, & timor patris mei Isaac. Int. Quæ sunt castra dei, quæ uidit Iacob in itinere? Resp. Nulla dubitatio est, quin angelorum fuerit multitudo. Ea quippe in scripturis militia cœli nominari solet. Int. Quomodo fidem habuit Iacob, quando quidẽ tantum timuit Esau fratrem suum? Resp. Satis in uerbis eiusdem Iacob, quæ sequũtur, & humana infirmitas & fides pietatis apparet, ut & deus liberaret eum, & quæ promisit impleret. Admonendi sumus tamen hoc exemplo, ut quãuis credamus in deum, faciamus tamẽ quæ facienda sunt, in præsidiũ salutis, ut prætermittentes ea, deum tentari uideamur. Inter. Quomodo ergo Iacob ab eo postulat benedici, cui luctando præualuit? Res. Magna est de Christo prophetia, duplex enim Iacob hinc intelligit, carnalis & spiritualis. Præualuit enim Iacob Christo, uel potius præualerẽ nisus est, sup eos Israëlitas, à quibus crucifixus est Christus. Et ab eo benedicit in eis, qui crediderũt in Christũ, ex quib⁹ erat qui dicebat: Et ego Israëlita, ex genere Abrahæ, ex tribu Beniamin. Vnus ergo atq; idẽ Iacob, & claudus & benedict⁹, claudus in latitudine fœmoris, tanq̃ in multitudine generis, de quo dictum est: Et claudicauerũt à semitis suis. Benedictus autẽ in eis, de quibus dictum est: Reliquiæ per electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt.

Int. Quæ est causa immutati nominis Iacob, ut Israël uocaretur? Res. Varia huius nominis interpretatio æstimatur, sed beatus Hieronymus taliter de eius interpretatione dixit, sensus hic est: Non uocabitur nomen tuum supplantati, hoc est Iacob, sed uocabitur princeps cum deo, hoc est Israël. Quomodo enim ego princeps sum, sic tu qui mecum luctari potuisti, princeps uocaberis. Si autem mecum deo, siue angelo (quoniam plerique uarie interpretant) pugnare potuisti, quanto magis cum hominibus, hoc est, Esau formidare non debes. Int. Quid est quod Iacob ait: Sic uidi faciem tuam, quasi uiderem faciem dei, utrum pauentis & perturbati animi uerba, usque in hanc adulationē proruperunt? Res. Hæc uerba fraterna sunt, & benigno animo dicta, quoniam post benignā susceptionē, metus ipse transierat. Et fortassis dei nomine, angelorū aliquem uel sanctorum, hoc loco intelligere debemus, secundum Apostolū qui dixit: Et si sunt qui dicuntur dij, siue in cœlo, siue in terra, quemadmodū sunt dij multi & domini multi. Int. Quomodo promisit Iacob fratri suo, ut sequeretur uestigia eius, cum alio itinere tenderet? Resp. Forte ad horam sequebatur, uel primo promiserat, sed aliud postea cogitabat. Int. Quomodo duo filij Iacob tantā cædem & deprædationē per se in terra aliena facere potuerunt? Res. Multitudo non parua erat cum Iacob, qui plurimū ditatus fuit, sed filij eius in hoc facto nominantur, quia eiusdē facti principes & autores fuerūt. Int. Quid est quod Iacob dixit domui suæ, proijcite deos alienos, qui in medio sunt uestri. Et iterum: Dederunt ei omnes deos alienos quos habebant, & inaures quæ in auribus eorum erant. (Hæ ad idololatriā non pertinebant?) Res. Intelligendū est has inaures philacteria fuisse deorum alienorum. Nam Rebeccam à seruo Abrahæ inaures accepisse, scriptura testatur, quod non fieret, si eis inaures habere ornamenti gratia nō liceret. Ergo illæ inaures quæ cum Idolis datæ sunt, (ut dictum est) Idolorum philacteria fuerūt. Int. Quare secundo dicitur ad Iacob, nō uocaberis Iacob, sed Israël erit nomen tuum. Et appellauit eum Israël? Res. Dudum nequaquā ab angelo nomen ei imponitur, sed quod imponendū sit à deo prædicatur. Quod igitur futurū promittitur, hinc dicitur expletum. Nimirum nomen hoc ad illam rectè intelligi pertinere promissionem, ubi sic uidebitur deus, quomodo non est antea patribus suis uisus. Int. Quæ est Effrata, ubi Iacob Rachel uxorem suam condidisse dicitur? Res. Effrata & Bethleem unius uerbi uocabulū est, sub interpretatione consimili, siquidem in frugiferā panis domū uertitur, propter eum panē qui de cœlis descendisse dicitur. Int. Vbi est turris gregis iuxta quam dicitur Iacob habitasse? Res. iuxta Bethleem, ubi angelorū grex in domini ortu cecinit, uel ubi Iacob pascens pecora sua loco nomen imposuit, uel quod uerius est, quod uaticinio futurorum, iam tunc mysterium monstrabatur. Int. Quid est quod de Isaac dicitur, & consumptus ætate mortuus est, & appositus populo suo, quomodo consumptus, uel cui populo appositus? Res. Consumptus ætate, id est, perfectus ætate, uerum angelorum populo, uel sanctarum animarū adponuntur, qui hanc uitam placentes deo finiunt. Tunc dicunt apponi quādo nulla iam remanet solicitudo tentationū, & periculū peccatorum, quod intuēs scriptura ait: Ante mortē ne laudes hominē quenquam. Int. Quomodo scriptura dicit: Post mortem Isaac patris sui, Esau abscessisse de terra Chanaā, & habitasse in monte Seir, cum ueniente de Mesopotamia Iacob legatur eum misisse nuncios ad fratrem suum in terra Seir, regionis Edom, quum ibi habitaret tunc temporis? Res. In promptu est cogitare, quod scilicet Esau postea quam in Mesopotamiā frater eius abscessit, noluit habitare cum parentibus suis, siue ex illa cōmutatione, qua dolebat se benedictione fraudatum, siue causa uxorum suarum, quas odiosas uidebat esse parentibus, & cœperat habitare in monte Seir. Deinde post reditum Iacob fratris sui, facta inter eos concordia, reuersus est & ipse ad parentes, & cum mortuū patrem simul sepelissent, quia eos plurimū ditatos terra illa sicut scriptum est minime capiebat, abscessit rursus in Seir, & ibi propagauit gentem Idumorū. Int. Dum constat Beniamin natum esse in Chananæa, quomodo tunc XII. nasci filij Iacob dicuntur in Mesopotamia? Resp. Nulla est facilior solutio huius quæstionis, quàm ut per Synecdochē accipiatur. Vbi enim maior pars est aut fortior, solet eius nomine, etiam illud comprehendi, quod ad ipsum nomen pertinet. Int. Quomodo impletur somnium Ioseph, quo dicit se uidisse solem & lunam, & XI. stellas adorasse, dum constat, eo regnante in Aegypto, matrem eius Rachel, multo esse ante defunctam. Imo nec patrem legimus eum adorasse? Res. In Christo facile est somni intelligere perfectionē. Huic eīm datum est nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine eius flectat omne

omne genus cœlestiũ terrestriũ & infernorũ. Int. Quare Israëlitas scriptura, quibus à fratribus uenditus est Ioseph, etiam Madianitas uocat, cum Ismaël sit de Agar filius Abrahe, Madianita uero de Cethura? Res. Quia scriptura de Abraham dixerat, quod munera dederit filijs concubinarũ suarũ, Agar scilicet & Cethura, & diuisit eòs ab Isaac filio suo in terra Orientis. Itaq; unam gentem fecisse intelligendi sunt. Int. Quomodo intelligendũ illud Iacob: Descendam ad filium meum lugens in infernos? Res. Perturbati & dolentis uerba sunt, mala sua etiam hinc exaggerantis, uel etiam inferni nomine sepulchrũ significauit, quasi diceret: In luctu maneo, donec me terra suscipiat, sicut illum sepulchrum. Int. • Qualiter historia de Iuda, & tribus filijs eius, & uxore eius Thamar, intra tam paucos annos compleri potuit? Res. Solet scriptura sancta per recapitulationẽ multa proferre. Aliquot ergo annis ante uenditum Ioseph hæc fieri cœpisse intelligi datur. Etiam mox ut adolesceret Iudas, incidit in amorẽ eius, quã duxit uxorẽ, nondũ uendito Ioseph in Aegyptum. Int. Cur dixit de Thamar, depositis uestimentis uiduitatis suæ? Res. Vt intelligatur ex temporibus patriarcharum, certa & sua fuisse uestimenta uiduarũ, non utique talia, qualia coniugatarũ. Int. Quare dixit Iudas, iustior est Thamar quàm ego? Res. Thamar in biuio sedens uel campeto, ubi diligentius debet maior aspicere, quod iter gradiendi capiat, non ut uagam turpitudinis libidinẽ impleret, sed ut liberos à socero susciperet, iustiore causa, quàm socer. Ille libidinis, illa liberorũ gratia. Et ideo in comparatione eius minus malefecerat. Int. Si Phares inde sortitus nomen diuisionis, quia diuiserat membranã secundarũ, unde Zara nomen accepit? Res. Sara interpretatur oriens, sic ergo uocatus, uel quia primus apparuit, uel quod plurimi ex eo nati sunt iusti, sicut in paralippomenon legimus. Int. Cur Gentilea homines in carcere præsagia futurorum, cum Ioseph uiderũt? Res. Non pro suis meritis, sed ut magnificaretur Ioseph, & manifestaretur qui latebat. Int. Quid tres propagines? Res. Tres rami. Int. Cur Pharao & Herodes dies natiuitatis suæ honoribus festiuos habuerunt? Resp. Eò quòd putabant, quod hora natiuitatis eorum, eos ordinasset in regnum. Similem rem facientes adoratione, ut quorum erat par impietas, esset una solennitas. Int. Quid est, quod Pharao dixit, putabam me super flumen stare? Resp. Id est, quod alio loco legitur: Ecce ego super fontem sto aquæ. Hoc genere locutionis, & psalmo dicitur: Qui fundauit terram super aquam. Secundum hanc locutionẽ intelligitur, quod altior sit terra quàm aqua. Altius quippe ab aquis sustollit̃, ubi habitant terrena animalia. Int. Quomodo multitudo harenæ comparatur? Res. Quia sicut harena innumerabilis est, ita multitudo frugum, usitato numero comprehendi non poterat. Int. Quomodo de uiro sancto Ioseph intelligere debemus, quod inebriasset fratres suos? Resp. Ebrietas secundum Hebræam linguam, pro satietate ponitur. Sicut in Psalmo: Visitasti terram & inebriasti eam. Et iterum: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. Int. Quod Ioseph toties fratres suos ludificauit, & tanta expectatione suspendit antequàm manifestare se uoluisset? Resp. Tribulabat eos, non ut se uindicaret, sed ut illos purgaret à crimine transacti sceleris in eum, uel magis ut hac dilatione accumularetur gaudium eorum, dum uiderent tantam gloriam eius, quem extinctum esse arbitrabantur. Int. Quomodo dicitur: Filij eius & filiæ descenderunt cum Iacob in Aegyptum, cum Iacob tantummodo unam filiam, Dinam habuerit? Respon. Aut nepotes filiarum nomine intelligere debemus, aut pluralis numerus pro singulari positus est, sicut ibi: Misit in eis muscam caninam. Quid dicit scriptura: Omnes animæ quæ egressæ sunt de fœmoribus Iacob, quid respondendum est eis, quid hoc testimonio confirmare nituntur, à parentibus simul animas cum corporibus propagari? Resp. Animæ pro hominibus dictæ, à parte totum significata locutione. Int. Hi filij Liæ, quos genuit in Mesopotamia Syriæ, animæ filiorum & filiarum triginta tres. Nunquid istæ omnes triginta & tres animæ ex Lia in Mesopotamia Syriæ natæ sunt, dum ibi Iacob non plus, quàm uiginti annis cum socero suo moratus est, & septem anni transierunt, antequam Liam uxorem duxisset? Respon. Ideo scriptura sancta hos omnes in Mesopotamia ortos esse dixit, quoniam eorum patres ibi orti sunt. Inter. Si sexaginta & sex sunt animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, & ibi Ioseph cum duobus filijs suis inuentus est, quomodo triginta postea dicuntur esse animæ domus Iacob. Respon. Ipso patre Iacob, quasi radice adnumerato septuaginta esse noscuntur. Interrogatio. Dum hic legimus septuaginta esse animas domus Iacob, quomodo in Actibus Apostolorum dicitur, in animabus septuaginta quinque de-

scendisse

ſcendiſſe Iacob in Aegyptũ? Reſp. Non poterat Lucas contrariũ ſcribere aduerſum eam ſcripturam, quæ iam fuerat Gentibus diuulgata, & utiq; maioris opinionis, illo duntaxat tempore ſeptuaginta Interpretũ habebatur autoritas, quam Lucas, qui ignotus in nationibus erat. Hoc autẽ generaliter obſeruandũ eſt, quod ubicunq; ſancti Apoſtoli, uel Apoſtolici uiri loquuntur ad populos, his plerunq; teſtimonijs abutuntur, quę iam fuerant in Gentibus diuulgata, licet pleriq; tradunt, Lucam ut proſelytũ, Hebræas literas ignoraſſe. Int. Filij Iacob interrogati, quid operis haberent? Reſponderunt: Paſtores ouium ſumus, ſicut & patres noſtri. Quare Patriarchas primos paſtores ouium, & non Reges Gentium fuiſſe legimus? Reſ. Quia ſine ulla dubitatione iuſta ſeruitus, & iuſta eſt dominatio, cum pecora homini ſeruiũt, & homo pecoribus dominatur, ſic enim dictum eſt homini cum crearetur: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram, & habeat poteſtatem piſcium maris, & uolatilium cœli, & omnium quæ ſunt ſuper terram. Vbi inſinuatur, rationem debere dominari irrationali uitæ. Seruum autem hominem homini uel iniquitas fecit, uel aduerſitas. Iniquitas quidem, ſicut dictum eſt: Maledictus Chanaan erit ſeruus fratribus ſuis. *Vnde nomen ſeruus.* Aduerſitas uero, ſicut accidit ipſi Ioſeph, ut uenditus à fratribus, ſeruus alienigenę fieret. Itaq; primos ſeruos, quibus hoc nomen in Latina lingua inductum eſt, bella fecerunt. Cum eñ homo ab homine ſuperatus, iure belli poſſit occidi, quia ſeruatus eſt, ſeruus eſt appellatus. Inde & mancipia, quia manu capta. Int. Quæ eſt terra Geſen uel Rameſis? Reſ. Iudæi autumant ea, quę nunc Thebaida dicit̃. Ramaſe pagum Arſenaten olim dictum putant. Int. Quomodo in terra Aegypti paſcua pecoribus inueniri potuerũt, cum ea terra pluuijs non irrigat̃. Et fratres Ioſeph ideo terrã Chanaã reliqſſent, ꝙ herbas gregibus ſuis non inueniſſent? Reſ. Perhibetur ab eis, qui loca ſciunt, in multis Aegypti paludibus potuiſſe paſcua non deeſſe, etiam cum fames eſſet frumentorũ, quę ſolent Nili fluminis inundatione prouenire. Magis eñ dicunt̃ paludes illæ feraces paſcua gignere, quando aqua Nili minus excreſcit. Int. Quid ſibi uult à tanto uiro, & tali Patriarcha tam ſolicita corporis cõmendatio, ut non in terra Aegypti ſepeliat̃, ſed in terra Chanaã iuxta patres ſuos? Re. In his ſacramenta tibi quęrẽda ſunt, & admirationis gaudiũ inuenies. Cadaueribus quippe mortuorũ peccata ſignificari in lege, non eſt dubiũ. Hinc illa ſentẽtia ducta eſt: Qui baptizat̃ à mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lauatio eius? Sic & qui ieiunat ſuper peccata ſua, & iterum ambulans hæc eadem facit. Sepultura ergo mortuorũ, remiſſionẽ ſignificat peccatorũ, eo pertinet quod ſcriptum eſt: Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Vbi ergo ſepeliẽda erant hęc ſignificantia cadauera Patriarcharũ, niſi in ea terra, ubi ille crucifixus eſt, cuius ſanguine facta eſt remiſſio peccatorũ. Int. Quid eſt ꝙd Iacob cõuerſus ad caput lectuli ſui, orauit dominum? Reſ. Scilicet poſtq; iurauerat ei filius de petitione quam rogauerat, adorauit deũ contra caput lectuli ſui. Sanctus quippe & deo obediens uir oppreſſus ſenectute, habebat lectulũ poſitũ, ut ipſe iacẽs, abſq; difficultate ulla ad orationẽ eſſet paratus. Int. Quid eſt ꝙ Iacob dicit: Duo filij tui Effrem & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon erunt mihi? Reſ. Significat ſicut Ruben & Simeõ duæ tribus erunt, & ſuis uocabulis tum uocabunt̃, ſic Effrem & Manaſſes duæ tribus erunt, duos quoq; populos procreabunt, & ſic hæreditabunt repromiſſionis terram, ſicut & filij mei. Reliquos autem filios, quos poſt mortem meam genueris, tui erunt. In nomine patrum ſuorũ uocabuntur, in hæreditate ſua non accipient ſeparatim terram nec funiculos habebunt proprios, ut reliquæ tribus, in tribu Effrem & Manaſſe quaſi appẽdices populi cõmiſceant̃. Int. Cur Iacob filio ſuo Ioſeph, quaſi neſcienti indicare uoluit, ubi, & quando ſepelierit matrem eius? Reſp. Forte Prophetice commemorare uoluit, ibi ſepultam matrem Ioſeph, ubi Chriſtus fuerat naſciturus. Int. Quæ eſt pars una, quam Iacob dedit Ioſeph filio ſuo, quam tuliſſe ſe de manu Amorrhæorum, dicit, in gladio & arcu ſuo. Reſp. Significauit urbem Hebraice dictã Sichem, & ſecundum Græcam & Latinam declinationem Sichima, quæ corrupte à plurimis Sichar nominatur, quæ ut nunc Neapolis urbs Samaritanorũ dicitur. Sichem Hebræa lingua transfertur in numerum, unde ſeptuaginta interpretati ſunt. Quod autem dicit, ſe eam in arcu & gladio poſſediſſe, arcum hinc & gladium, iuſtitiã uocat, per quam meruit peregrinus & aduena, interfecto Sichem & Emor, de periculo liberari. Timuit eñ, ꝙd ſuprà legimus, ne uicina oppida atq; caſtella, ob euerſionẽ fœderatæ urbis aduerſum ſe cõſurgerẽt. Et dñs non dedit eis, ut nocerẽt illi. Int. Quid intelligendũ de benedictionib. qbus Iacob

patriarcha

patriarcha benedixit filios suos, an historice an allegorice intelligendæ sunt, dũ dixit: Cõgregamini filij Iacob, ut annunciem uobis, quæ uentura sunt in nouissimis diebus, & uidetur ex his uerbis magis Allegoriam sonare, quàm historiam? Resp. Vtrunq; & historia est & allegoria. Historia, de diuisione terræ promissionis, quæ diuidendæ erant nepotibus illorum. Item allegoria, de Christo & Ecclesia, in nouissimis quid futurũ temporibus. Sed prius historię fundamenta ponenda sunt, ut aptius allegoriæ culmen priori structurę super ponatur. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, principiũ doloris mei, prior in donis effusus es sicut aqua. Non crescas. Ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Est autem hic sensus: Tu es primogenitus meus, maior in liberis, & debebas iuxta ordinem natiuitatis tuę hæreditatem, quæ primogenitis iure debebatur, habere, nempe sacerdotium accipere & regnum. Verum quia peccasti, & quasi uasculo aqua nõ tenetur, uoluptatis effusus es impetu, idcirco præcipio tibi, ut ultra non pecces, sisq; in fratrum numero pœnas peccati lugens, quod primogeniti ordinem perdidisti. Principium autẽ doloris, est omnis primogenitus, quia pro eo primum commouentur uiscera parentum. Simeon & Leui fratres uasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum ne ueniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt uirum, & in uoluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio illorum quia dura, diuidam eos in Iacob, & disperdam in Israël. Significat autem non sui fuisse cõsilij, quod Sichen & Emor fœderatos uiros interficerent, cõntra fas in pacis & amicitiarum tempore. Sanguinem fuderunt innocentum, & quasi quodam furore sic crudelitate repleti, muros hospitæ urbis euerterunt. Vnde dicit maledictus furor eorum, quia pertinax, &c. Leui enim hæreditatem propriam non accepit, sed in omnibus sceptris, paucas urbes ad inhabitandas habuit. De Simeone uero in libro Iesu scriptum est, quod & ipse proprium funiculum non acceperit, sed de tribu Iuda quiddam habuerit. Iuda, te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum. Adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda. Ad prædam fili mi ascendisti (siue ut in Hebræo scriptum est, de captiuitate ascendisti fili mi) requiescens occubuisti ut Leo, & quasi Leæna, quis suscitabit eum. Quia Iuda confessio siue laus interpretatur, rectè scribitur, Iuda confitebuntur tibi fratres tui, uel laudabunt te. Et licet de Christo grande sit mysterium, secũdum literam tamen significat, quod per stirpem Dauid generantur reges. Et quid adorarent eum omnes tribus. Non enim ait, filij matris tuæ, sed filij patris tui, & quod sequitur: Ad prædam fili mi ascendisti, ostendit eum captiuos populos ductorum esse, & iuxta intelligentiam sacratiorem. Christum ascendisse in altum, & captiuam duxisse captiuitatem. Siue quod melius puto, captiuitas passionem ascensus resurrectionem significat. Alligãs ad uineam pullum suum, & ad uitem asinam suam. Quod uidelicet pullum asinæ cui supersedit Iesus, hoc est, Gentilium populum, uineæ Apostolorum, qui ex Iudæis sunt copulauerit, & ad uitem, ut in Hebræo habetur, ad electam uitem alligauerit asinam, cui super sedit Ecclesia ex nationibus congregata. Quod autem dicit: Fili mi, cõuersio est ἀποστροφὴ ad ipsum Iudam, quod Christus hæc omnia sit facturus. Quod autem ait: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec ueniat ille qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium, significat quod non deficerent principes de tribu Iuda, usq; ad tempus, quo natus est Christus, qui missus à patre, expectatio est Gentium. Isachar asinus fortis accubãs inter terminos, uidit requiem quod esset bona, & terram quod optima, supposuit humerum suum ad portandum, factusq; tributis seruiens. Supra Zabulon dixerat, maris magni littora possessurum, Sidonam quoq; & reliquas urbes, nunc ad mediterraneam prouinciam redit. Et Isachar quæ iuxta Neptalim est pulcherrimam regionem possessurum ait: Benedictio nanq; habitatorem facit. Asinum autem osseum uel fortem uocat, & humerũ ad portandum, quia in labore terræ, & uehendis ad mare quæ in finibus suis nascebantur plurimum laboraret, Regibus tributa comportans. Aiunt Hebræi per metaphorã significari, quod scripturas sanctas, die ac nocte meditans studiũ suũ, dederit ad laborandum, & idcirco omnes ei seruiunt, quasi magistro dona portantes. Dan iudicabit populũ suũ. fiat Dan coluber, &c. Salutare tuum expectabo domine. Samson iudex Israël, de tribu Iuda fuit, hoc ergo dicit nunc uidens in spiritu, comam nutrire illum, & de hostibus triumphare, quod in similitudinem colubri reguliq; obsidentis uias, nullum per terram Israël transire permittat, sed etiam si quis temerarius uirtute sua quasi uelocitate equi confisus, eam

Ruben. Simeõ et Leui. Iuda. Isachar. Dan.

eam uolucrit prædonis more populare. Non illum poterit effugere. Totum autem quod
loquitur,ad formam ſerpentis & equi pertinet. Videns ergo tam fortem Nazaræum tuũ,
qui propter meretricem mortuus eſt,& moriens noſtros occidit inimicos, putaui ô deus
ipſum eſſe Chriſtum filium tuum uerum,qui mortuus eſt & reſurrexit. Ille igitur mihi ſal-
uator mundi,& mei generis præſtolandus eſt,ut ueniat cui repoſitum eſt;et ipſe erit expe-
Gad. ctatio Gentium. Gad accinctus præliabitur ante eum,&c. Significat quod ante Ruben,et
dimidiam tribum Manaſſe & filios, trans Iordanem in poſſeſſione diuiſerat, poſt qua-
tuordecim annos reuertens, prælium aduerſum eos Gentium uicinatum grande repe-
rit, & uictis hoſtibus fortiter dimicauit. Lege librum Ieſu Naue & παραλειπομένων.
Neptalim ceruus emiſſus,uel ager irriguus, Dan eloquium pulchritudinis interpretatur.
Hebræi hic uolunt intelligi Tiberiadem. Hæc legis uidebatur habere notitiam. Ager ir-
riguus, eloquia pulchritudinis prophetarum. Ceruus emiſſus temporaneas fruges,&
uelocitatem terræ uberioris oſtendit. Sed melius ſi cuncta ad doctrinam ſaluatoris refe-
rantur,qui ibidem maxime docuerit,ut in Euangelio ſcribitur. Filius meus Ioſeph accre-
Ioſeph. ſcens,& decorus aſpectu,&c. ô fili Ioſeph,qui tam pulcher es,ut te tota de muris & turri-
bus ac feneſtris puellarum Aegypti turba proſpectaret. Inuiderunt tibi fratres tui,haben-
tes liuoris ſagittas,& zeli iaculis uulnerati. Verum arcum tuum & arma pugnandi,poſui-
ſti in deo,qui fortis eſt propugnator,& uincula tua quibus te fratres ligauerũt,ab ipſo ſo-
Beniamin. luta ſunt & diſrupta. Vt ex tuo ſemine tribus naſcatur Effraim fortis,ſtabilis,& inſtar la-
pidis durioris inuicta,imperãs decem tribus Iſraël. Beniamin lupus rapax, mane comedit
prædam,& ueſpere diuidet ſpolia. Hæc de Apoſtolo apertiſſima eſt prophetia: in ado-
leſcentia enim perſecutus Eccleſiam,in ſenectute prædicator Euangelij factus eſt. Hebræi
dixerunt: Altare in quo imolabantur hoſtię,& uictimarum ſanguis in parte tribus Benia-
min fuiſſe. Hoc ergo ſignificat, quod ſacerdotes immolant mane hoſtias. Ad ueſperã ue-
ro diuidant,quæ ſibi à populo ex lege collecta ſunt. Hæc hactenus hiſtorice. Spiritualiter
autem Ruben prioris populi Iudæorum oſtẽdit perſonam, cui à domino per prophetam
dicitur; Iſraël primogenitus meus. Etenim iuxta quod primogenitus debebatur,ipſius e-
rat accipere ſacerdotium & regnum. Additur,tu uirtus mea,quoniam huic populo funda-
mentum fidei ex ipſa uirtute dei,qui eſt Chriſtus aduenit. Quomodo autem ipſe ſit prin-
cipium dolorum,niſi dum patri deo ſemper irrogat iniurias,conuertens ad eum dorſum
non faciem. Prior in donis,quia primum ipſi credita ſunt eloquia dei,& legis latio,& te-
ſtamentum. Vltra nõ creſcas,quia peccauit & Chriſtum negauit, poſtquam diſperſus eſt
in uniuerſum orbem,ualde imminutus eſt. Sed quare talia meruit ſubiecit, quia aſcendiſti
cubile patris tui,quando corpus dominicũ in quo plenitudo diuinitatis requieſcebat,rap-
tum in cruce ſuſpendit,& ferro commaculauit. Simeon & Leui uaſa iniquitatis, per hos
ſcribæ & phariſæi & ſacerdotes intelliguntur. De Simeone enim ſcribæ erant Iudæorum,
de tribu uero Leui,principes ſacerdotum,qui conſilium fecerunt,ut Ieſum dolo tenerent
& occiderent,de quo dicit: In conſilium eorum ne ueniat anima mea. Nouiſſimis quidem
temporibus Iudæi occiderunt uirum, id eſt, Chriſtum,de quo dicitur; Ecce uir Oriens no-
men eius. Et iterum,fœmina circundabit uirum. Suffoderunt murum, id eſt, ſpiritualem il-
lum fortiſſimum murum,qui cuſtodit Iſraëlem,lancea confoderunt. Maledictus furor eo-
rum,quia pertinax,cum Chriſtum furore accenſi obtulerunt Pontio Pilato dicentes: Cru-
cifige eum. Et indignatio eorum dura,dum Barrabam latronem peterent, & principẽ ui-
tæ crucifigendum poſtularent. Diuidam eos in Iacob & diſpergam in Iſraël,quia nonnul-
li ex illis crediderunt,quidam autem in infidelitate permanſerunt. Diſperſi ergo ſunt quo-
rum patria, templum ſubuerſum eſt,& per orbem terrę gens incredula ſpargitur. Iuda te
laudabunt fratres tui,pec hunc Iudam uerus confeſſor exprimitur Chriſtus,qui ex eius tri-
bu ſecundum carnem eſt genitus,ipſum laudant fratres ſui, Apoſtoli uidelicet & omnes
cohæredes eius,qui per adoptionem filij deo patri, & Chriſti fratres effecti ſunt per gra-
tiam,quorum ipſe dominus eſt per naturam. Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuo-
rum. Iiſdem enim manibus & eodem crucis tropheo & ſuos texit,& inimicas aduerſari-
asq; poteſtates deuicit,unde ei à patre dicitur; Sede ad dexteram meam, donec ponam ini-
micos tuos ſcabellum pedum tuorum. Adorabunt te filij patris tui,quando multi ex filijs
Iacob adorantes eum,per electionem gratiæ ſalui facti ſunt. Catulus Leonis Iuda, quãdo
paruulus (ut ſcriptum eſt) natus eſt nobis,ad prædam aſcendens,in crucem uidelicet, cap-

tiuos

tiuos populos ut redimeret, quos aduerſarius ille inuaſerat. Requieſcẽs accubuit ut Leo, hoc manifeſtiſſime in paſſione factũ, quando inclinato capite tradidit ſpiritũ. Siue quãdo in ſepulchro, uelut quodam corporis ſomno quieuit. Sed quare ut Leo, quia nõ neceſſitate, ſed poteſtate hoc ipſum impleuit, ſicut ipſe dicit: Nemo tollet animã meã, ſed ego ponã eã. Quod addidit, ut catulus Leonis, inde enim eſt mortuus, unde natus. Bene Chriſtus ut Leo requieuit, qui nõ ſolũ mortis acerbitatẽ nõ timuit, ſed etiã in ipſa morte, mortis imperiũ uicit. Quod dicit, quis ſuſcitabit illũ? quia nullus niſi ipſe, unde ait: Soluite templum hoc, & in triduo ſuſcitabo illud. Nõ deficiet dux de Iuda. Hoc manifeſtiſſime ad Iudã refertur. Diu eñ fuit ex ſemine illius intemerata apud Iudæos ſucceſſio regni, donec Chriſtus naſceretur, & hoc ſupra diximus. Alligans ad uineã pullum ſuũ. Pullus, populus eſt ex Gentib. cui adhuc nunꝙ fuerat onus legis impoſitum. Hunc alligauerunt Apoſtoli, q ex Iudæis ſunt, ad uineam, de qua dicitur: Vinea domini Sabaoth. Et ad uitẽ, quæ dicit: Ego ſum uitis uera, alligat aſinã, hoc eſt, Synagogam grauidã, & graui legis pondere depreſſam. Lauit in uino ſtolã ſuam, carnem ſuam uel Eccleſiã uino, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorũ. Palliũ, Gentes ſunt, quas corpori ſuo iunxit, ſicut ſcriptũ eſt: Viuo ego, dicit dominus, niſi hos omnes induam, ſicut ueſtimentum. Pulchriores oculi eius uino, oculi, Apoſtoli & Euangeliſtæ, qui lumen ſcientiæ Eccleſiæ pręſtant, quorum ſcripta auſteritatem uini, priſcæ legis ſuperant, quia longe leuiora ſunt. Dentes eius lacte candidiores, hi ſunt præceptores ſancti, qui præcidunt ab erroribus homines. Zabulon in littore maris, Zabulon interpretatur habitaculum pulchritudinis, Eccleſiã ſignificat, quæ in littore maris habitat, & credentibus refugium & periclitantibus demonſtrat fidei portum. Hæc contra omnes turbines ſeculi inconcuſſa firmitate ſolida, expectat naufragium Iudæorum & hæreticorum procellas, qui circunferuntur omni uẽto doctrinæ, quorum etſi tunditur fluctibus, non tamen frangitur. Et in terra Zabulon prædicaſſe Chriſtũ teſtatur Euãgelium: Terra Zabulon & terra Neptalim, populus qui ſedebat in tenebris, uidit lucem magnã. Sidon interpretatur uenator. Venatores uero qui ſunt, niſi Apoſtoli, qui ex illis locis aſſumpti ſunt, de quibus dicitur: Mittam uenatores multos, & uenabũtur uos in omni loco Iſachar, aſinus fortis. Iſachar interpretatur merces, refertur ad populum Gentium, quem dominus prætio ſanguinis ſui mercatus eſt. Hic Iſachar aſinus fortis ſcribitur, quia prius populus Gentilis, quaſi brutum & luxurioſum animal, nullaꝗ ratione ſubſiſtens, nunc fortis redemptoris collum dominio ſubmittens, ad iugum diſciplinæ Euãgelicæ peruenit. Hic cubans inter terminos, uidit requiem, quod eſſet bona, & terram, quod eſſet optima. Inter terminos cubare, eſt præſtolato mundi fine requieſcere, nihilꝗ eorum, quæ uerſantur in medio, quærere, ſed ultima deſiderare. Fortis aſinus requiẽ & terram optimam uidet, cum ſimplex gentilitas ſe ad robur boni operis erigit, & ad æternæ uitæ præmium tendit. Vnde apponit humerum ſuum ad portandum, quia dum ad promiſſam requiem peruenire deſiderat, cuncta mandatorum onera libenter portat. Facta eſt tributis ſeruiens, dum regi Chriſto bonorum operum offert munera. Dan iudicabit populum ſuum, ſicut aliæ tribus Iſraël: Fiat Dan coluber in uia, Ceraſtes in ſemita. Dicunt quidam Antichriſtum per hæc uerba dici, de iſta tribu futurum, pro eo quod hoc loco Dan & coluber aſſeritur & mordens. Inter tribus Iſraël primus Dan, ad Aquilonem caſtrametatus eſt, illum ſignificans, qui ſe in lateribus Aquilonis ſedere dicit, de quo figuraliter Propheta dicit: A Dan auditus eſt fremitus equorũ, qui non ſolum coluber, ſed etiam cornutus ſerpens dicitur, per quem digne Antichriſtus aſſeritur, qui contra uitam fidelium cũ morſu peſtiferæ prædicationis armabitur, & cornibus contra poteſtates. Quis autẽ neſcit anguſtiorem eſſe ſemitam, ꝗ uia ſit. Ergo coluber in uia, quod in præſentis uitæ latitudine eos ambulare prouocat, quibus quaſi parcẽdo blanditur, ſed mordet, quum eos quibus libertatem tribuit erroris ſui ueneno conſumit. Fit iterum Ceraſtes in ſemita, quia quos fideles reperit, & eſſe inter anguſta itinera præcepti cœleſtis, conſtringere uidet, non ſolum nequitia callidæ perſuaſionis impetit, uerumetiam terrore poteſtatis perimit in perſęcutionis angore. Poſt beneficia fictę dulcedinis exercet cornua poteſtatis. Equi mundum ſignificant, qui per elationem ſuam in curſu labentium temporũ ſpumat. Et quod Antichriſtus extrema mundi apprehendet, Ceraſtes ille equi ungulas mordere perhibetur. Equi ungulas mordere, eſt extrema ſeculi contingere. Vt cadat aſcenſor eius retro, Aſcẽſor huius equi eſt, quiſqs iniquitatib. mũdi extollitur, unde & retro cadere dicit.

REVERENDISSIMO D. Antonio à Granuella, Episcopo Atrebatensi, Petrus Nannius. S. P. D.



Erius quidem quàm uolebam, non tamen importune tibi libellum de resurrectione mortuorum offero. Paschales enim feriæ, quibus Christus resurrexit, primitiæ dormientium, solennem habent de resurrectione tractatum; adeo ut quod fortuito factum est, cõsilio procuratum uideri possit. Non iniquus igitur hac in parte sum meis istis perpetuis negocijs, quæ mihi hanc cõperendinationem attulerint: quanquam alias ea satis moleste ferre soleo. Non hic me uẽdito de laboribus, id tantũ dico ludũ iocũque esse cætera, præut est in philosophis uertẽdis operã sumere. Habẽt ipsi suã phrasim etiã in Græca lingua à cæteris scriptoribus diuersam, & à uulgo abhorrentem, tantum abest, ut cum Latino sermone cõueniant. Hinc est, quod tam pauci philosophos transferũt, atque inter eos qui trãstulerunt, paucissimi probentur. Nobis præter ista incõmoda id quoque molestiæ fuit, quod hic noster Athenagoras non in philosophicis rebus, sed in altissimis Christianitatis mysterijs philosophetur, ut qui eum aggrediatur, non minùs cum peritissimo theologo, quàm prudentissimo philosopho negocium habeat, id'que in re grauissima, nimirùm defunctorum corporum resurrectione, de qua cardo ac summa totius Christianę religionis pendet. Nobis porrò non nisi unicum exemplar fuit, à doctissimo quidem uiro descriptum, sed tamen non paucis uitijs infectum; nec mirum, nõ enim meliora mihi poterat tradere, quàm in archetypo inuenerat, quod unum superesse aiunt in uniuersa Europa. Vtinam qui nostra legent, priùs Græca inspiciant, ut ipsi suapte experientia cognoscant, quàm difficile sit huius philosophi linguam intelligere, atque ubi intellexerint, ita in Latinum idioma refundere, ut nec Græcitatis peregrinitas, nec philosophicæ spinositatis asperitas appareat: sed obuium quiddam habeat & attemperatum uulgi ingenijs. Nihil mihi tale arrogo, sed me id conatum fuisse non dissimulo. Hermolaus certè ea omnia ad amussim pręstitit. Hic eñ philosophos aliquot cum pauculis scholasticis in diatriba murmurantes in forum & in publicum protraxit, ac luci assuefecit. Cæterùm inter elucubrandum semper mihi laborem mitigauit recordatio tui, cogitãti id operis summo uiro desudari, cui non minùs Ecclesiæ negocia, quàm Cæsarianarũ rerum curæ incumbũnt, & feliciter innituntur. Nõ sensit faber, aut si sentit, sine animi ægritudine lassitudinem transmittit, cùm corona principi suo excudenda eum in labore occupatum tenet. Nec Nannius eam fatigationem duram existimauit, quæ mecœnati suo impẽderetur in libello uerè aureo, & super omnium gemmarum pręcia æstimando. Hic enim refutantur omnia, quæ resurrectionem ambiguã faciunt. Afferuntur ea quæ incredulis hominibus uelint nolint resurrectionis fidem infigant. Non enim hic Athenagoras noster uerisimilibus agit, quæ pronitatem credẽdi, nõ necessitatem habeant, sed omnia demonstrationibus communit, omnia inexpugnabilibus rationibus instruit, ut nihil habeat ceruicosa gentilitas quod opponere possit. Accipe igitur eruditissime & religiosissime præsul eum libellum, qui de basi ac fundamẽto totius Christianitatis felicissimè disceptat. ac Nannium ut soles tua propitia beneuolentia foue. Louanij 13. Calendas Maias. Anno 1541.

ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ ΠΕΡΙ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.

ATHENAGORAE ATHENIENSIS, Philosophi Christiani, de mortuorum resurrectione, Petro Nannio interprete.

Παντὶ δόγματι καὶ λόγῳ τῆς ἐν τούτοις ἀληθείας ἐχομένῳ παραφύεταί τι ψεῦδος, παραφύεται δὲ οὐκ ἐκ τῆς ὑποκειμένης τινὸς ἀρχῆς κατὰ φύσιν ὁρμώμενον ἢ τῆς κατ' αὐτὸ ὑπὲρ δὴ ἕκαστον αἰτίας, ἀλλ' ὑπὸ τῶν τὴν ἔκθεσμον σπορὰν ἐπὶ διαφθορᾷ τῆς ἀληθείας τετιμηκότων σπουδαζόμενον. τοῦτο δὲ ἔστιν εὑρεῖν, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν πάλαι ταῖς περὶ τούτων φροντίσιν ἐσχολακότων, καὶ τῆς ἐκείνων πρός τε τοὺς ἑαυτῶν πρεσβυτέρους, καὶ τοὺς ὁμοχρόνους γενομένης διαφορᾶς, οὐχ ἥκιστα δὲ δι' αὐτῆς τῆς τῶν ἐν μέσῳ στρεφομένων ταραχῆς. οὐδὲν γὰρ τῶν ἀληθῶν οἱ τοιοῦτοι κατέλιπον ἀσυκοφάντητον, οὐ τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ, οὐ τὴν γνῶσιν, οὐ τὴν ἐνέργειαν, οὐ τὰ τούτοις ἐφεξῆς καθ' εἱρμὸν ἑπόμενα, καὶ τὸν τῆς εὐσεβείας ὑπογράφοντα λόγον. ἀλλ' οἱ μὲν πάντη καὶ καθάπαξ ἀπογινώσκουσι τὴν περὶ τούτων ἀλήθειαν, οἱ δὲ πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς διαστρέφουσιν, οἱ δὲ καὶ περὶ τῶν ἐμφανῶν ἀπορεῖν ἐπιτηδεύουσιν. ὅθεν οἶμαι δεῖν τοῖς περὶ ταῦτα πονουμένοις λόγων διττῶν, τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας. καὶ τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας, ἢ τοὺς ἀμφιβάλλοντας. τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας πρὸς τοὺς εὐγνωμονοῦντας, καὶ μετ' εὐνοίας δεχομένους τὴν ἀλήθειαν. ὧν ἕνεκεν χρὴ τοὺς περὶ τούτων ἐξετάζειν ἐθέλοντας τὴν ἑκάστοτε προκειμένην χρείαν σκοπεῖν, καὶ ταύτῃ τοὺς λόγους μετρεῖν, τήν τε περὶ τούτων τάξιν μεθαρμόζειν πρὸς τὸ δέον, καὶ μὴ τῷ δοκεῖν τὴν αὐτὴν πάντοτε φυλάττειν ἀρχὴν, ἀμελεῖν τοῦ προσήκοντος, καὶ τῆς ἐπιβαλλούσης ἑκάστῳ χώρας. ὡς μὲν γὰρ πρὸς ἀπόδειξιν καὶ τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν πάντοτε πρωτοστατοῦσιν οἱ περὶ αὐτῆς λόγοι τῶν ὑπὲρ αὐτῆς, ὡς δὲ πρὸς τὸ χρειωδέστερον ἀντεστραμμένως οἱ ὑπὲρ αὐτῆς, τῶν περὶ αὐτῆς. οὔτε γὰρ γεωργὸς δύναιτ' ἂν προσηκόντως καταβάλλειν τῇ γῇ τὰ σπέρματα, μὴ προεξελὼν τὰ τῆς ἀγρίας ὕλης, καὶ τοῖς καταβαλλομένοις ἡμέροις σπέρμασι λυ-

OMnibus dogmatibus & rationibus, quæ ab harum rerum ueritate pendent & fulciuntur, aliquid falsi adnascitur, & cohærescit. Adnascitur autem, non ex origine, et naturali ductu rerum, aut ex causis substantiæ, sed ex studio eorum, qui adulterinam sementem, ad corrumpendam ueritatem, in prætio & ueneratione habēt. Id ita esse deprehendas ex ueterum lucubrationibus, qui huic curæ operam impenderunt, dum pariter & cum prioris, & cum sui seculi hominibus dissident, imprimis autem ex ea quæ inter ipsos opinionum tumultuatio est. Nullam enim istiusmodi homines ueritatem sine obtrectatione dimiserunt, non substantiam dei, non cognitionē non operationem, aut ea quæ istas res per seriem consequuntur. Imò nec pietatis depictricem orationem. Nam aliqui eorū planè desperant de istarum rerum ueritate: alij pro libidine torquent: alij de manifestis dubitationem instituunt.

Quamobrem puto eum qui de istis rebus disputaturus sit, duplici oratione opus habere, altera nimirum quæ pro ueritate, altera quæ de ueritate disceptet, priore oratione aduersus incredulos & dubitantes, secunda aduersus beneuolos & ueritatis studiosos utendū existimo. Qua de causa oportet eos, qui hisce de rebus quæstionem instituere uolunt, subinde inspicere, quid res exigat, & eatenus uerba metiri, earumq; rerum ordinem necessitati adaptare, ut non dum prima quæ que pro ferie priori loco constituas, decorum uioles, & necessitatis & congrauitatis respectum deferas. Vt enim ad demonstrationem & naturale consequium, priora sunt ea, quæ de rebus, quàm pro rebus disputantur, ita quando ad utilitatem referuntur, priore loco ponenda ea, quæ pro rebus, quàm quæ de rebus disceprant. Neque enim agricola aptè potest inspargere semen, nisi purgato agro à syluestri materia, eis'que quæ sementibus bonis noxam adferunt.

φαινόμενα. οὔτε ἰατρὸς ἐνεῖναί τι τῶν ὑγιεινῶν φαρμάκων τῷ δεομένῳ θεραπείας σώματι, μὴ τὴν ἐνοῦσαν κακίαν προκαθάρας, ἢ τὴν ἐπιῤῥέουσαν ἐπισχών, οὔτε μὴν ὁ τὴν ἀλήθειαν ἐθέλων διδάσκειν, περὶ τῆς ἀληθείας λέγων πεῖσαι δύναιτ' ἄν τινα, ψευδοδοξίας τινὸς ὑποικουρούσης τῇ τῶν ἀκουόντων διανοίᾳ, καὶ τοῖς λόγοις ἀντισατούσης. διὸ πρὸς τὸ χρειωδέστερον ἀφορῶντες, καὶ ἡμεῖς προτάσσομεν ἔσθ' ὅτε τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας λόγους τῶν περὶ τῆς ἀληθείας. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ποιῆσαι καὶ νῦν ἐπὶ τῶν τῆς ἀναστάσεως λόγων οὐκ ἀχρεῖον φαίνεται σκοποῦσι τὸ δέον. καὶ γὰρ ἐν τούτοις εὑρίσκομεν τοὺς μὲν ἀπιστοῦντας πάντη τινὰς καὶ ἀμφιβάλλοντας, καὶ τῶν γε τὰς πρώτας ὑποθέσεις δεξαμένων τινάς, ἐπίσης τοῖς ἀμφιβάλλουσιν ἀποροῦντας, τὸ δὴ πάντων παραλογώτατον, ὅτι ταῦτα πάσχουσιν οὐδ' ἡντιναοῦν ἔχοντες ἐκ τῶν πραγμάτων ἀπιστίας ἀφορμήν, οὐδ' αἰτίαν εὑρίσκοντες εἰπεῖν εὔλογον, δι' ἣν ἀπιστοῦσιν ἢ διαποροῦσιν. σκοπῶμεν δὲ οὕτως, εἰ πᾶσα ἀπιστία μὴ προχείρως καὶ κατά τινα δόξαν ἄκριτον ἐγγινομένη τισίν, ἀλλὰ μετά τινος αἰτίας ἰσχυρᾶς, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀλήθειαν ἀσφαλείας. τότε γὰρ τὸν εἰκότα σώζει λόγον, ὅταν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα περὶ οὗ ἀπιστοῦσιν, ἄπιστον εἶναι δοκῇ. τὸ γὰρ τοῖς οὐκ οὖσιν ἀπίστοις ἀπιστεῖν, ἀνθρώπων ἔργον οὐχ ὑγιαινούσῃ κρίσει περὶ τὴν ἀλήθειαν χρωμένων. οὐκοῦν χρὴ καὶ τοὺς περὶ τῆς ἀναστάσεως ἀπιστοῦντας ἢ διαποροῦντας μὴ πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἀκρίτως, καὶ τὸ τοῖς ἀκολάστοις κεχαρισμένον, τὴν περὶ ταύτης ἐκφέρειν γνώμην, ἀλλ' ἢ μηδεμιᾶς αἰτίας ἐξάπτειν τὴν τῶν ἀνθρώπων γένεσιν, ὃ δὴ καὶ λίαν ἐστὶν εὐέλεγκτον, ἢ τῷ θεῷ τὴν τῶν ὄντων ἀνατιθέντας αἰτίαν, εἰς τὴν τοῦδε τοῦ δόγματος ἀποβλέπειν ὑπόθεσιν. καὶ διὰ ταύτης δεικνύναι τὴν ἀνάστασιν οὐδαμόθεν ἔχουσαν τὸ πιστόν. τοῦτο δὲ ποιήσουσιν ἐὰν δεῖξαι δυνηθῶσιν, ἢ ἀδύνατον ὂν τῷ θεῷ, ἢ ἀβούλητον τὰ νεκρωθέντα τῶν σωμάτων, ἢ καὶ πάντη διαλυθέντα πάλιν ἑνῶσαι καὶ συναγαγεῖν πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων σύστασιν. ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ δύνωνται, παυσάσθωσαν τῆς ἀθέου ταύτης ἀπιστίας, καὶ τοῦ βλασφημεῖν ἃ μὴ θέμις. ὅτι γὰρ οὔτε τὸ ἀδύνατον λέγοντες ἀληθεύουσιν, οὔτε τὸ ἀβούλητον ἐκ τῶν ῥηθησομένων γενήσεται φανερόν. τὸ ἀδύνατον τινὶ γιγνώσκεται κατὰ ἀλήθειαν τοιοῦτον, ἢ ἐκ τοῦ μὴ γιγνώσκειν τὸ γενησόμενον, ἢ ἐκ τοῦ δύναμιν ἀρκοῦσαν μὴ ἔχειν πρὸς τὸ ποιῆσαι καλῶς τὸ ἐγνωσμένον. ὁ γὰρ ἀγνοῶν τι τῶν γενέσθαι δεόντων, οὐκ ἂν οὔτ' ἐγχειρῆσαι, οὔτε ποιῆσαι τὸ παράπαν δυνηθείη ὅπερ ἀγνοεῖ, ὅ τε γινώσκων καλῶς τὸ ποιηθησόμενον, καὶ πόθεν γένοιτ' ἄν, καὶ πῶς.

Neq; medicus infundere salutare pharmacum ægroto corpori, nisi uitiosa priùs expurgarit, aut affluentem purulentiam cohibuerit: neq; qui ueritatē docet, de ueritate loquens, persuadere potest, dum adhuc in animis inhabitat falsa opinio, quę ipsis ueri rationibus obsistit. Quamobrē & nos quoq; cura & respectu utilitatis, nōnunq; prius pro ueritate quàm de ueritate sermonē instituimus, id quod in præsentiarum nō inutile factu uidetur, dum quòd necessitas exigat, ante oculos habemus, præcipuè in oratione quæ de resurrectione corporū disputatura est. Nam & hîc quoque quosdam uidemus planè incredulos, quosdam dubitabundos, alios quoq; qui primas suppositiones, & statumina quæstionis admittūt, ęquè tamē cū illis qui dubitabūdi sunt animo incerto & ambiguo fluctuare: deinde patiuntur istam animi fluctuationē sine ulla quam ex reb. ipsis deriuare possunt dubitādi occasione. Nullam enim causam allegare possunt, saltem uerisimilem, cur aut dubitent, aut hæsitent. Id ita esse, hoc pacto cōsideres. Siquidem omnis credendi difficultas nō temere ex futili nulliúsque iudicij opinione nascit̃, sed ex ualida causa et uerisimilitudine plurimùm munita. Tum enim incredulitas rationem iustam habet, cùm ipsa res de qua non creditur, quiddam incredibile continet. Nā rebus quæ dubitandi causam non habent non credere, eorum hominum est, qui sano iudicio in discutienda ueritate minime utūtur. Decet igitur qui resurrectionem nō credunt, aut ambigunt, non ad id quod ipsis temerè apparet, aut quod nepotibus & luxuriosis opinari gratum est, sentētiam suā dirigere, sed in excutienda contemplādaq; huius dogmatis ueritate, aut nullam causā assignare hominū creationi, q̃d facillimum refutatu est, aut omnia creata Deo autori imputare, atq; inde edocere resurrectionē ipsam nulla ex parte fidem mereri. Atqui illud facient, si ostendent Deo aut uoluntatē aut facultatem restituendi mortui dissolutiq; corporis deesse, ut illud rursus consolidet et couniat, ad hominis ueteris formā instaurandam. Quòd si illud probare nequeant, desistant ab ista impia incredulitate & blasphematione nefaria. Verùm quòd falsa dicturi sunt, siue deum allegent non posse siue non uelle, ex sequentibus apparebit: Impotentia enim alicuius inde deprehenditur, si aut ignoret quod faciendum sit, aut si norit, imbecillior sit uiribus, quàm ut probe efficiat. Qui enim ignorat quid faciendum, is neque conari, neq; perficere quicquam potest, earum duntaxat rerum, quarum notitiam nullam habet. Qui autem cognoscit quid faciendū sit, & quomodo, & unde id confici possit,

δύναμιν

δύναμιν δὲ ἢ μηδ' ὅλως ἔχων πρὸς τὸ ποιῆσαι τὸ γινωσκόμενον, ἢ μὴ ἀρκοῦσαν ἔχων, οὐκ ἂν ἐγχειρήσειε τὴν ἀρχὴν εἰ σωφρονοίη, καὶ τὴν ἰδίαν περισκέψαιτο δύναμιν. ἐγχειρήσας δὲ ἀπερισκέπτως, οὐκ ἂν ἐπιτελέσειε τὸ δόξαν. ἀλλ' οὔτε ἀγνοεῖν τὸν θεὸν δυνατὸν τῶν ἀνισταμένων σωμάτων τὴν φύσιν κατὰ μέρος ὅλον καὶ μόριον, οὔτε μὴν ὅποι χωρεῖ τῶν λυομένων ἕκαστον, καὶ ποῖον τῶν στοιχείων μέρος δέδεκται τὸ λυθὲν, καὶ χωρῆσαν πρὸς τὸ συγγενὲς, κἂν πάνυ τοῖς ἀνθρώποις ἀδιάκριτον εἶναι δοκῇ, τὸ πρὸς τὸ πᾶν πάλιν προσφυῶς ἡνωμένον. ᾧ γὰρ οὐκ ἠγνόητο πρὸ τῆς οἰκείας ἑκάστου συστάσεως, οὔτε τῶν γεννησομένων στοιχείων ἡ φύσις ἐξ ὧν τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα, οὔτε τὰ μέρη τούτων ἐξ ὧν ἤμελλεν λήψεσθαι τὸ δόξαν, πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρωπείου σώματος σύστασιν, εὔδηλον ὡς οὐδὲ μετὰ τὸ διαλυθῆναι τὸ πᾶν ἀγνοηθήσεται, ποῦ κεχώρηκεν ἕκαστον ὧν εἴληφε πρὸς τὴν ἑκάστου συμπλήρωσιν. ὅσον μὲν γὰρ κατὰ τὴν νῦν κρατοῦσαν παρ' ἡμῖν τῶν πραγμάτων τάξιν, καὶ τὴν ἐφ' ἑτέρων κρίσιν, μεῖζόν ἐστι τὸ τὰ μὴ γινόμενα προγινώσκειν. ὅσον δὲ πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ θεοῦ καὶ τὴν τούτου σοφίαν, ἀμφότερα κατὰ φύσιν καὶ ῥᾴδιον ἐπίσης, τὸ περὶ τὰ μὴ γινόμενα προγινώσκειν, τὸ καὶ διαλυθέντα γινώσκειν, καὶ μὴν καὶ τὴν δύναμιν. ὡς ἔστιν ἀρκοῦσα πρὸς τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν δείκνυσιν, ἡ τούτων αὐτῶν γένεσις. εἰ γὰρ μὴ ὄντα κατὰ τὴν πρώτην σύστασιν ἐποίησε τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα, καὶ τὰς τούτων ἀρχὰς, καὶ διαλυθέντα, καθ' ὃν ἂν τύχῃ τρόπον, ἀναστήσει μετὰ τῆς αὐτῆς εὐμαρείας. ἐπίσης γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο δυνατὸν, καὶ περὶ λόγου βλάβος οὐδὲν, κἂν ἐξ ὕλης ὑποθῶνταί τινες τὰς πρώτας ἀρχὰς, κἂν ἐκ τῶν στοιχείων ὡς πρώτων τὰ σώματα τὰ τῶν ἀνθρώπων, κἂν ἐκ σπερμάτων. ἧς γάρ ἐστι δυνάμεως καὶ τὴν παρὰ τῶν νενομισμένην ἄμορφον οὖσαν μορφῶσαι, καὶ τὴν ἀνείδεον, καὶ ἀδιακόσμητον πολλοῖς καὶ διαφόροις εἴδεσι κοσμῆσαι. καὶ τὰ μέρη τῶν στοιχείων εἰς ἓν συναγαγεῖν, καὶ τὸ σπέρμα ἓν ὂν καὶ ἁπλοῦν εἰς πολλὰ διελεῖν, καὶ τὸ ἀδιάρθρωτον διαρθρῶσαι, καὶ τῷ μὴ ζῶντι δοῦναι ζωὴν τῆς αὐτῆς ἐστι, καὶ τὸ λελυμένον ἑνῶσαι, καὶ τὸ κείμενον ἀναστῆσαι, καὶ τὸ τεθνηκὸς ζωοποιῆσαι πάλιν, καὶ τὸ φθαρτὸν μεταβαλεῖν εἰς ἀφθαρσίαν τοῦ αὐτοῦ δ' ἂν εἴη. καὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ σοφίας, καὶ τὸ διατεθρυμμένον πλήθει ζῴων παντοδαπῶν ὁπόσα τοῖς τοιούτοις σώμασιν ἐπιτρέχειν εἴωθε, καὶ τὸν ἐκ τούτων ἀγείρειν κόρον, διακρῖναι μὲν ἐκεῖθεν, ἑνῶσαι δὲ πάλιν τοῖς οἰκείοις μέρεσι καὶ μορίοις, κἂν εἰς ἓν ἐξ ἐκείνων χωρήσῃ ζῷον, κἂν εἰς πολλὰ, κἂν ἐντεῦθεν εἰς ἕτερα, κἂν ἐκείνοις αὐτοῖς συνδιαλυθὲν ἐπὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς ἐνεχθῇ κατὰ τὴν φυσικὴν εἰς ταύτας ἀνάλυσιν

uires autē aut omnino non habet, aut non sufficientes habet ad rem exequēdam, quā probè intelligit is si sapiet suasq; facultates inspiciet, aut non tentabit, aut ubi incircū/specte tentauerit, fine operis destituetur. Atqui neq; possibile est ut de' ignoret, uel ex parte, nel ex particula naturā corporum resurrectioni destinatorū. Neq; enim late/re potest, quō singula ex tabidis membris abierint, et quæ in se elementorum par/tes putrefacta receperint, & in cognatam naturā admiserint, tametsi omnino apud homines id quod rursum uniuersitati ele/mentorum affusum est, insecernibile uidea/tur & indeprehēsibile. Cui em̄ ante cuiusq; rei procreationem ignota non erat futuro rum elemētorum natura, ex quibus corpo/ra suum ortum traxerūt, neq; partes elemē/torum incognitæ fuerunt, ex quibus decer/pturus erat quod placeret ad humani cor/poris constitutionem, abunde manifestum est neq; eum ignoraturū, quō singula rece/dant, quę ad perfectionē operis assumpsit, ubi integritas illa dissipata fuerit. Quantū enim ad rerum nostrarū ordinem aliorūq; negociorū dijudicationē maius est, ea quæ nōdum sunt præcognoscere, quantū autē ad Dei maiestatem eiusq; sapientiā, ambo ista naturalia, & ex æquo facilia sunt, & nō dum nata præcognoscere, & resoluta di/noscere. Atqui uires dei sufficere ad cor/porum restitutionem indicat uel ipsorum procreatio. Si enim corpora, cum non essent, condidit, eorum'que principia unde originem trahunt, procreauit, etiam quo modocunq; dissoluta, cum eadē facilitate instaurabit. Id enim illi æquè possibile est. Neq; inde hæc ratio labascet, siue ex mate ria originē rerū deducāt, siue ex elemētis, ut principijs omnium corpora cōstituant, siue ex semine. Cuius enim est potestatis à sua conditione informem materiam trans formare, nullaq; figura indutam multis & diuersis uultibus exornare, et partes elemē torū in unum cogere, et semen quod unum est & simplex, in multa diuidere, & quod inarticulatum est, articulis distinguere, et uitam dare rei inanimatæ: eiusdem quoque potestatis est, & quod dissipatum est counire, & quod iacet surrigere, & quod mortuū denuò uiuificare, & corruptibile mutare in incorruptibilitatē: eiusdē autoris fuerit, & eiusdē potestatis & sapiētię, id quod discerptū est à multitudine omnigenarū bestiarū, quotqt istiusmodi corpora inuadere solēt, aut in/de satietatē colligere, ab ipsis seperare, rursusq; adiungere suis mēbris & partibus, siue illa antea in unā bestiam, siue in plures abcessēre, siue inde in alias atq; alias abiēre, siue cū illis ipsis extabefacta ad initiales origines rediēre, prout naturali putrefactione resolui solēt.

ὃ δὴ καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς ἔδοξέ τινας καὶ τῶν ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένων ἰσχυρὰς οὐκ οἶδ' ὅπως ἡγησαμένων τὰς παρὰ τῶν πολλῶν φερομένας διαπορήσεις. οὗτοι δ' ἤγε φασὶν πολλὰ μὲν σώματα τῶν ἐν ναυαγίοις καὶ ποταμοῖς δυσθανάτων ἰχθύσι γενέσθαι τροφήν, πολλὰ δὲ τῶν ἐν πολέμοις θνησκόντων, ἢ κατ' ἄλλην τινὰ τραχυτέραν αἰτίαν καὶ πραγμάτων περίστασιν ταφῆς ἀμοιρούντων τοῖς προστυγχάνουσι ζώοις προκεῖσθαι βοράν. τῶν οὖν οὕτως ἀναλισκομένων σωμάτων, καὶ τῶν ταῦτα συμπληρούντων μερῶν, καὶ μορίων εἰς πολὺ πλῆθος ζώων διαθρυπτομένων, καὶ διὰ τῆς τροφῆς τοῖς τῶν τρεφομένων σώμασιν ἑνουμένων, πρῶτον μὲν τὴν διάκρισιν τούτων φασὶν ἀδύνατον. πρὸς δὲ ταύτῃ τὸ δεύτερον ἀπορώτερον. τῶν γὰρ τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων ἐκβοσκηθέντων ζώων, ὁπόσα πρὸς τροφὴν ἀνθρώποις ἐπιτήδεια, διὰ τῆς ἐκείνων γαστρὸς ἰόντων, καὶ τοῖς τῶν μετειληφότων σώμασιν ἑνουμένων, ἀνάγκην εἶναι πάντως τὰ μέρη τῶν ἀνθρώπων ὁπόσα τροφὴ γέγονε τοῖς μετειληφόσι ζώοις πρὸς ἕτερα τῶν ἀνθρώπων μεταχωρεῖν σώματα, τῶν μεταξὺ τούτοις τραφέντων ζώων, τὴν ἐξ ὧν ἐτράφησαν τροφὴν διαπορθμευόντων εἰς ἐκείνους τοὺς ἀνθρώπους ὧν ἐγένετο τροφή. εἶτα τούτοις ἐπιτραγῳδοῦσι τὰς ἐν λιμοῖς καὶ μανίαις ἐπιτολμηθείσας τεκνοφαγίας, καὶ τοὺς κατ' ἐπιβουλὴν ἐχθρῶν ὑπὸ τῶν γεννησαμένων ἐδηδεσμένους παῖδας, καὶ τὴν Μηδικὴν τράπεζαν ἐκείνην, καὶ τὰ τραγικὰ δεῖπνα Θυέστου, καὶ τοιαύτας δή τινας ἐπισυνείρουσι τῶν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις καινουργηθείσας συμφοράς, ἔκ τε τούτων κατασκευάζουσιν, ὡς νομίζουσιν, ἀδύνατον τὴν ἀνάστασιν, ὡς οὐ δυναμένων τῶν αὐτῶν μερῶν ἑτέροις συναναστῆναι σώμασιν. ἀλλ' ἤτοι τὰ τῶν προτέρων συστῆναι μὴ δύνασθαι μετεληλυθότων τῶν ταῦτα συμπληρούντων μερῶν πρὸς ἑτέρους, ἢ τούτων ἀποδοθέντων τοῖς προτέροις ἐνδεῶς ἕξειν τὰ τῶν ὑστέρων. ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι, πρῶτον μὲν τὴν τοῦ δημιουργήσαντος καὶ διοικοῦντος τόδε τὸ πᾶν ἀγνοεῖν δύναμίν τε καὶ σοφίαν, ἑκάστου ζώου φύσει καὶ γένει τὴν προσφυῆ καὶ κατάλληλον συναρμόσαντος τροφήν, καὶ μήτε πᾶσαν φύσιν πρὸς ἕνωσιν ἢ κρᾶσιν παντὸς σώματος ἰέναι δικαιώσαντος, μήτε πρὸς διάκρισιν τῶν ἑνωθέντων ἀπόρως ἔχοντος, ἀλλὰ καὶ τῇ καθ' ἕκαστον φύσει τῶν γενομένων τὸ δρᾶν ἢ πάσχειν ἃ πέφυκεν ἐπιτρέποντος, ἄλλο τε καὶ κωλύοντος, καὶ πᾶν ὃ βούλεται, καὶ πρὸς ὃ βούλεται συγχωροῦντος, ἢ μεταστρέφοντος. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις μηδὲ τὴν ἑκάστου τῶν τρεφόντων ἢ τρεφομένων ἐπισκέψασθαι δύναμίν τε καὶ φύσιν.

Quod scilicet uiros eruditione admirabiles uisum est plurimum perturbare, qui uulgi hæsitationes nescio quo pacto ualidas grauésque arbitrati sunt. Isti autem multa corpora miserorum in naufragijs & fluminibus piscibus escam de se præbuisse, multa item in bello oppetentium corpora, aut ex alia asperiori causa alijs'que circunstantijs rerum, cum sepulturam non adepta sint, feris ut quæque fuit obuia in prædam cessisse. Corpora igitur ad eum modum absumpta eorumque membra, & partes unde constabant cum à multis beluis dilaniata sint, ac proinde ex coalescendi natura beluarum artubus cohæreant, impossibile esse aiunt, ut secerniculum, aut discriminationem patiantur. Præter hæc et illud secundum quod adhuc implicatius est in medium adferunt, in animalibus scilicet de pastu humanorum artuum nutritis, cum & ipsa uesca sint & idonea ad cibum, ac proinde in humanos uentres ingerantur, ac cum deuorantium corpore coalescant, necessarium omnino esse ut hominis membra, quæ prius istis animalibus in escam cessere, ad alia humana corpora transire. cùm animalia illa quæ hominum interea carnibus uictitauerunt, acceptas ex eo nutrimento pulpas, & thoros rursus in homines illos transmittant, à quibus deuorantur, deinde istis uerbis tragicè accumulant liberorum uel in fame, uel in insania mactatos artus, rursusque per dolos & insidias inimicorum à parentibus deuoratos filios, simulque & Medorum mensam, & tragicas Thyestæ epulas adijciunt, & quæcunque uel apud Græcos, uel apud Barbaros nouo & admirando modo paratæ sunt calamitates. Ex istis inducunt ut sibi persuadent impossibilem esse resurrectionem, cùm fieri nequeat, ut eadem membra cum alijs atque alijs corporibus unà consurgant. Nam aut priora corpora constare nequire, cum eò transierint membra, ubi complementum præbent, aut si prioribus possessoribus reddantur, sequentium corpora imperfecta fore. Istiusmodi homines uidentur mihi primùm conditoris & gubernatoris omnium non satis scire nec potentiam, nec sapientiam, qui singulis animalium naturis & generibus cognatam & congruentem adaptat alimoniam, neque quamlibet naturam ad cuiuslibet corporis coagulationem & mixturam transire constituit, neque rursus hæsitat in discriminandis rerum coalitarum partibus ac singulis rebus secundum ipsarum naturam, & agere & pati permittit, ac nonnunquam prohibet, ac omne quod uult & quò uult, & traijcit & aufert. Præter hæc neque ijdem perspectum mihi habere uidentur, uires naturasque tum alentium tum alitarum rerum.

Ἦ γὰρ ἂν ἐγνώκεσαν ὅτι μὴ πᾶν ὃ προσφέρεταί τις ἐκ τῆς ἔξωθεν ἀνάγκης τοῦτο γίνεται τῷ ζώῳ τροφὴ προσφυὴς, ἀλλὰ τὰ μὲν ἅμα τῷ προσομιλῆσαι τοῖς περιπτυσσομένοις τῆς κοιλίας μέρεσι φθείρεσθαι πέφυκεν ἐμούμενά τε καὶ διαχωρούμενα, καὶ τρόπον ἕτερον διαφορούμενα. ὡς μηδὲ κατὰ βραχὺ τὴν πρώτην καὶ κατὰ φύσιν ὑπομεῖναι πέψιν, ἧπου γε τὴν εἰς τὸ συντρεφόμενον σύγκρασιν· ὥσπερ οὖν οὐδὲ πᾶν τὸ πεφθὲν, καὶ τὴν πρώτην δεξάμενον μεταβολὴν τοῖς τρεφομένοις μορίοις προσπελάζειν πάντως, τινῶν μὲν κατ' αὐτὴν γαστέρα τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως ἀποκρινομένων, τῶν δὲ κατὰ τὴν δευτέραν μεταβολὴν, καὶ τὴν ἐν ἥπατι γινομένην πέψιν διακρινομένων καὶ πρὸς ἕτερόν τι μεταχωρούντων, ὃ τὴν τῆς τροφῆς ἐκβέβηκε δύναμιν, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς ἐν ἥπατι γινομένης μεταβολῆς οὐ πάσης εἰς τροφὴν ἀνθρώποις χωρούσης, ἀλλ' εἰς ἃ πέφυκε περιττώματα διακρινομένης. τῆς τε καταλειφθείσης τροφῆς ἐν αὐτοῖς ἔσθ' ὅτε τοῖς τρεφομένοις μέρεσι καὶ μορίοις πρὸς ἕτερόν τι μεταβαλλούσης κατὰ τὴν ἐπικράτειαν τοῦ πλεονάζοντος ἢ περιττεύοντος. καὶ φθείρειν πως, ἢ πρὸς ἑαυτὸ τρέπειν τὸ πλησιάσαν εἰωθότος. πολλῆς οὖν οὔσης ἐν πᾶσι ζώοις τῆς φυσικῆς διαφορᾶς, καὶ αὐτῆς γε κατὰ φύσιν τροφῆς ἑκάστῳ γένει ζώων, καὶ τῷ τρεφομένῳ σώματι συνεξαλλαττομένης. τρίτης δὲ κατὰ τὴν ἑκάστου ζώου τροφὴν γινομένης καθάρσεως καὶ διακρίσεως, δεῖ πάντως φθείρεσθαι μὲν καὶ διαχωρεῖν ἢ πέφυκεν, ἢ παρὰ ἕτερον μεταβάλλειν πᾶν ὁπόσον ἀλλότριον εἰς τὴν τοῦ ζώου τροφὴν, ὡς συγκραθῆναι μὴ δυνάμενον. συμβαίνουσαν δὲ καὶ κατὰ φύσιν ἐπὶ τὴν τοῦ τρέφοντος σώματος δύναμιν ταῖς τοῦ τρεφομένου ζώου δυνάμεσι, καὶ ταύτην ἐλθοῦσαν διὰ τῶν πέφυκε κριτηρίων, καὶ καθαρθεῖσαν ἀκριβῶς τοῖς φυσικοῖς καθαρσίοις εἰλικρινεστάτην γενέσθαι πρόσληψιν εἰς οὐσίαν. ἣν δὴ καὶ μόνην ἐπαληθεύων ἄν τις τοῖς πράγμασιν ὀνομάσειεν τροφὴν, ὡς ἀποβάλλουσαν πᾶν ὁπόσον ἀλλότριον καὶ βλαβερὸν εἰς τὴν τοῦ τρεφομένου ζώου σύστασιν. καὶ τὸν πολὺν ἐκεῖνον ὄγκον ἐπεισαχθέντα πρὸς τὴν τῆς γαστρὸς ἀποπλήρωσιν, καὶ τὴν τῆς ὀρέξεως θεραπείαν. ἀλλὰ ταύτην μὲν τὴν εἰλικρινεστάτην οὐκ ἄν τις ἀμφισβητήσειεν ἑνοῦσθαι τῷ τρεφομένῳ σώματι συμπλεκομένην τε καὶ περιπλαττομένην πᾶσι τοῖς τούτου μέρεσι καὶ μορίοις. τὴν δ' ἑτέρως ἔχουσαν καὶ παρὰ φύσιν φθείρεσθαι μὲν ταχέως ἢν ἐρρωμενεστέρᾳ συμμίξῃ δυνάμει, φθείρειν δὲ σὺν εὐμαρείᾳ τὴν κρατηθεῖσαν εἴς τε μοχθηροὺς ἐκτρέπεσθαι χυμοὺς καὶ φαρμακώδεις ποιότητας, ὡς μηδὲν οἰκεῖον φίλον τῷ τρεφομένῳ σώματι φέρουσαν. καὶ τούτου τεκμήριον μέγιστον τὸ πολλοῖς τῶν τρεφομένων ζώων ἐκ τούτων ἐπακολουθεῖν ἄλγος, ἢ κίνδυνον, ἢ θάνατον, ἢν ὑπὸ σφοδροτέρας ὀρέξεως τῇ τροφῇ καταμεμιγμένον

Alioqui cognouissent, non omne quod alicunde alicui inculcatur, cibum eius naturæ cognatũ & idoneũ reddi. Sed quædã statim ut cõplexu uẽtriculi recepta sint, perire uel uomendo, uel excernendo, uel alio aliquo pacto disijciendo, adeò ut ne paulisper quidem primam & naturalem sustineant concoctionem, aut ullam cum altricibus rebus cõmixtionem. Vt igit̃ neq; omninò omne quod concoctum est primamq; mutationẽ cepit, cũ fomitib. corporis coniungit̃, cùm quædã per uentrẽ à nutricia uirtute excernãtur, quædã post secundã mutationẽ concoctionemq; iecinoris secernant̃, & ad alia segregent̃, quæ uim nutriendi excessere, ipsa quoq; quæ in iecore mutatio est, ut nec ex toto in alimentum cedit, sed quædam in cõsuetas superfluitates excolat, ita quoq; id ipsum quod retinuit, ad mẽbra nutrienda nonnunquã in aliud quippiam conuertit se cundũ uim eius quod prædominatur, aut superabũdat, quod aut corrumpere sibi quod proximum est, aut in sui naturã transfundere solet. Cũ multa igit̃ sit in omnibus animalibus naturalis differentia, ipsumq; alimentũ unicuiq; generi animantiũ ex natura accõmodetur, & cũ corpore quod inde alitur cõmutetur, triplex itẽ in animantium cibis purificatio & excolatio fiat, omninò opus est perire, & transmitti, quo solet, aut in aliud uerti, quicquid alienum est ab alimonia et fomite alicuius animalis, ut quod commisceri & cõtemplari nequeat, oportetq; uim nutrimenti animalis naturaliter consentire eãq; descendere per naturalia, ut sic loquar, cribra & secernicula, & expurgatã planè naturalib. illis emundationibus, syncerissimã reddi, ut corpori addatur, quã solã si rerũ uocabulis uerè utaris alimoniã uoces, ut quod abiecerit omne quod alienum est, & noxium ad alendi animalis constitutionẽ, simulq; excusserit magnũ illud infarctũ & inculcatũ pondus, quo stomachus usus est ad sui repletionẽ, et appetẽtię remediũ. Sed hanc syncerissimam alimoniam nemo ambiget cum corpore uniri, omnibusq; illius & membris & articulis implicari & coalescere, eamq; quæ se ita non habet & contra naturam est, perire quidẽ statim si ualidioribus corporis uiribus affundatur, perdere autem paulatim eas corporis uires quas superarit, atque in prauos succos & uenenatos conuertere, ut quæ nihil familiare aut amicum alendo corpori afferat. Et huius rei maximum argumentum est, quòd corpora inde uel dolor, uel periculum, uel mors inuadat, si acriori appetitu uenenatum aliquid & alienũ à natura una cum cibis ingurgitauerint, quod haud dubiè uniuerso

συνεφελκύσηταί τι φαρμακῶδες καὶ παρὰ φύσιν, δεῖ καὶ πάντως φθαρτικὸν ἂν εἴη τοῦ τρεφομένου σώματος, εἴ γε τρέφεται μὲν τὰ τρεφόμενα τοῖς οἰκείοις καὶ κατὰ φύσιν, φθείρεται δὲ τοῖς ἐναντίοις. εἰ τοίνυν τῇ διαφορᾷ τῆς τῶν φύσει διαφερόντων ζώων ἡ κατὰ φύσιν συνδιῄρηται τροφή, καὶ ταύτης γε αὐτῆς οὔτε πᾶν ὅπερ ἂν προσενέγκηται τὸ ζῷον, οὔτε τὸ τυχὸν ἐκ τούτου τὴν πρὸς τὸ τρεφόμενον σῶμα δέχεται σύγκρασιν, ἀλλ' αὐτὸ διὰ πάσης τῆς πέψεως κεκαθαρμένον, καὶ μεταβεβηκὸς εἰλικρινῶς πρὸς τὴν τοῦ ποιοῦ σώματος ἕνωσιν, καὶ τοῖς τρεφομένοις μέρεσιν εὐάρμοστον. ἔνδηλον ὡς οὐδὲν τῶν παρὰ φύσιν ἑνωθείη ποτ' ἂν τούτοις, οἷς οὐκ ἔστι τροφὴ προσφυὴς καὶ κατάλληλος, ἀλλ' ἤτοι κατ' αὐτὴν τὴν κοιλίαν διαχωρεῖ, πρὶν ἕτερόν τινα γεννῆσαι χυμόν, ὠμὸν καὶ διεφθαρμένον, ἢ συστὰν ἐπὶ πλεῖον τίκτει πάθος ἢ νόσον δυσίατον, συνδιαφθείρουσαν καὶ τὴν κατὰ φύσιν τροφήν, ἢ καὶ αὐτὴν τὴν τῆς τροφῆς δεομένην σάρκα. ἀλλὰ κἂν ἀπωθῇ ποτε φαρμάκοις τισίν, ἢ σιτίοις βελτίοσιν, ἢ ταῖς φυσικαῖς δυνάμεσι νικηθέν, μετ' οὐκ ὀλίγης δ' ἐξερρύη τῆς βλάβης, ὡς μηδὲν φέροντος κατὰ φύσιν εἰρηνικόν, διὰ τὸ πρὸς τὴν φύσιν ἀσύγκρατον. ὅλως δὲ κἂν συγχωρήσῃ τις τὴν ἐκ τούτων ἰοῦσαν τροφήν, προσειρήσθω δὲ τὸ συνηθέστερον, καίπερ οὖσαν παρὰ φύσιν διακρίνεσθαι καὶ μεταβάλλειν εἰς ἕν τι τῶν ὑγραινόντων ἢ ξηραινόντων, ἢ θερμαινόντων, ἢ ψυχόντων, οὐδ' οὕτως ἐκ τῶν συγχωρηθέντων αὐτοῖς γενήσεταί τι προὔργου τῶν ἀνισταμένων σωμάτων ἐκ τῶν οἰκείων μερῶν συνισταμένων. οὐδενὸς δὲ τῶν εἰρημένων μέρους ὄντος, οὐδὲ τὴν ὡς μέρους ἐπέχοντος χρῆσιν, ἢ τάξιν, οὐ μὴν οὐδὲ παραμένοντος πάντοτε τοῖς τρεφομένοις τοῦ σώματος μέρεσιν, ἢ συνανισταμένου τοῖς ἀνισταμένοις, οὐδὲν συντελοῦντος ἔτι πρὸς τὸ ζῆν οὐχ αἵματος, οὐ φλέγματος, οὐ χολῆς, οὐ πνεύματος. οὐδὲ γὰρ ὧν ἐδεῖτο ποτὲ τὰ τρεφόμενα σώματα δεηθήσεται καὶ τότε, συναναιρουμένης τῇ τῶν τρεφομένων ἐνδείᾳ καὶ φθορᾷ τῆς δι' ὧν ἐτρέφετο χρείας. ἔπειθ' ὅτι κἂν μέχρι σαρκὸς φθάνειν τὴν ἐκ τῆς τοιαύτης τροφῆς μεταβολὴν ὑπόθοιτό τις, οὐδ' οὕτως ἀνάγκη τις ἔσται τὴν νεωστὶ μεταβληθεῖσαν ἐκ τῆς τοιᾶσδε τροφῆς σάρκα προσαπελάσασαν ἑτέρου τινὸς ἀνθρώπων σώματι πάλιν ὡς μέρος εἰς τὴν ἐκείνου τελείαν συμπλήρωσιν, διὰ τὸ μήτε αὐτὴν τὴν προσλαμβάνουσαν σάρκα πάντοτε φυλάττειν ἣν προσείληφε, μήτε τὴν ἑνωθεῖσαν ταύτῃ μόνιμον εἶναι καὶ παραμένειν ᾗ προσετέθη. πολλὴν δὲ καὶ τὴν ἐπὶ θάτερα δέχεσθαι μεταβολήν, ποτὲ μὲν πόνοις ἢ φροντίσι διαφορουμένην, ἄλλοτε δὲ λύπαις ἢ καμάτοις, ἢ νόσοις συντηκομένην, καὶ ταῖς ἐξ ἐγκαύσεως, ἢ περιψύξεως ἐπιγινομέναις δυσκρασίαις, μὴ συμμεταβαλλομένων σαρκὶ καὶ πιμελῇ τῶν χυμῶν ἐν τῷ μένειν ἅπερ εἰσὶν τὴν τροφὴν δεχομένων.

Non igitur stomachandum est si qua inæqualitas spectetur circa hominum perdurationē, neq; ubi segregatio animæ à corporeis membris & partiū dissolutio continuā intersecat uitā, desperare oportet de resurrectione. Neq; enim postq; sensualem uitā intercindere uidentur, in quiete oborientes naturaliter sopitiones sensuum, nec nō & naturalium uirium, idq; ad certa temporis interualla dormientibus hominibus, & quodammodò reuiuiscentibus illud ipsum recusamus uitā ducere, qua de causa existimo nonnullos somnium fratrem mortis appellare, non q; genus utriusq; indicare uelint, quasi ex ijsdē maioribus et parentibus sint nati, sed q; similia accidant sopitis et defunctis, ratione quietis ociiq; sensuū, quū nihil intelligunt de rebus præsentibus, aut quæ tum fiant, imò nec seipsos esse, aut uiuere sentiant. Si igitur humanā uitam tāta inæqualitate à natiuitate ipsa usq; ad dissolutionem refertam & interruptā omnibus illis, quæ superius enarrauimus, non detrectamus uitam dicere, neq; ultra dissolutionem constitutam uitam, quæ unà secum resurrectionē inducit desperare debemus, tametsi aliquandiu interscindatur ipsius animæ à corpore recessu. Ipsa enim hominum natura primitus & secundū institutū creatoris coattributam possidens inæqualitatē, inæqualē uitam & permansionē habet, nūc somno, nunc morte interstinctā, singulisq; ætatū euariationibus, ita ut nō appareat euidenter prima, cùm posteriora superuenerint. Quis eñ crederet, nisi rerū experimētis doceret, in similari & molli semine tot & tātas uires esse repositas, aut quę isthinc surgit & compingitur, tantam molium ac magnitudinum diuersitatem latere, ossium inquam neruorum & cartilaginum, itidem & musculorum & carnium, et uiscerum, reliquarumq; corporis partium: neq; enim in liquidis adhuc seminibus quicquam tale uideas, neq; in infantulis apparent, quæ adulescentibus accrescunt, aut in adulescentia ea, quæ uirilis ætas possidet, eminēt aut rursus in uirili ætate, quæ senectus habet. Cæterùm etsi ex supradictis quædā nullo modo, quædā obscuriter naturalē uicissitudinē hominibusq; superuenientes uarietates indicant, sciunt tamen nihilominus qui malitia aut ignauia occœcati non sunt, quid de istis rebus iudicandum sit: primum enim requiritur ut semina spargantur, ea ubi in menbra & articulos distincta fuerint, ac fœtus iā effectū in lucē prodierint, accipiūt in prima ętate proceritatē, post proceritatē, totius corporis

τελείωσις,

τελείωσις, τελειωθεῖσιν δὲ ὕφεσις τῶν φυσικῶν δυνάμεων μέχρι γήρως. εἶτα πεπονηκότων τῶν σωμάτων ἡ διάλυσις. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τούτου οὔτε τοῦ σπέρματος ἐγγεγραμμένην ἔχοντος τὴν τῶν ἀνθρώπων ζωὴν ἢ μορφήν, οὔτε τῆς ζωῆς τὴν εἰς τὰς πρώτας ἀρχὰς διάλυσιν. ὁ τῶν φυσικῶς γινομένων εἱρμὸς παρέχει τὴν πίστιν τοῖς οὐκ ἐξ αὐτῶν τῶν φαινομένων ἔχουσι τὸ πιστόν. πολὺ μᾶλλον ὁ λόγος ἐκ τῆς φυσικῆς ἀκολουθίας ἀνιχνεύων τὴν ἀλήθειαν πιστοῦται τὴν ἀνάστασιν, ἀσφαλέστερος ὢν καὶ κρείττων τῆς πείρας πρὸς πίστωσιν ἀληθείας. τῶν προὔργου ἡμῖν εἰς τὴν ἐξέτασιν προτεθέντων λόγων, καὶ τὴν ἀνάστασιν πιστουμένων, ὅτι πάντες μέν εἰσιν ὁμογενεῖς ὡς ἐκ τῆς αὐτῆς φύντες ἀρχῆς. ἀρχὴ γὰρ αὐτοῖς ἡ τῶν πρώτων ἀνθρώπων ἐκ δημιουργίας γένεσις. ἀλλ᾽ οἱ μὲν δι᾽ αὐτῆς κρατύνονται τῆς πρώτης ἀρχῆς δι᾽ ἧσπερ ἔφυσαν. οἱ δὲ παρεπόμενοι τῇ τε φύσει καὶ τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ περὶ ἡμᾶς προνοίας λαμβάνουσι τὴν πίστιν. ἡ μὲν γὰρ αἰτία καθ᾽ ἣν καὶ δι᾽ ἣν γεγόνασιν ἄνθρωποι συνεζευγμένη τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, ἐκ δημιουργίας ἔχει τὴν ἰσχύν. ὁ δὲ τῆς δικαιοσύνης λόγος καθ᾽ ὃν κρίνει θεὸς τοὺς εὖ καὶ κακῶς βεβιωκότας ἀνθρώπους, ἐκ τοῦ τούτων τέλους. φύονται γὰρ μὲν ἐκεῖθεν, ἤρτηνται δὲ μᾶλλον τῆς προνοίας. δεδειγμένων δὲ ἡμῖν τῶν πρώτων ὡς οἷόν τε, καλῶς ἂν ἔχοι καὶ διὰ τῶν ὑστέρων δεῖξαι τὸ προκείμενον, λέγω δὲ διὰ τῆς ὀφειλομένης ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων κατὰ δικαίαν κρίσιν τιμῆς ἢ δίκης, καὶ τοῦ κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον τέλους. αὐτῶν δὲ τούτων προτάξαι τὸ κατὰ φύσιν ἡγούμενον, καὶ πρῶτόν γε διασκέψασθαι τὸν περὶ τῆς κρίσεως λόγον τοσοῦτον μόνον ὑπειπόντας φροντίδι τῆς προσηκούσης τοῖς προκειμένοις ἀρχῆς καὶ τάξεως, ὅτι δεῖ τοὺς ποιητὴν τὸν θεὸν τοῦδε τοῦ παντὸς παραδεξαμένους τῇ τούτου σοφίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ τὴν τῶν γενομένων ἁπάντων ἀνατιθέναι φυλακήν τε καὶ πρόνοιαν, εἴγε ταῖς ἰδίαις ἀρχαῖς παραμένειν ἐθέλοιεν. ταῦτα δὲ περὶ τούτων φρονοῦντας μηδὲν ἡγεῖσθαι μήτε τῶν κατὰ γῆν, μήτε τῶν κατ᾽ οὐρανὸν ἀνεπιτρόπευτον, μηδ᾽ ἀπρονόητον, ἀλλ᾽ ἐπὶ πᾶν ἀφανὲς ὁμοίως καὶ φαινόμενον, μικρόν τε καὶ μεῖζον διήκουσαν γινώσκειν τὴν περὶ τοῦ ποιήσαντος ἐπιμέλειαν. δεῖται γὰρ πάντα τὰ γενόμενα τῆς παρὰ τοῦ ποιήσαντος ἐπιμελείας, ἰδίως δὲ ἕκαστον καθ᾽ ὃ πέφυκε, καὶ πρὸς ὃ πέφυκεν ἄχρι. οὐ γὰρ οἶμαι φιλοτιμίας τὸ κατατείνειν, ἢ διαιρεῖν νῦν, ἢ τὸ πρόσφορον ἑκάστῃ φύσει καταλέγειν ἐθέλειν. ὅ γε μὴν ἄνθρωπος περὶ οὗ νῦν πρόκειται λέγειν, ὡς μὲν ἐνδεὴς δεῖται τροφῆς, ὡς δὲ θνητὸς διαδοχῆς, ὡς δὲ λογικὸς δίκης.

absolutā perfectitudinē, postmodū succedit naturalis uiriū declinatio, quæ se usq; ad extremū seniū extēdit, tum demū defectis corporibus dissolutio superuenit. Quēadmodum igitur in hoc negocio neq; semen ulla imagine aut similitudine hominis uel uitam uel formam ostendit, neq; uita dissolutionem illam præiudicat, qua se compago in prima elementa dispersura est, series tamen ductusq; naturalium euentuum fidē conciliat ijs, quæ pro sua apparentia & uultu nullam fidem admittere uidētur, ita quoque multò magis ratio indagine naturalis consequentiæ ueritatē inuestigās resurrectionem corroborat, quę multò certior est q̃ experientia ad cōprobationem eorū dictorū, quibus paulo antè fidem resurrectioni conati sumus astruere, idq; ideò, quia omes cōgeneres sumus, ut eodē exordio nati, exordium enim nobis ex primorū hominū procreatione, quos deus condidit. Sed alij ex ipso unde nati sunt exordio ad fidē corroborantur, alij ducem naturam hominumq; uitam sequentes, ex diuina aduersus nos prudentia fidem capiunt. Causa ēm secundum quam & ob quam nati sunt homines coniuncta naturæ hominū ex opificio cōditi hominis uim suā obtinet. Cæterū iustitiæ ratio, secundum q̃ iudicabit deus homines uel bonę uel malæ uitę, ex horū fine uires trahit, inde enim nascuntur: pēdet tamen magis ex prouidentia. Cùm igitur ostēsa & probata sint à nobis, quantū licuit, quę primi ordinis erant, ostendamus quoq; quæ deinde sequunt̄, loquor autē de pręmio uel supplicio, quod pro meritis cuiq; hominum ex iusto iudicio attribuetur, & de fine qui ad humanam uitam correspondebit, uerum id ita fiat, ut ea præcedant, quæ naturaliter prioris loci sunt, primumq; tractemus de iudicij ratione, quæ uerba ideò loquimur, quòd nobis curæ est fundamētum ordoq; institutæ disputationis, & quòd oporteat eos, qui deum admittunt ut conditorem huius uniuersitatis, illius ipsius sapientiæ & iustitiæ attribuere omnium rerum custodiam & procurationem, si modò fundamento constituto ac principijs semel admissis inhærere uelint. Porrò cùm huius opinionis sint, æquum est, ut nihil existiment neque terrestrium, neq; cœlestium rerum cura & prouidentia destitutum esse, sed in omnia æquè, tum quæ in aperto sunt, tū quæ latent, in magna itē & parua penetrare creatoris sollicitudinē, omnia ēm quæ sunt, creatoris sui ꝓuidentia indigēt, peculiariter aūt unūquodq; pro sui natura, & ad quod conditū est. Nō ēm existimo ambitiose singulatim explicandū & diuisionib. distinguendū, quid cuiq; naturæ cōueniat, homo certè, de quo sermo institutus est, ut famelicus alimēto opꝰ habet, ut mortalis ꝓlis successione, ut rationalis iudicio.

εἰ δὲ τῶν εἰρημένων ἑκάστου δεῖται ὁ ἄνθρωπος κατὰ φύσιν καὶ δεῖται τῆς μὲν τροφῆς διὰ τὴν ζωήν, δεῖται δὲ διαδοχῆς διὰ τὴν τοῦ γένους διαμονήν, δεῖται δὲ δίκης διὰ τὸ τῆς τροφῆς καὶ διαδοχῆς ἔννομον, ἀνάγκη δήπου τῆς τροφῆς καὶ τῆς διαδοχῆς ἐπὶ τὸ συναμφότερον φερομένης, ἐπὶ τοῦτο φέρεσθαι καὶ τὴν δίκην. λέγω δὴ συναμφότερον τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον, καὶ τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον γίνεσθαι πάντων τῶν πεπραγμένων ὑπόδικον, τήν τε ἐπὶ τούτοις δέχεσθαι τιμὴν ἢ τιμωρίαν. εἰ δὲ κατὰ τὸ συναμφότερον φέρει τὴν ἐπὶ τοῖς εἰργασμένοις δίκην ἡ δικαία κρίσις, καὶ μήτε τὴν ψυχὴν μόνην δεῖ κομίσασθαι τὰ ἐπίχειρα τῶν μετὰ τοῦ σώματος εἰργασμένων. ἀπροσπαθὴς γὰρ αὕτη καθ' ἑαυτὴν τῶν περὶ τὰς σωματικὰς ἡδονὰς ἢ τροφὰς καὶ θεραπείας γινομένων πλημμελημάτα. μήτε τὸ σῶμα μόνον, ἄκριτον γὰρ τοῦτο καθ' ἑαυτὸ νόμου καὶ δίκης. ὁ δὲ ἐκ τούτων ἄνθρωπος τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν εἰργασμένων αὐτῷ δέχεται κρίσιν. τοῦτο δὲ οὔτε κατὰ τὴν δεῦρο ζωὴν εὑρίσκει συμβαῖνον ὁ λόγος, οὐ γὰρ σώζεται τὸ κατὰ ἀξίαν ἐν τῷ παρόντι βίῳ. διὰ δὲ τὸ πολλοὺς μὲν ἀθέους καὶ πᾶσαν ἀνομίαν καὶ κακίαν ἐπιτηδεύοντας μέχρι τελευτῆς διατελεῖν κακῶν ἀπειράτους, καὶ τοὐναντίον τοὺς κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν ἐξητασμένον τὸν ἑαυτῶν βίον ἐπιδειξαμένους ἐν ὀδύναις ζῆν, ἐν ἐπηρείαις, ἐν συκοφαντίαις, αἰκίαις τε καὶ παντοίαις κακοπαθείαις, οὔτε δὲ μετὰ θάνατον. οὐδὲ γάρ ἐστιν ἔτι τὸ συναμφότερον, χωριζομένης μὲν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, σκεδαννυμένου δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος εἰς ἐκεῖνα πάλιν ἐξ ὧν συνεφορήθη καὶ μηδὲν ἔτι σώζοντος τῆς προτέρας φύσεως ἢ μορφῆς, οὔπω γε τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων, εὔδηλον παντὶ τὸ λειπόμενον ὅτι δεῖ κατὰ τὸν ἀπόστολον, τὸ φθαρτὸν τοῦτο καὶ διασκεδαστὸν ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, ἵνα ζωοποιηθέντων ἐξ ἀναστάσεως τῶν νεκρωθέντων, καὶ πάλιν ἑνωθέντων τῶν κεχωρισμένων, ἢ καὶ πάντῃ διαλελυμένων ἕκαστος κομίσηται δικαίως ἃ διὰ τοῦ σώματος ἔπραξεν εἴτε ἀγαθά, εἴτε κακά. πρὸς μὲν οὖν τοὺς ὁμολογοῦντας πρόνοιαν, καὶ τὰς αὐτὰς ἡμῖν παραδεξαμένους ἀρχάς, εἶτα τῶν οἰκείων ὑποθέσεων οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκπίπτοντας, τοιούτοις χρήσαιτ' ἄν τις λόγοις καὶ πολλῷ πλείοσι τούτων, εἴ γε πλατύνειν ἐθέλοι τὰ συντόμως καὶ κατ' ἐπιδρομὴν εἰρημένα. πρὸς δέ γε τοὺς περὶ τῶν πρώτων διαφερομένους ἴσως ἂν ἔχοι καλῶς ἑτέραν ὑποθέσθαι πρὸ τούτων ἀρχήν, συνδιαποροῦντας αὐτοῖς περὶ ὧν δοξάζουσιν, καὶ τοιαῦτα συνδιασκεπτομένους. ἆρά γε πάντη καθάπαξ ἡ τῶν ἀνθρώπων παρῶπται ζωή, καὶ σύμπας ὁ βίος, ζόφος δέ τις βαθὺς κατακέχυται τῆς γῆς, ἀγνοίᾳ καὶ σιγῇ κρύπτων αὐτούς τε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὰς τούτων πράξεις.

Indiget autem iudicio ut legitimè ad uictū & successionem incumbat. Necessum est autem uictu et successione ad id quod utroque compositum est pertinente, ad illud idem quoque iudicium pertinere, uoco autem utroque compositum, hominem ex anima & corpore constantem, atque istiusmodi hominem omnium quæ agit, reum fieri, ut pro illis uel præmium, uel supplicium recipiat. Quod si contra id quod utroque compositū est, pro factis ipsius sententia iusti iudicij profertur, fieri non potest, ut anima sola talionem referat eorū, quæ cum corpore gessit. Nam ipsa per se non tangitur peccatis, quæ p uoluptates corporales uel cibos uel cultus perpetrātur, neque item corpus talionem referre oportet, ut quod legum & iudicij discrimen non sentiat, sed homo qui istis constat pro unoquoque facto iudicium accipere debet. Id autem in hac uita contingere nulla ratione deprehendas, non enim id in præsenti uita legitimè obseruatur, cùm multos uideamus impios & omnis iniquitatis studiosos usque ad mortem malorū expertes persistere: eos uerò qui omni uirtute spectati sunt, in ferendis doloribus, uexationibus, calumnijs, contumelijs, ac omni genere afflictionis uitam absumere, neque item post mortem deprehendere id queas: non enim iam superest id quod ex utroque constat, cùm & anima separata sit à corpore, ipsumque corpus rursum dissipatum sit in ea, ex quibus congestum fuit, nihilque iam superfit, quod uel ueterem formam, uel naturam, imò ne memoriā quidem eorū quæ acta sunt, retineat, liquet igitur id quod sequitur, nimirum quòd oportet secūdum Apostolum, corruptibile istud dissipatum induere incorruptionem, ut uiuificatis resurrectione mortuis, ac rursus unitis, quæ disiecta erant, aut penitus consumpta, unusquisque referat iustè ea, quæ per corpus gessit, siue bona, siue mala. Aduersus illos igitur, qui prouidentiam admittunt, & eadē principia & fundamenta nobiscum recipiunt, deinde à suis institutis & receptis opinionibus, nescio quo pacto excidunt et deficiūt, istiusmodi uerbis alijsque multò uberioribus uti possis, si quidē ea dilatare uelis, quæ breuiter & in transcursu dicta sunt, aduersus illos autem, qui de ipsis principijs controuersiam mouent, rectum fuerit aliud ante ista principium & quasi fundamentum statuere, ut interim dubitabilia fingamus & quæstionibus exploranda, de quibus ipsi hæsitant: num uidelicet hominum uita moresque neglectui dati sint, ac crassæ terrarum umbræ obfundantur, quæ ignorantia & silentio inuoluunt tùm ipsos homines, tùm eorum acta.

ἢ πολὺ

ἢ πολὺ τούτων ἀσφαλέστερον τὸ δοξάζειν ὅτι τοῖς ἑαυτοῦ ποιήμασιν ἐφέστηκεν ὁ ποιήσας, πάντων τῶν ὁπωσοῦν ὄντων ἢ γινομένων ἔφορος, ἔργων τε καὶ βουλευμάτων κριτής, εἰ μὲν γὰρ μηδεμία μηδαμοῦ τῶν ἀνθρώποις πεπραγμένων γίγνοιτο κρίσις, οὐδὲν ἕξουσι πλεῖον τῶν ἀλόγων ἄνθρωποι. μᾶλλον δὲ κἀκείνων πράξουσιν ἀθλιώτερον, οἱ τὰ πάθη δουλαγωγοῦντες καὶ φροντίζοντες εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης, ἢ τῆς ἄλλης ἀρετῆς. ὁ δὲ κτηνώδης βίος καὶ θηριώδης ἄριστος, ἀρετὴ δὲ ἀνόητος, δίκης δὲ ἀπειλὴ, γέλως πλατύς, τὸ δὲ πᾶσαν θεραπεύειν ἡδονὴν, ἀγαθὸν τὸ μέγιστον. δόγμα δὲ κοινὸν τούτων ἁπάντων καὶ νόμος εἷς τὸ τοῖς ἀκολάστοις καὶ λάγνοις φίλον. φάγωμεν δὲ καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. τοῦ γὰρ τοιούτου βίου τέλος οὐδὲ ἡδονὴ κατά τινας, ἀλλ' ἀναισθησία παντελής. εἰ δὲ ἐστί τις τοῦ ποιήσαντος τοὺς ἀνθρώπους τῶν ἰδίων ποιημάτων φροντίς, καὶ σώζεταί που τῶν εὖ ἢ κακῶς βεβιωμένων ἡ διάκρισις, ἤτοι κατὰ τὸν παρόντα βίον ζώντων ἔτι τῶν κατ' ἀρετὴν, ἢ κακίαν βεβιωκότων, ἢ μετὰ θάνατον ἐν χωρισμῷ καὶ διαλύσει τυγχανόντων, ἀλλὰ κατ' οὐδέτερον τῶν εἰρημένων εὑρεῖν δυνατὸν σωζομένην τὴν δικαίαν κρίσιν. οὔτε γὰρ οἱ ἀγαθοὶ κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν φέρονται τὰ τῆς ἀρετῆς ἐπίχειρα, οὔτε μὴν οἱ φαῦλοι τὰ τῆς κακίας. παρίημι γὰρ λέγειν ὅτι σωζομένης τῆς φύσεως, ἐν ᾗ νῦν ἐσμεν, οὐδ' ἡ θνητὴ φύσις ἐνεγκεῖν οἵα τε τὴν σύμμετρον δίκην πλειόνων ἢ βαρυτέρων φερομένων πλημμελημάτων. ὅ, τε γὰρ μυρίους ἐπὶ μυρίοις ἀνελὼν ἀδίκως λῃστὴς, ἢ δυνάστης, ἢ τύραννος, οὐκ ἂν ἑνὶ θανάτῳ λύσειε τὴν ἐπὶ τούτοις δίκην. ὅ, τε μηδὲν περὶ θεοῦ δοξάζων ἀληθὲς, ὕβρει δὲ πάσῃ καὶ βλασφημίᾳ συζῶν, καὶ παρορῶν μὲν τὰ θεῖα, καταλύων δὲ νόμους, ὑβρίσας δὲ παῖδας ὁμοῦ καὶ γυναῖκας, κατασκάψας δὲ πόλεις ἀδίκως, ἐμπρήσας δὲ οἴκους μετὰ τῶν ἐνοικούντων καὶ δῃώσας χώραν, καὶ τούτοις συναφανίσας δήμους καὶ λαοὺς, ἢ καὶ πᾶν ἔθνος, πῶς ἂν ἐν τῷ φθαρτῷ σώματι πρὸς τὴν τούτοις σύμμετρον ἀρκέσειε δίκην; προλαμβάνοντος τοῦ θανάτου τὸ κατ' ἀξίαν καὶ μηδὲ πρὸς ἕν τι τῶν εἰργασμένων τῆς θνητῆς ἐξαρκούσης φύσεως. οὔτ' οὖν κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἡ κατ' ἀξίαν δείκνυται κρίσις, οὔτε μετὰ θάνατον. ἤτοι γὰρ παντελής ἐστι σβέσις τῆς ζωῆς ὁ θάνατος, συνδιαλυομένης τῷ σώματι τῆς ψυχῆς, καὶ συνδιαφθειρομένης. ἢ μένει μὲν καθ' ἑαυτὴν ἄλυτος ἡ ψυχὴ, ἀσκέδαστος, ἀδιάφθορος, φθείρεται δὲ καὶ διαλύεται τὸ σῶμα οὐδεμίαν ἔτι σῶζον, οὔτε μνήμην τῶν εἰργασμένων, οὔτ' αἴσθησιν τῶν ἐπ' αὐτῷ παθημάτων, σβεννυμένης μὲν γὰρ παντελῶς τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς, οὐδεμία φανήσεται τῶν ἀνθρώπων οὐ ζώντων φροντὶς, οὐ τῶν κατ' ἀρετὴν, ἢ κακίαν βεβιωκότων ἡ κρίσις,

An quod multò certius est, existimandum creatorem creatis rebus præsidere, omniumq; quæ sunt & fiũt, obseruatorem factorum simul & cogitationum iudicem esse. Si enim nulla usquam de hominũ facinoribus censura, nihil supra bruta possidebũt homines: quinimò ijs ipsis infelicius agent, qui affectus suos in seruitutem redigunt, & pietatem, iustitiã, aliasq; uirtutes curæ habẽt: pecuina contrà uita & leralis optima censenda est, uirtus è diuerso stolida res, iudicij minæ ingens ridiculum, uoluptatem colere summum bonum. commune item placitum habendum est omniũ & præcipua lex, id quod nequã & luxuriosis plausibile est, comedamus & bibamus, cras enĩ morimur. Istiusmodi enim uitæ finis nõ uoluptas est secundũ nonnullos, sed sentiendi plena uacuitas. Quod si est creatori hominũ suarũ creaturarum cura aliqua, & instabit ullo in tempore bonorum & malorum facinorũ diiudicatio, siue dum in præsenti uita uel bene uel male agunt, siue post mortẽ, dum in dissolutione & separatione consistunt. Verùm neutro pacto inuenias iustum iudiciũ seruari posse. Non enim boni in præsenti uita præmia uirtutis referunt, neq; item mali pœnas scelerum, ut omittam interea quòd incolumi natura in qua nũc sumus, ne possit quidem mortalis natura parem sceleribus aut multis grauibus talionem sustinere, cũ enim innumeras hominum cædes alias super alias accumulat uel latro, uel princeps aut tyrannus aliquis, fieri non potest, ut una morte culpas suas expiet: cùm item qui nihil ueri de deo sensit, & in omni libidine & blasphemia uixit, diuina om̃ia despexit, leges perfregit, nec nõ & in fœminas et pueros stupris lasciuijt, urbes iniustè excidit, domos una cũ suis incolis combussit, prouinciam euastauit, populos & Gentes, imò integras nationes internecióe deleuit, quo modò in hoc corruptibili corpore ad talionis pœnam suffecerit, præcurrente morte debitos cruciatus, & ne ad unũ quidem scelus luendum suppeditante mortali hac natura. Non igitur in præsenti uita iudicium pro dignitate & merito cuiusq; ostendi potest, neq; post mortẽ, siquidẽ illa est totius uitæ in solidũ extinctio, perdita cum corpore anima, simulq; putrefacta. Aut manet q̃dem per se indissolubilis anima, indissipabilis, incorruptibilisq;, sed corpus dissoluitur, nullam ulterius memoriam factorum seruans, aut accidentium sibi sensum. Extincta enim omninò hominum uita, nullus apparet hominum respectus aut cura, neq; ullũ de bene aut malè factis iudiciũ destinatum uidetur,

ἰωδοκυ-

ἐπεὶ συγκινηθήσεται δὲ πάλιν τὰ τῆς ἀνόμου ζωῆς, καὶ τῶν ταύτῃ συνηπτομένων ἀτόπων τὸ σμῆνος, τό, τε τῆς ἀνομίας ταύτης κεφάλαιον ἀθεότης. εἰ δὲ φθείροιτο μὲν τὸ σῶμα καὶ χωροίη πρὸς τὸ συγγενὲς τῶν λελυμένων ἕκαστον, μένοι δὲ ἡ ψυχὴ καθ᾽ ἑαυτὴν ὡς ἄφθαρτος, οὐδ᾽ οὕτως ἕξει χώραν ἡ κατ᾽ αὐτῆς κρίσις μὴ προσούσης δικαιοσύνης. ἐπειδὴ μηδὲ θεμιτὸν ὑπολαμβάνειν ἐκ θεοῦ καὶ παρὰ θεοῦ γίνεσθαί τινα κρίσιν, ᾗ μὴ πρόσεστι τὸ δίκαιον, οὐ πρόσεστι δὲ τῇ κρίσει τὸ δίκαιον μὴ σωζομένου τοῦ διαπραξαμένου τὴν δικαιοσύνην ἢ τὴν ἀνομίαν. ὁ γὰρ διαπραξάμενος ἕκαστον τῶν κατὰ τὸν βίον ἐφ᾽ οἷς ἡ κρίσις ἄνθρωπος ἦν, οὐ ψυχὴ καθ᾽ ἑαυτήν. τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν ὁ λόγος οὗτος ἐπ᾽ οὐδενὸς φυλάξει τὸ δίκαιον, κατορθωμάτων τε γὰρ τιμωμένων, ἀδικηθήσεται τὸ σῶμα, σαφῶς ἐκ τοῦ κοινωνῆσαι μετὰ τῆς ψυχῆς τῶν ἐπὶ τοῖς σπουδαζομένοις πόνων, μὴ κοινωνῆσαι δὲ τῶν ἐπὶ τοῖς κατορθωθεῖσι τιμῶν, καὶ συγγνώμης μὲν τυγχάνειν πολλάκις τὴν ψυχὴν ἐπί τινων πλημμελημάτων, διὰ τὴν τοῦ σώματος ἔνδειάν τε καὶ χρείαν, ἐκπίπτειν δὲ αὐτὸ τὸ σῶμα τῆς ἐπὶ τοῖς κατορθωθεῖσι κοινωνίας. ὑπὲρ ὧν τοὺς ἐν τῇ ζωῇ συνδιήνεγκε πόνους, πῶς οὐκ ἄδικον; καὶ μὴν καὶ πλημμελημάτων κρινομένων οὐ σώζεται τῇ ψυχῇ τὸ δίκαιον, εἴγε μόνη τίνοι δίκην ὑπὲρ ὧν ἐνοχλοῦντος τοῦ σώματος, καὶ πρὸς τὰς οἰκείας ὀρέξεις, ἢ κινήσεις ἕλκοντος, ἐπλημμέλησεν ποτὲ μὲν κατὰ τὴν συναρπαγὴν καὶ κλοπήν, ποτὲ δὲ κατά τινα βιαιοτέραν ὁλκήν, ἄλλοτε κατὰ συνδρομὴν ἐν χάριτος μέρει καὶ θεραπείας τῆς τούτου συστάσεως. ἢ πῶς οὐκ ἄδικον τὴν ψυχὴν κρίνεσθαι καθ᾽ ἑαυτήν, ὑπὲρ ὧν οὐδ᾽ ἥν τινοῦν ἔχει κατὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν οὐκ ὄρεξιν, οὐ κίνησιν, οὐχ ὁρμήν, οἷον λαγνείας, ἢ βίας, ἢ πλεονεξίας, ἢ ἀδικίας, καὶ τῶν ἐπὶ τούτοις ἀδικήματα. εἰ γὰρ τὰ πλεῖστα τῶν τοιούτων γίνεται κακῶν ἐκ τοῦ μὴ κατακρατεῖν τοὺς ἀνθρώπους τῶν ἐνοχλούντων παθῶν. ἐνοχλοῦνται δὲ ὑπὸ τῆς τοῦ σώματος ἐνδείας, καὶ χρείας, καὶ τῆς περὶ τοῦτο σπουδῆς, καὶ θεραπείας. τούτων γὰρ ἕνεκεν πᾶσα ἡ κτῆσις, καὶ πρὸ ταύτης ἡ χρῆσις. ἔτι δὲ γάμος, καὶ ὅσαι κατὰ τὸν βίον πράξεις, ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ θεωρεῖται τό, τε πλημμελές, καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον πῶς δίκαιον, ἐν οἷς πρωτοπαθεῖ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἕλκει πρὸς συμπάθειαν τῶν ἐφ᾽ ἃ δεῖ τῇ πρᾶξιν, αὐτὴν κρίνεσθαι μόνην, καὶ τὰς μὲν ὀρέξεις, καὶ τὰς ἡδονάς, ἔτι δὲ φόβους καὶ λύπας ἐφ᾽ ὧν πᾶν τὸ μὴ μέτριον ὑπόδικον ἀπὸ τοῦ σώματος ἔχειν τὴν κίνησιν. τὰς δὲ ἐκ τούτων ἁμαρτίας καὶ τὰς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις τιμωρίας ἐπὶ τὴν ψυχὴν φέρεσθαι μόνην, τὴν μήτε δεομένην τοιούτου τινός, μήτε ὀρεγομένην, μήτε φοβουμένην, ἢ πάσχουσάν τι τοιοῦτον καθ᾽ ἑαυτήν, οἷον πάσχειν πέφυκεν ἄνθρωπος.

ingruet autem denuò & inũdabit, quicquid est ex legis uitæ, reliqua'que absurditates, quas istiusmodi uita quasi comitum examen secum trahit, & una cum ipsis impietas dei negatrix, quæ princeps & caput est eius uitę, in qua sine lege uiuit. Quòd si corrũpatur corpus, & ad cognata sua ut quodque dissolutũ est, elementa recedat, maneat aũt per se anima ut incorrupta, ne ita quidẽ locus erit iudicandæ animæ, cum nõ affutura sit iustitia. Nefas aũt est suspicari ex deo & à deo iudicium fieri, cui nõ adest iustitia: non adest aũt iustitia cũ non incolumis mãserit, & capax iudicij qui iusta aut iniusta fecit, qui eñ singula in uita egit, de quibus iudicandũ est, homo fuit, nõ anima sola: ut sũmatim dicã, istiusmodi ratio nulla in parte iustitiam tuebitur, in recipiendis eñ rerũ præclare gestarum præmijs iniuriã haud dubie patietur corpus, eò ꝙ particeps fuerit laborum in bonis rebus gerendis, nunc aũt exors sit honorum, qui uirtuti repensantur ac cum uenia sæpius animæ indulgeatur, in quibusdam delictis respectu corporalis inopiæ & necessitatis ipsum corpus excidat à communicatione premiorum, pro quibus una in uita labores sustinuit, qui quæso non iniquum reputabitur? E diuerso si damnentur scelera, non iustè agetur cũ anima, si quidẽ sola eorũ culpã luet, quæ ad obturatiões corporis, & ad suos appetit⁹, & motus trahentis in uita deliquit, dum nunc raptu, nũc quasi furto abducitur à recto, nunc uiolentiori propensitate trahitur, interdũ gratificandi studio, & ut abblandiať cõtubernio corporis, uitijs indulget. Aut quî quæso in iustũ non est animã solũ cõdemnari ob illa, quorũ ex sua natura, neq; appetitũ, neq; motũ, neq; impetũ habet, ut luxuriæ, uiolentiæ, auaritiæ, iniustitiæ, eorũq; delictorum, quę hac de causa fiunt. Si eñ pleraq; mala fiunt, ꝙ homines non satis imperent tumultuantibus affectibus: tumultuanť aũt adeò ut studeant, & medeantur corporis egẽtiæ & necessitati. Horũ eñ causa omnia parãt, ut inde ad usum et fruitionẽ perueniať, nec nõ & nuptiæ ineuntur, aliaq; negocia, quæ in uita fiũt, in quibus & circa quę spectatur quicquid in laude uel in uitio est, ubi hic æquitas cum ob ea quibus præafficiť corpus animãq; trahit ad consortiũ eiusdẽ affectionis studio obtinendi sui usus, anima sola condemneť, cũq; cupiditates, uoluptates, formidines et dolores, quorũ immodestia om̃is iudicio obnoxia est, motũ trahãt à corpore, peccata tñ inde manãtia eorũq; supplicia in solã animam incumbere, quę nihil tale requisiuit, tale appetiuit, nec metuit, nec passa est istiusmodi quippiã ꝑ se, qualia homo pati cõsueuit.

ἀλλ᾽

Ἀλλὰ κἂν μὴ μόνου τοῦ σώματος, ἀνθρώπου δὲ θῶμεν εἶναι τὰ πάθη, λέγοντες ὀρθῶς, διὰ τὸ μίαν ἐξ ἀμφοτέρων εἶναι τὴν τούτου ζωήν. οὐ δήπου γε καὶ τῇ ψυχῇ ταῦτα προσήκειν φήσομεν, ὁπόταν καθαρῶς τὴν ἰδίαν αὐτῆς ἐπισκοπῶμεν φύσιν. εἰ γὰρ πάσης καθάπαξ τροφῆς ἐστὶν ἀνενδεής, οὐκ ἂν ὀρεχθείη ποτὲ τούτων ὧν οὐδαμῶς δεῖται πρὸς τὸ εἶναι, οὐδ' ἂν ὁρμήσειεν ἐπί τι τούτων οἷς μηδ' ὅλως χρῆσθαι πέφυκεν. ἀλλ' οὐδ' ἂν λυπηθείη δι' ἀπορίαν χρημάτων ἢ κτημάτων ὡς οὐδὲν αὐτῇ προσηκόντων. εἰ δὲ φθορᾶς ἐστι κρείττων, οὐδὲν φοβεῖται τὸ παράπαν ὡς φθαρτικὸν ἑαυτῆς. οὐ γὰρ δέδοικεν οὐ λιμόν, οὐ νόσον, οὐ πήρωσιν, οὐ λώβην, οὐ πῦρ, οὐ σίδηρον. ἐπεὶ μηδὲ παθεῖν ἐκ τούτων δύναται τι βλαβερὸν οὔτ' ἀλγεινόν, οὐχ ἁπτομένων αὐτῆς τὸ παράπαν οὔτε σωμάτων, οὔτε σωματικῶν δυνάμεων. εἰ δὲ τὸ τὰ πάθη ταῖς ψυχαῖς ἰδιαζόντως προσάπτειν ἄτοπον, τὸ τὰς ἐκ τούτων ἁμαρτίας καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις τιμωρίας ἐπὶ μόνας φέρειν τὰς ψυχάς, ὑπερβαλλόντως ἄδικον, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ κρίσεως ἀνάξιον. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις πῶς οὐκ ἄτοπον τὴν μὲν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν μηδὲ νοηθῆναι δύνασθαι χωρίς, ἐπὶ τῆς ψυχῆς, ἀνθρώπου γὰρ ἀρετὰς εἶναι γινώσκομεν τὰς ἀρετάς. ὥσπερ οὖν καὶ τὴν ταύταις ἀντικειμένην κακίαν οὐ ψυχῆς κεχωρισμένης τοῦ σώματος, καὶ καθ' ἑαυτὴν οὔσης, τὴν δ' ἐπὶ τούτοις τιμὴν ἢ τιμωρίαν ἐπὶ μόνης φέρεσθαι τῆς ψυχῆς. ἢ πῶς ἄν τις καὶ νοήσειεν ἐπὶ ψυχῆς μόνης ἀνδρείαν, ἢ καρτερίαν οὐκ ἐχούσης, οὐ θανάτου φόβον, οὐ τραύματος, οὐ πηρώσεως, οὐ ζημίας, οὐκ αἰκίας, οὐ τῶν ἐπὶ τούτοις ἀλγημάτων, ἢ τῆς ἐκ τούτων κακοπαθείας. πῶς δὲ ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην οὐδεμιᾶς ἑλκούσης αὐτὴν ἐπιθυμίας πρὸς τροφὴν ἢ μῖξιν, ἢ τὰς ἄλλας ἡδονάς τε καὶ τέρψεις, οὐδ' ἄλλου τινός, οὔτ' ἔσωθεν ἐνοχλοῦντος, οὔτ' ἔξωθεν ἐρεθίζοντος. πῶς δὲ φρόνησιν οὐχ ὑποκειμένων αὐτῇ πρακτέων, οὔθ' αἱρετῶν ἢ φευκτῶν, μᾶλλον δὲ μηδεμιᾶς ἐνούσης αὐτῇ κινήσεως τὸ παράπαν, ἢ φυσικῆς ὁρμῆς ἐπί τι τῶν πρακτέων. ποῦ δὲ ὅλως ψυχαῖς ἡ πρὸς ἀλλήλας δικαιοσύνη προσφυής, ἢ πρὸς ἄλλο τι τῶν ὁμογενῶν, ἢ ἑτερογενῶν, οὔτε πόθεν, οὔτε δι' ὧν, οὔτε πῶς ἀπονέμωσι τὸ κατ' ἀξίαν, ἢ κατ' ἀναλογίαν ἴσον, ὑπεξῃρημένης τῆς εἰς θεὸν τιμῆς οὐδ' ἄλλως ἐχούσαις ὁρμήν, ἢ κίνησιν πρὸς χρῆσιν ἰδίων, ἢ πρὸς ἀποχὴν τῶν ἀλλοτρίων, τῆς μὲν χρήσεως τῶν κατά, ἢ τῆς ἀποχῆς ἐπὶ τῶν χρῆσθαι πεφυκότων θεωρουμένης, τῆς δὲ ψυχῆς μήτε δεομένης τινός, μήτε χρῆσθαι τισὶν ἤ τινι πεφυκυίας, καὶ διὰ τοῦτο μήτε τῆς λεγομένης ἰδιοπραγίας τῶν μερῶν ἐπὶ τῆς οὕτως ἐχούσης εὑρεθῆναι δυναμένης.

Quinimò si nō solius corporis sed hōinis statuamus esse passiones, eò quòd una illi sit ex ambobus uita, nequaq̃ tamen eas ad animam ꝑtinere allegabimus, cū liquidè eius propriam materiā inspexerimus. Si enim nullius omnino alimēti est indiga, nunquā ea appetierit, quorum usum nō requirit, ut suam essentiā tueatur, neq; ad ea rapietur, quibus ut fruatur ex natura nō habet, imo ne doluerit quidem ob inopiā pecuniarum aut possessionum, ut nihil ad ipsam pertinentium. Quod si supra corruptione consistit, nihil scilicet sibi exitiale ueret, nō em̄ famē aut morbū aut mutilationē, aut trūcationē, aut ignē, aut ferrū timet, quādoquidē nihil cladis, aut triste ab ijs accipere potest, cum nullū corpus aut corporeum ulla ex parte illā attingere ualeat. Quod si absurdū est, peculiariter affectiones anīæ assignare; etiam harum pœnas attribuere animabus immēsæ iniquitatis est, et alienum à diuino iudicio. Præter ista quę iam dicta sunt, qui quæso non absurdum est? Virtutes & uitia ne intelligi quidem posse, seorsū in anima consistere, hominis enim esse uirtutes quæcunq; uirtutes sunt, persentiscimus, ut itidē & uitia uirtutib. cōtraria nō animæ separatę à corpore, & ꝑ se existētis dijudicamus, supplicia tamē & præmia istorum ad solas animas referre uelle. Aut qui quæso sentias solius animæ fortitudinem, aut tolerantiā esse, quæ nec mortem, nec uulnera, nec mutilationem, nec dānum, nec contumeliosā tractationem exhorret, neq; eos, qui inde proueniunt, uel dolores, uel miserias. Aut qui rursum temperātiam uel prudentiam intelligas, ubi nulla appetentia animum ad cibū, cōcubitū, aliasúe uoluptates & oblectationes trahit, nihilq́; uel intus obturbet, uel foris irritet. Aut qui, deniq; prudētiam imaginaueris, cum materia rerū eligendarū & fugiendarum ad animas nō spectet, quū materia delectus in rebus agēdis animæ nō subijciatur, uel potius nullus ei insit motus, aut naturalis impetus ad res agendas. Vbi autem omnino inter aĩas congruens iustitia siue res cognatas, siue externas respicias, aut unde, aut quibus, aut quomodo tribuent id quod æquum est, uel secundum dignitatem cuiusq;, uel secundum proportionem, nihil profecto tale est, si excipias honorē deo ab illis impartiendum, cum neq; impetum, aut motum habeant, ut uel suis utantur, uel ab alienis abstineant, cùm usus abstinentiaq́; in illis cernatur, quibus istiusmodi res ex natura necessariæ sunt, anima contrà ita nata sit, ut nihil horum requirat, atq; inde est, quòd in te ita ingeniata propriam membrorum functionem deprehendere nequeas.

Καὶ μὴν

Καὶ μὴν κἀκεῖνο πάντων παραλογώτατον, τὸ τοὺς μὲν θεσπισθέντας νόμους ἐπ' ἀνθρώπους φέρειν, τὴν δὲ νομίμως, ἢ παρανόμως πεπραγμένων τὴν δίκην ἐπὶ μόνας τρέπειν τὰς ψυχάς. εἰ γὰρ ὁ τοὺς νόμους δεξάμενος, δέξαιτ' ἂν δικαίως καὶ τῆς παρανομίας τὴν δίκην, ἐδέξατο δὲ τοὺς νόμους ἄνθρωπος οὐ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν, ἄνθρωπον δεῖ καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων ὑποσχεῖν δίκην, οὐ ψυχὴν καθ' ἑαυτήν. ἐπεὶ μὴ ψυχαῖς ἐθέσπισε θεὸς ἀπέχεσθαι τῶν οὐδὲν αὐταῖς προσηκόντων, οἷον μοιχείας φόνου, κλοπῆς, ἁρπαγῆς, τῆς κατὰ τῶν γεννησάντων ἀτιμίας, πάσης τε κοινῶς τῆς ἐπ' ἀδικίᾳ καὶ βλάβῃ τῶν πέλας γινομένης ἐπιθυμίας. οὔτε γὰρ τὸ τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα ψυχαῖς μόνον εὐάρμοστον, οὐ προσηκόντων αὐταῖς τῶν τοιούτων ὀνομάτων. οὐ γὰρ ψυχαὶ ψυχὰς γεννῶσαι τὴν τοῦ πατρὸς ἢ τῆς μητρὸς οἰκειοῦνται προσηγορίαν, ἀλλ' ἀνθρώπους ἄνθρωποι. οὔτε οὖν τὸ μὴ μοιχεύσῃς, ἐπὶ ψυχῶν λεχθείη ποτ' ἂν, ἢ νοηθείη δεόντως οὐκ οὔσης ἐν αὐταῖς τῆς κατὰ τὸ ἄρσεν καὶ θῆλυ διαφορᾶς, οὐδὲ πρὸς μίξιν τινὸς ἐπιτηδειότητος, ἢ πρὸς ταύτην ὀρέξεως. ὀρέξεως δὲ τοιαύτης οὐκ οὔσης, οὐδὲ μίξιν εἶναι δυνατόν. παρ' οἷς δὲ μίξις οὐκ ἔστιν, ὅλως οὐδὲ ἔνθεσμος μίξις, ὅπερ ἐστὶν ὁ γάμος. ἐννόμου δὲ μίξεως οὐκ οὔσης, οὐδὲ τὴν παράνομον ἢ τὴν ἐπ' ἀλλοτρίᾳ γυναικὶ γινομένην ὄρεξιν, ἢ μίξιν εἶναι δυνατόν, τοῦτο γάρ ἐστι μοιχεία. ἀλλ' οὐδὲ τὸ κλοπὴν ἀπαγορεύειν, ἢ τὴν τοῦ πλέονος ἐπιθυμίαν ψυχαῖς προσφυές. οὐδὲ γὰρ δέονται τούτων ὧν οἱ δεόμενοι διὰ τὴν φυσικὴν ἔνδειαν, ἢ χρείαν, κλέπτειν εἰώθασιν, ἢ λῃστεύειν, οἷον χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἢ ζῶον, ἢ ἄλλο τι τῶν πρὸς τροφὴν, ἢ σκέπην ἢ χρῆσιν ἐπιτηδείων. ἄχρηστον γὰρ ἀθανάτῳ φύσει πᾶν ὁπόσον τοῖς ἐνδεέσιν ὀρεκτὸν, ὡς χρήσιμον. ἀλλ' ὁ μὲν ἐντελέστερος παρὰ τούτων λόγος ἀφείσθω τοῖς αὐτ διαιότερον ἕκαστον σκοπεῖν βουλομένοις, ἢ φιλοτιμότερον διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς διαφερομένους. ἡμῖν δὲ ἀρκούντων τῶν ἀρτίως εἰρημένων καὶ τῶν συμφώνως τούτοις τὴν ἀνάστασιν πιστουμένων, τὸ τοῖς αὐτοῖς ἐπὶ πλεῖον ἐνδιατρίβειν οὐκ ἔτ' ἂν ἔχοι καιρόν. οὐ γὰρ τὸ μηδὲν παραλιπεῖν τῶν ἐνόντων εἰπεῖν πεποιήμεθα σκοπὸν, ἀλλὰ τὸ κεφαλαιωδῶς ὑποδεῖξαι τοῖς συνελθοῦσιν ἃ χρὴ περὶ ἀναστάσεως φρονεῖν, καὶ τῇ δυνάμει τῶν παρόντων συμμετρῆσαι τὰς ἐπὶ τοῦτο φερούσας ἀφορμάς. ἐξητασμένων δὲ ποσῶς τῶν προτεθέντων, ὑπόλοιπον ἂν εἴη, καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ τέλους διασκέψασθαι λόγον ἤδη μὲν τοῖς εἰρημένοις ἐμφαινόμενον, τοσαύτης δὲ μόνον ἐπιστασίας καὶ προσθήκης δεόμενον, ὡς μὴ δοκεῖν τῶν μικρὸν εἰρημένων ἡμῖν ἀμνημόνευτον καταλιπεῖν, καὶ παραβλάψαι τὴν ὑπόθεσιν, ἢ τὴν ἐξ ἀρχῆς

Quin illud quoque absurdissimum, leges cōditas ad homines referri, pœnam legum ad solas animas retorqueri. Si enim qui leges recepit, iure etiam receperit uiolatarum legum mulctas: leges autem recepit homo non anima sola, æquum est hominem delictorum pœnas luere, non animā solam. Quandoquidem nō animabus præcepit Deus, ut ab illicitis abstinerent, utpote adulterijs, cædibus, furtis, rapinis, & neglectu parentum, & ab omni noxia, & iniusta alienæ rei concupiscentia. Nō enim pręceptum, Honora patrem et matrem, animabus competit, cùm ad eas istiusmodi nomina non pertineant, non enim anima animā gignit, ut inde sibi uēdicet nomē parentis, sed homo hominem. Neq; item, Ne adulteriū facias, de animis, aut dici aptè, aut intelligi potest, cùm in ipsis non sint masculini aut fœminini sexus ullum discerniculum, aut coituum aptitudo, aut coëundi appetitus, ac ubi appetitus ille non sit, mixturam illam fieri impossibile est, apud quos autem istiusmodi mixtura non est, ne legitima quidem coitio nimirùm connubialis reperiri potest, ubi uerò connubialis coitio non est, neque illegitima, et alienæ uxoris uel appetentia uel coitio (id enim adulterium est) locum habet. Neq; item præceptū de furto uitando, aut nimietatis concupiscentia in animas congruit, nihil enim illis opus habēt, quorum qui indigi sunt, ob naturalem inopiam uel necessitatem, uel furto uel latrocinio ea sibi parare solent, quale est aurum, argentum, pecus, aut quippiam quod aut uictum, uel cultum idoneum sit. Inutile em̄ est immortali naturæ quicquid indigis ideò appetibile est, quia utile. Cæterum exactior ratio illis relinquatur, qui ista diligentius cupiūt rimari, aut ardentius cū aduersarijs contendere. Nobis autem cum sufficiant superius dicta, eaq; quæ cum istis concorditer, et quasi uno concentu resurrectionem stabiliunt, ijsdem diutius immorari intempestiuum uidetur. Non enim eum fecimus scopum, ut nihil eorum quæ huc pertinent, omitteremus, sed ut summatim subostenderemus omnibus huc conuenientibus, quid de resurrectione sentiēdum esset, & ut ui eorum quæ iam in præsentia diximus, emetirentur alias rationum facultates eodem pertinentes. Excussis aliquo modo & examinatis quæ proposita erant, reliquum iam fuerit, rationem finis contemplari, iam ex superioribus uerbis perspicuam & euidentem, cuique nulla maiore cura opus est, quàm ut cæteris apponatur, ne uel per obliuionem uideatur omissa, uel susceptum argumentum & institutam ab initio diuisionem

γινομένην

γινομένων διαίρεσιν. τούτων τοίνυν ἕνεκεν καὶ τῶν τούτοις ἐγκεισομένων, καλῶς ἂν ἔχοι τοσοῦτον ἐπισημήνασθαι μόνον, ὅτι δεῖ καὶ τῶν ἐκ φύσεως συνισταμένων, καὶ τῶν κατὰ τέχνην γινομένων οἰκεῖον ἑκάστου τέλος εἶναι τούτου, καὶ τῆς κοινῆς πάντων ἐννοίας ἐκδιδασκούσης ἡμᾶς καὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς στρεφομένων ἐπιμαρτυρούντων. ἢ γὰρ οὐ θεωροῦμεν ἕτερον μὲν τοῖς γεωργοῦσιν, ἕτερον δὲ τοῖς ἰατρεύουσιν ἐπικείμενον τέλος. καὶ πάλιν ἄλλο μὲν τῶν ἐκ γῆς φυομένων, ἄλλο δὲ τῶν ἐπ' αὐτῆς τρεφομένων ζώων, καὶ κατά τινα φυσικὸν εἱρμὸν γεννωμένων. εἰ δὲ τοῦτ' ἔστιν ἐναργὲς, καὶ δεῖ πάντως ταῖς φυσικαῖς, ἢ τεχνικαῖς δυνάμεσι, καὶ ταῖς ἐκ τούτων ἐνεργείαις τὸ κατὰ φύσιν ἕπεσθαι τέλος, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων τέλος ὡς ἰδιαζούσης ὂν φύσεως ἐξῃρῆσθαι τῆς τῶν ἄλλων κοινότητος. ἐπεὶ μηδὲ θεμιτὸν ταὐτὸν ὑποθέσθαι τέλος τῶν τε λογικῆς κρίσεως ἀμοιρούντων καὶ τῶν κατὰ τὸν ἔμφυτον νόμον καὶ λόγον ἐνεργούντων, ἔμφρονί τε ζωῇ καὶ δίκῃ χρωμένων. οὔτ' οὖν τὸ ἄλυπον οἰκεῖον τούτων ἂν εἴη τέλος, μετείη γὰρ ἂν τούτου καὶ τοῖς παντελῶς ἀναισθητοῦσιν. ἀλλ' οὐδὲ τῶν τὸ σῶμα τρεφόντων, ἢ τερπόντων ἀπόλαυσις, καὶ πλῆθος ἡδονῶν, ἢ πρωτεύειν ἀνάγκη τὸν κτηνώδη βίον, ἀτελῆ δ' εἶναι τὸν κατ' ἀρετήν. κτηνῶν γὰρ οἶμαι καὶ βοσκημάτων οἰκεῖον τοῦτο τέλος, οὐκ ἀνθρώπων ἀθανάτῳ ψυχῇ καὶ λογικῇ κρίσει χρωμένων, οὐ μὴν οὐδὲ μακαριότης ψυχῆς κεχωρισμένης σώματος. οὐδὲ γὰρ τὴν θατέρου τούτων ἐξ ὧν συνέστηκεν ἄνθρωπος ἐσκοποῦμεν ζωὴν, ἢ τέλος, ἀλλὰ τοῦ συνεστῶτος ἐξ ἀμφοῖν. τοιοῦτος γὰρ πᾶς ὁ τόνδε λαχὼν τὸν βίον ἄνθρωπος, καὶ δεῖ τῆς τούτου ζωῆς εἶναί τι τέλος οἰκεῖον. εἰ δὲ τοῦ συναμφοτέρου τὸ τέλος, τοῦτο δ' οὔτε ζώντων αὐτῶν ἔτι κατὰ τόνδε τὸν βίον εὑρεθῆναι δυνατὸν, διὰ τὰς πολλάκις ἤδη ῥηθείσας αἰτίας. οὔτε μὴν ἐν χωρισμῷ τυγχανούσης τῆς ψυχῆς, διὰ τὸ μηδὲ συνεστάναι τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον διαλυθέντος, ἢ καὶ πάντῃ σκεδασθέντος τοῦ σώματος, κἂν ἡ ψυχὴ διαμένῃ καθ' ἑαυτὴν, ἀνάγκη πᾶσα κατ' ἄλλην τινὰ τοῦ συναμφοτέρου, καὶ τοῦ αὐτοῦ ζώου σύστασιν τὸ τῶν ἀνθρώπων φανῆναι τέλος. τούτου δ' ἐξ ἀνάγκης ἑπομένου δεῖ πάντως γενέσθαι τῶν νεκρωθέντων, ἢ καὶ πάντῃ διαλυθέντων σωμάτων ἀνάστασιν. καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀνθρώπους συστῆναι πάλιν, ἐπειδή γε τὸ μὲν τέλος οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων ἀνθρώπων ὁ τῆς φύσεως τίθεται νόμος, ἀλλ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν κατὰ τὴν προλαβοῦσαν ζωὴν βεβιωκότων. τοὺς δ' αὐτοὺς ἀνθρώπους συστῆναι πάλιν ἀμήχανον, μὴ τῶν αὐτῶν σωμάτων ταῖς ψυχαῖς αὐταῖς ἀποδοθέντων. τὸ δ' αὐτὸ σῶμα τὴν αὐτὴν ψυχὴν ἀπολαβεῖν ἄλλως μὲν ἀδύνατον, κατὰ μόνην δὲ τὴν ἀνάστασιν δυνατόν.

lædere. His de caussis alijsq; eodem pertinẽtibus pulchrum fuerit, uel eatenus tantùm rem aperire, quòd eorũ quæ ex natura, aut artificio constant, suos quoq; fines & peculiares habẽt, ipso modo et communi intellectu id edocente, idemq; rebus illis quæ ante oculos obuersantur, contestantibus. An non uidemus aliũ finem esse agricolis, alium medicis cõstitutum, rursumq; alium è terra succrescentibus, alium inde uictitãtibus animalibus. ac secundum naturalem seriem, successionisq; consequentiam procreatis. Quòd si illud euidens est, et necessum est omninò naturales et artificiales facultates eorumq; actus suum pro ipsorum natura finem sequi, necessum est omnino hominum finem ut peculiaris naturæ excipi ab aliorum communione. Quandoquidẽ fas non est eundem finem statuere eorũ quæ carent rationali iudicio, et eorũ quæ secundũ insitã legẽ et rationẽ agunt, uitaq; prudẽtia & iustitia utunt. Neq; igit indolẽtia propria istorũ et peculiaris finis: id eñ pariter inuenias in sensu carẽtibus, neq; rursus eorum quæ corpus uel oblectant, uel alunt perfruitio, aut copia uoluptatum, alioqui præstare necessum pecuinam uitam, ac uitam uirtutibus præditam rem imperfectã esse: bestiarũ enim & pecorum istiusmodi finis est, non hominum immortali anima & rationali iudicio utentium, neque item beatitudo animæ à corpore segregatæ. Nõ .n. alterutrius partis, ex quibus homo constat, respicimus aut uitam aut finem, sed illius quæ ex ambabus plenitudinem & integritatem accipit. Talis enim est qui hãc uitã sortitus est homo, eiusq; uitæ necessum est esse suum proprium finẽ. Quod si eius quod utrumq; simul est, nimirũ compositi ex anima & corpore finis statuẽdus est, neque illũ dum in hac uita agit, reperire queas, ob causas iam sæpius allegatas, neque tũ cũ anima segregata à corpore est, eò quòd nihil tale cẽseri homo debeat, dissoluto aut penitus dissipato corpore, etiã si anima p se supsit, om̃ino necesse est in alia aliqua utriusq; partis eiusdẽq; animalis recõpositione et instauratione hominũ finẽ apparere, idq; cum ex necessitate cõsequatur, omnino necesse est, mortuorũ aut penitus dissolutorũ corporũ resurrectionẽ fieri, eosdẽq; homines rursus cõstitui, quandoquidem finem non quemuis, neq; quorũuis hominũ esse iubet naturæ illa lex, sed illorũ ipsorũ qui in superiori uita uixerunt, eosdẽ autẽ homines rursus cõstituti impossibile est, nisi eadẽ corpora animabus reddãtur, ut autẽ idẽ corpus eandem animam recipiat, aliter fieri non potest, quam per resurrectionem.

ταύτης γὰρ γινομένης καὶ τὸ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων πρόσφορον ἐπακολουθεῖ τέλος. τέλος δὲ ζωῆς ἔμφρονος καὶ λογικῆς κρίσεως, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν τὸ τούτοις ἀπερισπάστως συνδιαιωνίζειν, οἷς μάλιστα καὶ πρώτως ὁ φυσικὸς συνήρμοσται λόγος τῇ θεωρίᾳ τοῦ ὄντος καὶ τῶν ἐκείνου δεδογμένων ἀπαύστως ἐπαγάλλεσθαι, κἂν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐμπαθέστερον καὶ σφοδρότερον τοῖς τῇδε προπεπονθότες, ἄστοχοι τούτου διατελῶσιν. οὐκ γὰρ ἄκυροι τὴν κοινὴν ἀποκλήρωσιν τὸ πλῆθος τῶν ἀποπιπτόντων τοῦ προσήκοντος αὐτοῖς τέλους, ἰδιαζούσης τῆς ἐπὶ τούτοις ἐξετάσεως, καὶ τῆς ἑκάστῳ συμμετρουμένης ὑπὲρ τῶν εὖ ἢ κακῶς βεβιωμένων τιμῆς ἢ δίκης.

τέλος.

Ea enim cum fuerit, etiam naturam hominum congruens finis sequitur, finem uerò uitæ prudentis & rationalis iudicij, non errarit si dicat id esse ut perpetuo ijs inhæreamus & perēnemus, cum quibus maximè et principaliter naturalis ratio congruit et cōsentit, idq; respectu & cōtemplatione eius qui est, eorūq; gratia quæ illi placuit in perpetuum promittere, tametsi uulgus hominum acrius & uehementius rebus quæ isthic sunt iam antea affecti, nihilq; curant, & respiciunt istiusmodi finem, non enim infirmat communem officij designationē multitudo eorum, qui à fine ipsis decoro deficiūt & absistunt, cùm peculiaris aduersus illud constituta sit examinatio, suppliciaq; & præmia destinata sint, quæ ad benefactorum uel malefactorum mensuram respondeant.

FINIS.

ARISTEAS AD PHILOcratem fratrem, de LXXII. Interpretibus, Matthia Palmerio Pisano interprete.

PROOEMIVM ARISTEAE.

CVm permagni semper feceris Philocrates cuiusq; rei cognitionem, miroq; discendi amore tenearis, rem præstantem & cognitu dignā ad te scribere statui, quæ nuper nobis contigit apud Eleazarum summum Iudæorum sacerdotem. Verum enim quo harum rerū facilior tibi foret cognitio, causas primum ob quas eò missi sumus, inde rem ipsam quam uerissime explicare conabor, cum propter ipsius rei dignitatem, tum propter eam (quæ animo tuo insita est) rerum omnium noscendi cupiditatem. Inest nanq; id homini præstantissimum, ut uel ab historijs, uel ab ipsis rebus semper aliquid discat. Sic enim rudis adhuc animus & quasi infans maxime exornatur, cū in initio pulcherrima quæq; & rerum dignissima complectēs, pietatem lege infallibili, rationemq; sequitur. Igitur cum rerum diuinarum notitiam magno studio perquireremus, & diuina lex sine interprete cognosci nō posset, nos pro eius translatione legationem uel ultro suscepimus, ad hunc talem uirū qui bonitate & gloria, & à suis ciuibus, & alijs omnibus honoratissimus habeatur: quiq; magno decori atq; usui sit, non solum ijs quibus cum unà uersatur, sed cæteris etiam ciuibus quocūq; in loco sint: diuina siquidem lex apud eos membranis conscripta, literis Hebraicis continetur. Hanc uero rem nos cupide egimus, sumpta à rege proficiscendi occasione à Iudæorum colonijs, quæ primum à patre huius regis, qui urbem & prouinciam obtinuit, in Aegyptum deductæ sunt. Sed quando in harum rerum mentionem deuenimus, dignum duximus eadem tibi aperire, quo maior inde esset cognitio. Arbitramur te nanq; uenerādo cultui longe magis intendere, quàm hominum, etsi sanctas, legum cōstitutiones inquirere, quod quidem desiderium tuum uel maxime patet, quando ex insula ad nos usq; profectus sis, ea solum gratia, ut quicquid ubiq; esset quod animum exornaret, coram cognosceres. Etenim primo quæ memoratu digna uisa sunt de Iudæorum genere, ad te scripsi, sicuti accepi ab eruditissimis Aegypti sacerdotibus, uiris quidem prudentissimis, quo eruditionem hāc tuam si quo modo possem iuuarem. Oportet enim acceptas gratias omnibus quidē referre, sed maxime similibus, uerum multo magis tibi, cui cognita sit uirtus, neq; solum ex genere ipso fratris morem referas, sed & ad decus quidem & pulchritudinem, eodem mecum impetu ducaris. Neq; enim auri gratia, aut quiuis preciosissimarum rerum ad inanem gloriā

apparatus

apparatus, eos nobis fructus efferunt, quales ab eruditionis institutione, earumq́ rerum consideratione percipimus. Sed ne longius præfati, nos ad ostentationem exercere uideamur, iam redeat unde discessit oratio. Demetrius Phalereus cum regis bibliothecę prę positus esset, diligenti cura elaborabat, ut ex uniuerso orbe, quoad fieri posset, uolumina compararet, distributis per opportuna loca hominibus, qui libros & emerent & transcriberent. Quo studio demum perfecit, ut quantum in se erat adimpleretur regis propositū. Nam, præsentibus nobis, cum ab eo peteretur quot librorum millia congregasset, inquit: Rex supra ducenta millia iam in bibliothecam redacta sunt, breuiq́ numerum adimplebo, qui ad quingentorum millium summam ascendat. Nunciatur quoq́ mihi Iudæorū leges transcriptione dignas esse, & quæ in bibliotheca tua habeantur. Quid igitur obstat? ait: quid te hoc facere prohibet? Nonne omnia tibi in hunc usum prompta, subiectaq́ue sunt? Cum respondisset Demetrius, interpretatione opus esse, quoniam ita proprijs characteribus secundum eorum linguam Iudæi uterentur, quemadmodum & Aegyptij suarū literarum dispositionem ad propriam uocem sequantur. Nam longe falluntur qui Syria lingua illos loqui putant, cum alius sit illorum dicendi modus. Intercipiens ea rex inquit, scriptum sese ad Iudæorum pontificem, ut omnia perficiantur. Hic equidem tempus adesse ratus sum eos liberandi, quos ex Iudæa regis pater traduxerat, quaq́ pro re sæpe rogaueram Sosibium Tarentinum, & Andream præfectum corporis custodum. Ille enim unà cum Andrea ducens exercitum per Cœlesyriam atq́ Phœniciam, omnia sibi subiecit. Nā hos quidem in coloniam, illos in prædam abduxit, cuncta terrore prosternens, adeò ut ex Iudæa hominum centum millia in Aegyptum deduceret. Ex quorum numero armatis electorum triginta millibus, eos in prouinciæ custodiam disposuit. Antea quoq́ & multi cum Persis, atq́ inde alijs, cum socijs qui aduersus Aethiopum regem cum Psammitico missi sunt, uenerant, sed non tanta multitudine affuerunt, quantam solus Ptolemæus Lagus deduxit. Nam sicuti diximus, ille uiros quosq́ ætate atque robore præstantes eligens, armauit: cæteram uero colluuionem iuniorum, senum, & fœminarum, in coloniam instituit, ea mente, ut si quando milites sui ob bellorum necessitatem insolescerent, bis eorum iactantiam compesceret. Nos igitur qui ad horum hominum libertatem, modum aliquē (quemadmodum dictum est) perquirebamus, sumpta tunc opportunitate, uerbis huiusmodi ad regem usi sumus: Non absurdum est rex, si aliquando accidat, ut quis ab ipsa re redarguatur. Nam cum omnibus Iudæis una sit lex, quam nos non solum transcribere cupimus, sed interpretari, qua ratione ad eos mittemus, quando in regno tuo detinetur magna eorum multitudo. Verum enim diues animus & præstans, solutis ijs qui in ærumnis habentur, legem peteret, præsertim quando deus ipse regnum tuum fortunet, qui illis eam legem dedit, propter quam tantopere laboramus: omnium enim factorem & creatorem deum isti colunt, quem & mortales omnes. Sed nos rex aliter denominantes, Iouem appellamus, quemadmodum non insipienter maiores nostri significarūt, quoniam singula quæ sunt, per eum & fiant & uiuant, quem ductorem omnium & dominatorem uolūt: qui etsi omnes mortales subiectos habeat, tamen splendore animi præfulgens, implorantium uota minime fallit, sic & nos animo deum precari debemus, ut mentem nostram erga omnium libertatem recte instituat. Nam cum figmentum dei genus hominum sit, & mutetur rursus atq́ uertatur ab eo, propter hoc sępius multisq́ modis precamur dominatorem cordium, ea perficere quæ imploramus. Hoc equidem sermone magnam spem cōceperam rei patrandæ, cum præsertim recta precantibus diuinum quoq́ numen adsit. Quę enim ad iustitiam atq́ bonorum operum rationem tendunt, si ea homines sanctè agere enituntur, dominator omnium deus, illorum actiones affectusq́ dirigit. Rex tunc paululum se inclināns, uultu exhilarato. Quot, inquit, millia esse arbitraris? Andreas qui aderat breui respōdit: Supra centum millia. Tunc rex: Paruum est, inquit, quod nos orat Aristeas. Sosibius autem & astantium quidam: Dignum est, aiunt, tua magnanimitate rex, si horum libertatem pro gratiarum munere, maximo deo offeras. Nam cum maxime honoratus es à dominatore omnium, & sublatus super maiores tuos, decens quoque est ut maiores etiam tu gratias referas. Hic rex conuiuio in lætitia effusus, conquiri omnes præcepit, ac singulorum corpora drachmis uiginti redimi, proponiq́ super his edicta, celeri hac in re promptitudine usus. Deus enim desideria nostra perficiebat, impellebatq́ illum non solum eos libertati reddere, qui ab exercitu patris trāsducti fuerant, sed omnes qui & prius & postea

Narratio.

quocunque modo in regnum peruenissent. Precium autem redemptorũ supra quadringenta talenta ascendit. Edicti uero exemplum ad te trãscribere, haud absurdum duxi, quo clarius appareat, & rei magnitudo, & regis facilitas. Deus enim illum in multorum salutem impulit.

Edictum liberationis Iudæorum.

Omnes qui cum patre meo per Syriam atque Phœniciam militãtes, Iudæam terram intrauerunt, abduxeruntque Iudæorum corpora quæ in urbibus, in agro, alijsque operibus relegauerunt, ea omnia soluere iubemus & libera esse. Præterea & Iudæos omnes qui uel prius uel postea quocunque modo abducti sint, libertati restituere, pro quibus statim in corpus quodque drachmas uiginti accipiant, quas milites quidẽ in cibariorum distributione, cæteri ex regia mensa sument. Arbitramur nanque præter patris mei consilia, præterque æquum & rectum hoc captiuos deductos, uastatamque regionẽ, atque hominum huiusmodi in Aegyptum deductionem, militũ temeritate factam esse putamus. Satis enim commodi sibi fuerat ex loci militibus, quãdo prouincia omnis dicto pareret. Cum igitur iusta uniuersis hominibus reddere intendamus, atque ijs maxime quibus per iniuriam dominatur, perscrutantes singula quæ ad rectum iustumque ducunt, ac pietatem ante omnia proponentes, quæcunque Iudaicorum corporum ubique, uel in colonijs, uel quocunque modo in regnum deducta, capite seruiant, libera esse censemus. Ad hæc ne quis damno afficiatur, iubemus, ut omnes tribus diebus ex quo hoc edictum fixum fuerit, extemplò libellos porrigant, quibus certò contineatur, quot quisque capita libertati tradiderit, hoc enim sic perfici, & nobis & regno conducere arbitramur. Eorum uero qui non paruerint, bona publicentur: quos quisquis deferre uoluerit, cuiuscunque sententiam aperiat imperamus.

Perfecto edicto, cum id regi traderetur, ut cognosceret an ita ex uolũtate sua conscriptum esset, & cætera omnia adessent, præter hoc tantum: Et qui antea & quique postea in regnum peruenissent, rex id ipsum ob magnificentiam adiecit, moxque accumulatam pecuniam depromi, ac ministris numularijsque suis distribui iubet. Diebus uero septem perfecta est huiusmodi distributio, persolutaque sunt supra sexcentorum sexaginta talentorum millia. Nam ingens puerorum multitudo cum ipsis matribus libertati reddita est, & in cuiusque capita pro regis iussu drachmæ uiginti appensæ: hanc enim summam cum uoluptate perfici mandauerat. Post hæc imperat rex Demetrio, ut summam Hebraicorum uoluminum sibi libello præbeat. Mos nanque regibus his, cuncta edictis proferre, ita ut ne minimum quidem sine rescripto agatur, propter magnificentiam, et certam rerum fidẽ. Quapropter quo res ipsas uel oculis cernere possis, rogationis & epistolarum exempla tradu xi. Licet enim ipsis in tabulis cerni liberatorum multitudinem, quoue quisque habitu & arte differret. Rogationis uero Demetrij ad regem exemplum hoc est.

Demetrij rogatio.

Cum instituisses rex ut uolumina undique perquirerentur, quę ad implendam bibliothecam tuam decentemque ornatum facerent, id equidem omni diligentia cũcta perscrutans, tibi significo Iudæorum legis libros, & paucos quosdam adhuc deesse. Illa quidem Hebraicis literis & lingua conscripta est, & propter hoc hactenus suis tantum cognita, ad regias manus adhuc minime peruenit. Sed digna est ut ipsa quoque inter tuos libros habeatur, cum propter sapientiam quæ in illa continetur, tum propter eius sublimitatem, utpote diuinam. Cuius rei gratia & apud poëtas & historicos horum uoluminum frequens est mentio, quoniam perutilis sit & ad regẽdos mores, & respublicas instituendas, ob hominum præstantiam, qui illic describuntur, & rerum uenerationem, quemadmodum Hecatæus Abderites inquit. Igitur si tibi uidetur rex, scribatur Hierosolymam ad Pontificem, ut mittat ad te ex omni tribu sex, uiros quidẽ optimis moribus institutos, & ætate uenerandos, ac ipsius legis meditatione doctissimos, ut multis omni acumine interpretantibus, consonum quoddam eligentes, rem tanto opere tuaque electione dignam conficiamus. Perpetuò uale. Hac rogatione accepta, rex literas ad Eleazarum de his rebus decernit, quibus significabatur captiuorum liberatio. Addit præterea ad sacerdotũ decus, crateras, phialas, mensam, atque libamina, auri pondo talẽta quinquaginta, argenti septuaginta, & præciosorum lapidum ingens præciũ. Præcepit ad hæc

ærarijs

ærarijs & artificibus cuncta ad opus ilico præbeant, & pecuniam ad sacrificia atq; alios usus talentorum centum. Sed quò huius apparatus quæq; rectius intelligat, regiæ epistolæ exempla, quæ huiusmodi uerbis extat, afferemus.

Rex Ptolemæus Eleazaro summo Iudæorum sacerdoti. S. P. D.

CVm Iudæorum plurimi nostram regionem incolerent, qui Hierosolymis abducti fuerant eo tempore quo Persæ rerum potiebantur, quiq; patrē meum in Aegyptum uincti sequuti sunt, ex quibus plures in militum ordinem adegit, fidos quosq; in præsidijs collocans, quo auxilio munitus insolescentes Aegyptios cōpesceret, nos post ubi regni gubernacula cepimus, benignitate erga omnes, tum maxime erga ciues tuos affecti, eorum supra centum millia libertate donauimus, in capita quæq; digno prætio dominis reddito. Studemus enim ea ratione componere, si qua armorū impetus à bono rectoq; deduxit, arbitrātes pie id agere, si hoc munus pro gratijs referamus magno deo, qui regnum nostrum pace atq; gloria insigni, per uniuersum orbem contelebrauerit. Quapropter alios qui in exercitu seruiebant, ut cōtubernales essent, effecimus: alios qui fide digni haberentur, aulæ nostræ præfecimus. Sed cum his & uniuersis qui per orbem sparsi sunt Iudęis grata ędere cupiamus, instituimus legem uestram quę Hebraicis literis continetur, in gręcam transferri linguam, ut & ipsa quoq; in bibliotheca apud nos, cum alijs regijs libris habeatur. Recte igitur facies & rem nostro studio dignam, si ex omni tribu sex elegeris seniores, qui quamoptime educati sint, & in legis eruditione comprobati, quiq; ad interpretandum optimi sint. Nam quando ad eam interpretandam acutiori meditatione opus est, ex plurium consideratione uerum elicietur. Arbitramur siquidē tanto opere perfecto, magnam inde nos gloriam assequuturos. Mittimus igitur harum rerū gratia, Andream custodum corporis nostri principem, & Aristeam, uiros quidem apud nos honoratos, qui munera ad sacrificia aliosq; usus offerant, argenti talenta centum. Tu uero si ad nos rescribas, si quid est quod desideres, rem gratam nobis & amicitiæ dignam facies, statim enim perficiemus, quæ te cupere intelligemus.

Eleazarus epistola hac accepta, uerbis huiusmodi respondit.

ELeazarus pontifex regi Ptolemæo amico splendidissimo salutem. Si uales & regina Arsenoë, soror & liberi, bene est, & ut uolumus. Ego quoq; ualeo. Literæ tuæ magno nos gaudio affecerunt, cum propter consilium tuum & institutum, tum propter egregiam erga nos uoluntatem: quibus acceptis aduocato in concionem populo, multa de benignitate tua erga nos disseruimus, ut cognoscerēt oblationes & pietatem tuam erga deum nostrum, ostentantes aureas phialas uiginti, & argenteas triginta quas misisti, crateres quinq;, & mensam propositionis, atq; argenti inde talenta centum in uictimarum apparatum, aliosq; usus, quorum sacra indigent, quæ obtulerūt Andreas præstantium unus apud te, & Aristeas, uiri quidem pulchritudine & moribus insignes, doctrinaq; præstantes, tua profecto institutione & iustitia rebus omnibus digni, qui nobis desiderium tuum, quemadmodum & literis continebatur, plurimis explicauerunt. Igitur cuncta quæ tibi cordi sunt, quanquam difficilia, perficiemus, quod magnum amicitiæ & amoris argumentum est: maximo enim beneficio & incomparabili, ciues nostros affecisti. Quare extemplò sacrificium laudis pro te, pro sorore, pro liberis, & amicis obtulimus, & omnis multitudo id orauit, ut bene sit tibi dirigatq; uoluntatem tuam in omnibus, & fortunet regnum tuum in pace & gloria dominator omnium deus. Vtq; sacræ legis translatio multa tibi tranquillitate & commodo eueniat, peractis sacris, nos ex omnibus (nam aderant omnes) elegimus uiros bonos & uenerandos ex omni tribu sex, quos una cum lege mittimus. Bene itaq; facies rex iustissime, si perfecta librorum interpretatione, uiros ad nos dimiseris. Vale.

Hi sunt uiri qui ex cunctis Iudæorum tribubus profecti sunt. Ex prima tribu: Iosephus, Ezechias, Zacarias, Ioannes, Ezechias, Helisęus. Ex secunda: Iudas, Simon, Somoëlus, Adeus, Matthias, Eschemias. Ex tertia: Neemias, Iosephus, Theodosius, Baseas, Ornias, Datis. Ex quarta: Ionathas, Auxeus, Helisęus, Ananias, Chabrias, Sachus. Ex quinta: Iasacus, Iacobus, Iesus, Cabateus, Simon, Leuis. Ex sexta: Iudas, Iosephus, Simon, Zacarias, Somelus, Selemias. Ex septima: Sabbateus, Iason, Iesus, Theodorus, Ioannes, Ionathas. Ex octaua: Theodosius, Iason, Iesus, Theodotus, Ioannes, Ionathas.

Ex nona: Theophilus, Abrahamus, Arsamus, Iason, Endemias, Danielus. Ex decima: Ieremias, Eleazarus, Zacarias, Baneas, Eliseus, Datheus. Ex xi. Samuel, Iosephus, Iudas, Ioathes, Cabel, Desitheus. Ex xij. Isaelus, Ioannes, Theodosius, Arsamenus, Abieras, Ezecelus. Omnes LXXII.

Hæc quidem ad regiam epistolam responsa sunt. Nunc ea ornamenta quæ apud Eleazarum inuenimus, & quæ missa ad eum sunt, tibi per quam breui explicari conabor. Vario enim opere, singularicꝗ elegantia perfecta sunt, rege non modo cuncta abundantissime præbente, sed sic artificum quosque per se circumeunte, ut ne minimum quidem illis prætermittendi uagandicꝗ locus daretur. Mensa quidem primo enarranda est, quoniã singulari studio expolita sit. Rex ẽm in eo opere præstans quid atcꝗ elegans reddere cupiẽs, eiuscꝗ mensæ quæ Hierosolymis uictimas reciperet, dimensiones ornatuscꝗ exposcit. Ea ubi accepit, maior'ne recipi possit rogat. Quod cum & sacerdotum quidam & aliorũ respondissent nihil prohibere, inquit rex, uelle se in quincuplum excellere, ni uereretur ne incommoda sacrificantibus reddatur magnitudo. Nam non solum quid capiat locus cõsiderandum est, sed multo magis gratam quandam habitudinẽ ad ea sacra quæ suprà præparanda sunt, intendendum. Non enim auri inopia (quando cuncta illis abundarent) breuioribus mensuris quæ adsit, compositam arbitrandum esse, sed ratione quadam eiusmodi dimensionibus perfectam apparere ait: quapropter necꝗ si longior altioruè fabricetur, rectè se habere putare. Igitur cuncta reuoluens, ut est ingenio ad singula iudicanda bono, promptocꝗ, illam summis artificum ingenijs uariante opere expoliri iubet, ita ut quæcũcꝗ celata essent, ad speciem pulchritudinemcꝗ, plana uero ad mensuram referrentur. Eius eñ longitudinem duorum cubitorum altitudinem uero cubiti unius & semissem perfecerũt, non lentescente in folia metallo eius aream superliniente, sed auro purissimo totam solidã elaborauerunt. Huic mensæ in circuitu inerat corona palmi unius: plectæ inde & reticulæ sculpturam connexant, inter sese reticularum speciem opere referentes, interrasili expolitæ sunt in tribus lateribus. Est enim mensa triangularis, & per singulas partes eandem ad opus dispositionem habens, ita ut ad quodcuncꝗ te latus uertas, eãdem faciem frontemcꝗ existimes. Nam si per adiacentem coronam ad ipsius mensæ planiciem inspexeris, miræ pulchritudinis forma refulget. Exterior uero tractus, propter excellentem geminorũ laterum fulgorem, quæ prospectui subijciuntur, oculos perstringit. Nam triangularis mensa, sicut suprà diximus, quocuncꝗ modo uertatur, eandem frontem, eãdemcꝗ oportunitatem præber. Preciosorum uero lapidum ornatus illi inerat per medias funium connexiones, sic enim alius apud alium disponebatur, ut inimitabilis operis implicationem redderẽt, sustentabanturcꝗ omnes extenuatis ex auro fibulis ob firmitudinem infixi. At iuncturæ angulis ad constringendum inuicem opus sic concludebantur, ut inspectantes fallerent. In latitudine autem circa coronulam in circuitu sd superiorem aspectum, lapides qui quandam ouiculorum similitudinem referrent, componebantur. Iungebantur & crassiores in de uirgulæ, sculptura paululum extantes, & densa inter se positione fulgentes, quæ mensam omnem ambirent. Inferius autem sub huiusmodi lapidum ouicularione, coronulam omni fructu contextam, artificis manus ita expolierant, ut in ipsis coronæ thoris colligatas uuas, spicas, palmulas, mala, oleas, rosas, & similium plura ostenderent, in quibus nexi auro lapides, qui colore speciecꝗ fructus quosque redderent, mira arte illigabantur, quę singula in mensæ circuitu frontem, lateracꝗ ornatu simili ambiebant. Coronæ ouulorum ornatus iungitur. Adduntur & reliqua uirgulati, sculpticꝗ decoris, quę ab utracꝗ parte auream mensam sic complexa sunt, ut quacuncꝗ uertatur, eandem sculpturæ undãtiumcꝗ plicarum prospectum, & coronæ elegantiam uscꝗ ad locum pedum retineant. Etenim laminam totius mensæ solidam altitudine digitorum quatuor fecerãt, quò in ea pedes firmius insererentur: quos quidem ad ipsam coronam obscuris clausuris fibulæ stringebãt, ita ut siquando mensa uertatur, utracꝗ parte utilis, peroportunacꝗ esset, & eundẽ aspicientibus decorem præberet. Mensæ uero superficiem Meander curuatis finibus influere uidetur, in cuius uerticibus alueocꝗ preciosi lapides, carbunculi, smaragdi, onichini, & cuiuscũcꝗ generis plures, decora specie fulgent. Post huiusmodi amnem, trica quædam innectitur, uisu mirabile, quæ romborum prospectũ præbens, crystallo, electrocꝗ figurabatur, in qua quidem terso opere, spectantium etiam formæ referebantur. At pedes in liliorum figuras expolierant artificis manus, quæ repandis in ipso uertice folijs mensam sustentarent, erectis intrin-

ctis intrinsecus ad aspectum frondulis, in pauimento pedes huiusmodi firmabantur. Carbunculi lapidis extensio erat in circuitu palmi unius, abrupti cuiusdam speciem uisui præbēs, producebaturq; in latitudinem digitorum octo, quam supra fulcri huius onus omne recumbit. Ex hoc autem lapide hedera assurgit, quæ florido achanto innexa, uiti implicatur, qua cum unà pendentibus undiq; racemis, ad summum usq; circumambiunt. Sed pedibus (qui quatuor mensæ suberant) similis operis dispositio, prospectusq; unus erat. Enimuero sic cuncta diligenti arte, præstantiq; expertorum hominum opere perfecta sunt, ut non uera modo fallerent, sed leui quoq; aura frondium crepitum exaudias, referentibus singulis uerarum rerum imagines. Fecerant & mensæ labia undique mobilia, quæ inexplicabilis clauus sic inter sese per operis crassitudinem innectebat, ut uisu, cognituúe iuncturæ nusquam paterent. Inerat nanq; mensæ per totum non minus semicubiti crassitudo, ex quo multorum talētorum sumptus expostulauit. Nam ubi statuit rex prioris magnitudinem haudquaquam superādam esse, id omne & longe plura quod antea magnitudini adijci concupierat, ornatui abundantissime præbuit, cunctaq; pro regis desiderio excellēter eleganterq; expolita sunt arte inimitabili, & pulchritudine decora. Craterum uero duo à base ad medium usque squameo ornatu, opere egregio uisum fallebant, relucentibus per squamarum media lapidibus multa arte dispositis. Hos supra Meander fluuius unius cubiti altitudine ambit, lapidum uarietate & specie inenarrabili cuncta implicans. Post hūc uirgultorum ornatus, inde romborum trica ad summum labium sequens, retis speciem præbet, per quorum medium in clypei formam lapides sic componebantur, ut non minus digitorum quatuor spacio inter se distarent, quo fulgore gratior inerat pulchritudo. Supra labium uero, liliorum corona floribus racemisq; innectitur, quę implicatorum inter se funium speciem referens, omnia circumambit. Hi enim crateres tali ex auro ornatu decori, supra duas metretas capiunt. At argentei crateres præstantiori decore exornabantur, opere terso. In eo enim sic intrinsecus singula relucent, & clarius etiam quàm in speculis apparere soleant. Nec dictu facile est, quàm ad ueri formas cuncta expolita essent, adeò ut si huiusmodi uasa aliud apud aliud disponantur, utpote si primo argenteus crater, inde aureus, ac deinceps argenteus, & item aureus eodem ordine statuantur, res prorsus mira aspectui efficietur, & quæ intueri non possit, oculorum aciem hebetante fulgore. Nā si te ad aurei crateris ornatum uertens, tanto splendore uarij operis oculi percutientur, ut præ admiratione, radiorumq; multitudine qui inde emittūtur, abstrahatur animus & deficiat. Et rursus si ad argenteos te deflectere uolueris, omnibus circummicātibus maior luminis effusio ita occupat intuentem, ut omnino operis structuram cernere nequeat. Phialas uero aureas ita perfecerunt, ut sertis uiteis eorum media exornarentur, oras & labia hederæ myrtus atq; oleæ, in coronæ modum ambirent, in quibus præciosi lapides, per cōmoda quæq; loca inserebantur. Singula nanq; artifices ad excellentiam quandam regiæ gloriæ sic expolierant, ut neque in regis ærarijs, neque ornamentis, neque usquam alibi quicquam inueniretur, aut ornatus, aut operis elegātioris. Rex enim gloriæ auidus, in his exornandis curam quam diligentissimam magnificentissimamq; habuit. Nam sæpius ueniens, opus per sese inuisebat, atque opificibus immixtus nonnulla mutabat, studio quoque instans ne loco moueantur, donec singula ex sententia sua perficiantur. Quapropter cuncta per quam eleganter, decenterq; expolita sunt, tum propter regis ipsius præstantiam, tum propter Pontificis dignitatem, qui tanto loco præerat ad quem mittebantur. Etenim præciosorum lapidum ingēs multitudo & ignota, sed qui mira magnitudine præstarent ad quinque millium numerum fuerunt, artificio tamen cuncta superante, ita ut lapidum munus artificumq; manus, in quincuplum auri pondus elegantia, præcioq; excellerent. Hæc idcirco ad te scripsi, quoniam utilitatis plurimum ad rerum cognitionem tibi allatura putarem. Ea uero quæ sequentur, cuncta iter nostrum ad Eleazarum continebunt. Quod ut clarius intelligas, prouinciam primum omnem figurabo. Enimuero ubi ad loca uentum est, urbem in monte suspicimus totius Iudaicæ regionis mediam, sublimem prospectum præbentem, in cuius uertice templum apparebat uisu pulcherrimum. *Templum Salomonis.* Hoc muri tres circumambiunt, altitudine supra septuaginta cubitos sublimes, latitudine ea quæ ad altitudinem deceret, longitudine omnem templi apparatum magnifico opere & decore circumeunt. Portarum uero aspectus, & lapidum connexiones, & superluminarium mirum decus, summa claritudine fulgent, utpote quæ nulla sumptuum parsi-

monia ob magnificentiam cuncta abundantissime constructa fuerant. Erat & extrinsecus uelum, quo templum in circuitu clauditur, appensum, simili portarum magnificentia, quod quidem uisu iucundissimum spectaculum præbebat, tum maxime cum mota per pauimentum aura uelum subintrans, illud ad summum usque crispantibus finibus in undarum morem motat. Altare illic pro loco conuenientissime constructum, propter hostias quæ super incenduntur, fumario amplectitur. Ascensus autem erant ad illud pro loci magnificentia perquam decenter & ad decorem simul additi, & commodum sacrificantium sacerdotum, qui talaribus ex bisso tunicis induuntur. Templum ipsum ad orientem solem uersum, occiduo terga monstrat, cuius tractus quadam dimensionum inter se conuenientia, uenusti decoris formam præ se ferunt. Solum omne strato lapide ornatur. Aquarum uero receptacula, quæ plurimæ ad diluendum iugulatarum hostiarum sanguinem funduntur, commodis locis occuluntur. Nam festis diebus multa uictimarum millia cæduntur. Etenim tantus est eductarum aquarum assiduus fluxus, ut perennem fontem inuadere putes. Sed mirabilius est & ferè inenarrabile, subterraneorum cōceptaculorum magnitudo, quæ ad quinque usque stadia per circuitum templi cuncta penetrat. Plumbeæ ad ea fistulæ quacunque per muros & templi solum, quibus omnia abluantur mundenturque, descendunt. Sunt & apud aræ basim frequentes aperturæ, omnibus quidem, nisi ijs qui ministrant, incognitæ, quarum influxu & impetu omnis ex hostiarum multitudine cruor purgetur. Receptarū autem aquarum multitudinem per hunc modum cōiectauimus. Nam cum nos ultra quatuor stadia extra urbem deduxissent ad quendam locum, iubent nos subterfluentium undarum sonitum exaudire, qui mihi quidem magnorum uasorum confluxus uisus est. Verumenimuero ministerium sacerdotum robore, decore & silentio cuncta superabat, omnibus sua sponte laborantibus, quando quisque institutum opus iniussus curat: hi quidem ligna, hi oleum, hi similam, alij aromata, alij carnes incendentes, & roboris excellentiam quandam, dexteritatemque ostentant. Sumptis enim duobus uitulorum cruribus, quæ pondo supra duo talenta sint, mira in altum facilitate sic decenter proijciunt, ut nunquam à loco aberrent. Similiter ouium caprarumque pondera iaciunt. Sunt enim hostiæ omnes absque macula, & pingui præstantes. Sternitur & ad quietem locus, ubi omnes cubant, unde nullo excitante, celeres quique ad opus per uices exurgunt. Silentium uero tantum inest, ut cum septingenti ferè ministrorum continuò adsint, & offerentium libamina multitudo ingens, nec unum quidem hominem loco uersari putes, summa nanque ueneratione cū(n)cta, & magna dei pietate perficiuntur. Maxima uero omnium illa nos tenuit admiratio, ubi primum Eleazarum ad sacra conspicimus, stola ac uestibus quibus utitur indutum, et sua gloria astantem, & præciosorum lapidum fulgore nitentem. Aurea nanque tintinabula in circuitu uestimenti eius appensa, suauem concentum reddunt, interque punica mala, miro colore uarijsque floribus unumquodque distinguit. Cingulum suprà pulcherrimis coloribus intextum perquam decenter stringitur. Supra pectus quod rationale dicunt pendet, in quo duodecim lapides uarij generis auro illigantur, quibus cuiuscunque tribus principum nomina, quæ in initio fuere, scripta sunt. Species natiui coloris inenarrabilis. Caput cidari (ut appellant) ornatur, supra quod mitra decore incomparabili erigitur, regium decus præferens, ex qua dependet lamina aurea, frontem ad supercilia operiens, ubi sacris literis dei nomen inscribitur. Confectus profectò summæ gloriæ plenus, ac tāto ministerio dignus. Tantus enim huiusmodi ornatus fulgor emanat, ut horrorem intuentibus, turbationemque incutiat, referatque uenientis ad se hominis speciem. At singulorum conspectus adeò inenarrabilis decoris pulchritudo mentem suspendit, ut illorum quæque animum in sui considerationem rapiat. Hinc ad contemplandam arcem conscendimus, quæ altissimo loco

Arx Hierusalē frequentibus turribus, quæ & ipsæ magnis lapidibus constructæ sunt, iuxta templum communitur, & quantum coniectura colligere possumus, ueluti ipsius templi propugnaculum, ne si quando seditio aut tumultus, hostiumue impetus ingruat, quispiam uiam ad templi claustra penetranda inuenire possit, cum & adiacentibus speculis, arcisque turribus, tum dispositis ubique machinis, atque prærupti ipsius loci ubi muri assurgunt difficultate, tueantur. Seruatur autem arx ipsa, dispositis in turres robustissimorum iuuenum fidissimis excubijs, qui ob bene de se merita patriæ plurimum debeant. His arcem egrediendi nulla potestas datur, præterquam cum festus dies ad fulserit, idque non nisi ex parte quadam, ac per uices conceditur. Intromittendi quenquam nemini est facultas.

Nam

Nam summa diligentia perspicuitate(que) arcis præfectus, si quando aut rediens quis aut nouus admittatur, ita cuncta explorat, ut falli prorsus nequeat, quemadmodum nobis contigit, qui inermes ac multa rogando soli duo, uix tandem ad inspicienda sacra recepti sumus. Dicebant enim & sacramento idem firmabãt omnes, qui quingenti ad huius custodiam semper aderant, sacro iureiurando adactos, ne supra quinq(ue) eodem tempore recipiant, quoniam omnis templi custodia salus(que), in ea arce cõsistat, qua uicta nullum superesset templi propugnaculum. Vrbis uero ipsius magnitudo quantum colligere potuimus, ad quadraginta stadia in circuitu extenduntur, muro & turrium dispositione spectaculo digna. Earum uiarum strata quæ rectò tendant, & multis & oportunis diuerticulis exornant, quippe ut ciuitas quæ in monte constructa sit, multam ad ascensus descensus(que) facilitatem habeat, sicut & ad ipsos uiarum exitus transcensus quidam, per quos præstantiores altius incedant, cum alijs depressius eatur, & maxime ad primores uias, ne qui sacra ferunt, immundorum contactu inter eundum polluantur. Quare non iniuria hanc urbem maiores talibus dimensionibus situ(que) condidere, sapienter locum captantes. Regio enim lata & pulchra, hinc ad Samaritas finitimos(que) Idumæos apertis campis extenditur, illinc consitis collibus & cultu lætitiæ(que) commodis se erigit, ex quo euenit ut cum prouincia omnis ferax sit, & summo agricolarum studio excolatur, cuius(que) generis fructu abundet. Ciuitates nanq(ue) quæcunq(ue) magnitudine excellunt, & felicitas assequitur, ocio torpescere solent, & agros negligere propter frequentes uoluptates, quibus illecta iuuentus atq(ue) luxui dedita effœminatur. Quod quidem Alexandriæ maxime accidit, quando & magnitudine & fortunis longe excellit, siquidem iuuentus ex agro in urbem confluens, ubi uoluptatum dulcedine distrahitur, atq(ue) operum suorum oblita, residet. Quam ob causam rex instituit, ne homines in ea diutius morarẽtur, neue quis supra uiginti dies domo abesse posset, id(que) non nisi urgentium negociorum gratia tribuit, in quibus ne longius tempus tereretur, controuersias omnes & lites, intra quintũ diem decerni finiri(que) iussit, lege promulgata, atq(ue) iudicibus ad ea ministris(que) per regiones institutis, ne iudiciorum longitudine agricolæ in urbe uersantes, culturam negligerent, unde ærarium diminutis agrorum tributis damno afficiatur. Hæc idcirco perstrinximus, quoniam singula docente Eleazaro recte cognouimus. Magnum igitur illic agricolarum studium, ingens(que) culturæ solicitudo homines habẽt. Nam in tanta populari multitudine, & arboribus consita regio est, & frumento abundans, ubiq(ue) uiret: uestiuntur uineis colles, palmarum ad hæc & glãdiferarum arborum multitudo in regione numerari non potest, pecoribus quæ innumera possident, uberrima pascua tondentur. Quapropter recte animaduerterunt loca huiusmodi multitudini oportuna, unde & urbis apparatum & pagorum frequẽtiam commodissime disposuere. Eò præterea immensa aromatum & pretiosorum lapidum auri(que) copia ab Arabibus affertur. Prouincia enim negociationibus apta, se singulis uelut emporiũ præstat, et urbis opificum multitudine abundat. Nam neq(ue) ullius rei quę mari aduehitur indiget, quando oportuni illi portus propius adsunt, apud Ascalonem, Ioppem & Gazam, atq(ue) item ab Ptolemaide, quę à rege condita est ciuitas, plurima comportantur. Vrbs uero ipsa sic in medio horum, quos diximus locos, sita est, ut non longe à singulis absit, ex quibus cuncta facili cursu accipiat: cum præsertim uniuersa in circuitu regio, longe late(que) culta, magnam præstet securitatem. Circumfluit prouinciam Iordanis perennis fluuius, qui ab ortu ipso decurrens, non minus sexaginta millia passuum ambit. In huius fluminis uberiori ripa, posterioribus temporibus robustissimi Iudæorum numero ad sexcenta millia traiecto amne, agrum obtinuerunt. Ad hæc fluuius ipse æstiuis mensibus plenior factus, eodem modo quemadmodum & Nilus agri plurimum inundat. Ingreditur inde & aliud per Ptolemaidem flumen, atque unà in mare exit. Sunt & plures quoque torrentes, qui Gazam uersus atque Azotum erumpentes, prouinciam omnem irrigant. Securitatem uero prouinciæ natura ipsa præstat, locorum asperitate. Nam montibus undique circunscripta regio, hinc abscissis rupibus, fluentium(que) concursu effossis uallibus clauditur, illinc implexis altis(que) anfractibus sic ubique coartatur, ut uix uiatoribus per angustos calles transitus pateat. Fertur & in montibus Arabiæ adiacentibus, æris ferri'que metalla effodi solita: sed postea dum Persæ rerum potirentur, huiusmodi ratione derelicta sunt, uelut inutilis & sumptuosa esset effossio. Hanc enim contumeliam incolæ loci confinxerunt, ne & regio fossoribus subuerteretur, neue ea occasione inuentis apertis(que) faucibus, ex

Circuitus Hierusalem.

ternis inde aditus in regionem aperirentur. Sed de his hactenus quæ ob cognitionis facilitatẽ carptim ad te perstrinxi Philocrates frater. Deinceps quæ ad interpretationẽ sunt aperiam. Eliguntur igitur uiri optimi & doctrina præstantes, omnes claris parentibus orti: non Iudaicarum tantum literarum eruditione excellentes, sed qui græcam quoque linguam multa meditatione excoluerunt: quapropter ad legationes commodi semper parati adérant, munusq́ huiusmodi siquando res postulat ipsi obeunt. Conciones etenim, & de lege interrogati responsa, mira facilitate peragunt, & ad dicendum & ad iudicãdum prompti, atq; qui omni iam explosa barbarie, ipsi iucũdissimorum morum suauitate præditi, uitæ atque ordinis mediocritatem quandam, quod quidem pulcherrimum est, sequuntur, hac una in re nitentes cæteros superare, ut & prudentia & doctrina uincant: hoc enim illis est studium, hoc perquirunt, in hoc uiribus omnibus enituntur, scilicet ut consuetudine inter æquales, mites audiendo respondendoq; alius alijs præstet. Cum quisque suorum principatu propter uirtutem dignus habeatur, operæprecium est cognoscere quanta pietate Eleazarum obseruent, quantoq; illos amore & ipse prosequatur. Nam ut prætermittam eius ad regem literas pro eorum reditu, multa insuper rogando, homines Andreæ commendabat, ut omni conatu in eorum gratia ageremus. Cui cum respõdissemus curæ omnia nobis fore, propterea animo quiescere: Imò, inquit, & longe animo angor. Noui enim regem uirum diligentem & bonorum amatorem, quantaq; industria præstantes uiros inquirat, adeò ut nihil potius ducat, quàm ad omnia loca mittere, ubi acceperit egregium quempiam hominem, uel disciplina uel prudentia singularem. Nam illum quoque dicere solitum audiui, & rectè quidem, in hoc magnum regni esse tutamen & robur, circa se quamplurimos uiros habeat iustos & prudentes, qui quocunque casu in amicorum commodum consulant. Quod quidem in his experior, qui ab eo mittuntur. Ex iniu reiurando affirmat sese huiusmodi homines minime missurum, si propria quædam ingruat necessitas, sed ob commune ciuium commodum, pro quo omnia pati possit, nihil negare audere. Nam etsi rectè uiuendi norma in mandatorum obseruatione consistat, id tamen rerum cognitione multo rectius perficitur, quàm simplicitate assequatur. His igitur atque huiusmodi pluribus claruit, quo ille animo erga tales uiros afficeretur. Dicendum est quoque breuiter de ijs quæ interrogatus à nobis Eleazarus disseruit. Nam cum magna in lege habeatur obseruatio de cibis & poculis, & his animalibus quæ immunda putantur, idcirco interrogauimus, quando omnia una creatione subsistant, qua ratione quædam ut immunda ad esum tactumq́ue reijciantur, quæ plurima legis institutio habet, in his profectò infeliciter. Ad ea ille: Non cernis, inquit, quam uim habeat consuetudo ad rectè uiuendum, qualesq́ue rerum mutationes afferat, atque ut qui malis conuersantur facile corruptis moribus in procliue labantur, fiant'que per omnem uitam miseri: qui uero sapientibus & prudentibus assuescunt, ex inscitia qua tenentur, in rectum bonum'que mutati uita fortunantur: Animaduertens igitur hæc noster legislator, cuncta'que ad pietatem atque iustitiam intendens, singula non sermonibus tantum docuit, sed exemplis quæq; demonstrans, mala prohibuit, ante oculos ponens cuius quæque gratia à deo creata sint. Demonstrat omnium primum, quoniam solus sit deus, cuius potentia constent singula & regantur, ipseq; locis omnibus adsit, sine quo nec minimum quiddam subsistat nihilq; eum lateat eorum quæ in terra ab hominibus uel clanculum gerantur, sed singula quæ aut secum agat quis, aut cum alio contrahat, aperta illi atque ante oculos posita esse, futura seu præsentia intueri. Hæc igitur omni studio peragens, id maxime ostendere enititur, ut si quando quis in malum adducitur, haudquaquam se latêre intelligat, neque aliud quicquam per totam legem animo intendit, nisi ut Dei potentiam ostendat. His igitur ab ipso initio intentus demonstrat, cæteros mortales qui plures arbitrantur esse deos, quàm potentiores sint ipsis dijs, quos fatuitate quadam colunt. Simulacris enim aut ex lapide aut ligno fabrefactis, eorum illa esse formas dicunt, qui suis inuentis utilitatem aliquam ad communem uiuendi usum attulerunt, hos genibus aduoluti, atq; extra sese positi, sublato animo adorant. Quod si quis quale eorum sit inuentum roget, ignari prorsus, quoddam natura productum ueluti præclaram illorum compositionem afferant, quã ipsi non fecerint. Qua in re uani nempe & stolidi comprobantur. Nam & nunc multo quidẽ doctiores, & ad inueniendum promptiores elegantiores'que plures inueniuntur quàm priores illi fuerint, neque hos tamen uenerantur ut deos, quanquam harum rerum

factores

factores & ſcriptores Græcorum ſapientiſſimi honore dignos putent. Quid enim Aegy/
ptios, atq; his finitimos referam, alijs longe ſtultiores, quorum alij feras, alij reptilium in/
ſenſatorũ plurima ſibi conſtituerunt, quæ colerent, quæ adorarent, quibus & uiuis & mor
tuis uictimas cæderent: Sapiens itaq; legislator, atq; à deo in cognitionem omnium inſti/
tutus ſingula reuoluens, nos uallo infrangibili, murisq; ferreis circunſepſit, ut animo in/
noxij & corpore mundi, nulla Gentium prorſus imitaremur, ac uanis opinionibus abie/
ctis, ſolum deum qui ſupra omnes creaturas poteſt, coleremus. Quamobrem Aegyptio/
rum ſacerdotes, populi principes, qui etſi multis aberrent, tamē in quibuſdam nobiſcum
conueniunt. Nos quidem homines dei appellant, quoniam non ſic cæteris eueniat, ut ſe/
cũdum ueritatē dei cultores exiſtant: ſed homines mēſis poculisq; & umbræ dediti (quod
omne illis eſt ſtudium) uentri tantum indulgeant, quæ quidem noſtrum curat nemo, imò
per omnem uiam in ſola diuinæ uirtutis cognitione uerſamur, ne ulla re polluti, néue ua/
nis conuerſantes in crimen labamur, undique nos puritate communiuit, cum ad eſum &
potum, tum ad tactum, auditum atque uiſum. Vniuerſa enim ad phyſicam rationem re/
ferens, quemadmodum cuncta una potentia ſubſiſtant, ſic & in ſingulis alto ſenſu inſti/
tuit quibus uteremur, & quibus abſtineremus. Vt exempli gratia unum aut alterum per/
curram, ne ſimplicia tantum uerba inſpiciens, arbitreris murium aut muſtelæ & ſimilium
cauſa, Moſem tantopere in ferendis legibus elaboraſſe, ſed ad mundiciem contemplan/
dam, emendandosq; mores, ad bene recteq; uiuendum cuncta pereleganter inſtituit. Vo/
latilium nanq; quibus quotidie ueſceremur, illa tribuit, quæ manſueta & puritate à cæteris
ſeiuncta, frumento ac ſeminibus alerentur, ut ſunt columbæ, turtures, pauones, perdices,
anſeres, ac cætera huiuſmodi. Aues uero quarum uſum prohibet, feras eſſe inuenies, &
quæ carne paſcantur, quæq; ſuperbientes raptricesq;, ſuis in alias uiribus illatæ nuſquam
cibum quæritant, niſi aliarum auium damno & iniuria, ac maxime manſuetarum. Nec ſo/
lum in aues inuehuntur, uerum & agnos & hœdos rapiunt, homines uiuentes adhuc, &
exanimes, contumelia afficiunt. Igitur translatione quadam ab his & ſimilitudine uſus le
gislator, ea immunda nominauit, quoniam uellet ſingula ad conſiderationem, & mentis
puritatem referri, atq; ut quiſq; quotidianis exemplis monitus intelligeret, iuſtitia & æqui
rate utendum, néue ſuperbiendo aut rapiendo quicquam omnium lædendum eſſe, quan/
quam uiribus plurimum ualeas, ad recte uitam deducendam, uiuēdumq; eſſe quemadmo
dum illæ, quas prædiximus, aues, quæ ſeminibus mitem uitam degunt, nec noſtri generis
quenquam inſequi, rapere, turbare debere, ueluti ea animalia faciunt quæ ad eſum prohi/
bet: nec ui ulla in re agendum, nec uiribus fidendum eſſe demonſtrat, ijs qui ſenſu omninò
non carent. Tenetis igitur, inquit, cauſam cur nos ab eorum, quæ prædiximus, uſu prohi/
buit, propter eam ſcilicet inclinationem quæ ſingula habent. Vt uero omnibus in rebus
quibus aſſueſcimus ad amendandos, firmandosq; mores ab ipſis brutis intenderit, aduer/
tite. Nam quod præcepit nos his quadrupedibus ueſci, quibus duo ſunt labia, & ungulas
findunt, ſignum eſt, ut nos quoq; operationes noſtras ad rectum bonumq; partiamur,
ſic omnia diſtribuendo, his ſignis nos ad iuſtitiam intendere coégit, propter quod etiam
à cæteris Gentibus diuidimur, ne illorum conſuetudine criminibus polluamur. Gentium
nanq; pleræq; ſibijpſis commiſcentes, magna impietate fœdantur. His prouinciæ & ciui/
tates omnes deturbatæ, non ſolum marium concubitores ſuſtinere, ſed parturientium e/
tiam ſanguine inquinatæ, à filiarum inſuper inceſtu non abſtinent, à quibus nos longe ſe/
iungimur. Vbi uero diuiſionis locus ſignatur, circa eũdem & reminiſcendi charactere ad
monemur. Nam quandocunq; ſcribitur, quæ ungulas findunt, additur, & rumināt: ex quo
manifeſtò admonemur, ea omnia ad earum rerum quas gerimus memoriā referenda. Nā
quid profecto aliud ſibi uult illa ruminatio, niſi ut aſſidue quadam uitæ & geſtorũ noſtro/
rum recordatione cuncta animo recurſemus, uoluamusq; ? Arbitramur enim cibo uitam
ea maxime de cauſa ſuſtētari, quo eius ruminādi ſimilitudine geſta noſtra meditaremur.
Cuius rei gratia & per ſcripturam inquit: Memoria recordare dei qui fecit in te magna & Deut.8.
mirabilia. Quæ profecto ſi cōſideres, magna mirandaq; apparent. Primo quidē corporis
cōpago, alimenti transfuſio, ac ſingulorũ membrorũ diſtributio, & mira quædam conne
xio. Verũ maiori longe admiratione digna uidebuntur, ſi ad unumquodq; ſenſuũ compo
ſitionem aduertas, ſi quæ ſint mentis actiones, & motus inuiſibiles conſideres, utq; quaq;
in re ingenij acumē, pſpicacitasq; eluceat, unde innumerabiliũ penè artiũ inuētio prodijt.
Quapto/

Quaptopter recte iussit meminisse, quemadmodum huiusmodi omnia diuina potẽtia & fabricatione perfecta sint, atq; ut singula tempore & loco circumscripsit, memoriam semper reuocans ad considerationem dominantis omniũ, & perfectoris dei. Etenim, ut à mẽsis poculisq; incipiamus, recte iussit tunc deum laudare, cum mensæ accumbimus, in qua quidem nec aliquid ad confabulandum concessit, quod diuini numinis memoriam abijceret. Simili quoq; ratione supra portas et ostia ea eulogia figere instituit, quæ dei cogitationem mentibus innouarent. Apertissimo enim id signo ostendit, omne studium nostrum ad æquitatis puritatisq; memotiam referri oportere. Atque in omnibus dei timorem ante oculoš uersari præcepit, & cum discumbimus & cum assurgimus dei fabricam nõ solum uerbo, sed ueneratione laudare, illarum rerum perpetuum motum meditantes, utq; diuina sit & incompræhensibilis harum tetum alternatio. Sic igitur breuiter demõstrata est partiendi, reminiscendiq; ratio, ueluti præposuimus, eorum quæ ungulas diuidunt & ruminant. Neq; enim uanum quicquam ad animum reddidit, uerum hac dicendi usus figura, singula ad ueritatem accommodauit. Nunc uero quæ gustu audituúe percipiuntur, referamus. Nam ne quid agas, ne quid audias, aut dicendi flumine fisus ad iniqua labaris, eadem similitudine admonuit, quod quidem & in pecorum consideratione inspicere licet. Sunt enim peruersorum morum mustelæ & mures, atq; his similia animantia, quorum contactũ prohibuit. Nam mures cuncta fœdant, maloq; afficiunt, & homini quidem non modo ad esum perniciosi, sed nec ulli prorsus usui utiles sunt. Mustelæ autem proprium est genus, & supra ea quæ diximus, est ad deturbanda omnia immundum. Auribus præterea concipit, quæ ore parturiat, qui mos hominibus perniciosissimus est, ut quæ ipsi auribus accipiant, eadem uerbis exaggerantes maioribus malis inuoluunt, instantemq; turpitudinem, omnibus ipsi modis auctam inique fœdant. Quapropter recte rex uester huiusmodi homines, sicuti accepimus, supplicio tollit. Hic, equidem inquam emplanistas te dicere arbitror, illos enim iudicijs, supplicio, fœdaq; nece, assiduè insequitur, Ille, hos ipsos inquam refero. Nam eotũ inertia perniciosa, uiris perditio est. Iubet nanq; lex nostra, nec sermone nec opere quẽquam malo afficias. Sed de his ad te hæc paucis dicta sint, quo intelligas nostra omnia, lege ad iustum, rectumq; dirigi, neq; quicquam aut decenter minus, aut ex animi impetu factum, sacris in literis admitti, uerum ut per omnem uitam, ac uniuersis operationibus nostris erga omnes homines mites, iusteq; conuersemur, dominantis dei nusquã obliti. De cibis igitur & immundis reptilibus atq; pecoribus, utq; ad iustitiam atq; rectos hominum mores omnis intendat sermo, mihi quidem recte dixisse uisus est. Addidit insuper & de oblationibus uitulorum, arietum, & hircorum, multa differens, quemadmodum illa ex armentis gregibusq; assumentes, mansueta animalia deo cædant, nihilq; ferum mactent, ne qui sacris adolent, uictimasq; faciunt, elatum quid sibijpsis proponentes, animo eleuentur, sed uictimarum mansuetudine exemplo moniti, humiles & omni mente in deũ intenti, sacra peragant. Hactenus hæc ad te scripsi Philocrates memoratu digna, propter eam quæ tibi inest discendi cupiditatem, quo ex his paucis, totius legis maiestatem, physicamq; eius meditationem percipetes. Sed iam redeamus unde digressi sumus. Eleazarus sacris prius de more peractis, uiros quos ad regem mittat, deligit: præclara inde munera regi accumulans, nos tuto itinere quietos dimittit. Pòst ubi uero Alexandriam uenimus, annunciatusq; est regi aduentus noster, extemplò Andreas & ego in atrium admissi, regem comiter salutauimus, reddidimusq; simul & ab Eleazaro epistolas. Ille quod maximi faceret rem sibi sequundam in impetrãdis hominibus euenisse, seq; uoti compotem factũ gauderet, cæteros qui multi negociorum causa aderant excedere iubẽs, uiros actutum aduocat præter omnium opinionem. Est enim mos Genti, ne legatorum quisquam in regis conspectum admittatur, etiam si propter negocia missi redierint. Regum uero & excellẽtium urbium legationes, uix trigesima die in atrium recipiuntur, ac deinceps habita ratione pro dignitate eorum qui miserint & præstantia. Rex itaq; emissis omnibus quos minime necessarios duxit, restitit deambulans, donec uenientes se salutassent. Hi posteaquam cum muneribus & diuersis pellibus, in quibus diuina lex aureis literis Hebraico sermone conscripta erat, & membranarum tenuitate quæ inter sese quadam ligaturæ excellentia constringerentur, exornabatur, rem uisu mirabilem, intromissi in regis conspectu steterunt. Rex sedulo in eos uersus, ut primum uiros circumspexit, de libris interrogat. Cum autem illa inuolucra aperuissent, explicuissentq; membranas, diutius hæsit rex, septiesq;

adorans:

adorans: Gratiam, inquit, uobis habemus uiri, maiorem ei qui uos miſit, maximam uero
deo, cuius eiuſmodi uerba ſunt. Acclamantibus autem uiris, & omnibus qui unà aderant
uoce ſimili applaudentibus, ipſe præ gaudio lachrymis effuſus eſt. Profuſa enim exhila-
ratio, & honoris ſublimitas, lachrymas etiam nolētibus excutit. Hinc admonens, ut libri
in ſuum odorem redigerētur, uiros ſalutans ait: Aequum erat uiri, ut quorum gratia uos
aduocaſſem, illos primum uenerarer, atq; inde uobis dexteram præberem, propter quod
id primum egi: hæc uero dies per omne uitæ tempus magna mihi ſemper in annos erit &
celebris, in qua & uos mihi adfuiſtis, & euenit ut aduerſus Antigonum nauali prælio ui-
ctor euaderem. Quapropter & uos quoq; hodie unà mecū conuiuio lætari uolumus. Prin
cipes mox adeſſe, inter quos & me diſcumbere dignatus eſt, & omnem ædium appara-
tum quo utitur depromi imperat. Iubet & uiris diuerſoria quam ornatiſſima, & arci proxi
ma ſterni mandat, & conuiuium quam opulentiſſime apparari. Hic Nicanor medicorum
princeps Dorotheum huiuſmodi rerum præpoſitum aduocans imperat, ut omni promp
titudine quæ uſus decusq; poſtulat, in ſingulos expediat. Etenim ſic à rege inſtitutum e-
rat, quemadmodum & nunc quoq; cernere licet, ut quotcunq; ciuitates ad præbenda ciba
ria, poculenta & lectiſternia præparatæ ſunt, totidem earum rerum præfectos habeant, qui
regibus aſſiſtant, homines nulla in re moroſi, quiq; ſi quando opus ſit, neceſſaria exornēt,
& multa cum hilaritate iuſſa proſequantur. Quod quidem in his maxime factum eſt. Nā
Dorotheus uir in huiuſmodi rebus dexter profuſusq;, cum ſibi talium uirorum cura de-
mandata eſſet, uniuerſa quæ in ſua poteſtate continebantur, in tales uſus pridem præpara
ta, magnifice depromit, perhumaniterq; cuncta exornans, thoros cuiq; pro regio impe-
rio diſtribuit. Iuſſerat enim rex eorum partem mediam coram ſe, reliquos iuxta ſuiipſius
ſolium diſcumbere, nihil prætermittens quod ad hominum honorem ſpectare arbitrare-
tur. Poſtea uero quàm cuiq; ſuus ſtratus eſt thorus, præcepit rex Dorotheo, ut omnibus
qui à Iudæa uenerant, conſuetas ex patrio more dapes, & quicquid concupiſcant præbeat
deq; cuncta abundanter ad oblationes & ſacra, atq; alia uota peragenda, ſicuti Gēti mos
eſt. His peractis, primum omnium Eleazarum uirum grauem, ac omnibns qui nobiſcum
uenerāt ſeniorem, uota facere rogant. Ille, ut erat uenerandus, ſtans, inquit: Impleat te rex
bonis omnibus quæ fecit omnipotens deus, deq; tibi, uxori, & liberis, & amicis ea om-
nia immota eſſe per omne uitæ tempus. Eo adhuc dicente, ſequitur diuturnior cum clamo
re plauſus, gaudij & exultationis plenus, moxq; rebus iucunditate multa præparatis, in læ
titiam uertuntur, miniſtris quemadmodum inſtituerat Dorotheus feſtiuiſſime cūcta præ-
bentibus, inter quos & regij liberi, & honoratiſſimi quiq; miniſtrabant. Pòſt ubi uero tem *Quæstiones*
pus ſermoni opportunum uiſum eſt, rex per interualla quædam (ut omnes ordine ſecun- *Ptolemai, 72.*
dum ætatem aſſederant) eum qui primo loco diſcubuerat, interrogat: Quonam pacto re- *interpret. pro*
gnum incolume, in finem uſq; conſeruet. Ille parūper cunctatus, inquit: Hoc maxime mo *poſitæ.*
do regnum optime diſponens, ſi dei manſuetudinem in rebus omnibus imitatus, patien- 1
tia ac longanimitate uteris, extollesq; dignos, elatos autem affabilitate, ex malo in pœni-
tudinem traduces. Eo collaudato, rex proximum rogat: Quemadmodū iuſte ſingula per 2
ficere poſſit. Reſpondit ille: Si in rebus omnibus ſeipſum obſeruet, omnia eum recte actu
rum, & ſi conſideret omnem ſenſum à deo eſſe, proponatq; ante omnia dei timorem, nul-
la in re aberrabit. Hunc maxime laudatum dimittēs, tertium dicere hortatur. Quomodo 3
amicos ſui ſimiles habeat. Qui ait: Si intelligent te multa meditari in ſubiectorum popu-
lorum commodum, & tu id facias, conſiderans quemadmodum & deus genus humanum
bonis afficiat, ualetudinem illis, & uitæ alimenta, atq; alia cuncta opportunis temporibus
præbens. Atteſtatus quoq; & huic, ad alium qui illi aſſederat, inquit. Quonam modo in 4
negocijs ac iudicijs peragendis, delictisq; puniendis bonam aſſequatur famam. Tum ille:
Si omnibus te æquum ratione præbueris, inquit, & nihil ſuperbè, nihilq; pro potentiæ tuæ
uiribus contra delinquentes ages. Id autem aſſequêris, ſi dei diſpoſitionem inſpicias, qui
dignis ſua uota perficit, peccantibus uero uel per inſomnia, uel opere demonſtrat, quid il-
lis nocuum ſit, neque ſecundum eorum peccata, neq; pro magnitudine uirium ſuarum ho
mines cædit, ſed manſuetudine uſus corrigit recte. Et hoc quoq; collaudato, deinceps po-
ſtulat: Ut in rebus bellicis inuictus exiſtat. Qui reſpondit: Si non armis, ſi non potentiæ 5
ſuæ fidat, ſed deum ſemper imploret, ut iuſte agendi ſibi conſilia dirigat. Huius dicta reci-
piens, alium inde petens poſcit: Quemadmodum inimicis formidoloſus ſit. Qui ait: Si ar- 6

mis & exercitu,multoq; ueluti ad bellum apparatu inſtructus fueris,ea tamen omnia diu
tius.ceu uana,priusquã his uteris,detineas. Nam & deus ipſe antea quàm maieſtatis ſuæ
trepidationẽ incutiat,inducias quaſdam præbet,exin omni apparatu mentes deterret. Et
7 hunc item collaudatũ dimittens,alium interrogat:Quid ſibi optimũ in uita ſit. At ille: Si
cognoſcat,inquit,quoniam deus mortalibus dominetur, atq; ut ad optimas quaſq; opera
tiones non per noſipſos conſilia dirigamus: deus enim qui cunctis dominatur, omnium
8 opera perficit & deducit. Annuens & huic, aliũ ordine reſpondere iubet: Quomodo re
cte omnia ſeruans & illæſa,eundem filijs ſtatum tradat. Tum ille:Si deum, inquit, aſſidue
imploraueris, ut rectos tibi ſenſus ad ea quæ in poſterum peragenda ſunt tribuat, & filijs
imperaueris, ne gloria, diuitijsq; ſuperbiant, ſed arbitrẽtur deum benignitate ſua cuncta
illis elargiri, neq; per ſeſe alicuius rei ſubſtantiã poſſidere. Ei atteſtatus rex, ab alio petit:
9 Vt bonam & malamfamam æquo animo ferat. Ad ea ille:Si tibijpſi propoſueris, inquit,
cunctos mortales ſic a deo eſſe creatos, ut maximis malis iactati,bonis rurſus afficiantur,
neq; quiſquam omnium ſit,qui huiuſmodi alternationẽ effugere ualeat,deus enim implo
randus eſt,qui tranquillitatẽ tribuat. Approbãs & hunc, Recte, inquit,omnes reſponde-
runt.Sed quando unum deinceps,qui adhuc ſupereſt, interrogauero,hæc ad præſens præ
termittã, ut ad lætitiam uerſi, reliquum huius diei iucundiſſime tranſigamus, deinde ſex
qui ſequentur dies,ea quæ modo prætermittuntur addiſcemus. His ſimul dictis,uirum in
10 terrogat:Quis fortitudinis ſit finis. Ille:Si quãdo periculoſa imminent,ait, in rebus aggre
diendis,recte quis conſuluerit, & conſulendo propoſitũ aſſequatur. Tibi enim recte uniſ
rerq; conſulenti,deus cuncta perficiet. Hic acclamantibus omnibus,& plauſu uirum col-
laudantibus, rex in philoſophos uerſus inquit: (non enim pauci aderãt) Arbitror equidẽ
hos uiros uirtute excellere, ac plurimũ intelligere,qui talib. rogationibus ex tẽpore tã de
center reſpõderũt,dicendi initiũ à deo omnes aſſumentes. Ad ea Menedemus Eretrieus
philoſophus: Profecto rex,ait,cum homo diuinum ſit opus,quod quidẽ & totius mundi
fabrica monſtrat,recte ſequitur,ut omnem uirtutis & ſermonis ſui pulchritudinem princi
piumq; à deo deducat. His ubi rex annuit,in iucunditatem cuncti uerſi, cõuiuium ſumma
feſtiuitate in noctem uſq; protrahunt. Poſtridie eodem ordine menſæ parantur, cõuiuium
trahitur. Cum uero tempus ad rogandas ſententias accommodum adfuit,rex eos interro
gat qui deinceps ordinem ſeruabant,ab illis qui ſuperiori die rogati ſententias dixerant.
Cœpit enim ab undecimo rogare,quoniam pridie decem reſpondiſſent. Cõticuerantiam
11 omnes,et rex poſcit:Quibuſnã modis diuitias conſeruet. Ille dum petita reuoluit,paululũ
moratus:Si nihil,inquit,indignum regno tuo,neq; flagitioſe ages , neq; in uanis rebus &
incommodis ſumptus facies,& erga populum tuum te beneficum benignumq; præbue-
ris. Etenim deus bonorum omnium,quem ſequi oportet,largitor eſt. Hoc collaudato,ſe-
12 quentem ediſſere hortatur;Quando ueritatem colat. His ille reſpondit: Si cognoueris q;
magnum dedecus mendacia mortalibus omnibus afferant,& multo maiorem notam re-
gibus inurant. Nam quando ea potentia ſunt,ut quæ uolunt facile perficiant,cuius rei gra
tia mentientur? Oportet etiam te conſiderare rex,ut deus amator ueritatis exiſtat. Hunc
13 quoq; ualde approbans,in proximum reſpiciens, inquit: Quæ eſt diſciplina ſapientiæ?
Tum ille:Quemadmodum,inquit,te expertũ optas,& omnibus bonis abundare,ſic hoc
ipſum in ſubiectos tibi populos & delinquentes ſerues, ſi optimates præſtantesq; uiros
humanius commoneas. Etenim deus manſuetudine cunctos fouet. Annuens huic,ab a-
14 lio poſtulat;Quonam modo clemens,benignusq; ſit. Ille:Si conſideres,ait, quàm longio
ri tempore,quantisq; & quàm magnis calamitatibus oriatur genus hominum, alatur,nu-
triaturq;,unde neq; in eos temere animaduertendum,neq; accuſandi ſunt, ſi reuoluens in
ſuperet omnis hominum uita doloribus ſemper & ſupplicijs exagitetur, ſingula intelli-
gens,in miſericordiam profecto uerteris: nam & deus miſericors eſt. Suſcipiens & hunc,
15 deinceps ordine interrogauit:Quid in regno potiſſimum obſeruandum ſit. Conſeruare,
inquit,ſe à muneribus incorruptum,atq; magnam uitæ partem inuigilare,iuſtitiamq; an-
te omnia colere,& huiuſmodi amicos ſibi comparare. Iuſtos enim deus amat. Annuẽs &
16 huic,ab alio petit ut ſe doceat:Quid ſit pietatis robur. Tũ ille: Cognoſcere,ait,quia deus
omnia ſemper operatur,& uidet,neq; eum lateat quiſquam iniuſta faciens,neq; perperam
agens. Vt enim uniuerſum orbem deus bono afficit, ita & tu ſi eum imitaberis, nuſquam
17 aberraberis. Applaudens & huic,alium rogat: Quis ſit regnãdi modus. Ad ea ille: Recte,
inquit,

inquit,seipsum regere,neq; copia,neq; gloria elatus,superbum indecens'ue concupieris,
si recte ratiocinatus fueris,si cuncta tibi aderunt quasi nihil sint. Deus enim mãsuetus est,
& nullius egens. Quod tu pro humanis uiribus considera, neq; multa ad regnum appe-
tas. Laudans & hunc,alij ut differat suadet: Quemadmodum optima eligat. Respondit il- 18
le: Si iusta semper tibi proposueris, arbitreris'q; iniquam uitæ priuationem. Nam & deus
semper iustis elegantissima bona præparat. Hoc collaudato,à sequente postulat: Quomo 19
do insomnijs quietus sit. Hic ille: Rem dictu difficilem petis,inquit. Nam in ijs quæ men-
tem per insomnia agitant, haudquaquam obsistere possumus,sed sensu quodammodo ir
rationabiliter ducimur,ex huiusmodi rebus quæ accidere solent & uidemus. Videmur e-
nim quandoque pelago ferri,nauibus traijcere,nunc negociari, nunc pennis sublati uola
re,loca mutare,& cætera huiusmodi,quæ minime fiant. Similiter & quæ maxime expeti-
mus,ea mẽtem in somnis turbare solent. Quare rex omni negocio quicquid dixeris,quic-
quid feceris,ad pietatem intendendum censeo,ut teipsum seruans uirtute circumuallêris,
nec uoluptate irrationabiliter pellectus,ne'ue potentia fisus,quod iustum est tollas. Ete-
nim in quibus quisq; plurimum uersatur uigilans,& per quietem earũdem rerum cura ho-
minem recursat. Sed quando omnes rationes & operationes tuas ad pulcherrima quæq;
instituis,& uigilans & dormiens, ob eam causam optima in te semper est tranquillitas.
Hoc comprobato,ad alium dixit: Postquam tu decimo loco dicturus es,ubi responderis,
ad conuiuium conuertemur. His simul dictis petijt: Quemadmodum nihil indignum aga 20
mus. Cui ille: Si quid te deceat,inquit,quid'ue possis omni in re prospexeris, ne tua digni-
tate indecorum quicquam dicendo agendóue excidat, intelliges omnes quibus imperas
de te semper & cogitare & loqui. Neq; enim minimum hypocritis parces,qui ex uultus ua
rietate mentem coniectant,ex cuius consideratione indecenter cuncta peragunt. Tu ue-
ro nulla hypocrisi deprauatus,aperte imperas,præstante tibi deo multa cum dignitate mo
rum elegantiam. Hic rex multa cum lætitia diutius applaudens,homines ad quietem dimi
sit. Post ubi uero hæc ad illos locutus,se ad sequentis diei conuiuium præparauerũt. Quod
cum eodem ordine seruato structum esset,ut interrogandi tempus rex adesse putauit,pri
mum eorum qui nondum rogati fuerant,sententiam dicere iubet: Quid sit in regno diffi- 21
cillimum. Ille,sibijpsi dominari,respõdit,neq; appetitibus efferri. Inest enim natura mor-
talibus,ut mente ad aliquid semper declinent, & plerique ad mensas,pocula,uoluptatesq;
trahuntur,in quibus multitudo maxime effunditur. At reges subigendorum populorum
cura solicitat,ob gloriæ magnitudinẽ. Sed pulchrum est te omni in re metiri,& quæ deus
dederit studio continete. Inconcessa uero atq; inexpetibilia,ne concupiscas. His dictis as-
sentiens,proximum interrogat: Quonam modo nemini inuideat. Hæc ille excipiens: Si 22
animaduerteris primum,inquit,deum omnibus regibus impartiri gloriam,diuitias,& ma
gnitudinẽ,& illi imperare posse neminem. Nam etsi huiusmodi gloriæ participẽ se quis-
quam cupiat,haud tamen potest: dei enim donum est. Virum pluribus laudans,alium pe-
tens,inquit: Vt inimicos spernat. Tum ille: Si placidus,ait,erga omnes homines benigni- 23
tatem exercueris,nullius amicitiæ ratione habita. Gratũ uero se omnibus præbere,id pul-
chro dei munere,quod optimum est,conceditur. His annuens,alium deinde respondere
iubet: Quemadmodum gloriosus perduret. Cui ille: Si benignitate, inquit,& gratia excel 24
lens,erga alios magnificus extiteris,gloria te nusquam deseret, quæ ut tibi adsit,deus sem
per implorandus est. Hoc collaudato,proximum respondere præcatur: Erga quos haben 25
dus sit honor. At ille ait: Potissimum omnes tribuendum putãt,quos amicè diligamus,e-
go uero opinor erga æmulos habendam esse honoris munificentiam quammaxime gra-
tã,quò illos hoc præsertim modo ad ea quæ honesta sibi sunt & utilia inducamus. Opor-
tet autem deum qui mentibus dominatur præcari,ut hæc perficiat. His ubi assensit,à sexto
exquirit: Quibus gratificandũ sit. Ad ea ille: Parentibus,inquit,ante omnes: etenim deus 26
in honorandis parentibus præceptum maximum posuit,censens amicos secũdo loco ha-
bendos,quos animo pares nominauit. Tu uero rectè facis qui cunctos homines ad te amã
dum allicis. Post hunc à sequẽte postulat: Quid sit pulchritudine dignius. Ille,pietas,ait. 27
Nam & ipsa pulchritudo quædam est præcellens. Eius autem potentia charitas, quæ qui-
dem dei munus est,quam & tu possides,cuncta in ipsa bona amplectens. Huic magno as-
sensu applaudens,alium interrogauit: Quemadmodum amissa gloria instauretur. Ille au- 28
tem ad hæc: Quando,inquit,clemens omnibus gratusq; existis, quæ res beneuolentiam

comparant, fieri non potest ut excidas, & magni præterea armorum apparatus, maximã
securitatem præstant. Si qui uero cadunt, ab ijs abstineant oportet, quorum gratia excide
runt, amicitiarum'q; inde cultores iusta agant. Dei nanq; donum est bonorum operatio.
29 Vbi talibus satisfactum est, alius sententiam quærit: Quomodo sine tristitia uiueret. Tũ
ille: Si neminem, inquit, læseris, omnesq; iuues, iustitia quosq; prosequens, ab ea huiusmo
di fructus iucunditatis colligitur. Sed implorandus est deus, ne ea nos lædant quæ præter
opinionem nostram accidunt, ut sunt mortes, morbi, ægritudines, & cætera huiusmodi.
Te autem quando pius es, horum nihil insequetur. Recte & hunc respondisse asserens, de
30 cimum ad dicendum hortatur: Quid sit in gloria potissimum. Respondit ille: Deum uene
rari, non sacris, inquam, neq; muneribus, uerum animi puritate, ac fide candida, eius uolũ-
tatem sequi. Quod quidem & tu perficis, id firmum animo gerens, ut & quicquid feceris,
& quæ facturus sis, omnibus pateant. Hic rex cunctos collaudatos, maiori uoce salutat,
omnibus & præsertim philosophis approbantibus. Nam opere & sermone longe præsta
bant, quippe qui à deo sententiarum principium deduxerant. Exin rex conuiuio læto frui
tur. Sequenti uero die mẽsis solito apparatu instructis, discubuerunt. Tum rex ex opor-
tunitate eos deinceps, qui ab ijs qui pridie dixerãt sequebantur, interrogans, à primo pe-
31 tit: An prudentia doceri possit. Cui ille: Animi, inquit, decus quoddam est à diuina poten-
tia fluens ad suscipienda bona, renuendaq; contraria. Confessus hoc, proximum interro-
32 gat: Quid potissimum ualitudini conferat. Ille, prudentia, respondit: quæ contingit nemi-
33 ni nisi deus mentem ad ea præparauerit. Eo collaudato, ad alium inquit: Quibusnam mo
dis genitorib. dignas gratias referat. Ad ea ille: Si nulla in re, ait, illos tristitia afficias. Sed
34 hoc potuit nemo, nisi deus, cognitionis dux, mentem ad pulcherrima quæq; disponat. An
nuens huic, sequentem postulat: Quomodo sit audiendi cupidus. Is, si existimaueris, re-
ferr, singularum rerum cognitionem tibi utilem fore, ut aliquid ex ijs quæ audieris ad præ
sens tempus comparans, ea eligas quæ conuenientiora uidebuntur. Sed implorandum est
ut diuinum adsit numen, ab eo nanq; operationum omnium perfectio est. His approba-
35 tis, ad alium dixit: Vt nihil contra leges agat. Tum ille: Si cognoueris, inquit, quoniã deus
legislator mentes intellectusq; dederit ad hominum uitam bene regendam, leges seque-
36 ris. Approbans & hunc, ab alio rogat: Quod si cognitionis commodum. Sic ille: Si acci-
dentia, inquit, reputare uolumus, in aduersis eorum rebus & nos unà grauiter afficimur et
premimur, uel pro cognatorum mœstitiæ magnitudine, fortunantibus autem illis gloria
inde & decore extollimur. Si uero negocium inter se benigne susceperint, & cuncta indis-
solubili glutino se habent, nihilq; ad sequundas illorum res desideratur. Verum orãdum
37 est, ut deus cuncta sequundet. His item receptis, ad alium dixit: Quemadmodum intrepi-
dus existat. Ille, si mens, inquit, nullius sibi conscia mali deum sequatur, qui consilia omĩa
38 in bonũ dirigit. Hoc collaudato, ab alio petit: Quomodo recta ratio in promptu sibi es-
set. Si hominum, inquit ille, infortunia semper consideraueris, reuoluens quales rerum ui-
cissitudines deus afferat, aliosq; gloria sublatos honoribus prouehat, aliosq; calamitatib.
39 opertos ignominia deijciat. Hunc bene dixisse asserens, alium respondere hortatur: Qui-
busnam modis neq; socordia, neq; uoluptatibus distrahatur. Ille, in promptu hoc tibi est,
ait, cum & magno regno imperes, & uaria negociorum multitudine tenearis, ut non ad
aliud quippiam traducendi mẽtem quies detur. Horum igitur cura uerseris oportet, deũq;
40 roga, ne quod te decet prætermittas. Laudans & hunc, à decimo postulat: Quemadmodũ
noscat qui in eum dolo agant. Ille ad ea respondit: Si obseruaueris qua quisq; erga te liber
tate utatur, an eosdem semper mores habuerit in salutando consultandoq;, ac reliqua uitæ
cõuersatione, nec quicq; eorum quę amicitia postulat prætermiserit ab affectibus & alijs
uitæ rationibus. Deus uero tibi rex ad optima quæq; intellectum instruet. Hic rex nomi-
ne quosq; appellans, omnes collaudat, moxq; cuncti in iucunditatem uertuntur. Postera
41 die rex conuiuij oportunitate sumpta, sequentem monet ut ostendere uelit: Quæ sit ma-
xima negligentia. Tum ille: Si quis filiorum, inquit, negligens fuerit, eosq; nulla in re eru-
diat. Deo enim semper uota non pro nobis tantum concipimus, quantum præcamur, ut
& liberis nostris bona cuncta adsint, eruditionem & prudentiam impartiatur: nam id dei
42 uirtute euenit. Et hunc recte dixisse obtestatus, ab alio petit: Quomodo patriæ cultor exi
steret. Si tibi persuaseris, ille inquit, domi uiuere & mori optimum esse, peregrinationem
uero agentibus stultitiam, diuitibus dedecus afferre, ceu patria suis malis eiecti sint. Igitur

tu bonis

tu bonis quemadmodum & facis cunctos afficiens, id assequeris, deus enim in omnibus
gratiam tibi præstabit. Hoc audito, alium rogat: Ut uxoribus accommodandum sit. Ille, 43
quandoquidem, ait, fœminarum genus sui confidens est, asperum, & suorum affectuum se
quax, atq; in lapsum procliue propter imprudentiam, & eius naturam imbecillem, uerum
ad ualetudinem & commoda nostra utendæ sunt, neq; illis contraria sententia aduersan-
dum. Est enim dirigenda uita ad certum aliquem finem, ac ueluti nauium gubernatores si
gnum aliquod intendere, quæ profecto omnia & cætera cuncta dei institutione reguntur.
Assentiens huic, proximum ad differendum hortatur: Quomodo non decipiatur. Ad ea 44
ille: Si singula ratione prosecutus, ait, detractoribus insuasus persticeris, sed tu ipse ut ex-
cellis, dicta quæq; discernens & facta, si operationes tuas certo iudicio directas perfece-
ris, indeceptus rex ut dicis, eris. Hoc uero intelligere atq; in his uersari est diuinæ poten-
tiæ operatio. His dictis rex assensus, ab alio poscit: Quemadmodum non sit iracundus. 45
Ille, Si consideraueris, inquit, quoniam is in quo omnium uita pendet, si quid per irã agat,
mortem pluribus affert, quod quidem triste & perniciosum est, multorum uitam regni
causa delere. Verum cum omnes obsecundent & pareant, nec unus quidem aduersetur,
qua de causa irascendum est? Sed nosse oportet, ut deus omni indignatione uacuus, uni-
uersum gubernet, quem te imitari necesse est. Rex bene et hunc respondisse dicens, sequẽ
tem interrogat: Quid sit bene consulere. Recte cuncta, ille ait, ex rationis discursu agere, 46
ad propositum aliquem finem, reiicereq; inutilia & rationi contraria, ut mente per singu-
la discurfante, bene consulendo propositum adipiscamur. Sed omne consilium est dei uir
tute firmissimum, tibi præsertim pietatem exercenti. Applaudens & huic, deinceps osten
dere iubet: Quid sit philosophari. Bene & commode ratiocinari, refert, circa unumquod- 47
que eorum quæ emergunt, neque appetitibus efferri, negligereq; uana cũcta & stulta quæ
ex cupiditatibus oriri solent, ad peragenda oportuna mensura quadam deduci, quem sta-
tum ut adipiscamur deum implorare oportet. Huic annuens, inquit, ad sequentem: Quæ 48
sit hospitalitatis remuneratio. Si omnibus, inquit, æquus existens, quæ acceperis maiori
etiam fœnore accumulata reddideris, ita ut in hospitalitate excellere uidearis. Nã & deus
plurimum humiles erigit, & subiectos homines diligit. Attestans his, ab alio petit: Quæ 49
sint diuturna opera. Ille, si magna, inquit, quis & ueneranda absoluat, adeò ut spectantes
propter operum pulchritudinem & excellentiam illis abstineant, neque quenquam præ-
termittat eorũ qui talia expoliunt, neq; indonatos aliquos ad ea perficienda impellat quæ
usus poscit. Etenim deus cuncta cernens, genus hominum donis accumulat, præbens illis
bonam ualetudinem, & sensus, & alia huiusmodi. Quare & tu simile quid imitatus, labo-
rantibus calamitosisq; malorum uicissitudinem, quietemq; tribue. Ea nanq; perpetua, quę
ex iustitia perficiuntur. Recte & hunc respondisse affirmans, decimum rogat: Quis sit sa- 50
pientiæ fructus. Is, non conscium sibi esse mali, respondit, & uitam in ueritate transigere,
ex his enim maximum gaudium & animi uoluptas gignitur, præstantissime rex, & spes in
deo optimæ tibi regnanti pie, aderunt. His auditis, cuncti ea multo applausu approbarũt.
Post hæc rex multa lætitia plenus, ad propinandum uertitur. Postridie uero ubi ex cõsue-
tudine thoris omnes discubuere, rex sumpto tempore, eos qui supererant interrogat, à pri
mo eorum petens: Quonam modo quis in superbiam non extollatur. Respondit ille: Si 51
æqualitatem seruet, & singulis in rebus suipsius meminerit, reuoluens animo, ut homo
hominibus præsit, utq; deus deleat superbos, mansuetos & humiles extollat. Hortatus
hunc, sequentem ad dicendum monet: Quibus consultoribus utendum sit. His, ait, qui 52
multis in rebus uersati, summam erga te beneuolentiam seruẽt, atq; moribus sint tui simi-
les. Sed dei claritas ostendit, qui sint huiusmodi digni: Laudans & hunc, ab alio postulat:
Quid regi sit maxime necessarium. Subditorum, inquit, amor & dilectio, per hoc nanque 53
insolubile beneuolentiæ uinculum texitur, deus enim ea perficit, quæ recte eligũtur. Huic
annuẽs, alium diffinire hortatur: Quis sit orationis finis. Tum ille: Proposito, ait, de quo 54
dicendum sit, aduersario persuadere, diluendo contraria, & inepta ostendendo. Sic enim
inoffenso currens pede, finem multa laude assequetur. Sed dei opere dirigitur persuasio.
Bene & hunc dicere testatus, alium interrogat: Quomodo multis in regno populis se ac- 55
commodet. Si decenter cuiq; distribueris, inquit, iustitiamq; (quemadmodum facis) ducẽ
sequaris, præbente deo tibi recta discernere. Congratulatus huic, ad alium dixit: In quibus
est tristandum. Ad hæc ille respondit: In amicorum aduersis, quandoquidem diuturna ea 56

& ineuitabilia cernimus, quęue calamitatibus opertos interimant, nam in his mœstitiam
nulla ratio leuat. Sed de ijs in quibus desperamus, neq; quicquam in his utile inuenimus,
mortales omnes contristantur: malum uero omnino effugere, diuinæ potentiæ est. Sic illi
57 respondendum fuisse testatus, ad alium transijt petens; Quare quis inglorius fiat. Respon
dit ille: Siquando superbia quis ductus exasperetur, uituperationes tunc subeunt & glo-
riæ priuatio. Nam deus totius gloriæ dominator, eam quo uult declinat. Hoc collaudato,
58 alium exinde ostendere uelit precatur: Quibus seipsum credere oporteat. Is, qui tibi bene
uolentia ita afficiantur, inquit, ut neq; timore neq; cupiditate ulla lucróue tangantur. A-
moris uero signum difficulter apparet, & temporis obseruatione indiget. Nā qui diuitijs
intendit, natura proditor existit. At tibi omnes tui amatores adsunt, deo tibi recta consi-
59 lia præbente. Prudenter & hunc dixisse dicens, alium rogat: Quid regnum cōseruet. Ille,
cura & meditatio, respondit, ne quid à rerum præpositis male agatur, committaturq; in
plebem, quemadmodum facies, cum tibi deus præstantem intellectum præbeat. Hoc lau-
60 dato, deinceps petit: Qua re gratia honorq; seruetur. Virtute, ille inquit, ea enim pulcherri
morum operum perfectrix, malum conculcat, quemadmodum & tu quidem excellentem
61 erga omnes bonitatem obseruas, quod diuino tibi munere pręstatur. Gratia multa huius
quoq; dicta recipiens, undecimum inde, quoniam duo à LXX. supererāt, postulat: Quo
modo & in bellis quoq; animo pacifico se habeat. Si proposueris animo, ait, nihil perpe-
ram à tuis ducibus committi, uerū omnes de uirtute inter sese certare, quoniam eam spē
animo fixam habeant, te suarum rerum curam gesturum, si illos uitæ cedere contingat.
Non enim tristitia afficieris, quandoquidem cuncta diuino munere recta disponas, præbē
te deo tibi bona sapere. Hic omnes applausu suscipiens, lætitia effunditur, ac cuiq; propi
nans, cum ijs diutius oblectatur. Septima uero die splendidiori apparatu, quod plures è ci
62 uitatibus legationes adessent conuiuio instructo, rex per occasionem ad eos uersus qui
nondum sententiam dixerant, eorum primum dicere monet: Quemadmodum recte ratio
cinetur. Ille, si tecum, inquit, reputaueris & dicta ipsa, & à quo dicantur, ac qua quisq; de re
loquatur, eandemq; multo post tempore uarijs modis perquisieris. Nam ingenij acumen
ad discernenda quæq; (quemadmodum & tu possides rex) dei pulcherrimum est donum.
Ea plausu approbans rex, alium postulat: Propter quid est quod pleriq; uirtutem non asse
63 quantur. Hic ille: Quoniam natura, ait, mortales omnes incontinentes & ad uoluptates
pronos finxit, ex quibus iniustitia gignitur, & auaritiæ cumulus, uirtutis uero status alto
loco fixus, eos maxime prohibet & reijcit, qui uoluptatibus deuincuntur. Fortitudinem
64 nanq; & iustitiam potissimum colendas iubet, quorum ductor & largitor deus est. Recte
& hunc respondisse asserens, ab alio petit: Quid reges potissimum sequi oporteat. Respō
dit ille: Leges, ut iustis operationibus mortalium uitam regant, quemadmodum & tu per
65 agens, perennem tui memoriam fecisti, diuina præcepta secutus. Hoc collaudato, sequen-
tem rogat, inquiens: Qui magistratibus præficiendi sint. Ille, quicunq;, ait, iniqua odio ha-
bent, ac tuos imitantur affectus, laudumq; dulcedine tracti, iusta semper ad adipiscendam
gloriam operantur. Quod & tu profecto rex, quandoquidem deus iustitiæ coronam tri-
66 buit, assequeris. Et hunc uoce approbans, ad alium uersus poscit: Qui sint in duces eligē-
di. Qui fortitudine & iustitia excellant, inquit, quiq; hominum salutem cruentæ uictoriæ
anteponant. Nam & deus bona ad omnes operatur, quem tu sequutus, bonis afficis subdi
67 tos tuos. Huius responsum laudans, quærit inde: Qui uir admiratione dignus sit. Ad ea il-
le: Quicunq;, refert, gloria, diuitijs & potentia exuberans, æquam tamen erga omnes men
tem habeat, quemadmodum & tu talem te gerens, omnibus admirandus existis: deus enī
68 in hanc curam te ducit. Annuens huic, ad alium dixit: Quibus in rebus reges diutius uer-
sari debeant. Tum ille: In rerum gestarum cognitione, ait, in legendisq; incumbentium o-
perum libellis, temporis plurimum assumere oportet, & quæcunq; ad cōseruanda regna,
emendosq; hominum mores scripta sunt perquirere: quod tu cum studio peragis, deusq;
consilia tua fœcundet, excellentem supra alios gloriam obtines. Gestiens huic, iubet ut
69 inde ordine alius dicat: Quid per ocium agendum sit, ne inertia torpeas. Ille ad hæc: Con-
siderandum est, ait, multa cum diligentia quæcunq; in mentem ueniunt, & ante oculos ui
tæ formam & imaginem quandam proponendam, tum qua quæq; ui perfecta sint, conside
randum. Est enim & in his decus suum & eruditio quædam. Nam & sæpe in minimis egre
gium quiddam elucet, quod eligas. Tu uero quādo bonitatem tibi deus sufficit, elegantiā
omnem

omnem propter philosophandi studium amplecteris. Hunc extollens dictis, nouum pe-
tens; Dic, ait, quomodo in conuiuijs transigendum sit. Is discendi cupidos assumẽdos esse 70
refert, & qui regni negocia meminisse possint, & principũ uitas narrare: his nanq; suauius
nihil, neq; iucundius inuenies, quoniam hi quidem ad eruditionem pulcherrima quæq; in
structi, deum uenerantur, quod tu profecto facis, cum præsertim cũcta tibi deus fortunet.
Quo probato, rex ab alio petit: Quid potius sit populis, an priuatũ quempiam regem sibi 71
constituant, an uero ex rege Gentiũ regem sequantur. Respondit ille: Id quod naturæ de-
centius est. Etenim cum reges ex regibus orti insuaues & asperi erga populos habeantur
longe magis & qui à priuato loco ad hanc magnitudinẽ uehunt, quando & pauperiẽ &
duros labores experti sunt, truculentiores impijs tyrannis euadent, ui quadam subiectis
imperantes. Verũ ut suprà dictum est, mos optimus est, & institutio cõmunis ualẽtissima
ad regnandum, quemadmodum tu rex magnis imperas. Nam non tantũ gloria & impe-
rio & diuitijs excellis, quantum mãsuetudine & benignitate uniuersos dei munere allicis.
Diutius & hoc collaudato, uersus ad ultimum: Et tu dic, inquit, quid sit in regno optimũ. 72
Tum ille: In pace, inquit, semper populos continere, atq; in causis peragẽdis quantocyus
recte dijudicare. Hæc per principẽ fiunt, quãdo malos exosus, bonos diligit, plurimíq; exi
stimat si hominis animam saluam reddat, sicuti & tu, qui hominis necem, summum ducis
scelus, cunctaq; iustitia moderans, perennem gestorum tuorum gloriam exornans, cum
deus tibi liberam mentem, omníq; labe exemptã illustrauerit. His simul dictis ingens plau
sus attollitur, cuncta lætitia et gaudio diutius complentur. Sed ut sunt facta silentia rectis,
rex craterem mero statuens propinat, & his qui sententias dixerant, & præsentibus omni
bus, atq; ita orsus: Maxima, inquit, mihi uestra præsentia adfulserunt bona. Nam & pluri
mum commodi uestris responsis, & doctrinam ad regnandum attulistis. Hinc tria cuiq; ta
lenta argenti, & puerum qui ministrauit donari instituit. Ea approbantibus uniuersis &
applaudentibus, lætitia & gaudio conuiuium effunditur, rege ante omnes festiuissime so-
luto. Plura equidem de his dixi Philocrates, hominum sapientiæ affectus. Mirabar nanq;
uiros sic ex tempore ad proposita quæq; tam accommodate, tamq; eleganter respondere
potuisse, cum præsertim quæstiones huiusmodi diuturna meditatione perquisitæ fuerint,
& qui interrogabat, multa prius cogitando singula proponeret. Et illi extemporaneis re
sponsis ita inter sese conuenerunt, ac si de his diutius consultassent. Quapropter admira-
tione digni uisi sunt, cum mihi & præsentibus omnibus, tum maxime philosophis. Verũ
enimuero legentium hæc fidem excellere arbitror, & maiora uideri quàm quisquam cre-
dere possit. Sed quî ipse falsum adijcere uoluerim, cum eadem & in regijs monumẽtis cer
ni liceat, in quibus uel minimum prætermitti summo sceleri ducatur? Vera igitur atq; ut
singula gesta sunt, omni prorsus errore abiecto, referimus. Qua in re quo uerius singula
teneremus, ea diligentia usi sumus, ut assumptis regijs actis, in quibus gesta regis, dicta
quæq; & responsa, conuiuiáq; referuntur, nostra hæc ex illis mutuati sumus. Mos est ete
nim quotidie, quemadmodum nosti, ex ea diei hora qua primum rex responsa reddere cœ
perit, usque dum in somno quiescat, singula eius dicta, gesta, facta literis demandare, rem
profecto utilem & recte institutam, ut cum prioris diei responsa & acta relegũtur, si quid
minus commode gestum sit, emendari possit. Igitur cuncta (sicuti diximus) regis monu-
menta diligentius perscrutatus, hæc ad te idcirco transcripsi, quoniam intelligerem quan
topere bonarum artium desiderio tenearis. Post tres uero dies quàm ea gesta sunt, Deme-
trius uiros ad maris insulam deduxit, transmissóq; aggere septem stadiorum, pontẽ trans-
greditur, regionem inde quæ ad Boream uergit petens, ad præparatum consessum uenit.
Domus erat supra littus, perquam decenter ornata, & quæ multo silentio quiesceret, re-
bus omnibus ad uitæ usum elegantissime dispositis, illic eos ad peragendam interpreta-
tionem hortatur. Viri singula inter se differendo, consonum quid ædebant. Rursusq; ex
ijs in quibus omnium consensus accesserat, illa Demetrio habenda seruabãt, quæ dignio
ra, elegantioráq; uidebantur. Extendebatur uero consessus huiusmodi & disceptatio ad
nonam usque diei horam, soluto huiusmodi consilio ad curanda corpora disceditur. Ete-
nim, ut prædiximus, cuncta sumptuosissime præbebantur. Nam & quæcunq; per singulos
dies rex præparabat, eadem & his Dorotheus, cui ea cura demandata erat, studio asseque-
batur. Ad hæc quotidie regiam aulam inuisebant, ubi rege consalutato ad consueta loca
diuertũt, atq; ut mos est Iudæis omnibus, manib. prius in mari lotis, deo præces effundũt,

lectioni inde & rerum interpretationi operam dant. Interrogaui equidem & illud quoq́, cuius gratia cum uota facerent, manus prius lauarent. Quærenti talia, demonstrarunt illud testimonium esse, ne quid perperam agant, sed pie cuncta sanctéq́ perficiant, quando quidem uniuersa opera manibus exerceãtur, recte singula ad iustitiam & ueritatem, sicut prædiximus, referẽtes. Igitur uiri & loci silentio & quieti habiti, magnaq́ ubiq́ rerum amœnitate, splendore traducti, propositum opus expoliunt. Euenit autem ut duobus & septuaginta diebus quasi id è composito inter sese factũ fuisset, perficeretur huiusmodi scripturæ interpretatio. Enimuero Demetrius rebus rite peractis, omnem Iudæorum multitudinem in eũdem locum ubi interpretatio perfecta est aduocat, rem omnem à principio edocet à præstantibus interpretibus, qui ab uniuersa multitudine maximis gratijs, & laudibus prosequuti sunt, quippe qui præstantium bonorum causa extiterint. Exin Demetrium uenerantur, orantq́ ut legem huiusmodi transcriptam suis principibus permittere uelit, donec eius compositionem considerent. Igitur dum lex cognoscitur, astantes interpretum seniores, urbiumq́ legati, & multitudinis principes, una omnes obtestantur, recte, sanctéq́ unumquodq́ interpretatum esse, beneq́ se habere si sic permaneant, neq́ in uno quidem permutetur. Approbantibus ea omnibus & rogationi applaudentibus, iubet Demetrius, ut pro eorum consuetudine imprecentur, si quis uel addere, uel mutare, transferre, delereúe audeat quicquam ex ijs omnibus quæ scripta sunt. Cum uniuersa hæc rite expleuissent, ut perennis illa sit semperq́ seruetur adiurat. Eadem ubi & illi læto plausu exoptarent, regi maxime gratificatus est, quod demandatum sibi munus egregie obijsset, traderetq́ perfectum. Hic rex post ubi studio cuncta explorat discitq́ legislatoris sensus quosq́ longe admiratus, ad Demetrium ait: Vt fieri potuit quando talia hæc tamq́ perfecta sunt quod historicorum aut poëtarum nemo sibi assumpserit? Tum ille: Cum ob uenerandam legis institutionem, refert, tum quia deus prohibuerit. Nam quidam tantum opus sibi assumere ausi, mox diuina ultione percussi, cõsilio abstitere. Testaturq́ inde se audisse Theopompum, quoniam ex lege secretiora quædam in historia audacius transferre conaretur, supra triginta dies mentis turbatione correptum. Qui cum per morbi interualla deum implorasset, ei manifestò per insomnium demonstratum est, ea gratia id sibi contigisse, quod diuina peruertens, in uulgus proijcere tentasset, quibus uisis emendatus, & mẽti redditus est. Et quidem & ipse comperi apud Theodectum tragœdiarum scriptorem se luminibus captum, dum quædam ex huiusmodi libris in suum poëma trãsferre uellet. Verum ubi eam cæcitatis causam animaduertit, deum plures orasse dies, atque ita restitutum ait. Tum rex obtestatus, hęc à Demetrio perpulchre dici, adiurat, iubetq́ ut in seruãdis custodiendisq́ ab omni macula libris, summa exhibeatur cura. Exin interpretes perbenigne alloquens, ut cum in Iudæam uenerint, frequentius ad se cõmeare uelint, hortatur. Aequum enim est, inquit, ut nunc pro dignitate domum deducantur. Si uero redierint, amicos illos sicut fas est habiturum, & magnis insuper muneribus ornaturum, pollicemur. Mox hominum reditus paretur, imperat, digna sui magnificentia erga eos usus. Etenim singulos tribus inclytis stolis donat, additq́ præterea auri talenta duo, cratereḿq́ pręstantem, talenti pondo unius, addit omnem diuersorij ornatum. Mittit ad hæc Eleazaro thoros decem argenteis pedibus suffultos, cum his omnibus rebus quæ ad illorum decus exquiruntur. Alia insuper talenta triginta, stolas decẽ, purpuram, coronamq́ decentem, tunicas byssinas ad centum, & phialas & pelues crateresq́ aureos ad libamina duos. Literis deinde suis eum exhortatus est, ne homines prohiberet, si quando eorum quispiam ad se redire uellet. Nam cum doctorum uirorum consuetudines pluris faceret, in his consequẽdis opes suas, nõ quidem uanis in rebus, ut prodigi, sumptuosissime elargiebatur. Habes tu quidem Philocrates munus, quod polliciti sumus, in quo legẽdo maiorem te profecto uoluptatem capturum arbitror, quàm si in percurrẽdis fabulosarum rerum libris oblecteris, cum præsertim magnorũ gestorum exercitatione, in quo quidem diutius uersaris ingenium exerceas. Quapropter enitar digna quæq́ ad te deinceps perscribere, ut præstantissimarum rerum inter nos amoris certamen excitetur. Vale.

Aristeæ de LXXII. legis Hebraicæ interpretibus finis.

Bertrami

Bertrami Presbyteri uita per

Ioannem Trithemium.

BErtramus presbyter & monachus, in diuinis scripturis ualde peritus, & in literis secularium disciplinarum egregie doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, nec minus uita quàm doctrina insignis. Scripsit multa præclara opuscula de quibus ad meam notitiam pauca peruenerunt. Ad Carolum regem, fratrem Lotharij Imperatoris scripsit commendabile opus, de prædestinatione librum unum, de corpore ac sanguine domini librum unum. Claruit temporibus Lotharij Imp. Anno DCCCXL.

BERTRAMI PRESBYteri de corpore & sanguine domini

Præfatio ad Carolum magnum Imperatorem.

IVbes gloriose princeps, ut quid de sanguinis & corporis Christi mysterio sentiam, uestræ magnificētiæ significem. Imperium quam magnifico uestro principatui dignum, tam nostræ prauitatis uiribus constat difficillimū. Quid enim dignius regali prouidentia, quàm de illius sacris mysterijs catholice sapere, qui sibi regale solium dignatus est contribuere, & subiectos pati non posse diuersa sentire de corpore Christi, in quo constat Christianæ redemptionis summā consistere. Dum enim quidam fideliū corporis sanguinisq́ Christi, quod in ecclesia quotidie celebratur, dicant, quod nulla sub figura, nulla sub obuelatione fiat, sed ipsius ueritatis nuda manifestatione peragatur, quidam uero testentur quod hæc sub mysterij figura contineantur, & aliud sit quod corporeis sensibus appareat, aliud autem quod fides aspiciat, non parua diuersitas inter eos esse dinoscitur. Et cum Apostolus fidelibus scribat, ut idem sapiant & idem dicant omnes, & scisma nullum inter eos appareat, non paruo scismate diuiduntur, qui de mysterio corporis sanguinisq́ Christi non eadem sentientes eloquuntur. Quapropter uestra regalis sublimitas zelo fidei prouocata nō æquanimiter ista perpendens, & secundum Apostoli præceptum cupiens, ut idem sentiant & idem dicant omnes, ueritatis diligenter inquirit secretum, ut ad eum deuiantes reuocare possit. Unde non contemnitis etiam ab humilibus huius rei ueritatem perquirere, scientes quòd tanti secreti mysterium, non nisi diuinitate reuelante possit agnosci, quæ sine personarum acceptione per quoscunq; de legerit suæ ueritatis lumen ostendit. Nostræ uero tenuitati quam sit iucundum uestro parere imperio, tam est arduum super re humanis sensibus remotissima, & nisi per sancti Spiritus eruditionem nō posse penetrare, disputare. Subditus igitur uestræ magnitudinis iussioni, confisus autem ipsius de quo locuturi sumus suffragio, quibus potuero uerbis, quid de hoc sentiam aperire tentabo, nō proprio fretus ingenio, sed sanctorum uestigia patrum prosequendo. 1. Cor. 1.

BERTRAMI PRESBYteri de corpore & sanguine Domini Liber ad Carolum magnum Imperatorem.



QVod in ecclesia ore fidelium sumitur corpus & sanguis Christi, quærit uestræ magnitudinis excellentia, in mysterio fiat an in ueritate, id est, utrum aliquid secreti contineat quod oculis fidei solummodo pateat, an sine cuiuscunque uelatione mysterij hoc aspectus intueatur corporis exterius, quod mentis uisus inspiciat interitus, ut totum quod agitur, in manifesta-

manifestationis luce clarescat:& utrum ipsum corpus sit quod de Maria natum est & passum, mortuum & sepultum, quodq; resurgens & coelos ascendens, ad dexteram patris cō sideat: Harum duarum quæstionū primam inspiciamus, & ne dubietatis ambage detineamur, definiamus quid sit figura, quid ueritas, ut certum aliquid cōtuentes nouerimus quò rationis iter contendere debeamus. Figura est obumbratio quædam, quibusdam uelaminibus quod intendit ostendens, uerbi gratia, uerbum uolentes dicere, panem nuncupamus. Sicut in oratione dominica, panem quotidianum dari nobis expostulamus, uel cum
Matt. 6. Christus in Euangelio loquitur, dicens: Ego sum panis uiuus qui de coelo descendi. Vel
Ioan. 6. cum seipsum uitem, discipulos autem palmites appellat: Ego sum (dicens) uitis uera, uos
Ioan. 15. autem palmites. Hæc enim omnia aliud dicunt, & aliud innuunt. Veritas uero, est rei manifestæ demonstratio, nullis umbrarū imaginibus obuelatæ, sed puris & apertis (utq; planius eloquamur) naturalibus significationibus insinuatæ, utpote cum dicitur Christus natus de uirgine, passus, crucifixus, mortuus & sepultus. Nihil enim hic figuris obuelantib. adumbratur, uerū rei ueritas naturaliū significationibus uerborum ostenditur, neq; aliud hic licet intelligi quàm dicitur. At in superioribus non ita. Nam substantialiter nec panis Christus, nec uitis Christus, nec palmites apostoli. Quapropter hic figura, superius uero ueritas in narratione monstrat, id est, nuda & aperta significatio. Nunc redeamus ad illa quorum causa dicta sunt ista, uidelicet corpus & sanguinē Christi. Si enim nulla sub figura mysteriū illud peragitur iam mysteriū non rite uocitatur, quoniā mysteriū dici non potest, in quo nihil est abditum, nihil à corporalibus sensibus remotū, nihil aliquo uelamine contectum. At ille panis qui per sacerdotis ministeriū Christi corpus efficitur, aliud exterius humanis sensibus ostendit, & aliud interius fidelium mentibus clamat. Exterius quidem panis, quod ante fuerat, forma prætenditur, color ostenditur, sapor accipitur: Ast interius longe aliud, multoq; pretiosius, multoq; excellentius intimatur, quia coeleste, quia diuinum, id est, Christi corpus ostenditur, quod non sensibus carnis sed animi fidelis cōtuitu uel aspicitur, uel accipitur, uel comeditur. Vinum quoq; quod sacerdotali consecratione Christi sanguinis efficitur sacramentū, aliud superficie tenus ostendit, aliud interius continet. Quid enim aliud in superficie, quàm substantia uini conspicitur? Gusta, uinum sapit: Odora, uinum redolet. Inspice, uini color intuetur. At interius si cōsideres, iam nō liquor uini, sed liquor sanguinis Christi credentium mentibus & sapit dum gustatur, & agnoscit dum cōspicitur, & probatur dū odoratur. Hæc ita esse dum nemo potest abnegare claret, quia panis ille uinūq; figurate Christi corpus & sanguis existit. Non enim secundū quod uidetur, uel carnis species nullo pane cognoscitur, uel in illo uino cruoris unda monstrat cum tamen post mysticam consecrationem nec panis iam dicitur nec uinū, sed Christi corpus & sanguis. Nam si secundum quosdam figurate nihil hic accipiatur, sed totum in ueritate conspiciatur nihil hic fides operatur, quoniā nihil spirituale gerit, sed quicquid illud
Heb. 11. est, totum secundū corpus accipitur. Et cū fides secundū Apostolū sit rerū argumentū nō apparentiū, id est, non earū quæ uidentur, sed quæ nō uidentur substantiarū, nihil hic secū dum fidem accipiemus, quoniā quicquid existit secundū corporis sensus diudicamus. Et nihil absurdius, q̄ panē carnē accipere, & uinū sanguinē dicere. Nec iā mysteriū erit, in q̄ nihil secreti, nihil abditi continebitur, & quomodo iā corpus Christi et sanguinis dicit, in quo nulla permutatio facta esse cognoscit? Omnis em̄ permutatio, aut ex eo quod nō est, in id quod est efficit, aut ex eo quod est in id quod nō est, aut ex eo quod est in id quod est. In isto autem sacramento si tantum ueritatis in simplicitate consideretur, & aliud credatur, quàm quod aspicitur, nulla permutatio facta cognoscitur. Nam nec ex eo quod nō etat transiuit in aliquid quod sit, quomodo sit transitus in rebus nascentibus. Siquidem nō erant prius, sed ut sint, ex non esse ad id quod est esse trāsitum fecerunt. Hic uero panis & uinum prius fuere quam transitum in sacramentum corporis & sanguinis Christi fecerunt. Sed nec ille transitus qui fit ex eo quod est esse ad id quod est non esse, qui transitus in rebus per defectum occasum parientibus existit. Quicquid enim interit prius subsistendo fuit nec interitum pati potest, quod nunquam fuit. Hic quoque non iste transitus factus esse cognoscitur, quoniam secundum ueritatem species creaturæ quæ fuerat ante permansisse cognoscitur. Item illa permutatio quæ fit ex eo quod est, in eo quod est, quæ perspicitur in rebus qualitatis uarietatem patientibus, uerbi gratia, quando quod nigrum fuerat in album demutatur, nec hic facta esse cognoscitur. Nihil enim

hic uel tactu, uel colore, uel sapore permutatum esse deprehenditur. Si ergo nihil hic est permutatum, non est aliud quàm ante fuit. Est autem aliud, quoniam panis corpus, & uinum sanguis Christi facta sunt. Sic enim ipse dicit: Accipite & comedite, hoc est corpus Matt. 26.
meum. Similiter & de calice loquens, dicit: Accipite & bibite, hic est sanguis noui Testa- Ibidem.
menti, qui pro uobis fundetur. Quærendum ergo est ab eis, qui nihil hic figurate uolunt accipere, sed totum in ueritatis simplicitate consistere, secundum quod demutatio facta sit, ut iam non sint quod ante fuerunt, uidelicet panis atq; uinum, sed sint corpus atq; sanguis Christi? Secundum speciem nanq; creaturæ, formamq; rerum uisibiliũ, utrunq; hoc, id est, panis & uinũ, nihil habẽt in se permutatum. Et si nihil permutationis pertulerũt, nihil aliud existunt quàm quod prius fuere. Cernit sublimitas uestra princeps gloriose quo aliter sentientium intellectus euadat, negant quod affirmare creduntur, & quod credunt destruere comprobantur. Corpus etenim sanguinemq; Christi fideliter confitentur, & cum hoc faciunt, non hoc iam esse quod prius fuere proculdubio protestantur, & si aliud sunt quàm fuere mutationem accepêre. Cum hoc negari non possit, dicant secũdum quid permutata sunt. Corporaliter nanq; nihil in eis cernitur esse permutatum. Fatebuntur igitur necesse est, aut mutata esse secundum aliud quàm secundum corpus, ac per hoc non hoc esse quod in ueritate uidentur, sed aliud quod non esse secundum existentiam propriam cernuntur. Aut si hoc profiteri noluerint, compellentur negare corpus esse sanguinemq; Christi, quod nefas est non solum dicere, uerum etiam cogitare. At quia confitentur & corpus & sanguinem Christi esse, nec hoc esse potuisse nisi facta in melius commutatione, neq; ista commutatio corporaliter, sed spiritualiter facta sit necesse est, ut iam figurate facta esse dicatur, quoniam sub uelamento corporei panis corporeiq; uini spirituale corpus Christi spiritualisq; sanguis existit, non quod duarum sint existẽtiæ rerum inter se diuersarum corporis uidelicet & spiritus, uerum una eademq; res secundum aliud species panis & uini consistit, secundum aliud autem corpus & sanguis Christi. Secundum nanq; quod utrunq; corporaliter contingitur, species sunt creaturæ corporeæ, secundum potentiam uero quod spiritualiter factæ sunt mysteria corporis & sanguinis Christi. Consideremus fontem sacri baptismatis, qui fons uitæ non immerito nuncupatur, quia descendentes in se melioris uitæ nouitate reformat, & de peccato mortuis uiuẽtes iustitiæ donat. Nũ secundũ quod aquæ conspicit̃ esse elementũ istã potentiã obtinet? attamen nisi sanctificationis uirtutẽ obtineret labẽ uitiorũ nequaq; diluere posset, & nisi uigorẽ uitæ cõtineret, nullo modo mortuis præstare uitã ualeret; mortuis aũt nõ carne sed anima. In eo tamen fonte si consideret̃ solummodo quod corporeus aspicit sensus elementũ fluidũ conspicit̃ corruptioni subiectum, nec nisi corpora lauandi potentiã obtinere. Sed accessit sancti Spiritus per sacerdotis consecrationẽ uirtus, & efficax facta est non solũ corpora, uerumetiam animas diluere, & spirituales sordes spirituali potẽtia dimouere. Ecce in uno eodemq; elemẽto duo uidemus inesse sibi resistentia, id est, corruptioni subiacẽs incorruptionẽ præstare, & uitã non habens uitã contribuere. Cognoscitur ergo in isto fonte & inesse quod corporis sensus attingat, & idcirco mutabile atq; corruptibile, & rursus inesse quod fides sola conspiciat, & ideo nec corrumpi posse, nec uitæ discrimen accipere. Si requiras quod superficie tenus lauat, elementũ est, si uero perpẽdas quod interius purgat, uirtus uitalis est uirtus sanctificationis, uirtus immortalitatis. Igitur in proprietate humor corruptibilis, in mysterio uero uirtus sanabilis. Sic itaq; Christi corpus & sanguis superficie tenus considerata creatura est mutabilitati corruptelæq; subiecta. Si mysterij uero perpendis uirtutem, uita est participantibus se tribuens immortalitatẽ. Non ergo sunt idẽ quod cernunt̃, & quod creduntur. Secundũ eñ quod cernuntur corpus pascunt corruptibile, ipsa corruptibilia. Secundũ uero quod creduntur, animas pascunt in æternũ uicturas, ipsa immortalia. Apostolus quoq; scribens Corinthijs, ait: Nescitis quoniã patres nostri omnes sub nu- 1. Cor. 10.
be fuerunt, & omnes mare trãsierunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escã spiritualẽ manducauerunt, & omnes eundẽ potum spiritualem biberunt? bibebant autem de spirituali consequenti eos petra. Petra autem erat Christus. Animaduertimus & mare baptismi speciẽ prætulisse & nubem. Patresq; prioris Testamẽti in eis, id est, in nube, siue mari baptizatos esse. Num uel mare secundum quod elementum uidebatur baptismi potuit habere uirtutem? uel nubes iuxta quod densioris crassitudinem aëris ostendebat, populum sanctificare quiuerit? Nec tamen Apostolum in

Christo

Christo locutum audemus dicere quòd non uere dixerit, patres nostros in nube & in mari esse baptizatos. Et quamuis baptismus ille formam baptismatis Christi, quod hodie geritur in ecclesia prætulerit, baptismum tamen extitisse, & in eo patres nostros baptizatos fuisse, nullus negare sanus audebit, nisi uerbis Apostoli contradicere uesanus præsumpserit. Igitur & mare & nubes, non secundum hoc quod corpus extiterant sanctificationis munditiam præbuere, uerum secundum quod inuisibiliter sancti Spiritus sanctificationẽ continebant. Erat nanq; in eis & inuisibilis forma quæ corporeis sensibus appareret, non in imagine, sed in ueritate, & interius spiritualis potentia resulgebat, quæ non carnis oculis, sed mentis luminibus appareret. Similiter manna populo de cœlo datum & aqua profluens de petra corporales extiterant, & corporaliter populũ uel pascebant uel potabant, attamen Apostolus uel illud manna uel illam aquam, spiritualem escam & spiritualem potum appellat. Cur hoc? quoniam inerat corporeis illis substantijs spiritualis uerbi potestas, quæ mentes potius quàm corpora credentium pasceret atq; potaret. Et cum cibus uel potus ille futuri corporis Christi sanguinisq; mysterium quod celebrat ecclesia præmonstraret, eandem tamen escam spiritualem manducasse, & eundem potum spiritualem bibisse patres nostros sanctus Paulus asseuerat. Quæris fortasse quam eandem? nimirum ipsam quam hodie populus credentium in ecclesia manducat & bibit. Non enim licet diuersa intelligi, quoniam unus idemq; Christus est qui & populum in deserto, in nube, & in mari baptizatum sua carne pauit, suo sanguine tunc potauit, & in ecclesia nunc credentium populum sui corporis pane, sui sanguinis unda pascit ac potat. Quod uolens Apostolus intimare cum dixisset, patres nostros eandem escam spiritualem manducasse, eundemq; potum spiritualem bibisse, consequenter adiecit. Bibebant autem de spirituali con-
1.Cor.10. sequenti eos petra. Petra autem erat Christus. Vt intelligeremus in deserto Christum in spirituali petra constitisse, & sui sanguinis undam populo præbuisse, qui postea corpus de uirgine sumptum, & pro salute credentium in cruce suspensum nostris seculis exhibuit, & ex eo sanguinis undam effudit, quo non solum redimeremur, uerumetiam potaremur. Mirum certe, quoniam incomprehensibile & inæstimabile nondum hominem assumpserat, nondum pro salute mundi mortem degustauerat, nondum sanguine suo nos redemerat, & iam nostri patres in deserto per escam spiritualem po tum'que inuisibilem eius corpus manducabant & eius sanguinem bibebant, uelut testis existat Apostolus clamans: Eandem escam spiritualem manducasse, eundem potum spiritualem bibisse patres nostros. Non istic ratio qua fieri potuerit disquirenda, sed fides quid factum sit adhibenda. Ipse nanque qui nunc in ecclesia omnipotenti uirtute panem & uinum in sui corporis carnem, & proprij cruoris undam spiritualiter conuertit, ipse tunc quoq; manna de cœlo datum corpus suum, et aquam de petra profusam proprium sanguinem in
Psal.77. uisibiliter operatus est. Quod intelligens Dauid in Spiritu sancto protestatus est. Panem inquiens angelorum manducauit homo. Ridiculum nãq; est opinari quòd manna corporeum patribus datum cœlestem pascat exercitum, aut tali uescantur edulio qui diuini uerbi saginantur epulis. Ostendit certe Psalmista, uel magis Spiritus sanctus loquens in psalmista, uel quid patres nostri in illo manna cœlesti perceperũt, uel quid fideles in mysterio corporis Christi credere debeant. In utroq; Christus certe innuitur, qui & credentium animas pascit, & angelorum cibus existit. Vtrunq; hoc incorporeo gustu nec corporali sagina, sed spiritualis uerbi uirtute. Et Euangelista narrante cognouimus quod dominus Iesus Christus priusquam pateretur, accepto pane gratias egit, & dedit discipulis suis dicẽs:
Matth.26. Hoc est corpus meum quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit dicens: Hic est calix nouum Testamentum in sanguine meo, qui pro uobis fundetur. Videmus nondum passum esse Christum etiam tamẽ sui corporis & sanguinis mysterium operatum fuisse. Non enim putamus ullum fidelium dubitare panem illum fuisse Christi corpus effectum quod discipulis donans dicit: Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur. Sed neq; calicem dubitare sanguinem Christi continere, de quo idem ait: Hic est calix nouum Testamentum in sanguine meo, qui pro uobis fundetur. Sicut ergo paulò antequam pateretur panis substantiam & uini creaturam conuertere potuit in proprium corpus quod passurum erat, & in suum sanguinem qui pòst fundendus extabat, sic etiam in deserto manna & aquam de petra in suã carnem & sanguinem cõuertere præualuit, quamuis longe pòst & caro illius in cruce pro nobis pen-

bis pendenda, & sanguis eius in ablutionē nostram fundendus superabat. Hic etiam con
syderare debemus, quemadmodū sit accipiendū quod ipse dicit: Nisi manducaueritis car- Ioan. 6.
nem filij hominis & sanguinē eius biberitis non habebitis uitam in uobis. Non enim dicit
quod caro ipsius quæ pendit in cruce particulatim concidenda foret & à discipulis man-
ducanda, uel sanguis ipsius quem fusurus erat pro mundi redemptione, discipulis dandus
esset in potum. Hoc enim scelus esset si secundum quod infideles tunc acceperunt à disci-
pulis uel sanguis eius biberetur, uel caro comederetur. Propter quod in consequentibus
ait discipulis, nō infideliter sed fideliter uerba Christi suscipientibus: nec tamē adhuc quo
modo illa uerba forent intelligenda penetrantibus: Hoc uos scandalizat (inquiens). Si er- Ioan. 6.
go uideritis filium hominis ascendentē ubi erat prius: tanquā diceret. Non ergo carnem
meam uel sanguinem meum uobis corporaliter comedendā, uel bibendum per partes di-
stributum distribuendū putetis, cum post resurrectionem uisuri sitis me cœlos ascensurū
cum integri corporis siue sanguinis mei plenitudine. Tunc intelligetis quod non sicut in-
fideles arbitrātur, carnem meam à credentibus comedendā, sed uere per mysteriū, panem
& uinum in corporis & sanguinis mei conuersam substantiā à credentibus sumendam. Et Ibidem
consequenter. Spiritus est (inquit) qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Carnem dicit
quicquam non prodesse illo modo, sicut infideles intelligebant, alioquin uitam præbet, si
cut à fidelibus per mysterium sumitur. Et hoc quare ipse manifestat, cum dicit: Spiritus est
qui uiuificat. In hoc itaque mysterio corporis & sanguinis spiritualis est operatio, quæ
uitam præstat, sine cuius operatione mysteria illa nihil prosunt. Quoniam corpus qui-
dem pascere possunt, sed animam pascere non possunt. Hic iam suboritur quæstio, quam
plurimi proponentes loquuntur nō in figura, seu in ueritate ista fieri. Quod dicentes, san
ctorum scripta patrum contraire comprobant. Sanctus Augustinus doctor ecclesiæ præ-
cipuus in libro de doctrina Christiana tertio taliter scribit: Nisi māducaueritis (inquit Sal Ioan. 6.
uator) carnem filij hominis, & biberitis sanguinē eius, non habebitis uitam in uobis. Faci
nus uel flagitium uidetur iubere. Figura ergo est præcipiens passioni domini esse cōmu-
nicandum, & suauiter atque utiliter recondendū in memoria quod pro nobis caro eius cru-
cifixa & uulnerata sit. Cernimus quod doctor iste mysteria corporis & sanguis Christi,
sub figura dicit à fidelibus celebrari: nam carnem illius sanguinemque eius sumere carnali-
ter, non religionis dicit esse, sed facinoris. De quibus fuerant illi, qui in Euangelio dicta Ibidem
domini non spiritualiter, sed carnaliter intelligentes recesserūt ab eo, & iam cum illo non
ibant. Item in epistola ad Bonifacium episcopum scribens inter reliqua sic ait: Nempe sæ-
pe ita loquimur, ut pascha propinquāte dicamus: crastinam uel perendinā domini passio-
nem, cum ille ante tam multos annos passus sit, nec omnino nisi semel illa passio facta sit.
Nempe ipso die dominico dicimus, hodie dominus resurrexit, cum ex quo resurrexerit,
tot anni transierint. Cur nemo tam ineptus est, ut nos ita loquentes arguat esse mentitos,
nisi quia istos dies secundum illorum, quibus hæc gesta sunt, similitudinē nuncupamus?
ut dicatur ipse dies, qui non est ipse, sed reuolutione temporis similis eius, & dicatur illo
die fieri, propter sacramenti celebrationē, quod non illo die, sed iam olim factum sit. Non
ne semel imolatus est Christus in seipso? & tamen in sacramento non solum per omnes
paschæ solennitates, sed omni die populis imolatur. Hec utique mentitur qui interrogatus,
eum responderit imolari. Si enim sacramenta quandā similitudinē rerum earum, quarum
sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent. Ex hac ipsa similitudine
plerunque iam ipsarū rerum nomina accipiunt. Sicut ergo secundū quendam modum sacra
mentum corporis Christi corpus Christi est, sacramentū sanguinis Christi sanguis Chri-
sti est, ita sacramentū fidei fides est. Cernimus quod sanctus Augustinus dicit aliud sacra-
menta, & aliud res, quarum sunt sacramenta. Corpus autem in quo passus est Christus,
& sanguis eius de latere qui fluxit, res sunt. Harum uero rerum mysteria dicit esse sacramē
ta corporis & sanguinis Christi, quæ celebrantur ob memoriā dominicæ passionis, nō so
lum per omnes paschæ solēnitates singulis annis, uerum singulis in anno diebus. Et cum
unum sit corpus dominicū in quo semel passus est, & unus sanguis qui pro salute mundi
fusus est, attamen sacramenta ipsarum rerum uocabula sumpserunt, ut dicātur corpus &
sanguis Christi, cum propter similitudinē rerum quas innuunt sic appellentur, sicut pa-
scha & resurrectio domini uocantur, quæ per singulos dies celebrant, cum semel in seip-
so passus sit, & resurrexit. Nec dies illi iam possunt reuocari, quoniā præterierūt. Appel-

lantur autem illorũ uocabulo dies, quibus memoria dominicæ paſſionis ſiue reſurrectio-
nis cõmemoratur, idcirco quòd ſimilitudinẽ illorum habeant dierum, quibus Saluator ſe
mel paſſus eſt & reſurrexit. Vnde dicimus, hodie uel cras uel perendie domini paſcha eſt
uel reſurrectio, cum dies illi quibus hæc geſta ſunt multis iam annis præterierũt. Sic etiam
dicamus dominum imolari, quando paſſionis eius ſacramenta celebrãtur, cum ſemel pro
1. Pet.2. ſalute mundi ſit imolatus in ſemetipſo, ſicut Apoſtolus ait: Chriſtus paſſus eſt pro no-
bis, uobis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſtigia eius. Non enim ait, quod quotidie
in ſeipſo patiatur, quod ſemel fecit. Exemplum autem nobis reliquit, quod in myſterio
dominici corporis & ſanguinis quotidie credentibus præſentatur, ut quiſquis ad illud ac-
ceſſerit, nouerit ſe paſſionibus eius ſociari debere, quarum imaginem in ſacris myſterijs
Prouer.23. præſtolatur, iuxta illud ſapientiæ: Acceſſiſti ad menſurã potentis, diligenter attende quæ
tibi ſunt appoſita, ſciens quia talia te oportet præparare. Accedere ad menſam poten-
tis, eſt diuini participem libaminis fieri. Conſideratio uero appoſitorum, dominici corpo
ris & ſanguinis eſt intelligentia. Quibus quiſquis participat aduertat ſe talia debere pre-
parare, ut eius imitator exiſtat commoriendo, cuius memoriam mortis non ſolum creden
Heb.7. do, uerumetiam guſtando confitetur. Item beatus Paulus ad Hebreos: Talis enim dece-
bat ut nobis eſſet põtifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, &
excelſior cœlis ſactus: qui non habet neceſſitatem quemadmodũ ſacerdotes quotidie ho
ſtias offerre, prius pro ſuis delictis, deinde pro populi. Hoc enim fecit ſemel ſe offerendo
dominus Ieſus Chriſtus. Quod ſemel fecit, nunc quotidie frequentat. Semel enim pro pec
catis populi ſe obtulit, celebratur tamen hæc eadem oblatio ſingulis per fideles diebus,
ſed in myſterio, ut quod dominus Ieſus Chriſtus ſemel ſe offerens adimpleuit, hoc in ei-
us paſſionis memoriam quotidie geratur per myſteriorum celebrationẽ. Nec tamen fal-
ſo dicitur quod in myſterijs illis dominus uel imoletur uel patiatur: quoniam illius mortis
atq; paſſionis habent ſimilitudinẽ, quarum exiſtunt repræſentationes. Vnde dominicum
corpus & ſanguis dominicus appellantur: quoniam eius ſumunt appellationẽ, cuius exi-
ſtunt ſacramentũ. Hinc beatus Iſidorus in libris Etymologiarũ ſic ait: Sacrificiũ dictum,
quaſi ſacrum factum, quia prece myſtica conſecratur, in memoriam dominicæ paſſionis.
Vnde hoc eo iubente corpus Chriſti & ſanguinẽ dicimus, quod dum fit ex fructibus ter-
ræ ſanctificatur, & fit ſacramentũ, operante inuiſibiliter Spiritu dei. Cuius panis & calicis
ſacramentum. Græci εὐχαριςίαν dicunt, quod latine bona gratia interpretatur. Et quid me
lius ſanguine & corpore Chriſti: panis uero & uinum, ideo corpori & ſanguini dñi com-
parantur, quia ſicut uiſibilis huius panis uiniq; ſubſtantia exteriorẽ nutrit & inebriat ho
minem, ita uerbum dei qui eſt panis uiuus, participatione ſui, fidelium recreat mentes. Et
iſte doctor catholicus ſacrum illud dominicæ paſſionis myſterium docet agendum in me-
moriam pro nobis dominicæ paſſionis. Hoc dicens, oſtendit dominicam paſſionẽ ſemel
eſſe factam, eius uero memoriam in ſacris ſolennibus repræſentari. Vnde & panis qui of-
fertur ex fructibus terræ cum ſit aſſumptus, in Chriſti corpus dum ſanctificatur transpo-
nitur, ſicut & uinum cum ex uite defluxerit, diuini tamen ſanctificatione myſterij efficitur
ſanguis Chriſti, non quidem uiſibiliter, ſed (ſicut ait præſens doctor) operãte inuiſibiliter
Spiritu ſancto. Vnde & ſanguis & corpus Chriſti dicuntur: quia nõ quod exterius uiden
tur, ſed quod interius diuino ſpiritu operante facta ſunt, accipiuntur. Et quia longe aliud
per potentiam inuiſibilem exiſtunt, quàm uiſibiliter appareãt, diſcernit dum dicit panem
& uinum ideo corpori & ſanguini domini cõparari: quia ſicut uiſibilis panis & uini ſub-
ſtantia exteriorem nutrit & inebriat hominem, ita uerbum dei, qui eſt panis uiuus, parti-
cipatione ſui, fidelium recreat mentes. Iſta dicendo planiſſime confitetur, quod in ſacra-
mento corporis & ſanguinis domini, quicquid exterius ſumitur, ad corporis refectionem
aptatur. Verbum autem dei, qui eſt panis inuiſibilis, inuiſibiliter in illo exiſtens ſacramen
to inuiſibiliter participatione, fideliũ mentes uiuificando paſcit. Hinc etiã idem doctor di
cit. Sacramentum eſt in aliqua celebratione, cum res geſta ita ſit, ut aliquid ſignificare
intelligatur, quod ſancte accipiendum eſt: hæc dicendo oſtendit omne ſacramentum in
diuinis rebus aliquid ſecreti continere, & aliud eſſe quod uiſibiliter appareat, aliud uero
quod inuiſibiliter ſit accipiendum. Quę ſunt autem ſacramenta fidelibus celebranda, con
ſequenter oſtendens ait: Sunt autem ſacramẽta, baptiſmus & chriſma, corpus & ſanguis.
Quæ ob id ſacramenta dicuntur, quia ſub tegumento corporalium rerum, uirtus diuina
ſecretius

secretius salutem eorūdem sacramentorum operatur. Unde & à secretis uirtutibus uel sacris sacramenta dicuntur,& in sequentibus ait: Græce μυστήριον dicitur, quod secretā & reconditam habeat dispositionē. Quid istinc perdocemur, nisi quòd corpus & sanguis domini propterea mysteria dicuntur, quod secretam & reconditam habeant dispositionem: id est, aliud sint quod exterius innuant, & aliud quod interius inuisibiliter operentur. Hinc etiam & sacramenta uocitantur: quia tegumento corporalium rerum uirtus diuina secretius salutem accipientiū fideliter dispēsat. Ex his omnibus quæ sunt hactenus dicta, monstratum est, quod corpus & sanguis Christi, quæ fidelium ore in ecclesia percipiuntur, figuræ sint secundum speciem uisibilem. At uero secundum inuisibilem substantiā, id est, diuini potentiā uerbi, corpus & sanguis uere Christi existunt. Unde secundum uisibilem creaturam corpus pascunt, iuxta uero potentioris uirtutem substantiæ mentes fidelium & pascunt & sanctificant. Iam nunc secundæ quæstionis propositum est inspiciendum, & uidendum utrum ipsum corpus quod de Maria natum est & passum, mortuum & sepultum, quod'q; ad dexteram patris considerat, sit quod ore fidelium per sacramentorū mysterium in ecclesia quotidie sumitur. Percontemur quid ex hoc sanctus Ambrosius sentiat. Ait nanque in primo sacramentorum libro: Reuera mirabile est quod manna deus plueret patribus, & quotidiano cœli pascebantur alimēto. Unde dictum est: Panem angelorū manducauit homo. Sed tamē panem illum qui manducauerūt omnes in deserto mortui sunt. *Psal.77.* Ista autem esca quam accipis, iste panis uiuus qui descendit de cœlo, uitæ æternæ substantiam subministrat: & quicunq; hunc manducauerit, non morietur in æternum, & corpus Christi est. Vide secundum quod doctor iste corpus Christi dicat esse escam, quam fideles accipiunt in ecclesia. Ait nanque: Iste panis uiuus qui de cœlo descendit, uitæ æternæ substantiam subministrat. Num secundum hoc quod uidetur, quod corporaliter sumitur, quod dente premitur, quod fauce glutitur, quod receptaculo uentris suscipitur, æternæ uitæ substantiam subministrat? isto nanque modo, carnem pascit morituram, nec aliquam subministrat incorruptionem, neque dici uere potest, ut quicunque hunc manducauerit non morietur in æternum. Et hoc enim quod sumit corpus, corruptibile est, nec ipsi corpori potest præstare ne moriatur in æternum: quoniam quod corruptioni subiacet, æternitatem præstare non ualet. Est ergo in illo pane uita, quæ non oculis apparet corporeis, sed fidei contuetur aspectu. Qui etiam panis uiuus, qui descendit de cœlo, existit: & de quo uere dicitur: quicunq; hunc manducauerit nō morietur in æternum: & qui est corpus domini. *Ioan.6.* Item in consequentibus, cum de omnipotente uirtute Christi loqueretur, sic ait: Sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt in id mutare quæ non erant? Non enim maius est nouas res dare, quàm mutare naturas. Dicit sanctus Ambrosius, in illo mysterio sanguinis & corporis Christi cōmutationē esse factam, & mirabiliter, quia diuinè: & ineffabiliter, quia incomprehensibile. Dicant qui nihil hic uolunt secundū interius latentē uirtutē accipere, sed totum quod apparet uisibiliter æstimare, secundum quid sit hic commutatio facta? Nam secundum creaturarum substantiam quod fuerunt ante consecrationem, hoc & postea consistunt. Panis & uinum prius extitere, in qua etiam specie iam consecrata, permanere uidentur. Est ergo interius commutatum Spiritus sancti potenti uirtute, quod fides aspicit, animam pascit, æternæ uitæ substantiam subministrat. Item in consequentibus: Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse dominus deus natus ex uirgine? Hic etiam surgit auditor & dicit, corpus esse Christi quod cernitur, & sanguinem qui bibitur: nec quærendum quomodo factum sit, sed tenendum, quod sic factum sit. Bene quidem sentire uideris, sed si uim uerborū diligenter inspexeris, corpus Christi quidem sanguinem'q; fideliter credis, sed si perspiceres, quia quod credis nondum uides. Nam si uideres, diceres uideo, non diceres credo corpus sanguinem'q; esse Christi. Nunc autem quia fides totum quicquid illud totum est aspicit, & oculus carnis nihil apprehendit, intelliget quod nō in specie, sed in uirtute corpus & sanguis Christi existant quæ cernuntur. Unde dicit ordinem naturæ non hic intuendum, sed Christi potentiam uenerandam. Quæ quicquid uult, in quodcunq; uult, & creat quod non erat, & creatum permutat in id, quod antea non fuerat. Subiungit idem autor: Vera utiq; caro Christi quæ crucifixa est, quæ sepulta est, uere ergo carnis illius sacramentum est. Ipse clamat dominus Iesus: hoc est corpus meum. Quàm diligenter, quàm prudēter facta distinctio. De carne Christi quę crucifixa est, quæ

ſepulta eſt, idem, ſecundum quam Chriſtus & crucifixus eſt, & ſepultus, ait, uera itaque ca-
ro Chriſti. At de illa quæ ſumitur in ſacramento dicit: Vere ergo carnis illius ſacramen-
tum eſt, diſtinguēs ſacramentū carnis à ueritate carnis, quatenus in ueritate carnis, quam
ſumpſerat de uirgine, diceret eum & crucifixum & ſepultum. Quod uero nunc agitur
in eccleſia myſterium, ueræ illius carnis in qua crucifixus eſt, diceret eſſe ſacramentū: pa-
tenter fideles inſtituens, quod illa caro ſecundum quam & crucifixus eſt Chriſtus & ſe-
pultus, non ſit myſterium ſed ueritas naturæ. Hęc uero caro quę nunc ſimilitudinem illius
in myſterio continet, non ſit ſpecie caro ſed ſacramento. Siquidem in ſpecie panis, in ſa-
Matth.26. cramento uerum Chriſti corpus, ſicut ipſe clamat dominus Ieſus: Hoc eſt corpus meum.
Pſal.33. Item conſequentibus. Quid comedamus, quid bibamus, alibi tibi per prophetam Spiritus
ſanctus expreſſit, dicens: Guſtate & uidete quoniam ſuauis eſt dominus, beatus uir qui
ſperat in eo. Num corporaliter guſtatus ille panis aut illud uinum bibitū, oſtendit quam
ſit ſuauis dominus? Quicquid enim ſapit corporale eſt, & fauces delectat. Nunquid do-
minum guſtare, corporeū eſt aliquid ſentire? Inuitat ergo ſpiritualis guſtus ſaporem ex-
periri, & in illo potu uel pane nihil corporaliter opinari, ſed totū ſpiritualiter ſentire: quo-
niam dñs ſpiritus eſt, & beatus uir qui ſperat in eo. Item conſequenter. In illo ſacramen-
to Chriſtus eſt, quia corpus Chriſti eſt. Nō ergo corporalis eſca, ſed ſpiritualis eſt. Quid
apertius, quid manifeſtius, quid diuinius? Ait enim: In illo ſacramento Chriſtus eſt. Non
enim ait, ille panis & illud uinum Chriſtus eſt, quod ſi diceret, Chriſtum corruptibilem
(quod abſit) & mortalitati ſubiectum prædicaret. Quicquid enim in illa eſca uel cernitur
uel guſtatur corporaliter, corruptibilitati conſtat obnoxiū eſſe. Addit, quia corpus Chri-
ſti eſt: Inſurgis & dicis. Ecce manifeſte illum panem, & illum potum corpus eſſe Chriſti
confitetur. Sed attende quemadmodum ſubiungitur. Non ergo corporalis eſca, ſed ſpi-
ritualis eſt. Non igitur ſenſum carnis adhibeas. Nihil enim ſecundum eum hic decerni-
tur. Eſt quidem corpus Chriſti, ſed non corporale, ſed ſpirituale. Eſt ſanguis Chriſti, ſed
non corporalis, ſed ſpiritualis. Nihil igitur hic corporaliter, ſed ſpiritualiter ſentiendum.
Corpus Chriſti eſt, ſed non corporaliter, & ſanguis Chriſti eſt, ſed nō corporaliter. Item
1.Cor.10. conſequenter: Vnde & Apoſtolus (inquit) de typo eius ait: Quia patres noſtri eſcam ſpi-
ritualem manducauerunt, & potum ſpiritualem biberunt. Corpus enim dei corpus ſpiri-
tuale eſt corpus Chriſti corpus diuini eſt ſpiritus: quia ſpiritus Chriſtus eſt, ut legimus in
Threno.4. Threnis: Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus dominus. Luculentiſſime ſanguinis &
corporis Chriſti myſterium, quemadmodum debeamus intelligere, docuit. Cum enim di-
xiſſet patres noſtros eſcam ſpiritualē mā ducaſſe, & potum ſpiritualem bibiſſe, cum tamē
manna illud quod comederunt, & aquam quam biberunt corporea fuiſſe nemo eſt qui du-
bitet, adiungit de myſterio quod in eccleſia nunc agitur, definiens ſecundum quid corpus
ſit Chriſti. Corpus enim dei (inquiens) corpus eſt ſpirituale. Deus utique Chriſtus, & cor-
pus quod ſumpſit de Maria uirgine, quod paſſum, quod ſepultū eſt, quod reſurrexit, cor-
pus utique uerum fuit, idem quod uiſibile atq; palpabile manebat. At uero corpus quod
myſterium dei dicitur, non eſt corporale ſed ſpirituale. Quod ſi ſpirituale, iam non uiſi-
bile neque palpabile. Hinc beatus Ambroſius ſubiungit: Corpus inquiens Chriſti, cor-
pus eſt diuini ſpiritus. Diuinus autem ſpiritus, nihil corporeum, nihil corruptibile, nihil
palpabile quod ſit exiſtit. At hoc corpus quod in eccleſia celebrat̄, ſecundū uiſibilem ſpe-
ciem & corruptibile eſt & palpabile. Quomodo ergo diuini ſpiritus corpus eſſe dicitur?
Secundum hoc utiq; quod ſpirituale eſt, id eſt, ſecundum quod inuiſibile conſiſtit, & im-
palpabile ac per hoc incorruptibile. Hinc in conſequentibus. Quia ſpiritus Chriſtus, ut
legimus. Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus dominus. Patenter oſtendit ſecundum
quod habeatur corpus Chriſti, uidelicet ſecundū id quod ſit in eo ſpiritus Chriſti, id eſt, di-
uini potentia uerbi, quæ non ſolum animam paſcit, uerumetiā purgat. Propter quod ipſe
dicit autor cōſequenter. Denique cor noſtrum eſca ipſa confirmat, & potus iſte lætificat
cor hominis, ut propheta commemorauit. Num eſca corporalis cor hominis confirmat,
& potus corporeus lætificat cor hominis? Sed ut oſtenderet quæ eſca, uel qui potus ſint
de quibus loquitur, addidit ſignanter, eſca iſta, uel potus iſte. Quæ iſta, uel qui iſte? Cor-
pus nimirum Chriſti, corpus diuini ſpiritus, & (ut apertius inculcetur) ſpiritus Chriſtus,
de quo legitur: Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus dominus. Quibus omnibus euiden-
ter oſtenditur, nihil in eſca iſta, nihil in potu iſto corporaliter ſentiendum, ſed totum ſpi-

ritualiter

ritualiter attendendum. Non enim anima quæ corde hominis præſenti loco ſignificatur, uel eſca corporea, uel potu corporeo paſcitur, ſed uerbo dei nutritur ac uegetatur. Quod apertius in libro quinto ſacramentorũ doctor idem affirmat. Non iſte panis eſt, inquiens, qui uadit in corpus, ſed ille panis uitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiã ſubminiſtrat. Et quia non de communi dixerit hoc ſanctus Ambroſius, uerum de pane corporis Chriſti, ſequentia lectionis manifeſtiſſime declarãt. Loquitur enim de pane quotidiano, quem credentes ſibi poſtulant dari, & idcirco ſubiungit: Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis, quemadmodũ Græci in oriente conſuerũt? Accipe ergo quotidie quod quotidie tibi, pſit, ſic uiue ut q̃tidie merearis accipere. Ergo manifeſtũ de quo pane loquit: de pane uidelicet corporis Chriſti, qui non ex eo quod uadit in corpus, ſed ex eo q̃d panis ſit uitæ æternæ, animæ noſtrę ſubſtantiã fulcit. Huius doctiſſ. uiri autoritate perdocemur, quòd multa differentia ſeparãtur corpus in quo paſſus eſt Chriſtus, & ſanguis quem pendens in cruce de latere ſuo profudit, & hoc corpus quod in myſterio paſſionis Chriſti quotidie à fidelibus celebratur, & ille quoque ſanguis qui fidelium ore ſumitur, myſteriũ ſit illius ſanguinis quo totus redemptus eſt mundus. Iſte nanque panis & iſte potus non ſecundum quod uidentur, corpus ſiue ſanguis exiſtunt Chriſti, ſed ſecundum quod ſpiritualiter uitæ ſubſtantiam ſubminiſtrant. Illud uero corpus in quo ſemel paſſus eſt Chriſtus, non aliam ſpeciẽ præferebat quàm in ſua conſiſtebat. Hoc eñ erat uere quod uidebatur, quod tangebatur, quod crucifigebatur, quod ſepeliebatur. Similiter ſanguis illius de latere manans, non aliud apparebat exterius, & aliud interius obuelabat. Verus itaq; ſanguis de uero corpore profluebat, aſt nunc ſanguis Chriſti quem credentes ebibũt, & corpus quod comedunt, aliud ſunt in ſpecie, & aliud in ſignificatione. Aliud quod paſcunt corpus eſca corporea, & aliud q̃d ſaginant mentes æternę uitæ ſubſtantia. De qua re beatus Hieronymus in commentario epiſtolæ Pauli ad Epheſios ita ſcribit: Dupliciter ſanguis Chriſti & caro intelligitur: Vel ſpiritualis illa atq; diuina illa de qua dicit: Caro mea Ioan.6.
uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus, uel caro quæ crucifixa eſt, & ſanguis qui militis effuſus eſt lancea. Non parua doctor iſte differentia corporis & ſanguinis Chriſti fecit diſtinctionem. Nanque dum carnem uel ſanguinem quę quotidie ſumuntur à fidelibus ſpiritualia dicit eſſe: at uero caro quę crucifixa eſt & ſanguis qui militis effuſus eſt lancea, non ſpiritualia eſſe dicunt neq; diuina patenter inſinuat quod tantũ inter ſe differunt, quãtum differunt ſpiritualia & corporalia, uiſibilia & inuiſibilia, diuina atq; humana. & quod à ſe differunt, non idem ſunt. Differũt autem caro ſpiritualis, quæ fideliũ ore ſumit, & ſanguis ſpiritualis, qui quotidie credentibus potandus exhibetur, à carne quę crucifixa eſt & ſanguine qui militis effuſus eſt lancea, ſicut autoritas præſentis uiri teſtificatur. Non idem igit ſunt. Illa nanq; caro quæ crucifixa eſt, de uirginis carne facta eſt, oſſibus & neruis cõpacta, & humanorũ membrorũ liniamẽtis diſtincta, rationalis animę ſpiritu uiuificata in propriã uitam, & congruentes motus. At uero caro ſpiritualis quæ populũ credentẽ ſpiritualiter paſcit ſecundũ ſpeciẽ quam gerit exterius frumenti granis manu artificis cõſiſtit, nullis neruis oſſibusq; cõpacta, nulla membrorũ uarietate diſtincta, nulla rationali ſubſtantia uegetata, nullos proprios potens motus exercere. Quicquid enim in ea uitæ præbet ſubſtantiam ſpiritualis eſt potentiæ, & inuiſibilis efficientiæ diuinæq; uirtutis. Atque aliud longe conſiſtit ſecundum quod exterius conſpicitur, atque aliud ſecundum quod in myſterio creditur. Porro caro Chriſti quę crucifixa eſt, non aliud exterius quàm quod interius erat, oſtendebat: quia uera caro ueri hominis exiſtebat, corpus utique uerum in ueri corporis ſpecie conſiſtens. Conſyderandum quoque quòd in pane illo nõ ſolum corpus Chriſti, uerum corpus etiam in eum credentis populi figuretur, unde multis frumenti granis cõficitur: quia corpus populi credentis multis per uerbum Chriſti fidelibus augmentatur. Qua de re ſicut myſterio panis ille Chriſtus corpus accipitur, ſic etiam in myſterio membra populi credentis in Chriſtum intimantur. Et ſicut non corporaliter, ſed ſpiritualiter panis ille credentiũ corpus dicitur, ſic quoq; Chriſti corpus non corporaliter, ſed ſpiritualiter neceſſe eſt intelligatur. Sic & in uino qui ſanguis Chriſti dicitur, aqua miſceri iubetur, nec unum ſine altero permittitur offerri. Quia nec populus ſine Chriſto, nec Chriſtus ſine populo, ſicut nec caput ſine corpore, uel corpus ſine capite ualet exiſtere. Aqua deniq; in ſacramento, populi geſtat imaginem. Igitur ſi uinum illud ſanctificatum per miniſtrorum officium in Chriſti ſanguinem corporaliter conuertitur, aqua quoque quæ pa-

riter admixta est, in sanguinem populi credentis necesse est corporaliter conuertatur. Vbi nanque una sanctificatio est, una consequenter operatio, & ubi par ratio, par quoque consequitur mysterium. At uidemus in aqua secundum corpus nihil esse conuersum, consequenter ergo & in uino nihil corporaliter ostensum. Accipitur spiritualiter quicquid in aqua de populi corpore significatur. Accipiatur ergo necesse est spiritualiter, quicquid in uino de Christi sanguine intimatur. Item: Quæ à se differunt, idem non sunt. Corpus Christi quod mortuum est & resurrexit & immortale factum, iam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur, æternum est, iam non passibile. Hoc autem quod in ecclesia celebratur temporale est nō æternum, corruptibile est, non incorruptum, in uia est, non in patria. Differunt igitur à se, quapropter non sunt idem, quod si non sunt idem, quo modo uerum corpus Christi dicitur, & uerus sanguis? Si enim corpus Christi est, & hoc dicitur uere: quia corpus Christi est, in ueritate corpus Christi est: & si in ueritate corpus Christi incorruptibile est, & impassibile est ac per hoc æternum. Hoc igitur corpus Christi quod agitur in ecclesia, necesse est ut incorruptibile sit & æternum. Sed negari non potest corrumpi quod per partes commutatum dispartitur ad sumendum, & dentibus commolitum in corpus traijcitur. Sed aliud est quod exterius geritur, aliud uero quod per fidem creditur. Ad sensum quod pertinet corporis corruptibile est, quod fides uero credit, incorruptibile. Exterius igitur quod apparet nō est ipsa res sed imago rei, mente uero quod sentitur & intelligitur ueritas rei. Hinc beatus Augustinus in Euangelium Ioannis expositione dum de corpore Christi loqueretur & sanguine sic ait: Manducauit & Moses manna, manducauit & Aaron, manducauit & Phinees, manducauerunt & ibi multi qui deo placuerunt & mortui nō sunt. Quare? Quia uisibilē cibum spiritualiter intellexerūt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustauerūt, ut spiritualiter satiarentur. Nam & nos accipimus uisibilem cibum, sed aliud est sacramentū, aliud uirtus sacramenti. Item in posterioribus: Hic est panis qui de cœlo descendit. Hunc panem significauit māna, hunc panem significauit altare dei. Sacramēta illa fuerunt, in signis diuersa sunt, in re quæ significatur
1.Cor.10. paria sunt. Apost. Psulum audi: Nolo uos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierūt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualē manducauerunt, & omnes eundē potum spiritualē biberunt. Spiritualē utiq; eandem, nam corporalē alterā. Quia illi manna, nos aliud. Spiritualem uero quam nos. Et adiungit: Et omnes eundem potum spiritualem biberunt.
Ibidem Aliud illi, aliud nos, sed specie uisibili, quod tamē hoc idem significaret uirtute spirituali. Quomodo enim eundem potum? Bibebant de spirituali sequenti petra. Petra autem erat Christus. Inde panis, unde potus. Petra Christus in signum, uerus Christus in uerbo & in carne. Item: Hic est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur, sed quod pertinet ad uirtutem sacramenti, non quod pertinet ad uisibile sacramentum. Qui manducat intus non foris. Qui manducat in corde, non qui premit den-
Ioan.6. te. Item in posterioribus uerba Saluatoris introducens ita dicit: Hoc uos scandalizat, quia dixi, carnem meam do uobis manducare, & sanguinem meum bibere? Si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius. Quid est hoc? Hinc soluit quod illos mouerat, hinc aperuit unde fuerant scandalizati. Illi enim putabant eum erogaturum cor pus suum. Ille autem dixit se ascensurum in cœlum, utiq; integrum. Cum uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius: certe uel tunc uidebitis: quia non eo modo quo putatis erogat corpus suum: certe uel tunc intelligetis quia gratia eius non consumitur mor
Ibidem sibus. Et ait: Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest. Et pluribus interpositis, rursus adijcit: Quisquis autem (inquit Apostolus) spiritum Christi non habet, hic non est eius.
Rom.8. Spiritus ergo est qui uiuificat, caro autem non prodest quicquam. Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Quid est spiritus & uita sunt? spiritualiter intelligenda sunt. Intellexisti spiritualiter spiritus & uita sunt. Intellexisti carnaliter, etiam sic illa spiritus & uita sunt, sed tibi non sunt. Huius autoritate doctoris uerba domini tractantis de sacramento sui corporis & sanguinis manifeste docemur, quòd illa uerba domini spiritualiter, & nō carnaliter intelligenda sunt. Sicut ipse ait: Verba quæ ego loquor uo-
Ioan.6. bis, spiritus & uita sunt. Verba utiq; de sua carne manducanda, & de suo sanguine bibendo. Inde enim loquebatur unde discipuli fuerant scandalizati. Ergo ut non scandalizarentur,

rentur, reuocat eos diuinus magister de carne ad spiritum, de corporea uisione ad intelligentiam inuisibilem. Videmus ergo, esca illa corporis domini, & potus ille sanguinis eius, secundum quid uere corpus eius, & uere sanguis eius existunt. Videlicet secundum quod spiritus & uita sunt. Item: Quæ idem sunt, una definitione comprehenduntur. De uero corpore Christi dicitur quod sit uerus deus & uerus homo. Deus qui ex patre deo ante secula natus, homo qui in fine seculi ex Maria uirgine genitus. Hæc autem dum de corpore Christi quod in ecclesia per mysterium geritur dici non possunt, secundũ quendam modum corpus Christi esse cognoscitur: & modus iste in figura est & imagine, ut ueritas res ipsa sentiatur. In orationibus quæ post mysterium sanguinis corporisq; Christi dicuntur, & à populo respondetur amen, sic sacerdotis uoce dicitur: Pignus æternæ uitæ capientes humiliter imploramus, ut quod imagine contingimus sacramenti, manifesta participatione sumamus. Et pignus enim & imago alterius rei sunt, id est, non ad se, sed ad aliud aspiciunt. Pignus enim illius rei est pro qua donatur. Imago illius cuius similitudinem ostendit. Significant enim ista rem cuius sunt, non manifeste ostendunt. Quod cum ita est, apparet quòd hoc corpus & sanguis pignus & imago rei sunt futuræ, ut quod nunc per similitudinem ostenditur, in futuro per manifestationẽ reueletur. Quod si nunc significant, in futuro autem patefacient, aliud est quod nunc geritur, aliud quod in futuro manifestabitur. Qua de re & corpus Christi & sanguis est, quod ecclesia celebrat sed tanquam pignus, tanquam imago. Veritas uero erit, cum iam nec pignus, nec imago, sed ipsius rei ueritas apparebit. Item alibi: Perficiant in nobis domine quæsumus tua sacramenta quod continent, ut quæ nunc specie gerimus, rerum ueritate capiamus. Dicit quòd in specie gerantur ista in ueritate, id est, per similitudinem, non per ipsius rei manifestationem. Differunt autem à se species & ueritas. Quapropter corpus & sanguis, quod in ecclesia geritur, differt ab illo corpore & sanguine, quod in Christi corpore per resurrectionem iam glorificatum cognoscitur. Et hoc corpus pignus est & species, illud uero ipsa ueritas. Hoc enim geritur, donec ad illud perueniatur. Vbi uero ad illud peruentum fuerit, hoc remouebitur. Apparet itaque quòd multa intra se differentia separantur, quantum est inter pignus & eam rem pro qua pignus traditur: & quantum inter imaginem, & rem cuius est imago: & quantum intra speciem & ueritatem. Videmus itaque multa differentia separari mysterium sanguinis & corporis Christi quod nunc à fidelibus sumitur in ecclesia, & illud quod natum est de Maria uirgine, quod passum, quod sepultum, quod resurrexit, quod cœlos ascendit, quod ad dexteram patris sedet. Hoc nanque quod agitur in uia, spiritualiter est accipiendum. Quia fides quod non uidet credit, & spiritualiter pascit animam & lætificat cor, & uitam præbet æternam, & incorruptionem: dum non attenditur quod corpus pascit, quod dente premitur, quod per partes comminuitur, sed quod in fide spiritualiter accipitur. At uero corpus illud in quo passus est & resurrexit Christus, proprium eius corpus existit, de uirginis Mariæ corpore sumptum, palpabile, seu uisibile etiam post resurrectionem, sicut ipse discipulis ait: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Palpate & uidete: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Audiamus etiam quid beatus Fulgentius in libello de fide dicat: Firmissime tene, & nullatenus dubites ipsum unigenitum deum uerbum carne factum, pro nobis obtulisse sacrificium, & hostiam deo in odorem suauitatis. Cui cum patre & Spiritu sancto à Patriarchis, à Prophetis & sacerdotibus tempore ueteris testamenti animalia sacrificabantur, & cui nunc idem tempore noui testamenti, cum patre & Spiritu sancto, cum quibus illi una est diuinitas, sacrificium panis & uini, in fide & charitate, sancta catholica ecclesia per uniuersum orbem terræ offerre non cessat. In illis enim carnalibus uictimis significatio fuit carnis Christi quam pro peccatis nostris & ipse sine peccato fuerat oblaturus, & sanguis quem erat effusurus in remissionẽ peccatorum nostrorũ. In isto autem sacrificio gratiarũ actio atque commemoratio est carnis Christi quam pro nobis obtulit, & sanguinis quem pro nobis idem deus effudit. De quo beatus Paulus Apostolus dicit in Actibus Apostolorũ cap. 20. Attẽdite uobis & uniuerso gregi, in quo uos Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. In illis ergo sacrificijs quid nobis esset

Luc. 24.

donandum, figurate significabat. In hoc autem sacrificio quid iam nobis donatū sit, euidenter ostenditur. Dicens quod in illis sacrificijs quid nobis esset donandum significabatur, in isto uero sacrificio quid sit donatum commemoretur, patenter innuit, quod licet illa figuram habuere futurorū, sic & sacrificium figura sit præteritorū. Quibus dictis quanta differentia sit inter corpus in quo passus est Christus, & hoc corpus quod pro eius passionis commemoratione siue mortis fit, euidentissime declarauit. Illud nanque proprium & uerum nihil habens in se uel mysticum, uel figuratum: hoc uero mysticum, aliud exterius per figuram ostentans, aliud interius per intellectum fidei repræsentans. Ponamus adhuc unum patris Augustini testimoniū, quod & dictorum fidem nostrorum astruat, & sermonis marginem ponat. In sermone quem fecit ad populum de sacramento altaris, sic infit: Hoc quod uidetis in altari dei, iam transacta nocte uidistis, sed quid esset, quid sibi uellet, quàm magnæ rei sacramentū contineret, nondū audistis. Quod ergo uidetis, panis est & calix, q̃d uobis etiā oculi uestri renunciāt: quod autem fides uestra postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix est sanguis Christi. Breuiter quidē hoc dictū est quod fidei
Esa. 6. forte sufficiat, sed fides instructionē desiderat. Dicit em̄ Propheta: Nisi credideritis, non intelligetis. Potestis ergo dicere mihi: pcepisti ut credamus, expone ut intelligamus. Potest em̄ animo cuiuspiā cogitatio talis oboriri. Dn̄s noster Iesus Christus nouimus unde acceperit carnē, de uirgine scilicet Maria, infans lactatus est, nutritus est, creuit, ad iuuenilem ætatem perductus est, à Iudæis persecutionem passus est, ligno suspensus est, interfectus est, de ligno depositus est, sepultus est, tertio die resurrexit, quo die uoluit cœlū ascēdit, illic leuauit corpus suum, inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos, ibi est modo sedens ad dexteram patris. Quomodo corpus eius? & calix uel quod habet calix, quomodo eius est sanguis? Ista fratres ideo dicuntur sacramēta, quia in eis aliud uidetur & aliud intelligitur: quod uidetur speciem habet corporalem, quod intelligitur, fructum habet spiritualem. Ista uenerabilis autor dicēs, instruit nos quid de proprio corpore domini, quod de Maria natum, & nunc ad dexteram patris sedet, & in quo uenturus iudicare uiuos & mortuos, & quid de isto quod super altare ponit̄, & populo participat̄, sentire debeamus. Illud integrum est, neq; ulla sectione diuidit̄, nec ullis figuris obuelat̄. Hoc uero quod supra mensam domini continetur, & figura est, quia sacramentum est: & exterius quod uidetur speciem habet corpoream, quæ pascit corpus: interius uero quod intelligitur, fructum habet spiritualem, qui uiuificat animā. Et de hoc mystico corpore uolens apertius & manifestius loqui, sic dicit in consequentibus: Corpus ergo Christi si uultis intelligere, Apo
1. Cor. 12. stolum audite dicentem: Vos estis corpus Christi & membra. Si ergo estis corpus Christi & membra, mysterium uestrum in mensa domini positum est, mysteriū domini accipitis. Ad id quod estis, amen respondetis, & respondendo subscribitis. Audis ergo corpus Christi, & respondes amen. Esto membrum corporis Christi, ut uerum sit amen. Quare ergo in pane? Nihil hic de nostro afferamus, ipsum Apostolum dicentem audiamus, cum
1. Cor. 10. de isto sacramento loqueretur ait: Vnus panis, unum corpus multi sumus. Et reliqua. Sanctus Augustinus satis nos instruit, quòd sicut in pane super altare positum corpus Christi signatur, sic etiam & corpus accipientis populi: ut euidenter ostendat, quod corpus Christi proprium illud existat, in quo natus de uirgine, in quo lactatus, in quo passus, in quo mortuus, in quo sepultus, in quo resurrexit, in quo cœlos ascendit, in quo patris ad dexterā sedet, in quo uenturus est ad iudicium. Hoc autem quod supra mensam dominicā positum est, mysterium continet illius, sicut etiam identidem mysterium continet corporis populi credentis, Apostolo testante: Vnus panis, unum corpus, multi sumus in Christo. Animaduertat clarissime princeps sapientia uestra, quod positis sanctarum scripturarum testimonijs, & sanctorum patrum dictis euidentissime monstratum est, quod panis qui corpus Christi, & calix qui sanguis Christi appellatur, figura sit quia mysterium: & quod non parua differentia sit inter corpus quod per mysteriū existit, & corpus quod passum est, & sepultum, & resurrexit. Qui hoc propriū saluatoris corpus existit, nec in eo uel aliqua figura, uel aliqua significatio, sed ipsa rei manifestatio cognoscit̄, & ipsius uisionem credētes desiderāt, quoniā ipsum caput nostrū, & ipso uiso satiabit̄ desideriū nostrū. Quoniā ipse & pater unū sunt, nō secundū q̃d corpus habet Saluator, sed secūdū plenitudinem diuinitatis, quæ habitat in homine Christo. At in isto q̃d per mysteriū gerit̄, figura est nō solū proprij corporis Christi, uerumetiā credentis in Christū populi. Vtriusq; nanque

que corporis, id est, & Christi quod passum est & resurrexit, & populi in Christo per baptismum renati atque de mortuis uiuificati, figuram gestat. Addamus etiam quod iste panis & calix, qui corpus & sanguis Christi nominatur, memoriam repraesentat dominicae passionis, siue mortis, quemadmodum ipse in euangelio dixit: Hoc facite in meam commemorationem. Quod exponens Apostolus Paulus ait: Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem biberitis mortem domini annuntiabitis donec ueniat. Docemur à saluatore, necnon à sancto Paulo Apostolo, quod iste panis & iste sanguis qui super altare ponitur, in figuram siue memoriam dominicae mortis ponatur, ut quod gestum est in praeterito, praesenti reuocet memoriae, ut illius passionis memores effecti, per eam efficiamur diuini muneris consortes, per quam sumus à morte liberati. Cognoscentes quod ubi peruenerimus ad uisionem Christi, talibus non opus habebimus instrumentis, quibus admoneamur quid pro nobis immensa benignitas sustinuerit. Quoniam ipsum facie ad faciem contemplantes, nō per exteriorem temporalium rerum admonitionem commonebimur, sed per ipsius contemplationē ueritatis aspiciemus, quemadmodum nostrę salutis autori gratias agere debeamus. Nec ideo quoniā ista dicimus putetur in mysterio sacramēti corpus domini uel sanguinem ipsius non à fidelibus sumi, quando fides non quod oculis uidet, sed quod credit accipit. Quoniam spiritualis est esca, & spiritualis potus, spiritualiter animam pascens, & aeternae satietatis uitam tribuens, sicut ipse Saluator mysteriū hoc commendans loquitur: Spiritus est qui uiuificat, nam caro nihil prodest. Imperio uestrae magnitudinis parere cupientes, praesumpsi paruus rebus de non minimis disputare, non sequentes aestimationis nostrae praesumptionem, sed maiorum intuentes autoritatē, quasi probaueritis catholicae dicta, uestrae meritis fidei deputare. Quae deposita regalis magnificentię gloria non erubuit ab humili quęrere responsum ueritatis. Sin autē minus placuerint, id nostrae deputet insipientiae. Quae quod optauit, minus efficaciter uoluit explicare.

Matth. 26.
1. Cor. 11.
Ioan. 6.

BERTRAMI DE CORPORE ET SANGVINE domini liber explicit.

LANFRANCI VITA EX IOANNE TRITHEMIO.

Lanfrancus Archiepiscopus Canthuariensis ecclesiae in Anglia, ex Abbate Codonensis coenobij, ordinis sancti Benedicti, natione Italus, ex ciuitate Papiensi, uir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis, maxime in Dialectica suo tempore omnium opinione doctissimus, & non minus sanctitate quàm scientia clarus, reliquit ingenij sui monumenta egregia. De quibus ego reperi duntaxat subiecta: Opus insigne

In epistolas Pauli Apostoli omnes lib. XIIII.
In Psalterium commentariorum lib. I.
Aduersus Berengarium lib. I.
Gesta Gulielmi comitis lib. I. De caeteris nihil reperi.
Claruit sub Henrico Imperatore III. Anno domini M. LX.

LANFRANCI EPIscopi Canthuariensis de Eucharistiae Sacramento aduersus Berengarium liber.

Lanfrancus misericordia dei catholicus, Berengario catholicae ecclesiae aduersario.



SI diuina pietas cordi tuo inspirare dignaretur, quatenus respectu eius atque animae tuae mecum loqui uelles, locumque oportunū in quo id cōpetenter posset fieri salubri deliberatione eligeres, multū fortasse tibi, proculdubio autē plurimū his cōsuleres quos decipis: deceptos uero ac morte pęuentos in poenas ęternas trāsmittis. Etenī coopante Spiritu, qui ubi uult spirat, eueniret ē duob, alterutrū, uidelicet ut aut tu ipse deposito suprbiae fastu, quo plenus cōtra orbē terrarum

rum sentire cœpisti, autoritati totius ecclesiæ sanctæ, rectisque sanctarum scripturarum expositionibus acquiesceres, & sic te ac sequaces tuos de tenebris erroris, ac profundo iniquitatis erueres: aut te in tua pertinacia persistente, ipsi auditis rationibus miserante deo resipiscerent, & ad ueram fidem, quam sancta ecclesia prædicare non cessat, consilio meliore redirent. Sed quia elegisti prauitatem, quam semel imbibisti clandestinis disputationibus apud imperitos tueri, palàm autem atque in audientia sancti Concilij orthodoxam fidem non amore ueritatis, sed timore mortis confiteri: propterea refugis me, refugis religiosas personas, quæ de uerbis tuis ac meis possint ferre sententiam. In quarum præsentia de nulla re te audite, tecumque conferre libentius uellem, quàm quod sententias tuis sententijs commodas plectenda temeritate confingis, easque suo studio nocendi, seu ignorantia ueri sacris doctoribus attribuis, dicens: hoc uel in hoc in illo seu illo opere testatur Augustinus, Gregorius, Hieronymus, uel quilibet eorum quos in arce autoritatis positos ecclesia Christi insigniter ueneratur. Ibi enim conquiesceret omnis uersuta tergiuersatio, cum sacri codices te audiente legerentur, uel tibi ad legendū in manus traderentur, cœlestique lampade splendidius eniteret, quædam quæ de scripturis sanctis te nonnunquā dicis, aut penitus esse falsa, aut aliqua ex parte prout ratio tui negocij postulat deprauata. Per quam diabolicam fallaciam ignaras diuini mysterij mentes tibique credulas inuadis, decipis, subruis, tanto iniquior, quanto in malo proposito ad eorum qui tibi in Christo fratres sunt subuersionem & scandalum pertinacior, parui ponderans uerba domini comminantis ei qui de pusillis suis aliquem scandalizat, nec satis tremens increpationem Apostoli ad superbam Corinthiorū gentem scribentis & dicentis. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quo peccato plurimum detineris, subuertens eos qui nescientes tibi resistere, contemplantur ea quæ uidentur, non ea quæ non uidentur. Sed firmum dei fundamentū stat immobile, habens signaculum quo discedit ab iniquitate, quia inuocat nomen domini, nequaquam sine graui scandalo ferens, quod non contentus ut peruersus peruersa dicas, nisi etiam praua scripta per prauos discipulos tuos in diuersas regiones trāsmittas, & cætera quidem quæ à beatæ memoriæ Nicolao totius Christiani nominis summo Pontifice, & à centum tredecim episcopis Romæ audita, examinata atque damnata sunt. Tu quoque inclinato corpore, sed non humiliato corde ignem accendisti, librosque peruersi dogmatis in medio sancti Concilij in eum coniecisti, iurans per id quod rebus omnibus incomparabiliter maius est, fidem à patribus qui præsentes erant traditam inuiolabiliter te seruaturū, ueteremque doctrinam tuam de corpore & sanguine domini ab illa die alijs non prædicaturum. Huius propositi sacrilegus uiolator, contra præfatam Synodum, contra catholicam ueritatem, contra omnium ecclesiarum opinionem, scriptum postea condidisti, cui in hoc opusculo, cōfisus de Christi misericordia, respondere disposui: & ut euidentius appareat quid tu dicas, quid ego respondeam, alterutras sententias uicaria nostrorum nominum positione distinguam. Nec ad omnia respōsurus sum, quia spinis rosas interseris, & albis atque nigris coloribus phantasma tuum depingis, quædam etiam dicis quæ nihil pertinent ad propositum quæstionis. Compendio autem in quantum potero operā dabo. In talibus enim nænijs nollem uitam deterere, si populum dei antiquā permitteres pacem habere.

Berengarius à CXIII. Episcopis Romæ damnatus.

BERENGARII THURONENSIS DE SACRAmento Eucharistiæ sententia.



Criptum Humberti Burgundi, quem fecerunt Romæ episcopum Cardinalem, quod scripsit contra catholicā ueritatem, quod inferius patebit, ut cogeretur ex illo Berengius quasi profiteri errorem ineptissimi Burgundi. Anathematizo omnem hæresim, præcipue eam quæ astruere conatur panem & uinum, quæ in altare ponuntur per consecrationem solummodo sacramenta esse, & non uerum corpus Christi & sanguinem. Apparet quia lux in tenebris lucet, & tenebre eam non comprehendunt: quia ueritatis inimicus nolit uelit ueritatē asserit, quia sicut Goliath proprio Burgundus ense deperit. Erat autem Burgundus in sententia, imò uecordia uulgi, Paschasij & Lanfranci, minime superesse in altari post consecrationem substantiam panis atque uini, quam sententiam superioribus suis uerbis ipse deiecit nec attendit. Qui enim dicit: panis & uinum altaris solūmodo sunt sacramenta: uel panis & uinum

& uinum altaris ſolūmodo ſunt uerum corpus Chriſti & ſanguis, modis omnibus panē & uinum ſupereſſe conſtituit. Sicut enim qui dicit, Chriſtus eſt ſummus angularis lapis, Chriſtum non auſert, Chriſtum eſſe omnino conſtituit, ita qui dicit panis altaris ſolummodo eſt uerum corpus Chriſti, panem in altari eſſe non negat, panem & uinum eſſe confirmat in menſa dominica. Non enim conſtare poterit affirmatio omni parte ſubruta, & hoc, ſicut dicit beatus Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana, in ipſa æternitatis ueritate, quæ deus eſt, indiſſolubiliter conſtat. Eſt autē affirmatio notiſſimis partibus ſuis conſtans, ſubiecto & prædicato, quæ ita enuntiat: panis & uinum, in altari ponuntur, ſunt ſolummodo ſacramenta, nihilominus quæ ita enuntiat, panis & uinum quæ ponuntur in altari poſt conſecrationem ſolummodo ſunt uerum Chriſti corpus & ſanguis. Suſceperat autem Burgundus negare panem & uinum in menſa dominica ſupereſſe, hoc minime negat, modo omnino panem & uinum eſſe confirmat in menſa dominica, dum ita enuntiat: panis & uinum quæ ponuntur in altari poſt conſecrationē ſolummodo ſunt uerum Chriſti corpus & ſanguis. per conſecrationē altaris fiunt panis & uinum ſacramentū religionis, non ut deſinant eſſe quæ erant, ſed ut ſicut quæ non erant, & in aliud cōmutentꝰ, quod dicit beatus Ambroſius in libro de ſacramentis: Sacrificiumꝗ eccleſiæ duobus conſtat, duobus conſit: uiſibili & inuiſibili, ſacramento & re ſacramenti. Quæ tamen res, id eſt, Chriſti corpus ſi eſſet præ oculis, uiſibilis eſſet, ſed eleuata in cœlum, ſedensꝗ ad dexterā patris, uſqꝫ in tempora reſtitutionis omnium, quod ſcribit Apoſt. Petrus, cœlo deuocari non poterit, ſicut Chriſti perſona conſtat deo & homine. Vnde beatus Auguſt. in Euangelio: Quando Chriſtus manducatꝰ, uita manducatꝰ nec quando mādūcamus partes de illo facimus. Vnde beatus Auguſt. in libro de ciuitate dei: Sacramentū eſt ſacrum ſignum. Signum definit in libro de doctrina Chriſtiana: Signum eſt res præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus, aliud aliquid ex ſe faciens in cogitationem uenire. Auguſtinus in Epiſtola ad Bonifacium epiſcopum: Si ſacramenta rerum ſacramenta ſunt ſimilitudinem non haberent, omnino ſacra Sacramenta non eſſent. Item de catechiſandis rudibus: Signacula quidem rerum diuinarum ſunt uiſibilia, ſed res inuiſibiles in eis honorantur: nec ſic habenda eſt ſpecies benedictione ſanctificata quemadmodum habetur in uſu quolibet. Vnde beatus Auguſtinus in Epiſtola ad Bonifacium: Sicut, inquit, ſacramentū corporis Chriſti ſecundum quendam modum Chriſti eſt ſacramentū, ſanguinis Chriſti ſecundum quendam modum ſanguis Chriſti eſt, ita ſacramentum fidei fides eſt. Beatus Auguſtinus in Epiſtola ad Bonifacium: Semel imolatus eſt in ſemetipſo, & tamen in ſacramento non ſolum per omnes paſchæ ſolennitates, ſed & omni die Paſchalis imolatur. Conſentio, inquit Burgundus, ſanctæ Romanæ eccleſię, reuera non ſanctarum eccleſiarum experta eſt ueritas ipſa, ſed eccleſiā malignantium, concilium uanitatis, nec Apoſtolicam, ſed ſedem ſatanæ. Quis enim aut ratione concipiat, aut per miraculum fieri poſſe concedat, panem frangi in Chriſti corpore, quod poſt reſurrectionem tota uiget incorruptibilitate, & uſqꝫ in tempora reſtitutionis omnium cœlo manet indeuocabileꝰ

REFVTATIO LANFRANCI EPISCOPI CANTHVAtienſis pro Euchariſtiæ ſacramento.



HVmbertum uirum fuiſſe religioſum, fide Chriſtiana & ſanctiſſimis operibus perſeuerantiſſime decoratum, ſcientia diuinarū ac ſecularium literarum apprime eruditum, teſtantur omnes qui uel propria experientia eum nouerunt, uel ab alijs qui ipſum experti ſunt eius cognitionem acceperūt. Hunc non Burgundia ſed de Lothoringia ſanctus Leo Romam traduxit, ad prædicandum Siculis uerbum dei Archiepiſcopū odinauit. Poſtea uero ſancta Romana eccleſia præſulem ſibi Cardinalem conſtituit. Quo in loco poſitus taliter uixit, taliter docuit, ut de fide uel doctrina eius nec ſaltem ſiniſtræ ſuſpicionis fama aliquando exorta ſit. Huius rei teſtis eſt tota ferè latinitas, quæ pro excellentia Apoſtolicæ ſedis, cuius Concilijs & conſilijs ſemper aderat ac præerat, eum ignorare non potuit. Qui ſi etiam Burgundus eſſet, inſipienter tamen arrogantia tua nomen ſuæ gentis pro infamia ſibi adſcriberet, cum ſpiritus Domini ubi uult ſpiret, & quem uult adſpiret, & Domini ſit terra, & uniuerſi qui habitant in ea: & princeps Apoſtolorum dicat: In ueritate comperi, quoniam non eſt perſonarum acceptor deus, ſed in omni

Humbertus Lothoringus.

omni gente qui timet eum & operatur iuſtitiã acceptus eſt illi. Item doctor Gentiũ ad Ga
latas: Deus perſonã hominũ non accipit. Quem dum contra catholicã ueritatẽ ſcripſiſſe
aſſeris, non ipſum ſolum, ſed & Romanos Pontifices, Romanã eccleſiã multosq́ ſanctos
patres redarguis, incurrisq́ in illud quod beati doctores ſi nõ iiſdem uerbis, iiſdem tamẽ
Hæreticus quis ſit. ſententijs multis in locis concorditer aſtruxerũt, hæreticũ eſſe omnem hominẽ, qui à Ro-
mana & uniuerſali eccleſia in fidei doctrina diſcordet. Euenitq́ tibi iuſto iudicio, ut qui
alios eſſe hæreticos aſtruere conaris, tu ipſe in hæreſim deuolutus eſſe hæreticus conuin-
caris. Bereng. Anathematizo omnem hæreſim, præcipue eam quæ aſtruere conatur, pa-
nem & uinum quæ in altari ponuntur, per conſecrationẽ ſolummodo ſacramenta eſſe, &
non uerũ corpus Chriſti & ſanguinẽ. Lanf. Principiũ huius tui iuriſiurandi propterea,
ut opinor, hic non inſeruiſti, ut lectores tui putarent hæc uerba non eſſe tua, ſed uenerabi
lis Humberti epiſcopi, nec id iniuria: nam quia hæretica eſſe pertinaciter probare conten-
dis, ſi manifeſte tua diceres, manifeſte teipſum hæreticum comprobares. Sed ne quis ne-
ſcius Romani Concilij indiſcretam de negocio ferat ſententiã, principiũ eius, mediũ atq́
Palinodia Berengarij. finem ſimul hic apponã. Ego Berengarius indignus Diaconus eccleſiæ ſancti Mau-
ricij Andegeuenſis, cognoſcens ueram catholicam & Apoſtolicã fidem, anathematizo
omnem hæreſim, præcipue eam de qua hactenus infamatus ſum, quę aſtruere conatur, pa
nem & uinum quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem ſolummodo Sacramentum
& non uerum corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, nec poſſe ſenſualiter
niſi in ſolo ſacramẽto manibus ſacerdotum tractari, uel frangi, aut fidelium dentibus at-
teri. Conſentio autem Romanæ & Apoſtolicę ſedi, & ore & corde profiteor de ſacra-
mentis dominicæ Miſſæ, eam fide tenere, quam dominus & uenerabilis Papa Nicolaus,
& hęc ſancta Synodus autoritate Euangelica & Apoſtolica tenendam tradidit, mihiq́ fir
mauit: ſcilicet panem & uinum quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationẽ non ſolum ſa-
cramentum, ſed etiam uerum corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, & ſen-
ſualiter non ſolum ſacramento, ſed in ueritate manibus ſacerdotũ tractari, frangi, & fide-
lium dentibus atteri, iurans per ſanctã & ὁμοούσιον trinitatẽ, & per hæc ſacroſancta Chriſti
Euangelia. Eos uero qui cõtra hanc fidẽ uenerint, cum dogmatibus & ſectatoribus ſuis
æterno anathemate dignos eſſe pronuntio. Quod ſi ego ipſe aliquando contra hæc ſenti
re ac prædicare præſumpſero, ſubiaceam Canonũ ſeueritati. Lecto & perlecto ſponte ſub
ſcripſi. Cum ueniſſes Romam, fretus hijs qui plus impenſis à te beneficijs, quàm ratio
ne à te audita opem tibi promiſerant, non auſus defenſare quod antea ſenſeras, poſtulaſti
Nicolaum Pontificem, eiusq́ Concilium, quatenus fidem quam teneri oporteret uerbis
tibi traderet, ſcriptura firmaret. Iniuncta eſt huius rei cura Huberto epiſcopo. Itaq́ uerba
fidei ſuperius comprehenſa ſcripſit, recitauit, aſſenſu omnium ad legendum & confiten-
dum tibi tradidit. Tu uero acquieſcens accepiſti, legiſti, confeſſus te ita credere, iureiuran
do confirmaſti, tandem manu propria ſubſcripſiſti. Nicolaus Papa gaudens de cõuerſio-
ne tua, iuſiurandũ tuum miſit per urbes Italiæ, Galliæ, Germaniæ, & ad quæcunq́ loca fa-
ma tuæ prauitatis antea potuit peruenire, ut ſicut eccleſiæ ſcandalizatę prius dolebant de
te auerſo atq́ aduerſo, ita poſtea gauderẽt, gratiasq́ deo agerẽt de reuerſo atq́ cõuerſo.
Cur ergo ſcriptũ hoc magis adſcribis Humberto epiſc. quàm tibi? quàm Nicolao Ponti-
fici? quàm eius Concilio? quàm deniq́ omnibus eccleſijs, quę id cum debita reuerẽtia ſuſcepe
runt, & pro cõuerſione tua deo gratias retulerunt? Cur inquam? niſi quia facilius perſua-
des imperitis potuiſſe unum hominem errare, quàm tot perſonas, tot eccleſias. Tibi uero
ſi adſcripſiſſes, cum ipſum deſtruere moliaris, periurũ te eſſe uideris aſtruere. Sed iam qua
liter redarguis uideamus. Beren. Apparet quia lux in tenebris lucet, & tenebræ eam nõ
comprehendunt. Lanf. Hoc rectiſſime in te retorqueri poteſt. Lucet namq́ lux fidei in
tenebris huius mundi, quantũ per ſpeculum & ænigma reuelante deo poſſumus contue-
ri. Verum hanc lucem tenebroſa mens tua nequit cõprehendere, deſpectis cęteris, putans
ſe ſolam ſapientem eſſe, euaneſcens in cogitationibus ſuis, ſtulta facta apud dominũ. Be
reng. Quia ueritatis inimicus uelit nolit ueritatem aſſerit. Lanf. Parum uideris attende
re quid dicas, tantum ut ſeruum dei illatis opprobrijs in contemptum adducas: aſſerto-
rem ueritatis tam uolentem quàm nolentem inimicum pariter conſtituis ueritatis. Quiſ-
quis autem ueritatem aſſerit, aut nolens aut uolens id agit: nihil enim medij poterit repe-
riri. Omnis qui aſſertor ueritatis, te autore inimicus eſt ueritatis. Sed abſit. Ipſa namq́ ue-

ritas

ritas assertores suos, plurimū distanti nomine in Euangelio uocat, dicens: Iam non dicam uos seruos, sed amicos meos. Et alibi: Vos amici mei eritis. Falsum est ergo, assertorē ueritatis iam uolentem quàm nolentem inimicum constituere ueritatis. Bereng. Quia sicut Goliath, pprio Burgūdus ense deperit. Lanf. Tui moris est alios deprimere, te efferre, te iactare, de te magna sentire. Te quidem Dauid, Humbertū uero Goliath appellas. Equidē rectius te nominasses Goliath, quia homo arrogantissimus es, & ea sentis, scribis, & loqueris, quibus tuipse uelut ense proprio iuguleris. Illū uero Dauid, qui humiliter uixit, humiliter docuit, membrū ecclesiæ, pugnans pro ecclesia, assumens scutum fidei, & gladium spiritus, quod est uerbum dei. Bereng. Erat autē Burgundus in sententia, imò uæcordia uulgi, Paschasij & Lanfranci, minime superesse in altari post consecrationē substantiam panis atque uini. Lanf. Tempore sancti Leonis Papæ delata est hæresis tua ad Apostolicam sedem. Qui cum synodo præsideret, ac resideret secum non parua multitudo Episcoporum, Abbatum, diuersiq; ordinis à diuersis regionibus religiosarū personarum, iussum est in omniū audientia recitari quas mihi de corpore & sanguine domini literas transmisisti. Portitor quippe earum legatus tuus me in Normannia non reperto, tradedit eas quibusdā clericis: quas cum legissent, & cōtra usitatissimā ecclesiæ fidē scriptas animaduertissent, zelo dei accensi quibusdam ad legendū eas porrexerunt, plurimis earum sententias uerbis exposueruut. Itaque factum est, ut non deterior de te, quàm de me fuerit orta suspicio, ad quem uidelicet tales literas destinaueris: putātibus multis me foueте ac fauere quæ à te dicerentur, uel gratia qua te diligerem, uel fide qua reuera ita esse indubitanter tenerem. Igitur cum à quodam Remensi clerico Romam perlatas recitator legeret, intellecto quod Ioānem Scotum extolleres, Paschasium damnares, cōmuni de Eucharistia fidei aduersa sentires, promulgata est in te damnationis sententia, priuans communione sanctæ ecclesiæ, quam tu priuare sancta eius communione satagebas. Post hæc præcepit Papa, ut ego surgerem, praui rumoris à me maculam abstergerem, fidem meam exponerem, expositam plus sacris autoritatibus quàm argumentis probarem. Itaque surrexi, quod sensi dixi, quod dixi probaui, quod probaui omnibus placuit, nulli displicuit. De hinc declarata est Synodus Vercellensis, quæ proximo tunc Septembri eodem præsidente Pontifice est celebrata Vercellis. Ad quam uocatus non uenisti. Ego uero præcepto ac præcibus præfati Pontificis usque ad ipsam synodū secum remansi. In qua in audientia omnium qui de diuersis huius mundi partibus illuc conuenerant, Ioannis Scoti liber de Eucharistia lectus est, ac damnatus. Sententia tua exposita ac damnata, fides sanctæ ecclesiæ, quam ego teneo ac tenendam astruo, audita, & concordi omnium assensu confirmata. Duo clerici qui legatos tuos se esse dixerunt, uolentes te defendere, in primo statim aditu defecerunt & capti sunt. Ab hac sententia nunquā discessit sanctus Leo in omnibus suis Concilijs, seu quibus ipse præsentiam suam exhibuit, seu quæ per legatos suos in diuersis prouincijs congregari instituit. Quæ sententia non effugit successorem quoq; suum fœlicis memoriæ Papam Victorem. Sed quicquid de hac re seu cæteris ipse statuit, statuiue præcepit, hoc etiam iste sua atque omnium Conciliorū suorum autoritate firmauit. Deniq; in Concilio Thuronensi, cui ipsius interfuere ac præfuere legati, data est tibi optio defendendi partē tuam. Quam cum defendendā suscipere non auderes, confessus coram omnibus cōmunem ecclesiæ fidem, iurasti ab illa hora te ita crediturū, sicut in Romano Concilio te iurasse est superius comprehensum. Porrò quid de hac re tempore Nicolai gestum sit, breuiter supra referaui. Digrediendo hæc ideo dixi, quia dixisti: erat autem Burgundus in sententia uulgi, Paschasij atque Lanfranci. Nam cum catholica ecclesia diuidatur in clericalem ordinem, atque laicalem: clericalis uero ordo consistat in Episcopis ac reliquis Christi sacerdotibus, alijsq; diuersarū dignitatū ecclesiasticis personis hos autem omnes præter paucissimos schismaticos hanc fidem tenere manifestum sit, rectius dixisses: erat autem Burgundus in sententia catholicæ ecclesiæ, sed non in mea meorumq; sequacium, qui maluimus nos ob ea superbe separare, & contra eam ad nostram perniciē schisma facere, quàm humiliter membra eius esse, & cōmunem cum ea fidem salubriter retinere. Hoc reuera dixisses, si amator ueritatis & seruator iustitiæ extitisses, si abiecto inanis gloriæ appetitu peccata tua confiteri quàm tueri maluisses. Quod uero sententiā, qua panem in ueram Christi carnem, & uinum in uerum Christi sanguinē conuerti credimus, uæcordiam nominas, de hac re oportunius tunc tibi respondebo, cum fidem hanc autore

Ioan. Scotus.

Synodus Vercellensis.

Ecclesiæ catholicæ duo status sunt hominū.

deo diuinis autoritatibus & manifestis rationibus ueram esse monstra uero. Porrò autem quid dicens: erat autem Burgundus in sententia uulgi, Paschasij, atque Lanfranci, me attamen cum uulgo deputas? Certissimũ habeto tu, indubitanter credant amici mei atque ecclesia Christi, quia si etiam deesset mihi autoritas atque ratio, quibus fidem meã tueri possem, mallem tamen cum uulgo esse rusticus, & idiota catholicus, quàm tecum existere curialis atque facetus hæreticus. Sed si dominus deus te atque me in audientia sancti Concilij dignaretur coniungere, de pietate eius confido, quia mutares uerba, mutares sententiã. Bereng. Quam sententiã superioribus suis uerbis ille ipse deiecit, nec attendit. Lanf. Dum insatiabili odio illum insequeris, teipsum turpiter infamare minime erubescis. Quisquis eñ contraria iurat, necesse est in alterutrum periurij crimen incurrat. Ergo cum uerba ad iurandũ tibi tradita inter se contraria esse minime astruas, manifesta uoce periurum te esse impudenter proclamas: O infelix homo, ò miserrima anima, cur te credere iurabas quæ tanto-pere inter se dissidere intelligebas? Nonne præstabat, si ueram fidem te habere putabas, uitam honesta morte finire, quàm periurium facere, periurium iurare, fidem abiurare? Sed absit ut scriptura sancti Concilij aliqua inter se contrarietatis oppositione dissideat, si remoto calumniandi studio diligens lector ad intelligendum curam impendat. † Et hoc posterius patebit. Bereng. Qui enim dicit: panis & uinum altaris solummodo sunt Sacramenta. Vel: panis & uinum altaris solummodo sunt uerum corpus Christi & sanguis, modis omnibus panem & uinum superesse constituit. Lanfran. Nihil horum Romana synodus credendum esse decreuit, nec Humbertus Episcopus ad confitendum uel iurandum horum tibi aliquid tradidit. Prior quidem sentẽtia per quam dicitur: panis & uinum altaris solummodo Sacramenta sunt, tua est tuorumque sequacium. Posterior uero, quæ enuntiat: panis & uinum altaris solũmodo sunt uerum Christi corpus & sanguis, nullius hominum est, nam & tu ueritatem carnis & sanguinis negas, & ecclesia Christi sic panem in carnem, uinum credit conuerti in sanguinem, ut tamen salubriter credat, & ueraciter recognoscat Sacramentum esse dominicæ passionis, diuinæ propitiationis, concordiæ & unitatis, postremo assumptæ de uirgine carnis & sanguinis, singula suis distinctisque modis, de quibus suo loco ac tempore euidentius differetur. In præsentia tantum suscepi ostendere uerba sancti Concilij, quæ te seruaturũ iureiurando firmasti, nulla inuicem contrarietate differre. Arguentibus enim te amicis ac necessarijs tuis, quod aut non seruanda iurare non debueris, aut iurata seruare, infamare soles Nicolaum Pontificem, reliquosque patres Romani Concilij, uidelicet quòd docentes ac scribentes contraria, tui fuerint causa periurij. Id quoque in hoc opusculo, quod destruendum suscepi, ubique ferè laboras efficere. Propterea conferenda sunt uerba tua uerbis eorum. Nicolaus Papa comperiens te docere panem uinumque altaris post consecrationem sine materiali mutatione in pristinis essentijs remanere, concessa tibi, sicut superius dictum est, respondendi licentia, cum non auderes pro tuæ partis defensione aliquid respondere, pietate motus ad preces tuas præcipit tradi scripturam tibi, quam superius posui. Eius principium hoc erat: Ego Berengarius anathematizo eam hæresim de qua hactenus infamatus sum, quę astruere conař: panem & uinum quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodo Sacramẽtum, & non uerum corpus domini nostri Iesu Christi esse. Rectissime id quidem & ipse præcepit, & Synodus assensit, & tu executus es, si non labio doloso, sed corde locutus fuisses, si ad pristinum uomitum, & ad uolutabrum luti infeliciter periurus postea non redisses. Sacrorum nanque canonum autoritate instruimur, ut nemo ab hæresi reuertens, ecclesiasticæ communionis particeps esse permittatur, quoadusque peruersum dogma uinculo anathematis damnare compellatur. Verum in hijs uerbis nec uerba tua superius posita, nec eorum sententias quisquam poterit inuenire. Vnde apparet peruersorem ac subuersorem te esse diuinarum literarum, & ex deprauatis fictisque sententijs erroris nebulas spargere imperitis, falsumque esse quod ex falso principio constiterit emanare. Bereng. Sicut eñ qui dicit, Christus est summus angularis lapis, Christum non aufert, Christum esse omnino constituit, ita qui dicit, panis altaris solummodo est uerum corpus Christi, panem in altari esse non negat, panem & uinum esse confirmat in mensa dominica. Lanf. Verum annecteres, si ignarus ueritatis priorem propositionis partem quisquã statueret: nisi forte figurato locutionis modo uerbum illud proferret. Solemus enim aliquas res illarum rerum ex quibus efficiunť nominibus appellare, quamuis in aliam naturã translatæ iam nõ possint

† Sed

Panis quomodo in corpus mutetur.

Hæretici quando recipiantur in cõmunionẽ.

Berengarij primum argumentum.

poſſint eſſe illud quod ſunt res illæ ex quibus probãtur effectæ, ſicut beatus Auguſtinus in extremo pſalmorum explanationis opere cryſtallum uocat niuem multorũ annorum duratam tempore, & ſerie ſeculorum:cum nix ſit liquida & humida, cryſtalli uero natura exiſtat dura & ſicca. Ac per hoc cum tam aduerſæ naturæ ſint in utriſque, non recte quis cryſtallum niuem uocauerit,niſi eo locutionis modo,quo res effecta materiali ſolet nomine appellari. Et creator ex terra creato primo homini in Geneſi dicit: Terra es,& in terrã ibis: quaſi diceret: quia factus es ex terra quandoq; fies terra,& reuerteris in terram. Verũtamen ut dixi, has ſententias nemo catholicus recipit, Chriſtiana eas religio non admittit. Nam priorem tuam eſſe tantum, tuæq; ſectæ, nemo eſt qui ambigat. Poſteriorem uero neq; tu recipis,qui carnis & ſanguinis negator exiſtis, neq; nos qui ſic utrunq; fatemur,ut tamen multarum,& excelſarum rerum figuram, ac ſacramentum eſſe minime abnegemus. Porrò ſimilitudo, quam de domino Ieſu Chriſto,& lapide angulari poſuiſti, te impedit:nos expedit. Sicut enim qui dicit: Chriſtus eſt lapis angularis,non re uera Chriſtum lapidem eſſe conſtituit, ſed propter aliquam ſimilitudinem quam ad ſeinuicem gerunt tale ei nomen imponit. Eodem modo cum diuina pagina corpus domini panem uocat, ſacrata ac myſtica locutione id agit, ſeu quoniam ex pane conficitur, eiusq; nonnullas retinet qualitates, ſeu quia animam incomprehenſibilem paſcendo ſatiat, eiq; æternæ uitæ ſubſtantiã ſubminiſtrat, uel quod corpus eſt filij dei, qui eſt panis angelorũ, & in quẽ ſicut ait princeps Apoſtolorum,deſiderãt angeli proſpicere: ſeu aliquo alio modo, qui à doctoribus comprehendi poteſt,à nobis non poteſt. Bereng. Non enim conſtare poterit affirmatio omni parte ſubruta, & hoc ſicut dicit beatus Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana,in ipſa æternitatis ueritate,quæ deus eſt, indiſſolubiliter conſtat. Lanfra. Relictis ſacris autoritatibus ad dialecticam confugium facis. Et quidem de myſterio fidei auditurus ac reſponſurus quæ ad rem debeant pertinere, mallem audire ac reſpondere ſacras autoritates,quàm dialecticas rationes. Verum contra hæc quoque noſtri erit ſtudij reſpondere, ne ipſius artis inopia me putes in hac tibi parte deeſſe. Fortaſſe iactantia quibuſdam uidebitur, & oſtentationi magis, quàm neceſſitati deputabitur: ſed teſtis mihi deus eſt,& conſciẽtia mea, quia in tractatu diuinarum literarum nec proponere, nec ad propoſitas reſpondere cuperem dialecticas quæſtiones, uel earum ſolutiones. Et ſi quando materia diſputandi talis eſt, ut huius artis regulis ualeat enucleatius explicari,in quantum poſſum per æquipollentias propoſitionum rego artem, ne uidear magis arti, quàm ueritati,ſanctorumq; patrum autoritati confidere. Quamuis beatus Auguſtinus in quibuſdam ſuis ſcriptis, & maxime in libro de doctrina Chriſtiana hanc diſciplinam amplißime laudet, & ad omnia quæ in ſacris literis ueſtigantur, plurimum ualere confirmet. *Dialectica uſus.* Denique contra Felicianum hæreticum Arianum contendens, ita hac arte eum concluſit ut ipſe hæreticus non ualens ferre locorum ac ſyllogiſmorum implicitas atque implicantes connexiones, publica uoce exclamaret, dicens: Ariſtotelica mecum ſubtilitate contendis, & omnia quæ à me dicuntur torrentis more præcipitas. *Feliciani uox.* Igitur ſuperius uolens aſtruere, panem uinumq; altaris inter ſacrandum eſſentialiter non mutari, duo quædam pro argumentorum locis aſſumpſiſti,quorum unum tantummodo eſſe tuum,alterum nullius hominum manifeſtis rationibus approbaui. In qua re magno uitio rem præditam effeciſti. Nam quod tuum erat, quæſtio erat:ex eo quippe quærimus. Id oppprimere atq; euertere omni argumentorum mole atque impulſu ſatagimus. Porrò nulla quæſtio locus eſſe poterit argumenti. Argumenti quippe locum neceſſe eſt aut per ſe eſſe certum, aut certis rationibus approbatum. *Quæſtio nequit eſſe locus argumenti.* Quod ergo tantummodo tuum erat approbandum, rem dubiam aſſumi minime oportebat. Reliquum uero quod nullius hominum eſſe conſtitit, ne id quidem dubiæ rei fidem facere aliqua ratione oportuit. Quis enim certum eſſe aut certum fieri poſſe arbitretur,quod omnes negant,nullus confitetur? Igitur ne id quidem ad argumentum ſumi rationis fuit. Male ergo utrunq; poſuiſti. Hijs duobus uitioſiſſimis principijs totam argumentationẽ tuam identidem repetendo ad finem uſque contexis,ac propterea neceſſe eſt uitioſum,nec concedendũ eſſe quicquid ex uitioſis nec conceſſis principijs conſtiterit emanare. Adhuc alio argumento probare contendis,panẽ uinumq; poſt cõſecrationẽ in principalibus permanere eſſentijs,dicens: Non enim conſtare poterit affirmatio omni parte ſubruta. Ad cuius rei probationem non oportuit inferri particularẽ negatiuã,qua de præſenti quæſtione nihil colligitur, ſed uniuerſalẽ potius, per quam enun-

 tiatur:

tiatur, nulla affirmatio constare poterit parte subruta: Age enim, sit particularis negatio tua: non omnis affirmatio. Rursus assumptio tua: Panis & uinum altaris solummodo sunt sacramentum. Vel: Panis & uinum solummodo sunt uerum Christi corpus & sanguis, utrunque affirmatio est. Hijs duabus particularibus praecedentibus, poteris'ne regulariter concludere parte subruta ea non posse constare? Absit. In nulla quippe syllogismorum figura, praecedentibus duabus particularibus consequenter infertur conclusio ulla. Male ergo eam collocasti. Illud uero perfunctorie non est praetereundum, quod praefatae propositionis tuae ueritatem in ipsa aeternitatis ueritate, quae deus est, indissolubiliter constare prohibuisti: idque beati Augustini de doctrina Christiana autoritate firmasti. Et quidem propositio ipsa uera est, ueraeque propositionis in suo loco posita uim obtineret, sed tu male, & inefficaciter eam posuisti: nec eius magis quàm omnium tàm rerum, quàm aliarum propositionum ueritas apud ueritatem omnia scientis ac praescientis dei aeternaliter constat, qui & res ipsas in principalibus ac secundis essentijs condidit, easque tam uerarum, quàm falsarum propositionum causas esse disposuit. Veruntamen in opere de doctrina Christiana nec huius propositionis nec alicuius eius similis beatus Augustinus alli quo in loco mentionem facit, quod facile quiuis scire poterit, si curet ipsum librum legere, si nunquam legit, uel relegere, si fortasse iam legit. In qua re uehementer miror siue errorem, siue stultitiam tuam: Errorem quidem, si prolata testimonia in sacris codicibus aut aliter esse, aut penitus non esse ignoras: Stultitiam uero, si ita caeteros uaecordes aestimas, ut dictis tuis contra antiquam ecclesiae fidem protinus credant, eaque uelut sacrosancta indiscussa praetereant. Ber. Est autem affirmatio notissimis partibus suis constans, praedicato & subiecto, quae ita enuntiat: Panis & uinum quae in altari ponuntur sunt solummodo sacramenta. Nihilominus quae ita enuntiat: Panis & uinum quae ponuntur in altari, post consecrationem solummodo sunt uerum Christi corpus & sanguis. Lanfranc. Eadem te repetere minime pudet, propterea quae paulo ante posui me etiam replicare oportet. Priorem sententiam tantummodo esse tuam, posteriorem uero nullius esse hominum superius dixi, & ita esse documētis clarioribus approbaui. Nam & tu carnem ac sanguinem negas, in solo sacramento rem totam constituens: & nos sacramentum fatemur, & tamen utriusque ueritatem fideliter & ueraciter confitemur. Quod uero dialectica uerba, affirmationem, praedicatum, subiectum, caeteraque in hunc modum tractatui tantae rei laboras inserere, propter nil aliud uideris id facere, nisi ut hac occasione peritum te disputandi imperitis ualeas suadere. Nam & tu sine his nominibus quod moliris non impariter posses asserere, & nos quae à te dicerentur solummodo possemus testimonijs abolere. Bereng. Susceperat autem Burgundus negare panem & uinum in mensa dominica superesse. Hoc minime negat, imò omnino panem & uinum esse confirmat in mensa dominica. Lanfran. Membrum ecclesiae ab ecclesia discrepare non potuit, nec debuit. Confitetur enim ecclesia toto terrarum orbe diffusa panem & uinum ad sacrandum proponi in altari, sed inter sacrandum incomprehensibiliter & ineffabiliter in substantiam carnis & sanguinis commutari. Quod suo loco opitulante eo, de cuius sacratissimo corpore loquimur, diuersis diuersorum patrum testimonijs ita esse, nec aliter posse esse monstrabis. Non tamen panem negat, imò confirmat. Sed panem qui de coelo descendit, & dat uitam mundo: panem, quem Ambrosius & Augustinus ijsdem uerbis uocant ἐπιούσιον, id est, supersubstantialem, quia caro Christi omnibus creatis substantijs maior existit, omnes creaturas excellentissimas dignitate praecellit. Vinum quoque non qualecunque, sed quod hominum, non quidem omniū, sed seruorū dei corda laetificat, quod animas inebriat, & à peccatis purgat. Ber. Dum ita enuntiat: Panis & uinum quę ponūtur in altari, post consecrationem solummodo sunt uerum Christi corpus & sanguis. Lanf. Dixit quidam spiritu

Sap. 1. dei plenus: Os quod mentitur occidit animā. Hanc sententiā timendam si timeres, falsam seruo dei calumniā non imponeres. Caetera nanque dixit, at uerbum hoc solūmodo nequaquam posuit. Quicquid igitur ex mendacio te mendaciter adstruente colligitur, quicquid infertur necessario totum dispergitur, infirmaī, cassatur. De quo quia in anterioribus iam satis egi, plura hic dicere transiturus ad alia supersedi. Ber. Per consecrationē altaris fiunt panis & uinum sacramentū religionis, non ut desinēt esse quae erant, sed ut sint quae erant, & in aliud cōmutentur, quod dicit beatus Ambrosius in libro de sacramētis. Lanf. O mentem amentem, ó hominem impudenter mentientē, ó puniendam temeritatē: Ambrosium

broſium accire teſtem præſumis, quòd panis & uinum altaris per conſecrationē non deſinant eſſe quod erant, ſed cõmutetur in aliud quod non erant. Et quidē ſi de ſacramentis ſeu de cæteris de quibus Ambroſ. ſcripſit omnes reuoluat libros, quos eccleſia in uſu nũc habet, tale quid ab Ambroſio dictum, taliterq́ expoſitũ nuſq́ reperire ualebit. Quod ſi dixiſſet præclariſſimæ famæ ſuę plurimũ detraxiſſet, ſibi ipſi cõtrarius extitiſſet, rem incredibilē credendā eſſe conſtituiſſet: quis eñ compos ſui credat rem aliquā cõuerti in aliam, nec tamē in ea parte deſinere eſſe quod erat? Sed ueritas ipſa quæ deus eſt, procul ſemper auertat, ut teſtis ueritatis cõtra ueritatem teſtis exiſtat. Accipe potius quid in libro de myſterijs ſiue initiandis dicat: Volens enim diſcrepantiā oſtendere inter manna Iudęorum, & ſacrificiũ Chriſtianorũ, per hoc uidelicet quia illud umbra & figura erat, hoc uero lux & ueritas: illud ė cœlo, hoc corpus dñi cœlorũ. Ne tantam elementorũ in tantarũ rerum conuerſionē mens credere humana refugeret, ſubiunxit, dicens: Quantis igitur utimur exemplis, probemus nõ hoc eſſe quod natura formauit, ſed quod benedictio cõſecrauit, maiorem q́ uim eſſe benedictionis quàm naturæ, quia benedictione etiã natura ipſa mutatꝛ. Panem uinumq́ à natura formari nullus eſt qui ambigat, nemo qui neſciat. De quorum uera in uerum corpus domini conuerſione non oportere dubitari manifeſtis oſtenditur exemplis, congruis per ſimilia aſſeritur argumentis, narrans in primis Moſi uirgam in ſerpentem uerſam, deinde ſerpentem in uirgam, poſt hæc aquas in ſanguinem mutatas, dehinc ſanguinem remeaſſe in aquas pluraq́ in hunc modum. Ad ultimum præmiſſo illo magno ac ſingulari miraculo de partu uirginis, inquit: Et hoc quod conficimus corpus ex uirgine eſt. Et ne naturā potentię diuinę pręponeres, quaſi non poſſit deus cuiuslibet rei mutare naturam, occurrit dicens: Quid hic quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum pęter naturam ſit ipſe dominus Ieſus partus de uirgine? Sextum quoq́ de ſacramẽtis librum in quo opere præfatum mendacium eum dixiſſe mendaciter affirmaſti, ſic incipit: Sicut uerus eſt dei filius dominus noſter Ieſus Chriſtus, non per gratiam, quemadmodum cæteri homines, ſed per naturam, ita uera caro eius eſt quam accipimus, & uerus eius ſanguis eſt quem potamus. Pauciſſima de multis me dixiſſe ſufficiat, ut lectores tuarum atq́ mearum ſententiarum perſpicaciter agnoſcant, qua fraude fingas non inuenta, qua aſtutia de praues inuenta, qua pertinacia in aliud detorquere coneris quæcunq́ relinquis illęſa. Cui nequitię nulla ferè hæreticorum prauitas à tempore Luciani & Iſychij ſimilis extitit, quorum utraq́ propheticas & euangelicas atque apoſtolicas ſcripturas ad ſuæ cauſæ commodum deprauauit. Quæq́ hæreſis ſacras quidem literas male intellexit, ſed tamen ſine ulla euerſione uel peruerſione in ſuo eas ſtatu manere permiſit. In quarto uero de ſacramentis ſermone, cum præfatus doctor ſatageret approbare, non eſſe mirandum, ſi ea quæ ſunt diuina potentia in aliud tranſeant, propterea quod ipſa quoque iubente omnia ex nihilo facta ſubſiſtant, ſubiunxit. Si igitur tanta uis eſt in ſermone domini Ieſu, ut inciperent eſſe quæ non erant, quanto magis operatorius eſt, ut quæ erant in aliud cõmutentur? Quę litera tua plurimum in ſententia concordat cum ea, quæ in libro ab eodem de Myſterijs ſiue initiandis ędito in hæc uerba reperitur: Sermo ergo Chriſti qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt in id mutare quod non erant? Bereng. Sacrificiumq́ eccleſiæ duobus conſtat, duobus conſit, uiſibili & inuiſibili, ſacramento & re ſacramēti. Quæ tamen res, id eſt, Chriſti corpus, ſi eſſet præ oculis, uiſibilis eſſet, ſed eleuata in cœlum, ſedensq́ ad dexterā patris, uſque in tempora reſtitutionis omniũ, quod ſcribit Apoſtolus Petrus, cœlo deuocari non poterit, ſicut Chriſti perſona conſtat deo & homine. Lanfr. Caiphas cum eſſet pontifex anni illius, uerum de Saluatore neſciens prophetauit, dicens expedire magis pro mundo mori unum hominē, quàm totius mundi perire omnem hominem. Verum quidem dixit, ueruntamen quò eius uerbum uergeret ignorauit. Sic & tu uolens loqui contra cauſam noſtram, manifeſte quam defendendam ſuſcepimus aſſeris partem noſtram. Hoc eſt nanque quod dicimus, hoc modis omnibus contra te ac ſequaces tuos approbare contendimus: ſacrificium ſcilicet eccleſiæ duobus confici, duobus conſtare, uiſibili elementorum ſpecie, & inuiſibili domini Ieſu Chriſti carne & ſanguine, ſacramento, & re ſacramenti. Quæ res, ut uerbis tuis utar, eſt corpus Chriſti, ſicut Chriſti perſona te quoq́ autore conſtat & conficitur deo & homine, cum ipſe Chriſtus ſit uerus deus, & uerus homo: quia omnis res illarũ rerum naturā & ueritatē in ſe continet, ex quibus conficitur. Conficiꝛ autem te etiam teſte ſacrificium eccleſiæ ſacramento

Lucianus. Iſychius.

re sacramenti, id est, corpore Christi. Est igitur sacramentum res sacramenti, id est, corpus Christi. Christus tamen resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, sed sicut dicit Petrus Apostolus, cum uere in terris carnes eius sint comestę, & uere sanguis eius sit bibitus, ipse tamen usque in tempora restitutionis omnium in cœlestibus ad dexteram patris integer perseuerat & uiuus. Si quęris modum quo id fieri possit, breuiter ad pręsens respondeo: Mysterium est fidei, credi salubriter potest, uestigari utiliter non potest. Bereng. Vnde beatus Augustinus in Euangelio: Quando Christus manducatur, uita manducatur: nec quando manducamus partes de illo facimus. Lanf. Beatus Augustinus in Euangelio nihil dixit, quia aliquid in Euangelio dixisse aliquem nusquam legitur præter Dominum & Euangelistas, easq; personas quæ pro qualitate rerum, & euentu temporũ loqui in Euangelio à scriptoribus Euangelij perhibentur. Scripsit uero prolixum opus, historialiter exponendo Euangelium domini secundum Ioannem, in quo opere præfata sententia reperitur, quam nos deuote suscipimus, & debita reuerentia honoramus, quia pro nobis facit, & ueritati consonat, ubi ait: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo. Nec quando manducamus, partes de eo facimus. Absit enim ut sic intelligamus manducari Christum, quemadmodum intellexerunt illi, qui cum audirent dicentem dominum: nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, continuo responderunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Putauerunt nanq;, sicut pręfatus autor multis in locis dicit, quod in terris degentem dominũ in frusta essent conscissuri, & sic, ut carnes eius aut elixas in lebetibus, aut assas in uerubus essent comessuri: aut si hoc nollent, non possent esse eius discipuli. Propterea elegerunt abire, & iam amplius cum eo non ire. Procul auertat deus ab ecclesia sua talem sententiam. Sic nempe in terris imolatum Christum manducamus & bibimus, ut in cœlestibus ad dexteram patris integer semper perseueret & uiuus. Berenga. Vnde beatus Augustinus in libro de Ciuitate dei: Sacramentum est sacrum signum. Signum diffinit in libro de Doctrina Christiana: Signum est res præter speciem quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se faciens in cogitationem uenire. Lanfrancus. Et nos sacramentum de quo agimus sacrum esse signum credimus, & credendum suademus. Quo signo præter speciem, quæ se oculis intuentium ingerit, longe aliud ualdeq; diuersum in cogitationem salubriter intelligentium uenit.

Credi quædam utiliter possũt, queri nõ possunt.

Sacramentum quid sit.

Quid autem illud sit, seu potius quę illa sint, breuiter superius commemoraui, latius paulo post commemoraturus. Veruntamen beatus Augustinus in libro de Ciuitate dei non abrupte, ut tu dicis, sacramentum sacrum esse signum diffiniuit. Nihil uero eo in loco de corpore & sanguine domini loquebatur, sed tractans de ritu Iudaicorum sacrificiorum, quo per sacrificia quæ uiderētur, res inuisibiles per quas humanæ societati ad diligendum dominum proximumq; consulitur significarentur, paucis approbatam sententiam concluit, dicens: Sacrificiũ ergo uisibile inuisibilis sacrificij sacramentũ, id est, sacrum signũ est. Quid uisibile qd inuisibile sacrificium uocauerit, post aliqua hijs uerbis exponit: Non uult ergo deus sacrificium trucidati pectoris, sed uult sacrificium contriti cordis. Et paulò post: Porrò autem misericordia uerum sacrificium est. Beren. August. in Epistola ad Bonifacium Episcopum: Si sacramenta rerum quarum sacramenta sunt similitudinem nõ haberent, omnino sacra sacramenta non essent. Idem de Catechizandis rudibus: Signacula quidem rerum diuinarũ sunt uisibilia, sed res inuisibiles in eis honorantur: nec sic habenda est species benedictione sanctificata, quemadmodũ habetur in usu quolibet. Lan. Hoc ignorare quisquam nequit, quicunq; uel tenuem sacris literis operam impendit. Sacramenta enim illarum rerum quarum sacramenta sunt semper similitudinem gerunt, sicut in sacramento de quo hæc quæstio uentilatur, dum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quàm dominici corporis in cruce imolatio eiusq; sanguinis de latere effusio designatur? Alioquin sacramentum non esset, si tamen sacramenti nomen eo intelligatur modo, quo nunc intelligimus & intelligi à lectoribus seu auditoribus æstimamus. Dicitur nanque sacramentum etiam iusiurandum, non quod rei cuiuspiam similitudinem habeat, sed quia supra res sacras alicuius rei confirmatio uel abnegatio fiat. Vnde beatus Gregorius in Epistola ad Iustinum: Ad beati, inquit, Petri sacratissimum corpus districta eum ex abundanti fecimus sacramēta præbere. Dicitur quoq; sacramentum alicuius rei sacratio: sicut argumentum dubiæ rei approbatio: fulcimentum, ca-

Sacramentum quid significet

suræ rei

ſuræ rei ſuſtentatio. Illud uero quod ex libro de Catechizandis rudibus aſſumpſiſti, aſſerens in rebus uiſibilibus res inuiſibiles honorandas, nec ſic habendam ſpeciem benedictione ſanctificatam, quemadmodum non ſanctificatam, quid tuæ parti proſit planè non uideo. Imò magis uidetur tuam oppugnare ſententiam, noſtræ ferre ſubſidium. Nos etenim in ſpecie panis & uini quam uidemus, res inuiſibiles, id eſt, Chriſti carnem & ſanguinem honoramus. Nec ſimiliter pendimus has duas ſpecies, ex quibus conſecratur dominicum corpus, quemadmodum ante conſecrationem pendebamus, cum fideliter fateamur ante conſecrationem eſſe panem uinumq́, id eſt, eas res quas natura formauit, inter ſacrandum uero conuerti in Chriſti carnem & ſanguinem, quas utraſque res benedictio conſecrauit. Quamuis beatus Auguſtinus in eo libro non magis loquebatur de hoc ſacramento, quàm de cæteris quæ Chriſtiana conſuetudine exerceri iubentur, & ſolenniter exercentur, inſtruens Diaconum quendam Carthaginenſis eccleſiæ, qualiter ipſum quoque rudes de hijs & de cæteris oporteat inſtruere. Bereng. Vnde Auguſtinus in Epiſtola ad Bonifacium: Sicut, inquit, ſacramentum corporis Chriſti ſecundum quendam modum corpus Chriſti eſt: ſacramentum ſanguinis Chriſti ſecundum quendam modum ſanguis Chriſti eſt, ita ſacramentum fidei fides eſt. Lanfran. Sacramentum corporis Chriſti, quantum ad id ſpectat quod in cruce imolatus eſt ipſe dominus Chriſtus, caro eius eſt, quam forma panis opertam in ſacramento accipimus, & ſanguis eius quem ſub uini ſpecie ac ſapore potamus. Caro uidelicet carnis, & ſanguis ſacramentum eſt ſanguinis: Carne & ſanguine utroque inuiſibili, intelligibili, ſpiritali ſignificatur redemptoris corpus uiſibile, palpabile, manifeſte plenum gratia omnium uirtutum, & diuina maieſtate.

Quorum alterum quidem dum frangitur, & in populi ſalutem diuiditur, alterum uero effuſum de calice ab ore fidelium ſumitur, mors eius in cruce, & ſanguinis eius de latere emanatio figuratur. Vtrunque beatus Gregorius & ſolerter attendit, & enucleate in quarto Dialogi libro ita exponit, dicens: Eius quippe caro ibi ſumitur, eius ſanguis non iam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur. Penſandum ergo eſt quale ſit hoc ſacrificium, quod pro abſolutione noſtra mortem unigeniti filij ſemper imitatur: imitatur dixit, non operatur: quia reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Caro ergo & ſanguis, quibus ad impetrandam pro peccatis noſtris dei miſericordiam quotidie alimur, Chriſti corpus ac ſanguis uocantur: non ſolum quia eſſentialiter idem ſunt qualitatibus plurimum diſcrepantes, uerumetiam eo locutionis modo quo res ſignificans ſignificatæ rei ſolet uocabulo nuncupari. Nec iuſte quiſquam mouebitur, ſi eadem caro, idemq́ ſanguis ſui ipſorum ſacramenta exiſtant, ſecundum aliud atque aliud accepta, cum ipſe dominus Ieſus poſt reſurrectionē ſuum ſui ipſius diuerſa temporum ratione typum geſſerit & figuram. Apparens enim duobus diſcipulis, locutus'ꝗ eis quantum ſatis eſſe iudicauit, dum finxit ſe longius ire, ſicut beatus Auguſtinus dicit, ſignificauit ſe poſt paucos dies in cœlos aſcenſurum eſſe. Quid ita longe remotum eſt à communi hominum uita, quæ ipſis eſt duobus diſcipulis euidentiſſime figurata? Chriſtus ergo Chriſti eſt ſacramentum, longius uidelicet ire ſe fingens, longius ſuo tempore aſcendentis in cœlum. Idem eiuſdem, nec tamen uſquequaq;. Verus nanque deus, & uerus homo, & fingens, & aſcendens. Veruntamen aliud eſt figmentum terreni itineris, aliud in cœlum ueritas aſcendentis. Nec aliquis ita deſipuerit, ut propterea abnegare præſumat fingentem ſe longius ire eſſe uerum Chriſtum. Quia in ipſo figmento longioris itineris ſignificauit uerum Chriſtum aſcenſurum in cœlum.

Porrò ſacramentum fidei in ipſa ad Bonifacium Epiſtola beatus Auguſtinus baptiſmum uocat. Verus autem baptiſmus conſtat non tam ablutione corporis, quàm fide cordis, quemadmodum apoſtolica doctrina tradit, dicens: Fide mundans corda eorum. Et alibi: Sic & uos ſaluos facit baptiſma, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in dominum. Alterum tamen ſignificatur per alterum. Nam per ablutionem, quæ corpori extrinſecus adhibetur, purgatio animæ exprimitur, quam fides interior operatur. Vocaturq́ baptiſmus fides, ſecundum eam locutionis formam, qua myſterium eius rei cuius myſterium eſt cenſeri nomine conſueuit. Huius rei cauſa ſimilitudo eſt, quā in ſacramento & in re ſacramenti reperiri ſemper neceſſe eſt, ſicut in baptiſmo & fide. Vtrūq; ēm lauat, purgat, purificat: illud carnē, illud mentē. Sicut ergo cœleſtis panis quæ uera caro Chriſti eſt, ſuo modo uocat̄ corpus Chriſti, cum reuera ſit ſacramentū corporis Baptiſmus. 1.Pet.3.

Christi, illius uidelicet quod uisibile, palpabile, mortale in cruce est suspensum: uocaturque ipsa carnis ipsius imolatio, quę sacerdotis manibus fit Christi passio, mors, crucifixio, non rei ueritate, sed significanti mysterio, sic sacramentum fidei quod baptisma intelligit fides est. Bereng. Beatus Augustinus in Epistola ad Bonifacium: Semel imolatus est Christus in semetipso, & tamen in sacramento non solum per omnes paschæ solennitates, sed & omni die populis imolatur. Lanf. In seipso semel imolatus est Christus: quia in manifestatione sui corporis in distinctione membrorum omnium uerus deus, & uerus homo semel tantum in cruce pependit, offerens seipsum patri hostiam uiuam, passibilem, mortalem, uiuorum ac mortuorum redemptionis efficacem, eorum uidelicet, quos diuini consilij altitudo redimendos iudicauit, præsciuit, prædestinauit, uocauit, modis atque temporibus quibus id fieri congruebat. In sacramento tamen quod in huius rei memoriam frequentat ecclesia, caro domini quotidie imolatur, diuiditur, comeditur, & sanguis eius de calice fidelium ore potatur. Vtraque uera, utraque de uirgine sumpta. Sumitur quidem caro per se, & sanguis per se, non sine certi ratione mysterij, quamuis alio locutionis modo totus Christus manducari dicatur & credatur, scilicet cum uita æterna, quæ ipse est, spiritali desiderio appetit, cum recordatio mandatorum eius super mel & fauum dulcior in mente

Eucharistia charitatis fraternæ symbolum est.

habetur, cum fraterna charitas, cuius signum hoc sacramentum gestat, pro Christi amore diligitur, cum dulciter atque salubriter in memoria reconditur, quòd pro salute hominum contumelijs sit affectus, cruce suspensus, clauis affixus, lancea uulneratus. Vtraque comestio necessaria, utraque fructuosa: altera indiget alterius ut boni aliquid operetur. Nam prior si desit, posterior non solum peccata non purgat, sed etiam auget, & præsumptores iudicat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Porrò posterior sine priore esse non potest, aut non debet. Hinc nanque panis quotidianus à domino dicitur, sicut à beato Ambrosio, & sancto Cypriano exponitur. Et in Euangelio legitur: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Et sacri Canones iubent non habendos inter catholicos, qui sacramento corporis Christi non communicant, nisi forte pœnitentium more & episcopali iudicio pro capitalibus peccatis abstineant.

Panis quotidianus.

Pœnitentes Eucharistia abstinent.

Frustra ergo infers & dicis: Si semel passus est Christus in semetipso, & semel etiam in corpore suo, eò quòd corpus suum nullo modo separari potest à seipso. Quod non procedit: Multa quippe sunt in rebus, quæ rerum partibus conuenire non possunt. Nam cum ipse dominus Iesus uerus deus sit, & uerus homo, omnisque homo constet anima rationali & corpore, non tamen anima ipsa, aut ipsum corpus rectè uocabitur homo uel deus. Bereng. Consentio, inquit Burgundus, sanctæ Romanæ ecclesiæ. Reuera non sanctam ecclesiam experta est ueritas ipsa, sed ecclesiam malignantium, Concilium uanitatis: nec Apostolicam, sed sedem satanæ. Lanfran. Non debes dicere, consentio inquit Burgundus, sed consentio ego Berengarius: tua enim uerba fuerunt: hæc te credere sanctum Concilium fefellisti, hæc te seruaturum iureiurando firmasti. Venerabilis Humbertus, quem quasi exprobrando Burgundum nominas, quasi non possit deus in Burgundia habere seruos suoa, nihil aliud fecit, nisi quod scripturam ipsam præcipiente Synodo manu in manum tibi porrexit. Verum ô infelix anima, de hæresi ad periurium prius transisti, nunc iterum de periurio ad hæresim remeasti. Propterea traditus in reprobum sensum, sanctam Romanam ecclesiam uocas ecclesiam malignantium, Concilium uanitatis, sedem satanæ. Et hoc impio ore garristi, quod garrisse nemo legitur, non hæreticus, non scismaticus, non falsus aliquis Christianus. Quotquot enim à primordio Christianæ ecclesię Christiani nominis dignitate gloriati sunt, etsi aliqui relicto ueritatis tramite per deuia erroris incedere maluerint, sedem tamen sancti Pet. Apost. magnifice honorauerunt, nullaque aduersus eam huiusmodi blasphemiam uel dicere uel scribere pręsumpserunt.

Romanæ ecclesiæ dignitas.

Quod indubitatum habet qui eorum scripta legit, quæ diuersis temporibus, ac diuersis de causis sedes Apostolica ab eis transmissa uel porrecta recepit. Denique ipse dominus honorifice alloquitur eam in Euangelio suo dicens: tu es Petrus, & super petram hanc ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Quæ tametsi de pastoribus sanctæ ecclesiæ dicta esse credantur, & à quibusdam catholicis exponantur, præcipue tamen de Romana ecclesia intelligenda esse sacri Canones & Pontificum decreta testantur.

Bereng.

Ber. Quis enim aut ratione concipiat, aut per miraculū fieri posse concedat, panem frangi in Christi corpore, quod post resurrectionem tota uiget incorruptibilitate, & usque in tempora restitutionis omnium cœlo manet indeuocabile? Lanf. Quo nam modo panis efficiatur caro, uinumq; conuertatur in sanguinem, utriusque essentialiter mutata natura, iustus qui ex fide uiuit scrutari argumentis, & concipere ratione non quærit. Mauult enī cœlestibus mysterijs fidem nunc adhibere, ut ad fidei præmia quandoq; ualeat peruenire, quàm fide omissa in comprehendendis hijs quæ comprehendi non possunt superuacue laborare, sciens scriptum esse: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcipit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt uidere oculis tuis. Diuina tamē potentia mirabiliter operante fieri posse cōcedit. Nec defuere quibusdam dubitantibus digna miracula, quibus rerum uisibilium atque corruptibilium ablatis tegumentis sicuti re uera est appareret corporalibus oculis caro Christi & sanguis, omnipotente deo misericorditer sanante infirmorum imbecillitatē, & terribiliter damnante atq; euertente omniū hæreticorum detestabilem prauitatem. Quorum officij interest, simplicem infantium atq; lactentiū, ex quibus laudem perfecit Christus, fidem irridere, rationibus omnia uelle comprehendere, cum ipsi rationis expertes facti propter arrogātiam & sterilitatē sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Quod uero incorruptionem dominici corporis, & quod cœlo usque in diem iudicij deuocari non possit, fidei nostræ qua ipsum uere à fidelibus suis manducari credimus, quasi causam impossibilitatis opponis, profecto fidem nostram aut non intelligis, aut intellectam male exponendo ad tuam ipsius perniciem deprauare contendis. Sic enim credimus, uere salubriterq; manducari in terris à dignè sumentibus dominum Iesum Christum, ut certissime teneamus existere illum in cœlestibus incontaminatum, incorruptum, illæsum. Ineptus sis si propterea dicas Sareptanā uiduam non potuisse comedere oleum, quo plenus erat lecythus suus, quia sacra testante historia lecythus olei non est imminutus, cum eadem scriptura dicat: Abijt & fecit iuxta uerbum Heliæ, & comedit ipsa & illa, & domus eius. Non dissimili grauaris uæcordia, si idcirco moliaris astruere, non posse aliam ecclesiam carne & sanguine redemptoris sui, quia Apostolus dicit: Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, cum ipse dominus loquens discipulis testetur dicens: Accipite, & manducate, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Et: Hic est calix sanguinis mei, mysterium fidei, qui pro uobis & multis effundetur. Et: Panis quem ego dedero caro mea est pro mundi uita. Et: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Ex quibus domini uerbis ortæ sunt duæ hæreses antiquis temporibus. Et in hoc quidem consenserunt omnes, quòd pànis & uinum in ueram filij hominis carnem uerumq; eius sanguinem conuerterentur, sed quis esset iste filius hominis nō omnes eandem sententiam tenuerunt. Quidam arbitrati sunt nunc oportere intelligi quemlibet hominem, siue iustum, siue peccatorem, cuius in carnem ac sanguinem conuersa terrena substantia sumeretur in remissionem peccatorum. Alij arbitrati sunt non hunc esse de turba quemlibet hominem, sed uirum iustum, sanctificatum, à cōmuni hominum uita per suæ uitæ celsitudinem segregatum, qui templum dei esset, qui diuinam in se habitationem uerissime possideret. In huius carnem & sanguinem commutari posse, panem, uinumq; altaris hæretica pertinacia deliberabant. Factum est autem hoc paucis annis post obitum beati Augustini, tempore Celestini Papæ, & Cyrilli Alexandrini Episcopi, quibus præcipientibus atq; annitentibus indicta ac celebrata est Synodus Ephesina, una de quatuor, quas beatus Gregorius in epistola ad Patriarchas fatetur se ita suscipere, complecti & uenerari, quemadmodum sancta quatuor Euangelia domini nostri Iesu Christi. In qua Synodo damnatæ sunt utræq; superius comprehensæ lœtales pestes, roborata est fides, qua credimus panem conuerti in eam carnem, quę in cruce pependit, uinumq; in eius sanguinem, qui de pendentis in cruce latere emanauit. Denique CC. qui eidem Concilio interfuere Episcopi, inter cætera de hoc sacramento scripserunt, & Nestorio Episcopo quasi hæreticorum capiti transmiserunt: Ad benedictiones, inquiunt, mysticas accedimus, & sanctificamus participes sancti corporis & præciosi sanguinis Christi omniū nostrûm redemptoris effecti. Non ut communem carnem percipientes, quod absit, nec ut uiri sanctificati, & uerbo coniuncti secundum dignitatis unitatem, aut sicut diuinam possidentis habita-

Miracula circa Eucharistiā

De uera Christi carne in Eucharistia nulla unquam controuersia.

Ephesinū Concilium de carne Christi quadam habet.

habitationem, ſed uere uiuificatricem, & ipſius uerbi propriam factam. Vita enim naturaliter ut deus exiſtens, qui propriæ carni unitus eſt, uiuificatricem eam eſſe profeſſus eſt. Et ideo quamuis dicat ad nos: Amen amen dico uobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non tamen eam ut hominis unius ex nobis æſtimare debemus: quomodo enim iuxta naturam ſuam uiuificatrix eſſe caro hominis poterit? Sed ut uere propriam eius factam, qui propter nos filius hominis & factus eſt & uocatus. Et circa finem Concilij: Si quis non confitetur carnem domini uiuificatricem eſſe, & propriam ipſius uerbi dei patris, ſed uelut alterius prgter ipſum coniuncti eidem per dignitatem, aut quaſi diuinam habentis habitationem, ac non potius uiuificatricē eſſe, quia facta eſt propria uerbi uiuificare ualentis, anathema ſit. Quid manifeſtius audire deſideras? ſi ſtudioſum nouæ contentionis animum ſtudio antiquæ pacis omittas. Non eſt ut ſancta Synodus deſinit, hęc caro alicuius de uulgo hominis, nō iuſti & ſanctificati hominis, ſed potius cui ipſe unitus, id eſt, incarnatus eſt dei & hominis. Quod uero ait, bendictiões myſticas, *Myſteriũ unde* ſic dictum accipe, quaſi diceret ſecretas. Myſteriũ nanq́, ſicut beatus Auguſt. in lib. de catechizandis rudibus dicit, à ſecreto nomen accepit. Quid enim ſecretius, quàm panis uiniq́ ſpeciem conſpicere, ſaporem guſtare, tactum ſentire, & tamen mirabiliter operante deo ueram carnem, uerumq́ ſanguinem credere, comedere, bibere? Has & huiuſmodi ſcripturas per totum ferè diuinarum literarũ corpus ſpatſim diffuſas, ſi amoto inanis iactantiæ appetitu pro intentione uitæ æternæ humiliter legeres, ſi intra legendum effuſis ad dominum pręcibus impetrata diuina gratia intelligeres, ſi ea quę ad literam accipi, & ea quę ſpiritaliter oportet intelligi Chriſtiana cautela diſtingueres, proculdubio crederes, quod uniuerſalis acclesia credit, prædicares quod Apoſtolica doctrina in tota mundi latitudine prædicandum inſtituit, carnem ſcilicet & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti, & ore, & corpore, & ote cordis, hoc eſt corporaliter & ſpiritaliter manducari & bibi. Corporali ſiquidem ore corporaliter manducamus & bibimus, quoties de altari dominico ipſum dñicum corpus per ſacerdotis accipimus. Spiritali uero ore cordis ſpiritaliter comeditur & hauritur, quando ſuauiter & utiliter, ſicut beatus Auguſtinus dicit, in memoria recōditur, quod unigenitus dei filius pro ſalute mundi carnem accepit, in cruce pependit, reſurrexit, apparuit, aſcendit, uenturus in die iudicij dignas ſingulis mercedes rependere pro ſuis operibus. Quæ comeſtio tunc eſt utilis pauperibus Chriſti, ſi ad tanti diuitis tam magnam menſam ſedentes ſic edunt ut ſaturētur, ſic recolunt, ut imitentur, parati ſemper mori pro Chriſto, mortificantes iugiter membra ſua quæ ſunt ſuper terrã, & crucifigentes carnem ſuam cum uitijs & concupiſcentijs, ſicut ſcriptum eſt: Ad menſam magnam ſediſti, ſcito quàm talia te oportet præparare. De corporali comeſtione diſcipulis à domino dicitur: Accipite, manducate & bibite, hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur. Et: hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro uobis effundetur. Et Apoſtolus ad Corinthios: Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Spiritalem autem comeſtionem demonſtrare ſatagebat beatus Auguſtinus in Homelia uiceſima ſexta ſuper Ioannem, cum diceret: Panem cœleſtem ſpiritaliter manducate, innocentiam ad altare apportate. Et poſt pauca: Hic eſt ergo panis de cœlo deſcendens, ut ſi quis ex ipſo manducauerit non moriatur. Sed quod pertinet ad uirtutem ſacramenti, nō quod pertinet ad uiſibile ſacramentum. Qui manducat intus non foris, qui manducat in corde, non qui premit dente. Quæ autem ſit huius ſacramenti uirtus, paulò poſt exponit dicens: Norunt fideles corpus Chriſti, ſi corpus Chriſti eſſe non negligunt, fiant corpus Chriſti, ſi uolunt uiuere de ſpiritu Chriſti. Et poſt aliqua: Inde eſt quod exponens nobis Apoſtolus Paulus hunc panem, unus panis, inquit, unum corpus multi ſumus. O ſacramentum pietatis. O ſignum unitatis. O uinculum charitatis. Propulſatis quantum ſatis uiſum eſt calumnijs, quas in contumeliam Humberti Epiſcopi, ſanctæq́ Romanæ eccleſiæ temere protuliſti, ſcripſiſti, ædidiſti, reliquum eſt ut fidem ſanctæ eccleſiæ atque opinionem tuæ ſectæ cōpendioſe exponamus, expoſitis paucis autoritatibus, breuibusq́ rationibus unam probemus, alterã improbemus. Plurima enim ac prolixa uel teſtimonia ſcripturarũ uel firmamēta diſputationũ epiſtolaris breuitas inſeri non permittit, nec ratio aut neceſſitas ulla expoſcit. Nã qui fideles ſunt, ſeu deprauati prauitati ſuæ defendendæ ptinaciter nō inſiſtũt, ſed potius intellectis autoritatib. auditisq́ rationib. ad uiã ueritatis humiliter reuerti cōcupiſcũt, pauca eis & à paucis ſufficere poſſunt. Qui uero cōtētionib. deſeruire,

atq; in ſua infidelitate perſiſtere decreuerunt,nec ſi plura apponerentur poſſent pluribus eſſe contenti. Credimus itaq; terrenas ſubſtantias,quæ in menſa dominica per ſacerdotale myſterium diuinitus ſanctificātur,ineffabiliter,incomprehenſibiliter,mirabiliter operante ſuperna potentia, conuerti in eſſentiam dominici corporis,reſeruatis ipſarū rerum ſpeciebus,& quibuſdam alijs qualitatibus,ne percipientes cruda & cruenta horrerent,& ut credentes fidei præmia ampliora perciperent: ipſo tamen dominico corpore exiſtente in cœleſtibus ad dexteram patris immortali,inuiolato,integro,incontaminato, illæſo,ut uere dici poſſit & ipſum corpus,quod de uirgine ſumptum eſt,nos ſumere, & tamen non ipſum: ipſum quidem, quantum ad eſſentiam ueræq; naturæ proprietatē, atque uirtutem: non ipſum autem, ſi ſpectes panis uiniq; ſpeciem, cæteraq; ſuperius comprehenſa. Hanc fidem tenuit à priſcis temporibus, & nunc tenet eccleſia,quæ per totum diffuſa orbem catholica nominatur. Vnde, ſicut ſuperius dictum eſt, dominus in Euangelio: Accipite, & manducate,hoc eſt corpus meum,quod pro uobis tradetur. Et: Hic eſt calix ſanguinis mei,myſterium fidei, qui pro uobis, & pro multis effundetur in remiſſionē peccatorum. Beatus Ambroſius diſcernens ſacramentū Chriſtianorū à ſacramento Iudæorū,in ſermone de myſterijs ad Neophytos ſic ait: Conſidera nunc utrum præſtantior ſit panis angelorum,an caro Chriſti,quę utique corpus eſt uitæ: manna illud è cœlo,hoc ſupra cœlum: illud cœli, hoc domini cœlorum: illud corruptioni obnoxium, ſi in diem alterum reſeruaretur,hoc alienum ab omni corruptione: quod quicunq; religioſe guſtauerit,corruptionem ſentire non poterit: illis aqua de petra fluxit, tibi ſanguis è Chriſto, illos ad horam ſatiauit aqua,te ſanguis diluit inæternum. Iudæus bibit & ſitit, tu cum biberis ſitire non poteris: & illud umbra, hoc in ueritate. Si illud quod miraris umbra eſt, quantum iſtud cuius & umbram miraris? Et paulò poſt: Cognouiſti præſtantiora, potior eſt lux quàm umbra, ueritas quàm figura,corpus autoris quàm manna de cœlo. Forte dicas: Aliud uideo. Quo modo tu mihi aſſeris quod Chriſti corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc ſupereſt ut probemus. Quantis igitur utimur exemplis,probemus non hoc eſſe quod natura formauit, ſed quod benedictio cōſecrauit,maioremq; uim eſſe benedictionis quàm naturæ,quia benedictione etiam natura ipſa mutatur: Virgam tenebat Moſes, proiecit eam,& facta eſt ſerpens. Rurſus prendit caudam ſerpentis, & in uirgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam eſſe naturam, & ſerpentis, & uirgæ. Currebant Aegypti flumina puro aquarū meatu,ſubito de fontiū uenis ſanguis cœpit erumpere. Non erat potus in fluuijs. Rurſus ad prophetæ uoces cruor ceſſauit fluminū,aquarum natura remeauit. Hijs & alijs huiuſmodi miraculis quæ ineffabili diuinitatis operatione fiunt enarratis, poſt aliqua ſubiungit. Aduertimus igitur maioris eſſe gratiam quàm naturam, & adhuc tamen propheticæ benedictionis numeramus gratiam. Quod ſi tantum ualuit humana benedictio,ut naturam conuerteret, quid dicimus de ipſa conſecratione diuina,ubi uerba ipſa domini ſaluatoris operantur. Nam ſacramentum iſtud quod accipis,Chriſti ſermone conficitur. Quod ſi tantum ualuit ſermo Heliæ,ut ignem de cœlo deponeret,non ualebit Chriſti ſermo ut ſpecies mutet elementorum? De totius mundi operibus legiſti,quia ipſe dixit & facta ſunt,ipſe mandauit & creata ſunt. Sermo ergo Chriſti qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt in id mutare quod non erant? Non enim minus eſt nouas rebus dare,quàm mutare naturas. Sed argumentis utimur, ſuis utamur exemplis,incarnationiſq; aſtruamus myſterij ueritatem. Nunquid naturæ præceſſit, cum dominus Ieſus ex Maria naſceretur? Si ordinem quærimus,uiro mixta fœmina generare conſueuit. Liquet igitur quod præter naturæ ordinem uirgo generauit,& hoc quod conficimus corpus ex uirgine eſt. Quid hic quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe dominus Ieſus partus ex uirgine? Itē in quarto de ſacramentis. Tu forte dicis: Meus panis eſt uſitatus. Sed panis iſte panis eſt ante uerba ſacramentorū. Vbi acceſſerit cōſecratio,de pane fit corpus Chriſti. Et paulo poſt: Cœlū non erat,mare non erat,terra nō erat. Sed audi dicentē Dauid: Ipſe dixit & facta ſunt,ipſe mādauit & creata ſunt. Ergo,tibi ut reſpondeam,nō erat corpus Chriſti ante conſecrationē,ſed poſt conſecrationē dico tibi quia iam eſt corpus Chriſti. Ipſe dixit & factū eſt,ipſe mādauit & creatum eſt. Et poſt aliqua: Antequam conſecretur panis eſt,ubi autem uerba Chriſti acceſſerint,corpus eſt Chriſti. Deniq; audi dicentem: Accipite & edite ex eo omnes,hoc eſt enim corpus meū. Et ante uerba Chriſti,calix eſt uini & aquę plenus,ubi uerba Chriſti

operata

operata fuerint, ibi sanguis efficitur qui plebem redemit. Ergo uidete, quantis generibus potens est sermo Christi uniuersa conuertere. Deinde ipse dominus Iesus testificatur no bis, quod corpus suum accipiamus & sanguinem. Nunquid debemus de eius fide & testi ficatione dubitare? Item in sexto de sacramentis, quod & superius dictum est: Sicut uerus est dei filius dominus noster Iesus Christus, non quemadmodū homines per gratiam, sed quasi filius substantia patris, ita uera eius caro est, sicut ipse dixit, quam accipimus, & uerus sanguis eius est quem potamus. Sed forte dicas, quod dixerunt tunc temporis etiam discipuli Christi, audientes dicentē: Nisi quis manducauerit carnem meam & biberit sanguinem meum non manebit in me, nec habebit uitam æternā. Forte dicas: Quomodo uero qui similitudinem uideo, non uideo sanguinis ueritatem? Primo omniū dixi tibi de sermone Christi, qui operatur ut possit mutare & conuertere genera instituta naturę. Deinde ubi non tulerunt sermonem Christi discipuli eius, audientes quod carnem suam daret manducare, & sanguinē suum daret bibendum, recedebant, solus autē Petrus dixit: Verba uitæ æternæ habes, & ego à te quò recedam? Ne igitur plures hoc dicerent, uelut quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptionis: ideo in similitudine quidē accipis sacramentum, sed uerę naturę gratiam uirtutemq́ consequeris: Ego sum, inquit, panis uiuus, qui de cœlo descendi. Sed caro non descendit de cœlo, hoc est, carnē in terris assumpsit ex uirgine, quomodò ergo descēdit panis è cœlo, & panis uiuus? quia idem dominus noster Iesus Christus consors est diuinitatis, & corporis: & tu qui accipis carnem, diuinæ eius substantiæ in illo participaris alimēto. Item in epistola ad Irenæum: Quæris à me, cur dominus deus manna plueritt populo patrum, & nunc non pluat? Si cognoscis pluit, & quotidie pluit de cœlo manna seruientibus sibi. Et corporeum quidem illud manna hodie plerisq́ in locis inuenitur, sed nunc nō est tanti res miraculi, quia uenit quod perfectū est. Perfectum autem panis de cœlo, corpus ex uirgine est, de quo in Euangelio te docet. Qanto præstātiora hæc superioribus? Augustinus in Homelia psalmi tricesimi tertij. Accesserunt Iudæi ad Christum ut crucifigerent, nos ad eum accedamus ut corpus & sanguinem eius accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati sunt, nos manducando crucifixum & bibendo illuminamur. Et post aliqua: Vere magnus dominus, & magna misericordia eius, uere qui nobis dedit manducare corpus suum, in quo tanta perpessus est, & sanguinem bibere. Item in Homelia psal. quadragesimi quinti ad Iudæos loquens: In illius nomine quē occidistis baptizamini, & dimittuntur uobis peccata uestra. Medicum uel postea cognouistis, iam securi bibite sanguinē quem fudistis. Item in Homelia psalmi sexagesimi quinti: Modo homicidis donatus est sanguis fusus innocentis, & ipsum sanguinem, quem per insaniam fuderunt, per gratiam biberent. Item in Homelia psalmi 98. Quæro quid sit scabellum pedum eius, & dicit mihi scriptura: Terra scabellū pedum meorum: fluctuans conuerto me ad Christum, quia ipsum quæro hic, & inuenio quomodo sine impietate adoretū terra, sine impietate adoretū scabellū pedum eius. Suscepit eñ de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit, & quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit. Nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit, inuentum est quemadmodū adoretur tale scabellum pedum domini, et non solum nō peccemus adorando, sed peccemus nō adorando. Et paulo post: Tunc autē quando dominus hoc cōmendans de carne sua locutus erat & dixerat: Nisi quis manducauerit carnem meam, non habebit in se uitam æternā. Scandalizati sunt discipuli eius quidam, septuaginta fermè, & dixerunt: Durus est hic sermo, quis potest eum intelligere? Et recesserunt ab eo, & amplius cum eo non ambulauerunt. Durum illis uisum est quod ait: Nisi quis manducauerit carnē meā non habebit uitam æternā. Acceperunt illud stulte, carnaliter illud cogitauerunt, & putauerunt quod præcisurus esset dominus particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis, & dixerunt: Durus est hic sermo. Ipsi erant duri, non sermo. Et paucis intermissis, spiritaliter, inquit, intelligite quod locutus sum: Non hoc corpus quod uidetis manducaturi estis, & bibituri illum sanguinē quem fusuri sunt qui me crucifigent. In hijs postremis beati Augustini uerbis exultas, hic uicisse te, & superiorem esse gloriaris, hic firmamentum tuę defensionis te inuenisse gratularis. Quomodo, inquis, persuadere cōtendis quòd ueram carnem uerumq́ sanguinē in hoc sacramento sumamus, cum manifeste audias, quòd corpus quod uidebant non essent discipuli comesturi, neq́ bibituri sanguinē quem crucifigentes erant fusuri. Calumniosa quidem ista

obiectio

obiectio eſt: Qui enim ſuperius teſtatus eſt, quòd carnem quã de matre uirgine ſumpſit, & in qua in terris ambulauit, ad manducandum nobis ſalubriter tribuit, quomodo huic tam præclaræ ſententiæ alia contraria ſententia potuit obuiare? Abſit á ſobrio lectore, & catholico expoſitore, tam peruerſe ſentire de Columna eccleſiæ, firmamento ueritatis, de quo Celeſtinus Papa in Decretis ſuis aſſerit, quod nec ſaltem ſiniſtræ ſuſpicionis rumor dum uiueret eum aſperſerit. Imò reuera id dixit quod catholica eccleſia in omnibus membris ſuis fideliter fatetur et credit, quodq́ ego in profeſſione fidei breuiter ſuperius poſui, breuiter comprehendi, uidelicet ipſum eſſe corpus, & non ipſum. Neq; enim eo quo ipſi putabant modo credimus, quod uiſibile Chriſti corpus comedamus, aut ſanguinem, quẽ fuſuri & oculis ſuis conſpecturi erant perſequẽtes bibamus, ſed potius id credimus quod non uidemus, ut ualeat eſſe fides, quæ non poteſt eſſe, ſi res quæ creduntur corporalibus ſenſibus conſtiterit ſubiacere. Vnde exponẽs quod obſcure poſuit: Etſi neceſſe eſt, inquit, illud uiſibiliter celebrari, oportet tamen inuiſibiliter intelligi. Exiſtimabant nanq; quod præciperet eis dominus aut beſtiali, aut humano more comedere corpus quod uidebant, aut bibere ſanguinem quem perſequentes fuſuri erant: hoc eſt autẽ crudum, aut aqua coctum, aut ſubſtratis carbonibus in uerubus aſſum. Hanc carnalem eorum intelligentiam redarguens dominus in Euangelio ſecundum Ioannem dicit: Spiritus eſt qui uiuificat, caro autem non prodeſt quicquam. Quod exponẽs beatus Auguſtinus in uiceſima ſeptima eiuſdem Euangelij Homelia ait: Quid eſt ergo, non prodeſt quicquam caro? Nõ prodeſt quicquam, ſed quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe ſic intellexerũt, quomodo in cadauere deliniatur, aut in macello uenditur, non quomodo ſpiritu uegetatur. De hijs hactenus. Ad propoſitum reuertamur. Auguſtinus in Homelia undecima ſuper Ioannem: In populo enim Iudęorum figuratus eſt populus Chriſtianorum. Ibi figura, hic ueritas: ibi umbra, hic corpus. Item in Homelia triceſima prima: At illi uiderunt Chriſtum ſuo ſcelere morientem, & crediderunt in Chriſtum ſuis ſceleribus ignoſcentem. Quouſq; biberant ſanguinem quem fuderant, de ſua ſalute deſperauerãt. Item in quadrageſima: Qui ſęuientes occiderunt, mutati crediderunt, & quem ſanguinem ſæuiendo fuderunt, eredẽdo biberunt. Item in ſermone ad Neophytos: Hoc accipite in pane quod pependit in cruce, & hoc accipite in calice, quod effuſum eſt de Chriſti latere. Erit enim illi mors nõ uita, qui mendacem putauerit uitam. Item quarto in libro de trinitate: Apud eum pauciſſimi remãſerunt agnoſcentibus Gentibus, & pia humilitate bibentibus pretium ſuum, eiuſq; fiducia deſerentibus hoſtem ſuum. Et in ſubſequenti capitulo poſt aliqua: Quid tam mundũ pro mundandis uitijs mortalium, quàm ſine ulla contagione carnalis concupiſcentiæ caro nata in utero, & ex utero uirginali? Et quid tam grate offerri & ſuſcipi poſſet, quàm caro ſacrificij noſtri corpus effectum ſacerdotis noſtri? Leo in ſermone de ieiunio ſeptimi menſis: Hanc confeſſionem, dilectiſſimi, toto corde promentes, impia hæreticorum commenta reſpuite, ut ieiunia ueſtra & eleemoſynæ nullius erroris contagio polluantur. Tũc enim & ſacrificij munda eſt oblatio, & miſericordię ſancta largitio, quando hij qui iſta dependunt quod operantur intelligunt. Nam dicente Domino: Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis. Sic ſanctæ menſæ communicare debetis, ut nihil prorſus de ueritate corporis Chriſti & ſanguinis ambigatis: hoc enim ore ſumitur, quod fide creditur. Et fruſtra ab illis, amen, reſpondetur, à quibus contra id quod accipitur diſputatur. Item in epiſtola Anatholio Epiſcopo miſſa: Aliter enim in eccleſia dei, quæ corpus eſt Chriſti, nec rata ſunt ſacerdotia, nec uera ſacrificia, niſi in noſtræ proprietate naturæ uerus nos Pontifex reconciliet, uerus immaculati agni ſanguis emundet. Qui licet in patris ſit dextera conſtitutus, in eadem tamen carne, quam ſumpſit ex uirgine, ſacramentum propitiationis exequitur. Item in ſermone de paſſione Domini: Fefellit ergo illũ malignitas ſua, intulit ſupplicium filio dei, quod cunctis filijs hominum in remedium uerteretur: Fudit ſanguinem iuſtum, qui reconciliando mũdo & præmium eſſet & poculum. Sanctus Gregorius in Homelia paſchali: Quid nanq; ſit ſanguis agni, non iam audiendo ſed bibendo didiciſtis. Qui ſanguis ſuper utrunq; poſtem ponitur, quando non ſolum ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur. Hijs diuinorum eloquiorum teſtimonijs, quæ ex multis compẽdij cauſa pauca excerpſi, clare ut arbitror innoteſcit, quod uera Chriſti caro, uerusq́ eius ſanguis in menſa dominica immoletur, comedatur, bibatur, corporaliter, ſpiritualiter incomprehenſibiliter. Et ne quis per-

uersus atq; peruersor aliter ea intelligeret uel exponeret, quàm uniuersalis ecclesiæ spiri-
tales filij intelligunt & exponunt, facta sunt tam antiquis quàm modernis temporibus in
diuersis ecclesijs huic fidei congrua miracula, quando, uel ubi, & quibus tantum secre-
tum demonstrare uoluit æterna dei sapientia, cui nulla sunt non possibilia, attingens à fi-
ne usque ad finem fortiter, atque suauiter disponens omnia. Quæ miracula esse facta ig-
norat nullus, quisquis in ecclesiasticis historijs seu sanctorum patrum gestis est aliquantu
Historiarū ec- lum studiosus. Quæ scripturæ tametsi illam excellentissimam autoritatis arcem non ob-
clesiasticarum tinent, qua donatæ sunt quas propheticas seu apostolicas nuncupamus, hoc tamen pro-
fides. bare sufficiunt, quod hanc fidem quam nunc habemus, omnes fideles quos præcesserunt
à priscis temporibus habuerunt. Alioquin cum in decretis Romanorum pontificum sa-
crisq; Canonibus apocryphæ scripturæ nominatim damnatæ sint, hæ quoque specialiter
damnarentur, nec in ecclesia catholica à catholicis solenniter legerentur. Aduersus tan-
tam diuinarum autoritatum lucem quæstionis caliginem opponere non desistis dicens:
Quod tu uerum Christi corpus asseris esse, in sacris literis appellatur species, similitudo,
figura, signum, mysterium, sacramentum. Hæc autem uocabula ad aliquid sunt, nulla ue-
ro quæ ad aliquid referuntur possunt esse id quod sunt ea ad quæ referũtur, non est igitur
corpus Christi. Hoc enim in quodam scripto tuo diuersis ac prolixioribus uerbis, sed nõ
mutata sententia reperi, hoc garriunt discipuli atq; sequaces tui subuersores quidem alio-
rum, & ipsi auro & argento, cæteraq; pecunia tua à te subuersi, errãtes & alios in errorem
mittentes, non intelligentes, sicut dicit Apostolus, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus af-
firmant. Verum hijs uocabulis in nullo præscribitur fidei qua credimus, & ueritati quam
defendimus. Species nanque & similitudo illarum rerum uocabula sunt quæ ante fuerũt,
ex quibus corpus Christi sanguisq; conficitur: Panem dico ac uinum. Vnde in fine cuius-
dam missę oratur & dicitur: Perficiant in nobis Domine quæsumus tua sacramenta quod
continent, ut quæ nunc specie gerimus, rerum ueritate capiamus. Postulat quippe Sacer-
dos, ut corpus Christi quod sub specie panis uiniq; nunc geritur, manifesta uisione sicuti
Veritas. reuera est quandoque capiatur. Veritas enim pro manifestatione in sacris sæpe literis re-
Manifestare. peritur. De qua manifesta uisione Dominus in Euangelio secundum Ioannem discipulis
Ostendere. dicit. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei
meipsum. Et Dauid in persona dei patris: Longitudine dierum replebo eum, & osten-
dam illi salutare meum. Quamuis non improbabiliter quidam exponant hoc in loco esse
carnis ac sanguinis ueritatem ipsam eorundem efficientiam, id est, peccatorum remissio-
nem. Illis nanque omnibus modis uera Christi caro ac sanguis existit, qui digne percuti-
unt, qui percutiendo delictorum indulgentiam consequuntur. Vnde in Canone missæ sa-
cerdos dicit. Vt nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Chri-
sti. Nobis, inquam, id est, credentibus & misericordia tua digne sumentibus. Qui enim man
ducat & bibit indigne, iudiciũ sibi manducat & bibit. Hinc & sanctus Gregorius in quar-
to dialogi libro: Tunc uera pro nobis deo hostia erit, cum nosmetipsos hostiam feceri-
mus. Est quidem etiam peccatoribus & indigne sumentibus uera Christi caro uerus'que
sanguis, sed essentia non salubri efficientia. Huius rei testis est beatus Augustinus in quin
to libro de baptismo dicens: Sicut enim Iudas cui buccellam tradidit Dominus, non ma-
lum accipiendo, sed male accipiendo locum in se diabolo præbuit, sic indigne quisque su-
mens dominicum sacramentum, non efficit, ut quia ipse malus est malum sit, aut quia
non ad salutem accipit nihil acceperit. Corpus enim Domini & sanguis Domini, nihilo-
minus erat etiam illis, quibus dicebat Apostolus: Qui enim manducat & bibit indigne, iu
dicium sibi manducat & bibit. Ambrosius in sexto de sacramentis: Quomodo uera,
qui similitudinem uideo, non uideo sanguinis ueritatem? Et paulo post: Ideo in similitu-
dinem quidem accipis sacramentum, sed ueræ naturæ gratiam uirtutem'que consequeris.
Similitudinem hoc in loco nullo dubitante panis uini'que speciem intelligit, sub qua cor-
poris Christi natura contegitur, & sine cruoris horrore à digne sumentibus in salutem
accipitur. Inuenitur etiam species similitudo, figura pro ueritate. Vnde Dominus in E-
uangelio secundum Ioannem: Neque uocem eius unquam audiuistis, neq; speciem eius ui-
distis. Apostolus ad Corinthios: Per fidem enim ambulamus & nõ per speciem. Ambro-
sius in libro de mysterijs. Speciem autem & pro ueritate accipiendam legimus, legimus
et de Christo, ut: De specie inuentus ut homo. Et de patre deo: Neq; speciem eius uidistis.

Item

Item in 4. de fide ad Gratianum: Caro enim mea uere est esca, & sanguis meus uere est potus: carnem audis, sanguinẽ audis, mortis dominicę sacramenta agnoscis. Et paulo post: Nos autem quotiescunq; sacramenta sumimus, quæ per sacræ orationis mysterium in carnem transfigurantur & sanguinem, mortem annunciamus. Augustinus in libro de catechizandis rudibus: Efficiemur enim sicut ab illo speramus & expectamus, æquales angelis dei, & cum eis pariter illa trinitate perfruemur iam per speciem, in qua nunc per fidem ambulamus. Apostolus ad Philippenses: In similitudinem hominum factus & habitu inuentus ut homo. Item ad Hebræos: Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substãtiæ eius. Porrò signum, mysterium, sacramentum, & si quid huiusmodi est, dominicæ passionis designatiua nomina sunt, si tamen sacramentum ea significatione accipiatur, qua sacrũ esse signum in libro de ciuitate dei à beato Augustino diffinitur. Vnde beatus Gregorius in 4. dialogi libro. Hæc nanq; singularis uictima ab æterno interitu animam saluat, quæ illam nobis mortem unigeniti per mysterium reparat. Et paulo post: Hinc ergo pensemus qualc pro nobis sit hoc sacrificiũ, quod pro absolutione nostra passionem unigeniti filij semper imitatur. Et post aliqua: Qui passionis dominicæ mysteria celebramus, debemus imitari quod colimus. Item in Homelia paschali: In utroq; etenim posti agni sanguis positus est, quando sacramentum passionis eius cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoq; intenta mente cogitatur. Sacramentum sanè in diuinis codicibus non una tantum significatione positum reperitur. Deniq; sanctus Ambrosius in libro ad Gratianum apparuisse dicit hominibus unigenitum patris per sacramẽtum assumpti hominis. Quod tantundem significat, quantum si diceret apparuisse cum per hominem quem assumpsit, & quem diuinitati suæ dignum habitaculum consecrauit. Habet autem & alias significationes, de quibus satis superius dictum est. Quod uero panis dicitur, consueto sacrorũ codicum more id fit, qui res quaslibet sæpe uocant nominibus illarum rerum ex quibus fiũt, seu quę esse putantur & non sunt, siue quibus aliquo modo similes existunt. Vnde beatus Hieronymus in secũdo explanationum libro in Osee: Postquam autem reuersa fuerit terra in terram suam, & tam nos qui scribimus quàm eos qui de nobis iudicant pallida mors subtraxerit. Et superbo homini à uiro sapiẽte dicitur: Quid superbis terra & cinis? Et Abraham tres uiros uidisse legitur, cum essent angeli. De qua re beatus Augustinus in secũdo libro de trinitate dicit: Sub ilice Mambre tres uiros uidit Abraham, quibus & inuitatis hospitioq; susceptis, & epulantibus ministrauit. Et in libro Iudicum, mulier sterilis ad uirum suum de angelo dicit: Vir dei uenit ad me: Et paulo post. Ecce apparuit mihi uir quẽ uideram ante. Et post aliqua: Et nesciebat Manoë quod Angelus dei esset. Et beatus Hieronymus in eodem explanationum libro super Osee prophetã de deo dicit: Quasi tinea efficitur & putredo. Non quod deus tinea sit uel putredo, sed sustinentibus pœnas hæc uniuersa uideantur. Et in Euangelio secundum Ioannem: Maledixerunt ei & dixerunt: Tu discipulus eius sis. Cum non maledictio sit, sed benedictio esse discipulum Christi. Vnde beatus Augustinus in expositione Euangelij eiusdem dicit: Tale maledictum super nos, & super filios nostros: Maledictum est enim si cor discutias, non si uerba perpendas. Et in Euangelio secundum Matthæum, & similiter secũdum Lucam. Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris. De qua sententia beatus Augustinus in secũdo libro de sermone domini in monte sic disputauit: Quomodo mali dant bona, si malos appellauit dilectores seculi huius & peccatores? Bona uero quæ dant, secũdum eorum sensum bona dicenda sunt, quia hæc pro bonis habent. Et dominus Iesus Christus propter quasdam similitudines in ijsdem literis uocatur leo, agnus, uermis, lignũ, petra, lapis angularis, multaq; in hunc modum: sic & corpus Christi uocatur panis, uel quia ex pane conficitur, seu quia contuentium oculis cum caro sit panis uidetur, seu quod corporali & uisibili pani similitudine quadam coniungitur. Nam sicut iste materialis panis discrete sumptus humanam carnem nutrit & sustentat, sic spiritale & inuisibile corpus Christi animam digne sumentis alit & uegetat. Adhuc obijcis, & autoritate Ambrosij ipsum Ambrosium infirmare moliris, dicens: Ambrosius in libro de sacramentis ait: Sicut enim mortis similitudinem sumpsisti, ita etiam similitudinem prætiosi sanguinis bibis. Hæc uerba exponẽs, quid comparatius, inquis? quid similius? Negari non potest, beatum Ambrosium sacramento baptismi sacramenta comparauisse altaris. Non est autem uera Christi mors in baptismo, igitur nec uerus eius sanguis in hoc sacramento. Pace tua dictum sit, multum falleris in

Ioan. 9.

Similitudinis aduerbia non ſemper æqualitatem ſignificant.

hac uerborum intelligentia. Neq; enim ſimilitudinis aduerbia identitatem ſeu æqualitatē
ubiq; poſita ſignificant. In Euangelio nanq; Saluator dicit: Eſtote miſericordes, ſicut &
pater ueſter miſericors eſt. Non tamen eadem, ſeu æqualis miſericordia poteſt ineſſe deo
& hominibus. Et in Euangelio ſecundum Ioannem: Et ego, inquit, claritatem quam dedi-
ſti mihi dedi eis, ut ſint unum ſicut & nos unum ſumus. Et alibi: Dilexiſti eos ſicut & me
dilexiſti. Vnde & beatus Auguſtinus in expoſitione eiuſdem Euangelij ait: Neque enim
ſemper æqualitatem ſignificat qui dicit: Sicut illud, ita & illud, ſed aliquando tantum, quia
eſt illud, eſt & illud, aut quia eſt illud, ut ſit & illud. Eſt aliud quod obijcitis, quod conceſſa
loquendi facultate multis in locis clamatis & dicitis. Si panis in ueram Chriſti carnem
conuertitur, aut panis ſuſtollitur in cœlum, ut illic in Chriſti carnem transferatur, aut ca-
ro Chriſti in terram defertur, ut iſtic in eam panis commutetur. Atqui nec panis ſuſtolli-
tur, nec caro defertur. Non eſt igitur uera caro in quam panis conuertitur. Hoc uos colli-
gitis ſecundum humanam ſapientiam, non ſecundum diuinam. Humana autem ſapien-
Rom. 12. tia perquiri diuina opera prohibet Apoſtolus ad Romanos, dicens: Non plus ſapere quā
1. Cor. 2. oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Et ad Corinthios: Sermo meus, & prædicatio
mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtu-
Coloſſ. 2. tis, ut fides ueſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in uirtute dei. Et ad Coloſſenſes: Vi-
dete ne quis uos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam ſecundum traditionem
hominum, ſecundum elementa mundi. Et beatus Gregorius in Homelia paſchali. Scien-
dum, inquit, nobis eſt, quod diuina operatio ſi ratione comprehenditur, non eſt admirabi-
lis, nec fides habet meritum cui humana ratio præbet experimentum. Propterea in tanta
rerum profunditate magis oportuit te orare Dominum, ut aut intelligeres quæ pro huma
na capacitate intelligi poſſunt, aut patienter, aut humiliter ferres, & tamen crederes quæ
in tanto arcano humani ingenij uires excedunt, & in hac uita intelligi minime poſſunt,
quàm litem mouere, ab uniuerſali eccleſia diſſentire, nouum ſchiſma uerbis & ſcriptis cō
tra ſanctorum patrum præcepta inferre. Profecto hoc modo ageres, quod agi oportere
præcepit legiſlator dicens: Ne transgrediaris terminos patrum. Et beatus Auguſtinus in
primo libro de ſermone Domini in monte. Quod uero, inquit, aut obſcurum aut abſurdū
illi ſonat, non inde concitet contradictionum certamina, ſed oret ut intelligat. Et in libro
tertio de Trinitate: Mihi autem, ait, utile eſt ut meminerim uirium mearum, fratresq; meos
admoneam, ut meminerint ſuarum, ne ultra quàm tutum eſt humana progrediatur infir-
mitas. Et in libro contra Felicianum hæreticum: Scripturarum autoritate contentus, ſim-
plicitati obedire potius ſtudeo quàm tumori. Et paulo poſt: Quam rationem afferre po-
tes, ſi partum prædicas uirginis? ſi redditos oculos non negas cœcis? ſi ſepultos oſtendas
rediſſe à mortuis? Si ergo horum & incomprehenſibilis eſt ratio, & ueritas prompta eſt,
facilius in negocijs fidei teſtimonijs creditur quàm ratio ueſtigatur. Probatis quæ proba-
ri oportebat, & excluſis quæ excludi ratio ſuadebat, iam tandem quid tu credas, & credu-
litatem tuam quid ſequatur uideamus. Tu credis panem uinumq; dominicæ menſæ inter
conſecrandum quantum ad ſubſtantiam immobilia permanere, hoc eſt panem & uinum
extitiſſe ante conſecrationem, & panem uinumq; exiſtere poſt conſecrationem. Chriſti
carnem ac ſanguinem propterea uocari, quod in memoriam crucifixæ carnis & de latere
effuſi ſanguinis in eccleſia celebrentur, ut dominicam paſſionem per hoc admoniti ſem-
per recolamus, & recolentes carnem noſtram cum uitijs & concupiſcētijs inceſſanter cru
cifigamus. Quæ ſi uera ſunt, præſtantiora & diuiniora fuerunt ſacramenta Iudæorum ſa-
cramentis Chriſtianorum. Quis enim neſciat, manna quod de cœlo pluebat Dominus,
ſeu animatas & ſenſibiles creaturas quas populus ille ſacrificare conſueuerat, parua buc-
cella panis modicoq; uini præſtantiores extitiſſe? Rurſus quis non intelligat diuinius fuiſ-
ſe prænuntiare futura quàm narrare præterita, cum illud non poſſit facere niſi ſpiritu dei
plenus? Hoc autem ſæpe faciat idiota etiam uel quilibet imperitus. Sed abſit hoc à fideliū
corde & Chriſtiana intelligentia. Chriſti nanq; miles Ambroſius illa inferiora, hæc potio
ra & digniora eſſe in libro de myſterijs confirmat, dicens: Summo ſtudio uolumus pro-
bare, quia & antiquiora ſunt ſacramenta eccleſiæ quam ſynagogæ, & præſtantiora quàm
manna eſt. Et paulo poſt: Probatum eſt antiquiora eſſe eccleſiæ ſacramenta, nunc cogno-
ſce potiora. Et poſt aliqua: Cognouiſti præſtantiora, potior eſt lux quam umbra, ueritas
quàm figura. Item in quarto de ſacramentis. Accipe quæ dico diuiniora eſſe ſacramenta

Chriſtia-

Christianorum quàm Iudæorum. Ergo falsa sunt quæ proponis. Amplius, si uerum est
quod de corpore Christi tu credis & astruis, falsum est quod ab ecclesia ubiq; Gẽtium de
eadem re creditur & astruitur. Omnes enim qui Christianos se & esse diciq; lætantur, ue-
ram Christi carnem, uerumq́; eius sanguinem, uera utraq; sumpta de uirgine, in hoc sacra-
mento se percipere gloriantur. Interroga uniuersos qui latinæ linguæ nostrarumúe lite-
rarum notitiam perceperunt. Interroga Græcos, Armenios, seu cuiuslibet nationis quos-
cunq; Christianos homines uno ore hanc fidem se testabuntur habere. Porrò si uniuersa-
lis ecclesiæ fides falsa existit, aut nunquam fuit catholica ecclesia, aut perijt. Nihil nanq;
efficacius ad interitum animarum, quàm pernitiosus error. Sed non fuisse, aut perijsse ec-
clesiam, catholicus nemo consenserit. Alioqui non est uerum quod Abrahæ ueritas pro-
misit, dicens: In semine tuo benedicentur omnes Gentes. Item in Psalmo: Postula à me, Psal. 2.
& dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Item: Re-
minisscentur & conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ. Et alibi: Quos redemit de Psal. 106.
manu inimici, de regionibus congregauit eos, à solis ortu, ab aquilone & mari. Item bea-
tus Augustinus in prima expositionis psalmorum parte: Ecclesia magna quid est fratres?
Nunquid exigua pars orbis terrarum ecclesia magna est? Ecclesia magna, totus orbis est.
Item in eadem: Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna. Quam magna? Toto orbe
terrarum. Quam magna? In omnibus Gentibus. Quare in omnibus Gẽtibus? Quia in o-
mnem terram exiuit sonus eorum. Item in tertia eiusdem operis parte: Corpus Christi cõ-
stat ex multis credentibus in toto orbe terrarum. Item in eadem: Tabernaculum domini
est ipsa sancta ecclesia in toto orbe terrarum diffusa. Et alibi: Chorus Christi iam totus
mundus est: Chorus Christi ab oriente in occidentem consonat. Item in libro de agone
Christiano: Nec eos audiamus, qui sanctam ecclesiam, quæ una catholica est, negant per
orbem esse diffusam. Et quibusdam intermissis: Populus autem ipsius, inquit, quando nõ
audit Prophetas & Euangelium, in quibus apertissime scriptum est, ecclesiam Christi per
omnes Gentes esse diffusam, & audit schismaticos, non dei gloriam quærẽtes, sed suam,
satis significat se seruum esse non liberum. Et dominus in Euangelio: Ager est hic mun-
dus. Et paulo post: Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere
piscium congreganti. Et ad discipulos: Ite in orbem terrarum, prædicate Euangelium o-
mni creaturæ. Aduersus tã clara ipsius domini & sancti Spiritus eius de ecclesia, & de sta-
tu ecclesiæ testimonia, obijcis tu, & obijciunt qui à te decepti alios decipere moliunt, itaq;
dicitis: Prædicatum est Euangeliũ in omnibus Gentibus, credidit mundus, facta est eccle
sia, creuit, fructificauit, sed imperitia male intelligentium postea errauit & perijt. In nobis
solis, & in hijs qui nos sequuntur sancta in terris ecclesia remansit. Hanc sacrilegam uani
tatem euertit Euangelica ueritas, & Prophetarum atq; sanctorum patrum non uiolanda
autoritas. Vnde ecclesiæ suæ sanctæ in Euangelio suo dominus pollicetur dicẽs: Ecce ego
uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. Quod minime diceret, si
ecclesiam suam ante consummationem seculi perituram esse prænosceret. Et alibi: Nunc
si quis uobis dixerit, ecce hic Christus, aut ecce illic, nolite credere. Augustinus in secunda
psalmorum expositionis parte: Corpus autem est ecclesia, non ista aut illa, sed toto orbe
diffusa. Item in eadem: Spes omnium finium terræ, non spes unius anguli, non spes unius
Iudææ, non spes solius Africæ, non spes Pannoniæ, non spes orientis aut occidentis, sed
spes omnium finium terræ, & in mari longe. In eadẽ: Hæc Prophetia propter eos præmis-
sa est, qui putant religionem nominis Christiani usq; ad certum tempus in hoc seculo ui-
cturam, & postea non futuram. Permanebit autem cum sole, quàm diu sol oritur & occi-
dit, hoc est quam diu tempora ista uoluentur, non deerit ecclesia, id est, Christi corpus in
terris. Item in eadem: Domum tuam domine decet sanctitudo, domum tuam totam, do-
mum tuam non hic, aut hic, aut ibi, sed domum tuam † tantum per totum orbem terrarũ. † totam
Quare per totum orbem terrarum? Quia correxit orbem terræ qui non commouebitur.
Domus domini fortis erit. Per totum orbem terrarum erit. Item in extrema eiusdem ope
ris parte: Quid est quod dicis hæretice iam perijsse ecclesiam de omnibus Gẽtibus? Ergo
usq; in finem seculi ecclesia in omnibus Gentibus. In eadem: Vbi sunt qui dicunt perijsse
de mundo ecclesiam, quando nec inclinari potest? Item in eadem: Quisquis putauerit ec-
clesiam in una parte esse, & non cognouerit eam diffusam toto orbe terrarum, & credide
rit eis qui dicunt; ecce hic est Christus, & ecce illic, sicut modo audiuistis cum Euangelium

legetur, cum ille totum orbem emerit, quia tantum prætium dedit, ille tanquam in proximo scandalizatur, à luna uritur. Falsum est igitur quod de corpore Christi à te creditur & astruitur. Ergo uera est eius caro quam accipimus, & uerus est eius sanguis quē potamus.

Lanfranci Episcopi Canthuariensis de Eucharistiæ Sacramento aduersus Berengarium finis.

MENRADVS MOLtherus Angustanus, Doctrina & Religione eximio Patri Ioanni Vuaiblingio, Mulobrunnensi Chrematistæ. S. D.



Vandoquidem nunc prôh dolor res eò Christiana rediit, Religiose Pater, ut nil sit tam arcanum, nil tam secretum Euangelicis in literis, quin hodie ueniat in disputationē, & à plærisq; in dubium uocetur, adeo, ut nō desint, quod dictu nefas est, qui de Christi sacrosancta Maiestate, eiusq; uerbo contemptius multò, quàm uel Ethnici loquantur uel Thurcæ, fieri uidemus, ut Iudæi desperatæ hactenus religionis iam spem concipiant, inq; pedes erigantur, atq; cristas tollant, ob suam sibi pertinaciam plaudentes, & impudenter nescio quam nouam salutem ex montibus Caspijs sibi pollicentes exorituram. Multis autem seculis hæc perniciosa colluuies limpidissimos religionis Christianæ fonteis fœdare tentauit, id quod ex sanctorum patrum uoluminibus licet animaduertere. Vt enim Aurelium Augustinum θεολογώτατον & sanctissimum Episcopum non enumerem, ut Cyprianum doctissimum uirum & Christi martyrem gloriosissimū non recenseam, ut antiquissimum spectatæ integritatis & doctrinæ Theologum Tertulianum non commemorem, ut Ioannem uere Chrysostomon eruditione & sanctitate incomparabilem utrum prætercam, quòd illorum contra Iudæos extēt opera, certe Clemens Alexandrinus presbyter, sub Comodo & Seuero. Melciades sub M. Antonino. Eusebius Emysenus sub Constantino. Aurelius Clemens Prudentius sub Gratiano. Victorianus Buconius Castellaniæ urbis Mauritaniæ Episcopus, Iuliano nostro σύγχρον☉. Hamulus Lugdunensis, sacræ linguæ doctissimus, sub Ludouico Caroli Magni filio, Giselbertus monasterij Vuest in Anglia præpositus. Vuilbertus Carnotensis Episcopus super hac patriarchæ Iacob prophetia: Non auferetur sceptrum de Iuda, cōtra detestandam Iudæorum perfidiam elegantissime atq; pijssime scripserunt. Inter quos nō minima laus est Iuliano Pomerio, Ecclesiæ Toletanæ Episcopo, in cuius stylo integritatis plurimum deprehenditur, nec minus candoris. Nil eo uel apertius, uel syncerius, uel doctius. Rem ipsam nempe sextæ ætatis comprobationem, ut acri, ita magno iudicio ab origine repetit, à primis caussis discernit, à stirpe, ut aiunt, expendit. Adde exactissimam illam discordantium numerorum concordantiam qua non semel ungues arrosisse mihi uidetur. Argutias illas minime intermiscuit, quippe quod errores alte radicatos, nec Sophisticis nugis, nec phaleratis uerbis senserit extirpari. Hoc certe ausim polliceri, si quisquam alius, hic certe Iulianus in his tribus libris omnes Iudæorum errores conuicit & diluit, Christi fidem aduersus pertinacium insultus solidissimis scripturæ sanctæ testimonijs firmissime asseruit communiuitq;. Ex eo quoq; ualidissimas autoritates, perinde ac spicula fortissima, quibus perfidorum obiectionibus resistatur depromi posse facile mihi persuaserim. Exemplar uetustum Reuerendus in Christo Pater ac Dominus Laurentius Monasterij Eberbacensis in Rhenigoia, Abbas Religiosissimus, ex suo armario uetustissimis & optimis uoluminibus instructo, pro sui animi erga literas cum bonas tum sacras promouendas propenso candore, in studiosorum usum benigne exhibuit. Quod cum mihi insigni pietate & eruditione uir Martinus Freebrus, solidioris Theologiæ præcipuus interpres, ac nostri Gymnasij Rector æquissimus, restituendum

tuendum præbuisset, quantum per meas occupationes, quibus publicis lectionibus inseruio licuit, humanissimo præceptori, qua potui diligentia obtemperaui. Qui inter alia, cũ amorem tuum erga uere pietatis & religionis studiũ mihi retulisset, uix dici potest, quàm te amare cœperim, tam fuse uirtutes tuas depinxit. Quod si me tua dignaris amicitia, id quod maxime in uotis est, en tibi mei in te & studij & officij pignus, nempe Iuliani Pomerij tres libros, antehac lumine cassos, nunc resuscitatos, prius situ, squalore, tineis obrutos, nunc meis laboribus haud quaquam paruis, repurgatos, restitutosq́ pristino nitori, nuncupatim consecro. Tuum fuerit meum in te studium eo animo, hoc est, plane syncero quo illud declaro, accipere. Non enim me inepte fecisse arbitror, qui tibi pietatis & Sacrarum literarum studioso, pium & eruditum scriptorem dedicarim, quum non dubitem hosce libros iussu Hispaniarũ pijssimi Principis Eruigij scriptos, eius seculi sanctis uiris non gratos fuisse modo, uerumetiam periucundos. Quin quod olim Sacris diuinorum mysteriorum initiatis, & ijs præcipue, apud quos mundus immundus, cum immundis suis oblectationibus uilescebat, eiusmodi literaria munuscula dedicabantur, non ut inde gloriam sibi uendicarent, sed ut officij sui, nempe ut Christi gloriam manibus pedibusq́, uelis & remis illustrarent, monerētur. Duplicem enim commoditatem sanctarum lectio scripturarum præbet, unam quòd illarum assiduum studium, mentis intellectum erudit, alteram, q̃ à mundi uanitatibus hominem abstractum ad cœlestium desiderium inflammat. Hæc autē non scribo, quod eorum quæ ad pietatem, & charitatis officia pertineant quicquam prætermittas, sed quod facis, perpetuo ut facias. Precor interim ego Christum, salutis nostræ autorem, ut hunc animum tibi, animo isti tempus quàm longissimũ tribuat. Bene uale Heidelbergæ Non. Ianuarij. Anno à Iesu nato. M. D. XXXII.

IVLIANI POMERII,
de Comprobatione Aetatis sextæ, Oratio.



Accedam ad te Domine, in humilitate spiritus mei. Loquar tibi, quia multam spem & fiduciam dedisti mihi. Quis consurget mecum aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus loquentes iniquitatem, nisi tu domine adiuueris me? Tu ergo fili Dauid, qui reuelato mysterio ad nos in carne uenisti, clauo crucis tuæ secreta cordis mei adaperi, mittēs unum de Seraphin, per quem candens carbo, ille de altari tuo sublatus, sordentia labia mea depurget, mētem enubilet, dicendi materiam subministret, ut lingua mea quæ proximorũ utilitati, per charitatem seruit, non erroris redoleat casum, sed ueritatis personet sine fine præconium. Huius interim carbonis deus deus meus illa inextinguibili flamma cor principis Gloriosi irradia, quo sic totus igne tuæ charitatis efferueat, sic etiam zelo fidei inardescat, ut peregrinantem in terris sponsam tuam ab omni pestilentiæ cōtagione defensam, studeat semper conseruare pacatam. Venena quibus noceri potest, manu potestatis euertat. Venena eorum autores calce fidei proterat. Iudicium sanguinis contra eam uenire non sinat, ut in defensionis eius gloria semper gaudens, & nunc in eius sinu recubans, casta fidei disciplina, uirginem eam, mundamq́ custodiendo, mundus ipse permaneat, & post ad te perueniens gloriosus factus, in ea, bonam tibi de eius defensione rationem redditurus, accedat, Amen.

INCLYTO ET GLORIOſO Reuerendo Domino Eruigio Regi, Iulianus Pomerius ſeruulus ueſter.



PEritorum mos eſt iſte medicorum, ubilibet uulnus ſerpit in corpore, ferro uulneris materiam præuenire, & purulentas primum radicitus amputare putredines, antequam ſanas ulcus noxium inficiat partes. Vnde & ne locus uulneris ſana membra contingat, præciſionis ſemper antefertur induſtria. Nec eñ tactus uulneris cauſſam poteſt generare ſaluris. Quocunque enim acceſſerit, uulneri locum facit. Et niſi ante manu præcidatur artificis, infectis membris omnibus, occaſum parturit mortis. Huius admirabilis medelæ peritiam, credo ueſtram ſacratiſſime Princeps uoluiſſe imitari clementiam. Qui dum populos à deo tibi creditos contingi exitio lætali formidas, utile præciſionis genus excogitas, quo exitiabilem membrorum inutilium ſaniem, & purulentæ fecis, inſanabilem cutem, remediabili queant hi, qui ſaluandi ſunt, ſtudio declinare. Quam ob cauſſam ſanis adhuc membris me præcipis impendere curam, ne quandoq; morbis accidẽtibus decidant, ut ante præſcidatur error, quàm periclitationis generetur occaſio. Sicq; dum prudenter ſaluti conſulitur, utiliter acceſſus ægritudinis uitandę fruſtretur. Horum igit membrorum euitandam putredinem, linguas dixerim Iudæorum, qui promiſſum ex lege Chriſtum dei filium, necdum adhuc natum fuiſſe putant, & alium adfuturum expectant, peſtilentioſis obiectibus garrientes, quod ſumpta annorum ſupputatio ab initio mundi, ſecundum Hebræos codices quintam adhuc ſeculi ætatem inſinuent, & necdum adhuc Chriſtum ueniſſe, quem in ſexta credũt ætate ſeculi aduenire. Graue malum, importabile quoque facinus, & horrendum, quod in hoc errore annorum tempus dinoſcendæ natiuitatis Chriſti putatur. Quaſi alicubi in Sacris literis legerint hoc eſſe præceptum, ut in præfinitis annis ſupputatis ab initio ſeculi, tempus illud ſacræ natiuitatis eius poſſet addiſci. Contra hunc, inquam, deteſtabilem impietatis errorem, manifeſtiſſimam cæcitatem, reſpondere me, Auguſtum caput & mens ſerena tuæ Celſitudinis præcipit, breui admodum complexione libelli. Ego autem imbecillitatis meæ non neſcius, impoſitum mihi à uobis onus grauedinis declinarem, niſi perditionem animarum præſtrui meo ſilentio præcauerem, præſertim cum unum idemque ſit fidem nolle aſſerere quod negare.

Fidem nolle aſſerere, idem negare.

Periculum paſtorũ eccleſiæ.

Vbi enim de Deo uel contra Deum aliquid agitur, periculoſum eſt paſtori ſi taceat: infame, ſi fugiat: mortiferum, ſi ſuccumbat. Quod terribiliter Dominus per prophetam, ignauam paſtorum ſocordiam increpando commemorat, dicens: Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſraël, ut ſtaretis in prælio in die Domini. Propter quod etiam idem Dominus per eundem Prophetam: Sanguinem pereuntium animarum de manu ſpeculatoris ſe exquirere proteſtatur. Huius ego acerbitatis ſententiam pertremiſcens, & religioſis ueſtræ gloriæ iuſſis, & mei ordinis mancipatus officijs, obedientiæ competentem ueſtræ celſitudini reddens honorem, & Deo debitam ſeruitutem, imperatum mihi opus, & ſi minus docte quàm debui, obedienter tamen, ut potui, explicaui. Nitens hoc ipſum præfacile reſponſionis noſtræ opuſculum, trimodo librorum fine concludere. Hoc uidelicet rationis ordine cuſtodito, ut primo huius operis libro conuincantur manifeſtis atque euidentibus ſignis ueteris Teſtamenti, quibus ſine aliqua ſupputatione annorum Chriſtus Dei filius non naſciturus, ſed olim natus liquide declaretur. Deinde ſecundi libri ſerie decurrente, per oſtenſam Apoſtolorum doctrinam, id curatum eſt effici, quod reuelata temporis plenitudo, qua Chriſtus in carne natus apparuit, non in annis à principio mundi collectis diſcipulis Domini, uel cæteris credentibus ſit oſtenſa, ſed legis & Prophetarum teſtimonijs prodita. Præſertim cum ipſi quoque Iudæi, illo tunc tempore non putantes ipſum eſſe Chriſtum. Imò utrum ipſe eſſet Chriſtus, decertantes cum Chriſto, nunquam ab illis Chriſto noſtro hæc obiecta ſit quæſtio, quam nunc proponit petulans & rudis inſcientiæ amplitudo. Libro quoq; tertio excurſus adeſſe ætatis ſextæ conuincit. Vbi etiã &

præteritæ

præteritæ ætates seculi quinque, non in annis, sed in præfixo generationum limite distinguendæ monstrantur, simulq́ȝ & illic necessario perdocetur, ut pro hac diuersitate annorum, quæ inter Hebræos & nostros Codices inuenitur, non Hebraicæ translationis libri, sed septuaginta interpretum Codices sint sequendi, quos in fidem plurimorum autoritas traxit. Hic etenim tertius liber, non solum sex ætatum distinctiones lucidius aperit, sed & in sexta ætate Christum natum ostendit, & cur in sexta ætate nasci uoluerit apertissime pandit. Omnemq́ȝ huiusmodi quæstionem de hac annorum supputatione dissoluit. Tres inquam huius operis libros de hac quæstione confectos, ideo sub hac discretione distinximus, quia satis nobis melius uisum est, ut cum talibus non primum de hac ipsa annorum quæstione agatur, antequam per uera diuinorum signa uel indicia prophetarum, adiunctis quoque noui Testamenti dogmatibus eorum falsitas detegatur, & sic in postmodum ad sextæ ætatis comprobationem libere transeatur. Ob hoc enim ad hanc obiectam quæstionem annorum in tertio huius operis libro respondetur, ut duobus illis præcedentibus reluctans animus ante frangatur. Sic enim dignum est, ut ora talium carnali uetustate sordentia, ueteris primum Testamenti restringantur romphæa. Deinde ualido & nouo Euangelij pugione percussa, ad tertiæ disputationis librum accedant, in qua & sextam seculi ætatem agnoscant, & in ea Christum natum intelligant. Vnde nequaquam expedit unum ex ijs legere & alterum præterire, ne plenam soliditatem doctrinæ non hauriat, quem trium lectio librorum angustat. Quia igitur Iudæorum in festa malicia de annorum diuersitate, quæ inter nostros Codices & illorum diuersa est, obijcit quæstionem, nos ecõtrario de generationum euolutione quæ inter nostros Codices & illorum una est, obicẽ præparamus, ut cum illi pro distinguendis ætatibus annorum breuitatem ostẽderint, nos plenitudine generationum ostensa, eorum contemnamus de annis quæstionem superfluã. Quid enim anni faciant, si generationes succumbant? In generationibus ergo ætatum natiuitatis Christi quærenda est ueritas, quæ & per legem monstratur, & per Euangelium noscitur. Iam ergo mitissime Princeps, pro his quæ incomptius dixi, & materiam fortasse dictionis paulo quam oportuit uitio loquacitatis extendi, quæso mihi ueniam à uestra pietate donari, cui uestra gloria hanc ipsam respondendi necessitatem imposuit. Vestra igitur Celsitudo, quæ se patronam causæ Christi exhibuit, credat se omnimodo ipso ad iudicium ueniente saluari. Erit enim tunc res pectus operis uestri, cum dies iudicij manifestus affulserit. Si tamen, ô pijssime princeps, & ualenter inimicorum Christi colla iugo seruitutis Dominicæ comprimas, & uexilla fidei Christianæ potenter attollas.

IVLIANI POMERII, contra Iudæos, Lib. I.



Nascentis fidem ecclesiæ testibus idoneis roborandam excipiens, huic operi initium ab ipsis patriarchis & prophetis attribuam. Nitarq́ȝ quãtum deo opitulante ualuero, rabidis Iudæorum latratibus respondere, qui cæca infidelitatis nocte possessi, non solum ipsi barathro detestabilis perfidiæ concidunt, sed etiam quosdam è fidelium numero titubare compellunt, cũ Christum dei filium, nec dum pro salute hominum in mundum uenisse, sed adhuc uenturum esse, quadam temeraria calculatione annorum cancerosis sermonibus disputare præsumunt, dicẽtes eò quòd adhuc quinta ætas seculi euoluatur, & necdum adhuc uenerit sextæ ætatis curriculum, in quo uenturum nasci oporteat Christum. Ex hac igitur opinione uanissima, audent ab initio mundi secundum suos codices annorum supputatione collecta, aduentus Christi explorare præsentiam, quibus sublata fide cœca sunt omnia. Quid rogo talibus respondebimus, aut quomodo contra inermes arma leuabimus? Huiusmodi Paulus credo disceptationes euitandas esse pronunciabat, cum Timotheum discipulum instruebat. Stultas, inquit, & sine disciplina quæstiones deuita, multum enim proficiẽt ad impietatem, & sermo eorum ut cãcer serpit. Vere multum stulta est quæstio, quæ de legis nõ pcedit arcano. Imbelles ergo et inermes huiusmodi iudicãdi sunt, qa nõ de scripturis arma arripiũt, sed de antro maliciæ suæ ista proponũt. Ora enim taliũ armata sunt nõ fidei ferro, sed

sed perfidiæ gladio, nec testificatione prophetica, sed obstinatione dolosa. Ergo inermes ob hoc per omnia adprobandi sunt, quia nullis armis scripturarum muniti, ista obijciunt. Qui tamen si ipsi soli perirent, de silentio forsan haberemur indemnes. Quid quod etiam pernicies huiusmodi inficit & fideles? Nitendum ergo nobis est, qui licet indigni, ministri tamen uerbi dei sumus, & dispensationem prædicandi accepimus, ut ueritatis petra per os nostrum emissa dentes talium conterat, ne silentio nostro in ipsa fidei ueritate mollescant, qui synceriter quidem Christum fatentur, sed deuitare adhuc satanæ astutias nequeunt, ut etsi non corrigatur Iudæus, saltem proficiat Christianus. Audite iam o impietatis operarij, o filij scelerati, non me sed ipsum Christum dominum, quem expugnare nitimini, audite eum respondentem patribus uestris. Ait enim tentantibus se Iudæis in Euangelio, & dixit: Erratis, nescientes scripturas, neque uirtutem dei. Etenim uirtus & sapientia dei, secundum Paulum, Christus est, ergo ignorantia Scripturarum, ignorantia Christi est. Quid iam mirum, si error corda uestra possideat, quos ignorantia Scripturarum obiurgat? Scrutamini ergo Scripturarum latentes campos, & tunc intelligetis cæcos oculos uestros. Iam igitur sine præiudicio Christianæ fidei loquar. Nunquid aut per legem, aut per prophetas alicubi specialiter in sexto millesimo anno nasciturus prædictus est Christus, aut nunquid pro hac humana eius natiuitate alicubi supputatio annorum ab exordio mundi obseruanda prædicitur? & non potius testimoniorum euidentia, hæc ipsa eius gloriosa natiuitas declaratur? Quanquam à nobis opitulante domino, ut ipse adiuuet in subsequentibus, omnia liquidius computata, & sextam ætatem seculi approbabunt, & in sexta ætate natum Christum de uirgine testabuntur. Equidem ista quæ dico, meum est comprobare, uestrum autem est, ut respondeatis. Vbi ista legistis, quæ maliciose confingitis?

Ignorantia Scripturarum, ignorantia Christi est.

Confutatio.

An forte ex illa opinione hoc dicitis, quæ in psalmo præscribitur, ubi ait: Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies una. Vt sicut sex diebus factus à deo mundus præscribitur, ita quasi sex ætates in annis sex millibus distinguantur. Absit. Dicimus quidem sine errore, quod ad instar sex illorum dierum, sex quoque ætates seculi distinguantur. Sed non dicimus, ut ipsæ sex ætates, in sex millibus annis determinentur, id est, ut unaquæque ætas millenario annorum tramite dirimatur. At uero nunquid in hoc prophetico testimonio, aut de ætatum distinctione aliquid memoratur, aut quicquam de natiuitate Christi prædicitur? Dictum est enim, mille anni ante oculos tuos, tanquam dies una, quia quantumlibet huic uitæ longum tempus optetur, & in quantalibet annorum prolixitate uiuatur, mille anni ante oculos eius, qui moritur tanquam præteriens dies una putatur, & ideo quasi pro nihilo ducitur. Quanquam etiam & secundum numerum sex dierum, sex millibus annis secundum istud à quibusdam stare credatur. Quod tamen & hoc ipsum, si ita esset, aut etiamsi unaquæque millenis annis determinata fuisset, discipuli de fine seculi domino non quæsissent. Scientes uidelicet seculi finem, certa annorum esse supputatione colligere, ac per hoc quod supputatis annis ab initio mundi possent scire, nequaquam hoc à domino conarentur addiscere. Certum uidelicet apud se habentes experimento retroactarum ætatum, quod unaquæque ætas per millenos annos decurreret. Quod etiam & beatus Augustinus exequens dicit: Ausi sunt, inquit, homines præsumere scientiam temporum, quod scire cupientibus discipulis dominus ait: Non est uestrum scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate. Et definierunt hoc seculum sex annorum millibus tanquam sex diebus posse finiri. Nec attenderunt quod dictum est tanquam dies una quæ præterijt. Non enim quando dictum est, soli mille anni præterierant. Tali igitur ratione prædictæ opinionis euacuato obiectu, quid inquam præiudicat huius testimonij mentio natiuitatis dominicæ sacramento, quod dicitur: Mille anni ante oculos tuos tanquam dies una. Nunquid mille anni ideo hic dicti intelligendi sunt, ut in his aliquid noscere de natiuitatis Christi tempore percogamur. Nunquam enim & nusquam, quisquis ille in diuino librorum Canone insinuatum reperiet, ut à conditione seculi per annorum computationem adhibitam, tempus natiuitatis Christi perpendat. Legimus siquidem in Daniele, ubi angelus septuaginta hebdomadibus euolutis, definita annorum supputatione, nasciturum & passurum Christum prædixit, sed ipse qui futurum tempus usque ad Christum annorum supputatione colligere uoluit, præteritam annorum summam à mundi principio attendere non curauit. Quippe quos aut necessarios incarnationi dominicæ non præuidit, aut si necessarios credidit, multo amplius eos necessario silentio pretermisit. Hic ergo Daniel propheta numerum annorum di-

Argumentum omnium quæ his tribus libris tractatur.

uina

uina reuelatione intelligens, non solum scripsit Christū esse venturū, quod & Prophetę cę
teri prædixerunt, sed & quo tempore uenturus esset aperuit, & reges per ordinem diges-
sit, & annos enumerando monstrauit, & cætera signa manifestiora prædixit. Quę cum ita
sint, noluit annos illos à principio mundi usq; ad aduentum Christi colligere, quos obser
uandos pro huiusmodi quæstione, neq; in diuinis literis legerat, neq; in exemplis Patrum
præcedentium sciebat. Futura ergo de Christo annorum curricula docuit, quæ utiq; plus
cæteris altius intellexit. Sic enim ipse dicit: Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scien-
tia. Multiplex ergo in isto fuit scientia, qui Apostolicis quodammodo iā regulis seruiens,
obliuiscens ea quæ retro sunt, extentus aūt & sequens ea quæ ante se erant, in agnoscenda
Christi filij dei natiuitate, nō præteritas annorū calculationes attendit, sed futurorū sup-
putationes apertissime declarauit. Hac ergo supputatione prophetica, & fides nostra iu-
uatur, & perfidia uestra destruit̄. Quæ suo in loco disposita, omnē caliginē erroris uestri,
aut illustrabit ut ueniatis ad uiā, aut cōfutabit ut discedatis in tartara. Nunc igit̄ ne error
uester, quod absit, Christianā miliciā in quocunq; inficiat, hoc primū scire omnib. conue-
nit, qa nihil tale aut in lege aut in Prophetis prędictū est, ut supputatis à mūdi principio an
nis, aduētus dinoscat̄ dominicæ incarnationis. Quanq; plęrisq; locis, siue in lege, siue etiā
in Prophetis, ubi nasciturus Christus prædicit̄, semper in dieb. nouissimis aduētus ei9 pti
mi, præsentia promittit̄, q̄d utiq; apud nos pro sexta seculi ætate accipit̄. Quæ sex ætates
non annorū æqua supputatione colligunt̄, sed generationū disposito ordine dignoscēdæ
sunt. Sicut tres ætates quas cōputatas in Matthæi Euāgelio inuenimus, quas utiq; nō de-
cursione annorū, sed generationū enumeratione determinatas agnoscimus. Quarū etiā
ætatū distinctio singularū in tertio huius operis libro, & digesta monstrabit̄, & ptecta suis
lineis agnosceт̄. Non ergo cōputati anni à principio mundi per legē aut Prophetas Chri
stū nasciturū promittunt, sed testimonia euidentiora idipsum futurū esse portendūt, quod
iā apud nos pręteritū celebrat̄. Relinquamus ergo et nos paulisper supputationes, quibus
Patriarchę & Prophetę ipsi pro dignoscētia natiuitatis Christi nō usi sunt, & testimonijs
ipsis tantū utamur, quibus ea quæ à uobis futura adhuc esse credunt̄, iā transacta monstrē
tur, & à primi aduentus Christi tēpore iā ex toto cōpleta sunt, ideoq; iā expectanda non
sunt, quia iā utiq; transierunt. Nec eñ nūc mihi necesse est de natiuitate Christi, morte, &
resurrectione eius testimoniorū munimēta colligere diuinorū, quod iā à multis copiose et
sufficienter est factitatū. Sed illa solū excerpere, & hæc ipsa prælibare, quæ possint indicijs
manifestis ostēdere Christū dei filiū iā in carne uenisse. Primū ergo signa ipsa temporū na
tiuitatis Christi exquirā, & utrū tam pacifica fuerint, sicuti sunt à Prophetis prædicta, di-
gesto ordine prosequar. Diebus eñ natiuitatis eius sicut propheta Dauid dicit: Oriet̄ in
dieb. eius iustitia, & multitudo pacis. Micheas quoq; similiter & nominis & tēporis natiui
tatis eius pacē insinuās, dicit: Et tu Bethlehē Ephrata. Nunqd paruulus es in millib. Iuda,
ex te mihi egrediet̄ q sit dominator in Israēl, & egressus eius ab initio à diebus ęternitatis,
propter hoc dabit eos usq; ad tēpus, in quo parturiēs pariet. Reliquiæ fratrū eius conuer-
tent̄ ad filios Israēl, & stabit & pascet in fortitudine domini, in sublimitate nomis dei sui.
Et conuertet̄, quia nūc magnificabit̄ usq; ad terminos terræ, & erit iste pax. Ecce, adnun-
ciata est pax nominis eius. Dicat̄ et pax temporis natiuitatis illius. Etenim q̄ pacifica eadē
tempora fuerint, sic idem Propheta paulo superius euidenter exponit, ubi eo tēpore quo
nasci eū oportuit, cessatura omnia bella prædixit. Ait eñ: In nouissimo dierū, erit mōs do
mus domini pręparatus in uertice montiū, & sublimis super colles, & fluent ad eū omnes
populi & properabūt Gentes multæ, & dicēt: Venite, ascēdamus ad montē domini, & ad
domū dei Iacob, et docebit nos de uijs suis, et ibimus in uijs eius, quia de Sion egrediet̄ lex
& Verbū domini de Hierusalē. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet Gētes for
tes usq; in longinquū, & cōscindēt gladios suos in uomeres, & hastas suas in ligones. Nō
sumet Gēs aduersus Gentē gladios, & nō discēt ultra bellare. Esaias quoq; ea ipsa inditia
de temporib. natiuitatis Christi insinuās, dicit: Erit in nouissimis dieb. præparat9 mōs do
mus dñi in uertice montiū, & eleuabit̄ sup colles, & fluēt ad eū oēs gētes, & ibūt populi
multi, & dicēt: Venite, & ascēdamus ad montē dñi, & ad domū dei Iacob, & docebit nos
uias suas, & ambulabim9 i semitis ei9, qa de Siō exibit lex, & Verbū dñi de Hierusalē, & iu
dicabit gētes, & arguet populos multos usq; in lōginquū, & cōflabūt gladios suos i uome
res, & lāceas suas i falces. Nō leuabit gēs cōtra gentē gladiū nec exercebunt̄ ultra ad p̄liū.
Iam

Iam ne uidetis horum trium Prophetarũ oracula, ita in omnibus cõcordantia, quasi unius hominis ore sint prolata? Etenim pax nulla sentitur, quamdiu bella mouentur. Detractis igitur bellis, quid restat, nisi abundantia pacis? Quod ergo Dauid dicit: Orietur in diebus eius iustitia & multitudo pacis, hoc Esaias et Micheas de bellis cessaturis in diebus eius dixerunt: Non leuabit Gens contra Gentem gladium. Cessantibus enim bellis in toto orbe terrarum, Christus pax nostra oboritur. Quod ut ueraciter agnoscatis, ueteres si placet singularum Gentium reuoluentes perlustrate historias, & inuenietis usq; ad uicesimum octauum annum Cæsaris Augusti, cuius quadragesimo primo anno, Christus natus est in Iudæa, in toto orbe terrarum fuisse discordiam, & singulas nationes contra uicinas Gentes arsisse studio præliandi, ita ut cæderent & cæderentur. Orto autem Domino Saluatore, quando sub Præside Siriæ Cyrino, prima est in orbe terrarum facta descriptio, & Euangelicæ doctrinæ, pax Romano Imperio præparata, tunc omnia cessauerunt bella, & nequaquam per oppida & uicos, exercitabãtur ad prælia, sed ad agrorum cultum, Militibus tantũ, Legionibusq; Romanis contra Barbaras nationes, bellandi studio delegato. Quãdo completus est angelorum ille concentus: Gloria in excelsis deo, et in terra pax hominibus bonæ uolũtatis. Hoc enim modo in diebus eius orta est iustitia & multitudo pacis. Ecce signa temporum natiuitatis Christi, sicut pacifica à Prophetis futura prædicta sunt, ita & à nobis pacifica quidem, sed iam transacta noscuntur. Iam ergo impleta sunt, nec enim adhuc ulla tempora pacifica futura credenda sunt, cum seculum istud bellorũ potius quam pacis fine claudatur, dicente Domino ad discipulos, quãdo enim petiuerunt ab eo signum de consummatione seculi, sic eis respondit: Consurget Gens in Gentem, & regnum in regnum, & cætera quæ sequuntur. Quia igitur præmisimus de pacificorum temporum signis, nunc iterum dicamus de diebus nouissimis, in quibus occursurus prędictus est aduentus Domini Saluatoris. Ecce à duobus his prophetis, Michea & Esaia, pacifica natiuitatis Christi prædicta sunt tempora. Sed utriq; dixerũt in nouissimis diebus ea esse futura. Cur inquam ea ipsa signa temporis primi aduentus Christi in diebus nouissimis futura esse portendunt, nec tamen in annis à principio mundi computatis tantæ rei sacramentum aperire moliti sunt, nisi ut ego pro tenuitate sensus mei existimo, melius illis uisum fuisse, dies ipsos nouissimos in defectu Israëlitici regni, debere intelligi, quando Dux & Princeps de stirpe Iuda defecit, quàm in annorum opinione constitui. Si enim dixissent, uerbi gratia, à principio mundi usq; ad aduentum Christi erunt anni tanti, non satis uideretur ibi aliquid nouissimum arbitrati, cum adhuc plures restarent anni, uidelicet usq; in finem mundi. At uero quia dixerunt ea ipsa quæ de Christo prædixerant in diebus nouissimis esse complenda, nouissimos dies illos credo intellexerunt, qui in illo regno, deficientibus Principibus de stirpe Iuda nouissimi adprobati sunt, quãdo in illo populo primus Herodes alienigena successit in regnum, cuius tempore Christus in Iudæa natus agnoscitur. Quanquam & aliter dies docti nouissimi pro sexta ætate, quæ omni homini postrema est, intelligantur. Dies ergo istos nouissimos, sed pacificos, in quibus Christum nasci oportuit, quos & Micheas prædixit, & Esaias nihilominus nunciauit, ne secundum errorem uestrum adhuc expectarentur futuri. Sic signum eorũdem dierum Iacob patriarcha aperuit, quando uocans ad se filios suos, dies ipsos similiter nouissimos appellauit, & dixit: Congregamini, ut adnunciem quæ uentura sunt uobis diebus nouissimis: Congregamini, & audite filij Iacob, audite Israël patrem uestrũ. Vbi etiam ad Iudam, de cuius semine ortus est Christus, sic dicit: Non deficiet princeps de Iuda, nec Dux de fœmoribus eius, donec ueniat, cui repositum est, & ipse erit expectatio Gentium. Ecce manifestum est, & claret, quod iam transacti, & necdum adhuc futuri intelligantur dies isti nouissimi, quando ita exprimitur ut dicatur: Non deficiet Princeps de Iuda, nec Dux de fœmoribus eius, donec ueniat cui repositum est. Ecce manifestum signum nouissimorum dierum, in quos cessantibus Principibus uel Ducibus de stirpe Iuda, rex Herodes succedit alienigena, in cuius tẽpore Christus natus est in Iudæa. Tres inquam uiri isti diuino spiritu pleni, quasi uno ore locuti, dies illos nouissimos prædixerunt, in quibus magnum hoc complendum cernebãt in spiritu sacramentum. Ecce duo signa mõstrauimus, quibus & pacifica tempora, & dies nouissimos in tempore natiuitatis Christi procurrisse ostendimus, quasi pacem ortam in diebus nouissimis diceremus. Nunc tertio loco sequitur, ut dicamus de testimonio pręcursoris, quo uox præconis, aduentum prodidit iudicis. Sic enim Malachias postremus pene

propheta

Propheta Israëlitici populi, non solum natiuitatis Christi, sed & præcursoris eius signum manifeste prædixit. Ait enim: Ecce mittam Angelum meum, & prospiciet uiam ante faciem tuam, & subito ueniet in templum suum dominus quẽ uos quæritis, & Angelus Testamenti quem uos uultis. Quod testimonium uos siquidem de Helia accipitis dictũ, nos de Ioanne credimus prophetatum, dicente & interpretante hoc ipsum Christo domino & Magistro nostro, ubi hoc de præcursore Ioanne uolẽs intelligi dixit: Iste est, de quo scriptum est: Ecce ego mittam Angelum meum ante faciem tuam. Sic enim natiuitatis Christi aduentum sex mensibus præcurrens Ioannes aduenit, & digito ipsum dominum in carne positum demonstrauit, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Perhibuit quippe testimonium præcursor domino suo, & uox uerbo, sed testimonium habens in aqua. Saluatoris adesse manifestam docuit in carne præsentiam. Huius quippe figuram tenuit Iras ille Odolamitis, quem in Genesi legimus cum Iuda ad tondendas oues in Thaman uenisse. Etenim Iudas hic Christum ipsum significat, quia & carnem Christi de stirpe Iuda credimus propagatam. Pastor autem eius nominis Iras Odolamitis Ioannem insinuat. Adolami enim interpretatur testimonium in aqua. Cum hoc plane testimonio dominus uenit, habens quidem testimonium maius Ioanne, sed tamen propter oues infirmas, hoc testimonio est usus in aqua. Nam & ipse Iras, quod nomen illius pastoris fuit, interpretatur fratris mei uisio. Vidit enim omnino fratrem suum Ioannes, fratrem suum utiq; Christum, secundum semen Abrahæ, quando eum salutauit ex utero, agnouit perfectius ex columba. Et ideo tanquam Adolamites uerũ testimonium perhibuit in aqua. Ecce diximus per Iudæ personã significatum tunc esse Christum, & per Iran Adolamiten significatam fuisse personam Ioannis, quæ duarum significatio personarũ, huius quoq; Malachiæ Prophetæ uaticinio declaratur, quod de Christo & Ioanne prophetatũ exequitur. Ecce, inquit, mittam Angelum meum, & prospiciet uiam ante faciem tuam, & subito ueniet in templum suum dominus, quem uos quæritis, & Angelus Testamenti, quẽ uos uultis. Iam hic prospicite si potestis, quomodo subito in templum suum uẽnturus esse dicatur, si aduentus eius diffinita à primordijs mundi annorum supputatione colligitur. Non eñ subito uenit, quod definitis annis occurrit. Quod autẽ hoc testimoniũ de Helia Propheta dictum existimatis, necnon & quia hoc quod sequitur: Veniet ad templũ suum dominator quem uos quæritis, ad Christum utiq; uestrum refertis, quem in ultimo tẽpore uenturum esse putatis, satis miror quomodo uos rerum exitus non doceat ueritatẽ. In quali eñ templo suo ueniet dominator, quod utiq; ad fundamenta usq; destructũ est, aut si ab alio extruendum est antequam Christus adueniat, quid Christus uester amplius facturus est, si ab alio restituta fuerint omnia? Si enim, ut uos uultis, Heliam in hoc loco accipitis, ubi angelum tantummodo pronunciatum auditis, cur in loco ipso ubi idem propheta tempus ipsum primi aduentus Christi præcinit, nomen ipsius Angeli non expressit, & Heliæ nomẽ ibi abscondit. Qui eñ in fine prophetiæ suæ nomẽ Heliæ ob caussam finis seculi expressit, illic ubi tantummodo Angelum nominauit, Heliæ nomen cur taceretur, nõ fuit. Nam hic utiq; ubi Heliam ante finem mundi uenturum esse prædixit, sic ait: Ecce ego mittã uobis Heliam Prophetam Thesbitem, antequam ueniat dies domini magnus & horribilis, ut conuertat corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres eorum. Ante enim aduentum iudicij, mittet dominus Heliam, ad conuertendum cor filiorum ad cor Patriarcharũ & Prophetarum, ut credat posteritas eorum in domino Iesu Christo, quem & patriarchæ & Prophetæ uaticinantes expectauerunt. Nam si hactenus Iudæi recte credunt, ob quam caussam per Heliam eos conuerti in nouissimo propheta testatur? Nec enim possunt nũc intelligere Saluatorem quem audiunt, nisi in fine mundi dum fuerit consummatio seculorum. Pronunciat enim hoc dominus per Esaiam Prophetam, dicens: Audite audientes, et nolite intelligere, & uidete uisionem, & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures aggraua & oculos, ne forte uideant oculis suis, & auribus suis audiãt, & corde suo intelligant, & conuertantur, & sanem illum. Et dixit Propheta: Vsquequo domine? Et dixit dominus: Donec desolentur ciuitates absq; habitatore, & domus sine homine, & terra relinquetur deserta, & longe faciet dominus homines. Tunc conuertetur, & erit in ostensione sicut Therebynthus, & sicut quercus quæ expandit ramos suos, semẽ sanctum erit quod steterit in ea. Iã ergo cognoscite tempus hoc cæcitatis uestræ usq; in finem mundi præcurrere, in quo non agnoscitis Saluatorem. Et nisi ante aduentum Heliæ in Christũ

credatis, in hac omnes antequam idem ueniat, cæcitate peribitis. Et si forte aliqui ex semi ne uestro, Helia ueniente, saluandi sunt, uos tamen qui nunc estis ante eius aduentũ, & debito mortis concludemini luctu, & perpetuo post mortem interibitis supplicio tormentorum. Sequitur quartum & uerissimum natiuitatis Christi indicium, quo commendatur uocatio Gentium. Per quam olim ita Christus probatur natus, ut ipse esse expectatio Gẽtium commendetur. Etenim post natum Christum primitiæ statim Gentium domino cõsecratæ sunt, quod dilucide satis in illis Magorum ab Oriente uenientium mysticis muneribus declaratur. Si quippe & hoc fuerat prophetatum: Reges Tharsis & insulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes Gentes seruient ei. Et benedicentur in eo omnes tribus terræ, omnes Gentes magnificabunt eum. Quod quia iam in Christo nostro impletum esse uidetis, nõ erit fortasse necessarium, ut plurima ex hoc testimonia proponãtur uobis. Nam olim natus Christus, statim à deo patre Gentes in possessionẽ accepit, quod & Dauid longe prædixit ante, ubi ait in persona eiusdem Christi: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Pete à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Quod manifestissimum signum crediturarum Gentium, sic Esaias exequitur: Iste, inquit, asperget Gentes multas, & super ipsum continebunt reges os suum. Item ipse idipsum de Christo exequens dicit: Ecce testem populi dedi eum, ducem ac præceptorem Gẽtibus. Idem adhuc Propheta sequitur & dicit: Parauit dominus brachium sanctum suum, in oculis omnium Gentium, & uiderũt omnes fines terrę salutare dei nostri. Si ergo Christus adhuc non uenit, ut dicitis, quomodo eum reuelatum in conspectu Gentium iam uideris? Nam & Dauid dicit: Notum fecit dominus salutare suum, ante conspectum Gentiũ reuelauit iustitiam suam. In eo enim quod una est in Christo Gentibus uniuersis conuentio, nosse debetis iam illud esse impletum, quod prophetali uaticinatum est oraculo. In cõueniendo, inquit, populus in unum, & reges ut seruiãt domino. Quomodo ergo iam omnes reges terræ & populi obediunt ei, si eius natiuitas non præcessit, si eis occasionem credendi hæc ipsa eius natiuitas gloriosa non præbuit. Scriptum est enim: Qui exurget regere Gentes, in eo Gentes sperabunt. Ergo ante nascendo, uel apparendo exurexit in mundum, & sic in eo Gentes sperare cœperunt. Quod etiam adhuc idem Propheta exequitur: Radix, inquiens, Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum Gentes depræcabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Ecce iam sepulchrum eius gloriosum habetur, & natiuitati eius non creditur. Sequitur dehinc quintum manifestum per omnia signum, quo dominatio eius in toto iam mundo porrigitur. Sic enim & hoc ipsum per Dauid fuerat prophetatum: Dominabitur, inquit, à mari usque ad mare, & à fluminibus usq; ad terminos orbis terræ. Quod testimonium nulli Regum in illo populo congruere probatur. Notum est enim, quibus terminis fuerit regnum illud conclusum. Sed hoc in Christo uidemus fuisse completum, cuius ab ortu solis usq; ad occasum, magnum nomen à Gentibus adoratur, cum non solum in Iudæa tantum, sed in toto seculo iam cultus adorationis eius extenditur. Prædixerat quippe & hoc Sophonias Propheta, quãdo tempus hoc Christianæ religionis in spiritu præuidens dicebat: Adorabit, inquit, eum uir de loco suo, omnes insulæ Gentiũ. Et paulo post: Transuertam in populos linguam & progenies ut inuocẽt omnes nomen domini. & seruiant ei sub iugo uno. Sed hic forte aliquis impudenter contra ire uidetur, & dicere, nec dum adhuc omnes Gentes in Christo credidisse. Cui facile respondetur, quia & si in quibusdam locis increduli adhuc populi habeantur, dominatũ tamen Christi in hoc penitus non effugiunt, cum à talibus Principibus præmuntur, in quorum cordibus iam per fidem Christus ipse habitare dinoscitur. Nec enim puto aliquam remansisse Gentem, quæ Christi nomen ignoret. Et quanquam non habuerit prædicatorẽ, tamen ex uicinis nationibus opinionem fidei non potest ignorare. Hac igitur reddita ratione, peto ut respõdeatis, in quo angulo terræ nasciturus ille, quem adhuc expectatis poterit dominari, cum Christus noster totum orbem sua dominatione repleuerit, in tãtum, ut etiam ipsa dæmonia ei subiecta sint, quæ carere uidentur præsentia corporali. Sed quid iam immemores si Christum in quam adhuc natum esse non creditis, colligite ex quatuor aliis signis sequentibus, id est, ex cõfusione uestræ formidinis, ex pœna ipsa quæ post mortem & resurrectionem Christi accidit uobis, ex perdito regno & sacerdotio, & sacrificio reprobato. De confusione etenim uestra, qua post mortem & resurrectionem Christi, poteratis

teratis confundi, sic Esaias Propheta prædixit: Non modo, inquit, confundetur Iacob, nec modo uultus eius erubescet, sed cum uiderit filios suos opera manuũ mearum, in medio sui sanctificantes nomen meum. Videte tempus, signate mysteriũ, in quo Iacob modo confunditur, qui antea interim non confunditur. Iam ergo post aduẽtum Christi dies ipsi decurrunt, in quibus confusione graui patres uestri compressi sunt, quãdo filios suos, id est, Apostolos & Apostolicos uiros, qui fuerunt de genere Iudæorum, uiderunt in medio nationum domini operari uirtutes, & Christi nomen in Gentibus prædicare. Neq; enim ante aduentum Christi de hac Gentium credulitate confusio accidit Israëli, sed postquam Christus apparuit in carne, & prædicantibus Apostolis Gentium multitudo in dei filium credidit, tunc Israël confusus & obcæcatus obstupuit. Atq; utinam ista confusio, salutis uobis esset occasio, & non potius dolor, quo intra uosmetipsos frendetis, cum Christi regnum dilatari sic cernitis. Restat nunc ut dicamus de pœna, quæ post mortẽ & resurrectionem Christi accidit uobis, pro eo quod ipsum crucis patibulo affixistis. Sic enim ex hoc per Osee Prophetam ipse dominus clamat: Væ, inquit, eis, quoniam recesserũt à me, uastabuntur, quia præuaricati sunt in me. Ego redemi eos, & ipsi loquuti sunt contra me mendacium. Vbi postmodum sic subiungitur: Abiecit eos deus meus, quia non audierunt eum, & erunt uagi in nationibus. Hoc quippe & Esaias manifeste exequitur, postquã eẽ dixerat de Christo: Tanquam ouis ad occisionem ductus est, subiecit statim: Propter scelus populi mei percussi eum, & dabo impios pro sepultura eius, & diuites pro morte eius. Hieremias quoq; dicit: Ascendite muros eius, & dissipate, auferte propagines eius, quia non sunt domini. Præuaricatione eẽ præuaricata est in medio domus Iuda, ait dominus: Negauerunt me & dixerunt: Nõ est ipse. Ecce, uidete oris uestri blasphemiam, quàm longe sit ante prædicata. Hanc ipsam enim agitis caussam, qua dicitis, necdum adhuc uenisse Christum, expectantes uidelicet alium, utiq; Antichristum. Quod etiam & Psalmista ex persona Christi exequitur, dicens: Tu autem domine, miserere mei, & resuscita me, ut reddam illis. Quis hoc iam neget, qui Iudæos post mortem, resurrectionemq; Christi, de sedibus suis bellica strage, & excidio funditus eradicatos uidet. Occisus enim ab eis, resurrexit in gloriam, & reddidit eis interim temporalem disciplinam. Sequitur post hæc ut dicamus, de Regno, Sacerdotio, & sacrificio Iudæorum, quod liquide tunc cessauit, cũ Sanctus sanctorum Christus noster in mundo apparuit. Quæ licet in Danielis Prophetia euidentibus inditijs sint expressa, quæ suo erunt ordine collocanda, nec ista tamen prætermittenda sunt, quæ in præsentia occurrunt. Transeundum ergo est ad ipsam manifestationem temporum, qua sacrificium secundum Aaron cessare oportuit, & sacrificium Christi secundũ ordinem Melchisedech inciperet celebrari. De his enim diebus, de perdito scilicet regno & sacerdotio Iudæorum, sic ab Osea propheta prædicitur: Diebus, inquit, multis sedebunt filij Israël sine Rege, sine Principe, sine Sacrificio, sine altari, sine Sacerdotio sine manifestationibus. Quod totum quis nõ uideat eo modo, ut estã Propheta prædictũ, ipsis quoq; rerũ effectibus iam in uobis esse completũ. Quod etiã & in libro Regum manifeste prophetatum colligitur. Sic enim scriptũ est: Venit uir dei ad Heli, & ait ad eum: Ecce dies uenient, & exterminabo semen tuũ, & semen domus patris tui, & nõ erit tibi senior in domo mea, omnibus diebus. Et uirum exterminabo tibi ab altari meo, ut deficiãt oculi eius, & defluat anima eius. Ecce dies qui prænunciati sunt, iam uenerunt, nullusq; sacerdos est secundum ordinem Aaron. Et quicunq; ex eius genere est homo, cum uidet sacrificium Christianorum toto orbe pollere, sibi aũt honorem illum magnum subtractum fuisse, deficiunt oculi eius tabe mœroris, & prelo amaritudinis. De hac igitur reprobatione ueteris sacrificij Malachias quoq; clarũ indicium ostendens fidei Christianæ & reprobationis uestræ sic dicit: Nõ est mihi uoluntas in uobis, dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam, de manu uestra. Ab ortu enim solis usq; ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio mũda, quia magnum nomen meum in Gentibus, dicit dominus. Iam ergo manifestũ est, quod ex tunc ueteris sacrificij reprobatio facta fuerit, ex quo magnum nomen Christi in Gentibus esse cœpit. Quæ omnia etiam si surdis auribus & mentibus transeatis, res ipsæ presto sunt, uestris quoq; oculis, uobis etiam nolentibus ingeruntur, quæ uos docent, pariter & conuincunt, præteritum iam uos credere debere, quod futurum uidemini sperare. Restãt nũc signa duorũ patriarcharum mystica, in benedictionibus filiorũ prolata, & finalis illa

Danielis prophetia de finito hebdomadarũ fine cõclusa, quæ ita tempus natiuitatis Christi transactum esse insinuant, ut in nullo eis contraire possit humana astutia. Iam ergo si carnem Christi in Abrahæ semine quærimus, benedictiones ipsas mysticas in eius semine requiramus. Isaac enim filius Abrahæ, Iacob filium benedicens, ait: Det tibi de rore cœli, & de pinguedine terræ multitudinem frumenti & uini, & seruiant tibi Gentes, et adorent te principes, & esto dominus fratris tui, adorabunt te filij patris tui. Benedictio ista Iacob, prædicatio Christi est, in omnibus Gentibus hoc fit, hoc agitur. Ei enim seruiunt Gentes, ipsum adorant reges, ipsum quippe adorant filij patris eius, hoc est, filij Abraham secundum fidem, quia & ipse Christus filius est Abrahæ secundum carnem. Ecce benedictus Iacob benedictione hac mystica patris sui, ipse quoq; natum de se Iudam filium benedixit, de cuius tribu secundum carnem Christus descendit ex semine Dauid. Iuda inquit, te laudabunt fratres tui. Manus tuæ super dorsa inimicorum tuorũ, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, de germinationes filius meus ascendisti. Recumbẽs dormisti ut leo, & ut catulus leonis, quis suscitabit eum? Non deerit Princeps ex Iuda, & Dux de fœmoribus eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium. Alligans ad uineam pullum suum, & cilitio pullum asinæ. Lauabit in uino stolam suã, & in sanguine uuæ amictũ suum. Hæc omnia diiudicate & aduertite, si non in Christo iam euidentissima luce completa sunt, si non laudent eum fratres eius Apostoli, & omnes cohæredes eius, non suã gloriam quærentes, sed ipsius. Si nõ sunt manus eius super dorsa inimicorũ suorum, si non deprimuntur atq; curuantur ad terram, crescentibus populis Christianis, quicunque illi adhuc aduersantur, quod hucusq; nunc agitur. Si non eum adorauerunt filij Iacob in reliquijs, quæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si non ipse est catulus leonis, quum nascendo paruulus factus est. Si non ascendit in crucem recumbens cum inclinato capite, reddit spiritũ. Si non dormiuit ut leo, quia in ipsa morte non est uictus, sed uicit. Si non ille eũ suscitauit à mortuis, quem nemo hominum uidit, nec uidere potest. In eo eñ quod dictum est, quis suscitabit eum? satis expressa est tanquam ignoti significatio. Hæc omnia si dicatis quod futuris adhuc temporibus fient, et necdũ facta sint, uidete quõ subsequens sermo propheticus, omnẽ hanc erroneam suspitionem uestram dissoluat, atq; mẽdacem conuincat. Sequitur enim: Nõ deficiet Princeps de Iuda, nec Dux de fœmoribus eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentiũ. Hæc omnia de quo deberent tempore accipi, specialiter propheticus sermo descripsit, præuidens credo in spiritu Patriarcha ille has erroris uestri nebulas & propositiones ineptas, quibus dicere possetis sicut & dicitis, quia adhuc sperãdus nobis est Christus, & non est adhuc, qui erit expectatio Gẽtium, natus: ideo speciale ob hoc & euidens tempus prædixit, quo eũ oporteret nasci, id est, ut quando defecisset Princeps de Iuda, tunc agnosceretur Christi natiuitas gloriosa. Sic enim dicit. Non deficiet Princeps de Iuda, nec dux de fœmoribus eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentiũ. Ecce expectatio Gentiũ, Christus tunc iam uenit, quando Dux & Princeps de Iuda defecit. Recurrite ergo ad fideles uestras historias, & probabitis nunq; illi populo ducẽ, aut Principẽ de Iuda defuisse, donec perueniretur ad alienigenã regẽ, cuius tempore natus est Christus ex Virgine. Sed ne forte fabulose, & nõ ueraciter ista prosequi uidear, etiã Duces ipsos ac Principes per ordinẽ digerã, ut liquidò clareat, utrum à fœmoribus Iudæ, usquàm generationis eius successio claudicauerit, an aliquando offenderit in Principum serie antequàm tempus natiuitatis Dominicæ adueniret. Etenim ut retroacta præteream ex illo tantum tempore, hos ipsos computare incipiam, ex quo à Cyri tempore reuersus populus in Iudæam templum ædificare cœpit, usq; ad natiuitatem Christi. Hoc enim ordine Eusebius eos huic populo præfuisse præscribit. Primus, inquit, post Danielis prophetiã, postq; de Babylone reuersus est populus, præfuit Iesus filius Iosedech & Zorobabel filius Salathiel. Post quos Ioachim filius Iesu, in pontificatu successit, cui Heli huic Ioiada, deinde Ioannes, postea Iadus post quem Aonias. Deinde præfuit Iudæis pontifex Eleazarus, post quem alter Aonias, deinde Symon, cui successit in pontificatu Aonias, deinde Iudas Machabeus, cui successit frater Ionathã, post quem Symon frater utriusque successit, deinde Ioannes, post quem Aristobulus. Huic successit Alexander, qui rex pariter & pontifex fuit. Post hunc Alexandra uxor eius, cum filijs Hircano & Aristobulo præfuit populo, quo tẽpore Herodes patris Antipatris Ascalonitæ, & matris Cypridis Arabicæ filius interfecto Hircano, regnum Iudæorũ Senatus-

Cõputatio regum populi Israelitici.

Senatusconsulto accepit,& primus ipse alienigena,Iudæis præfuit,in cuius tempore Christus in Iudæa natus agnoscitur,quando & hæc ipsa eius gloriosa natiuitas pastoribus Hebræorum,uoce angelica indicatur.Ecce iam prophetiam Iacob impletam esse prænoscitis,& quid in tanta manifestatione rerum respondeatis inuenire penitus non potestis.An forte adhuc in impudicæ frontis pertinacia perdurantes,illud obijcitis, quod patentes uestri solent mentientes proponere,esse hodie nescio quem regem ex genere Iudę,qui in extremis orientis partibus uideatur regnum tenere.Nec attendunt mente cæcati simulationis suæ mendacium,in hoc quàm maxime detegi,quia iam sicut nullum templum,nullum altare,nullum sacrificium,ita nullus pontifex,nullus sacerdos remansit Iudæus.Neq; enim mendax esse potest Oseas Propheta qui dicit:Sedebunt filij Israël sine Rege,sine Principe,sine sacrificio,sine altari,sine sacerdotio,sine manifestationibus.Quæ omnia quis nõ uideat nunc in uobis esse completa.Iam uero si in Daniele Propheta locum illum inspiciatis,quem commemorauit dominus per Angelum suum,dicens: Cum uideris abominationem uastationis stantem in loco sancto: qui legit intelligat. Et ideo si supputatis,etiam hebdomadarum temporibus ille numerus pertractetur, nõ solum Christus,sed etiam tempus reperietur,quo eum oportuit uenire ad passionem,quãquam & sine computatione annorum manifestis rerum effectibus declaretur.Etenim ut de numero ipso hebdomadarum modo interim taceam,prius per reuelationes Regum,secundum ipsius Danielis prophetiam aduentum natiuitatis Christi conuincam. Dissoluens enim somnium quod rex Nabuchodonosor uiderat de statua illa,sic ait:Caput aureum tu es rex:per quod ostẽditur regnum primum Babylonium auro preciosissimo comparatum. Et post hæc cõsurget regnum aliud minus te,Medorum uidelicet & Persarum,quod argenti habet similitudinem.Et regnum tertium aliud æneum,quod imperabit uniuersæ terræ,Alexandrum significat,& regnum Macedonum successorumq; Alexandri. Regnum autem quartum quod perspicue pertinet ad Romanos ferreum est,quod comminuit & domat omnia,sed pedes eius & digiti ex parte ferrei,ex parte sunt fictiles, quod hoc tẽpore manifestissime comprobatur.Sicut enĩ in principio nihil Romano Imperio fortius & durius fuit,ita in fine rerum nihil imbecillius,quando & in bellis Ciuilibus, & aduersus diuersas nationes, aliarum Gẽtium Barbarorumq; uidetur indigere auxilio. Videte iam quid Propheta iste dicat:In fine autem horum omnium regnorum, auri, argenti, æris,& ferri. Suscitabit,inquit,Deus cœli regnum,quod in æternum non dissipabitur,& regnum eius populo alteri non tradetur.Comminuet & consumet uniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum. Christi utiq; regnum,quod Octauiani Imperatoris tempore mundo est declaratum, & sine fine utiq; erit æternum. Quod tamen,ne cui dubium uideatur,etiam numero annorum per septuaginta hebdomadas supputatio exprimitur. Sed iam uidete,quia numerus ipse in annis hebdomadarum,quem Daniel intellexit usq; ad Christum non de principio mundi assumitur,sed à tempore suo,usq; ad Christi natiuitatem porrigitur,quod frustra utique diceretur,si iam alicubi in Scripturis fuisset ante prædictum, scilicet, ut supputatis annis ab initio mundi usq; ad Christum euidẽs natiuitatis eius notio proderetur. Quid enim necessarium esset,ut futura usq; ad Christum tempora supputatis annis prophetia Danielis exprimeret,si hoc euidens locus Scripturæ,sumptis à principio mundi annorum supputationibus aperiret.Dicite ergo mihi,cur retroacta tempora, annorum calculationibus nõ quæsita sunt,quando hæc & Angelus futura prædixit,& Daniel euidentissime intellexit. Videte iam & aduertite,quia unum idemq; tempus de Christi natiuitate uerissimis indicijs,quod Iacob Patriarcha per successiones Ducum & Principum de fœmoribus Iuda prædixit,hoc etiam Daniel Propheta euidentissimis annorum supputationibus approbauit.Et usq; eo ubi Iacob de Christo prophetiam extendit, usq; eo Daniel & prophetiã & numerum declarauit.Tanta enim euidentia Iacob Patriarchæ benedictio illa prophetica cum hac annorum supputatione in Daniele concordat,ut etiam cũ ipsis historijs Gentium nullam habeant dissonantiam.Tantum ut diligenter quisq; attendat, quis cui inter Patriarchas & Reges seculi coæuus appareat.Nam manifestum est Nini ætate Abraham generatum.Quando enim Ninus super Assyrios regnãs, quadragesimum tertium sui imperij habebat annum,tunc Abraham natus ostenditur.Similiter Iacob Inachi fuisse temporibus inuenitur,quem primum Argis regnasse aiũt.Moses autem quia autor huius prophetię ostenditur,qua dixisse Iacob refert;Non deficiet Princeps de Iuda,hic inquam Mo-

Quatuor regna.

ses cum Cecrope coæuus per omnia legitur, qui primus rex fuit Atheniensium. Sic ergo inter Codices septuaginta interpretum, & historias Gentium concors numerus reperietur annorum. Ac per hoc septuaginta interpretes cum historijs Gentium concordantes, unum eundemq; ostendunt temporis finem, eumq; usq; ad Herodem in ueritate annorum limitem retinent, quem & Iacob Prophetia sua signauit, & Daniel reuelato sibi mysterio hebdomadarum expressit. Ergo anni illi, quos à principio mũdi pro hac natiuitate Christi ex codicibus Hebræorum libandos esse putatis respuendi sunt, & necessarij non sunt, quos Iacob tacuit, quos angelus non prædixit, quos Danieli ipsi supputare nõ placuit, & hi soli computandi sunt anni, quos sub septuaginta hebdomadarum præmissione Angelus docuit. Sic enim Angelus ait: Aduerte sermonem & intellige uisionem, septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio & Prophetes, & ungatur Sanctus sanctorum. Quomodo autem numerus ipse annorum, septuaginta hebdomadarum prophetiæ illi, quæ à Iacob de Christo prædicta est cõcordare uideatur, sic Eusebius in Chronicorum libro exequitur, computare incipiens easdem hebdomadas à sexagesima quinta, usq; in centesimam octuagesimam sextam olympiadem, id est, ab instauratione templi, siue Darij tempore, usq; ad obitum Hircani Pontificis, in quo Sacerdotium de fœmoribus Iudæ defecit, succedente Herode rege alienigena, in cuius tempore Christus natus est in Iudæa. Sic eĩm idem historiographus, transactis annis Hircani Pontificis prosequitur, dicens: Herodes Antipatris Ascalonitæ & matris Cypridis Arabicæ filius, à Romanis Iudæorum suscepit principatum, cuius tempore Christi natiuitate uicina, Regnum & Sacerdotiũ Iudæ, quod prius per successiones minorum tenebatur, destructum est, completa prophetia, quæ ita per Mosen loquitur: Non deficiet Princeps ex Iuda, neq; Dux de fœmoribus eius, donec ueniat cui repositum est, & ipse erit expectatio Gentium. In hoc loco etiam Christus, quẽ Danielis scriptura præfatur, accepit finem. Nam usq; ad Herodem, Christi, id est, sacerdotes erant reges Iudæorum, qui imperare cœperunt à sexagesima quinta olympiade & ab instauratione templi sub Dario usq; ad Hircanum & centesimam octuagesimam sextam olympiadẽ, annis quadringentis octuaginta tribus in medio transactis, quos Daniel quoque significat, dicens: Et scies & intelliges ab initio sermonis respondendi & ædificandi Hierusalem usq; ad Christi principatum hebdomadas septem, & hebdomadæ sexaginta duæ. Quæ sexaginta nouem hebdomadæ faciunt annos quadringentos octuaginta tres, in quibus Christi, id est, sacerdotes per unctionem consecrati regnauerunt, usq; ad Hircanum, quo extremo omnium à Parthis capto Herodes Antipatris filius, nihil ad se pertinẽtem Iudæam ab Augusto & Senatu accepit. Filijq; eius post eum regnauerunt usq; ad nouissimã Hierosolymorũ captiuitatẽ, nequaquam ex successione sacerdotalis generis Põtificibus constitutis. Hæc inq; proinde hic ad uerbũ posuimus, ut prophetiã illã Iacob, & hebdomadarũ illum in Daniele numerũ concordasse in omnibus probaremus. Eundem enim finem temporum usq; ad Christum, Iacob Patriarcha signauit, quẽ prophetia Danielis in annorum supputatione expressit. Nec enim moueat unumquemq;, quod septuagesima hebdomada, cũ sexaginta & nouẽ hebdomadibus non connumeretur, cũ infra eã prędictæ rei ueritas cõpleta mõstretur. Iam uero hebdomada una in Sacris literis pro septem annis accipitur, dicẽte domino ad Mosen: Numerabis septem hebdomadas annorum, id est, septies septeni, qui sunt anni quadraginta nouẽ. Ergo septuaginta hebdomadæ CCCC. XC. annos efficiunt. Septuagies enim septeni CCCC. XC. sunt anni, quas septuaginta hebdomadas aliqui à uigesimo anno regni Artarxersis, quando erat octuagesimę & tertiæ olympiadis annus quartus computare incipiunt, & usq; ad ducentesimam secundam olympiadem, & secundum eiusdem olympiadis annum, Tyberijq; Cæsaris annum XVIII. supra dictarum hebdomadarum numerum extendũt, uolentes infra earundem hebdomadarum numerum & natum Christum ostendere, & passum in fine septuagesimę hebdomadis approbare, sicut Africanus scriptor nobilissimus temporum refert. Alij autem à primo Darij anno, quando & Daniel hanc uisionem uidit, usq; ad aduentum Christi euolutas fuisse hebdomadas sexaginta duas, & dimidiam docuerunt, pro eo quod & in ipsa prophetia Danielis sic subdiuise monstrentur. Reliquas autem septem hebdomadas & dimidiam in passione Christi, & expugnatione Iudæorum, qua per Vespasianum deuicti sunt, completas esse

Eusebius in Chronicis.

Africanus temporũ scriptor nobilissimus.

tas esse definiunt, alium utpote ordinem regum & supputationem sequentes annorum,
quàm quod illi quos præmisimus tenuerunt. Sicut Tertullianus in libro quem contra Iudæos *Tertullianus.*
scripsit præloquitur, cuius iam breuiter uerba ponenda sunt, sic enim ait: Vnde igitur ostē-
dimus, quia Christus uenit intra sexaginta duas hebdomadas, numeremus à primo an-
no Darij, quoniam in ipso tempore ostenditur Danieli uisio, quę dicit ei: Intellige prophe
tationes sermonis huius. Vnde à primo anno Darij debemus computare, quando hanc ui
dit uisionem Daniel. Videamus ergo quomodo anni impleantur, usque ad aduentum Chri
sti. Darius regnauit annis XIX. Artaxerses XL. Ocus qui & Cyrus XXIIII. Argus annū I.
Alius Darius, qui & Melas nominatus est, annis XXI. Alexander Macedo, annis X. Post
Alexandrum, qui in Medis & Persis regnauerat, quos euicerat, & in Alexandria regnum
suum firmauerat, quando & nomine suo eam appellauit. Post eum regnat illic in Alexan
dria Soter, annis XXXV. Cui successit Philadelphus, regnans annos XXXIX. Post hunc
Esepthethac, regnauit annis XXV. Deinde Philopater, annis XVII. Post hūc Epiphanes,
annis XXIIII. Item alius Esepthethac, annis XXVII. Soter, annis XXXVIII. Ptolemæus, an-
nis XXXVII. Cleopatra, annis XX, mensib. V. Item Cleopatra conregnauit Augusto XIII.
Post Cleopatram Augustus alijs annis XLIII. imperauit. Nam omnes anni imperij Augu
sti fuerunt numero LV. Videmus autem, quoniam in quadragesimo & primo anno impe-
rij Augusti, qui post mortem Cleopatræ imperauit, nascitur Christus. Et superuixit idem
Augustus, ex quo natus est Christus, annis numero XV. Et erunt reliqua tempora annorū
in die natiuitatis Christi in annum quadragesimum primum post mortē Cleopatræ anni
CCCCXXXVII. menses X. unde adimplētur sexaginta duæ hebdomadæ & dimidia, quæ ef-
ficiunt CCCCXXXVII. & mēses sex, in diem natiuitatis Christi, & manifestata est iustitia æ-
terna, & unctus est Sanctus sanctorum, id est, Christus, & signata est uisio & Prophetes,
& dimissa sunt peccata, quæ per fidem nominis domini nostri Iesu Christi, omnibus in eū
credentibus, remittuntur. Quid est autem quod dicit signari uisum & prophetiam, quoni-
am omnes prophetæ nunciabant de ipso, quòd esset uenturus, & pati haberet. Igitur quo-
niam adimpleta est prophetia per aduentum eius, propterea signari uisionem & prophe-
tiam, dicebat: Quoniam ipse est signaculum omnium Prophetarū, adimplens omnia quę
retro de eo Prophetæ nunciabant. Post aduentum enim & passionē eius, iam non uisio-
nem quæ prophetes est, qui Christum nunciet esse uenturum. Et post paululum uideamus
inquit, aliæ septem & dimidia hebdomadæ, quæ sunt subdiuisæ in abscisione priorū heb-
domadarum, in quo actu sint adimpletæ. Post Augustū enim, qui superuixit post natiuita
tem Christi, annis XV. cui successit Tyberius Cæsar, & imperium habuit annis XXII. men-
ses septem, dies uiginti octo. Huius quinto decimo anno imperij, patitur Christus. Item
Caius Cæsar, qui & Caligula, annis III. menses octo, dies tredecim. Nero, annis IX. mēses
nouem, diebus tredecim. Galba, menses septem, diebus uiginti & octo. Vespasianus an-
no primo imperij sui, debellauit Iudæos, & fiunt anni numero LII. menses sex. Nam impe-
rauit annis XI. Atque ita in die suæ expugnationis, Iudæi impleuerunt hebdomades septua
ginta prædictas à Daniele. Attendite ergo iam studiosius, & uidete, quia si has septuagin
ta hebdomadas, secundum Eusebium, à sexagesima quinta, usque in centesimam octuagesi
mam sextam olympiadem computare uolueritis, post CCCC. & LXXXIII. annos, reperie-
tis Sacerdotium de stirpe Iuda, Hircano moriente cessasse, & Herodem regem alienige-
nam successisse, cuius tempore natus est Christus dominus noster. Si autem secundum
Tertullianum has ipsas hebdomadas supputare uelitis, in earum euolutione & natiuita-
tem, & passionem Christi, excidiumque Hierosolymorum, sicut à Propheta pręedictum est,
completū fuisse uidebitis. Etenim quando Angelus numerū istum hebdomadarū Danieli
prædixit, tunc etiam & ungi Sanctum sanctorum edocuit, & mortem ipsam Christi signi
ficauit, excidiumque Gentis Iudææ non tacuit. Si enim Danieli Angelus dixit: Daniel, nūc
egressus sum, ut docerem te, & intelligeres, ab exordio præcum tuarū egressus est sermo,
ego autem ueni, ut indicarem tibi, quia uir desideriorum es. Tu ergo animaduerte sermo-
nē, & intellige uisionē, septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ sunt super populum tuum, et
super urbem sanctam tuam, ut consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatū, &
deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio & Prophetes, &
ungetur Sanctus sanctorum. Scito ergo & animaduerte ab exitu sermonis, ut iterum ædi-
ficetur Hierusalē, usque ad Christum ducem, hebdomadæ septem, & sexaginta duæ erunt.

Et rursum ædificabitur platea & muri in angustia temporum, & post hebdomadas lxij. occidetur Christus, & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce uenturo, & finis eius uastitas, & post finem belli statuta desolatio. Ecce Angelus iste postque occisionē Christi prædixit, sic subsequenda hæc omnia nunciauit. Nunquid ista omnia post mortem Saluatoris, ciuitati illi, & ciuibus acciderunt? Nam postque clamauerunt aduersus filiū dei, ut occideretur, successit illis post aliquod tempus uindicta à domino. Venit enim exercitus Romanus, cū duce Vespasiano, & debellata est ciuitas, expugnati Iudæi, multaque millia interfecti, nullusque illuc modo permittitur accedere Iudæorum, ubi Christum crucifigē dum acclamauerunt. Manifestum est, inquam, propter Christum Iudæis ista accidisse, conspirante sensu Scripturarum cum exitu rerum, & ordine temporum. Aut si nondum uenit Christus, propter quem hæc passuri prædicabantur? Cum uenerit ergo patientur? Et ubi nunc filia Syon relinquenda, quæ nulla est hodie? Vbi ciuitates exurendæ, quæ iam in tumulis? ubi dispersio Gentis quæ iam extorris? Redde statum Iudææ, quem Christus inueniat, & alium contende uenisse? Aut si mentior, dicite ubi regnum uestrum? ubi templum? ubi Sacerdotium? ubi sacrarium? ubi conuentio Prophetarum? Nempe hæc omnia funditus defecerunt, in eo quod hostia cessauit, quod sacerdos intercidit, quod unctio pristina defecit. Si ergo cessantibus his omnibus unctio ipsa cessauit, unde ungetur Christus uester cum uenerit? Lex enim præcepit in captiuitate non licere unctionem regalis chrismatis confici? Vnde ergo ungetur, qui nascetur in Bethlehem, aut quomodo procedit de Bethlehem, cum de semine Israël nullus omnino sit in Bethlehem. Videmus enim neminem de genere Israël in ciuitate Bethlehem remansisse, ex quo interdictum est, ne in confinio ipsius regionis remoraretur, quisquam Iudæorum, ut & hoc quoque esset per Prophetam impletum, id est: Terra uestra deserta, ciuitates uestræ igne ustæ, quod bel li tempore eis euenerit. Regionem uestram in conspectu uestro alieni comedent. Quid iam ad hæc respondetis insani, & occulta dei iustitia excæcati? Vbi est terra illa promissionis, in qua habitantes, peccastis, qua deleta, migrastis? Regnum Iudæorum quæris? nō est. Altare Iudæorum quæris? non est. Sacrificium Iudæorum quæris? non est. Sacerdotium Iudæorum quæris? non est. Quæ omnia Daniel tunc cessatura prædixit, quando ungi sanctum sanctorum liquide prophetauit. Quia igitur hæc omnia iam nunc in nobis impleta esse uidetis, manifestis uos inditijs de futura Christi natiuitate mendaces, ostenditis. Ecce iam conuicti estis perpaucis quidem testimonijs prælibatis, sed fortissimis & præclaris. Sunt siquidem & alia multa in diuinis libris expressa, quæ à me nec omnia commemorari possunt, quia nimium est, nec multa, quia longum est. Præparua quidem collegimus tantum, ut uiam huius intelligentiæ panderemus. Et tamen in his quæ dicta sunt, siue quæ adhuc dici de diuinis uoluminibus possunt, nusquam reperietur alicubi esse prædictum, ut ab initio mundi, in adhibita supputatione annorum, tempus incarnationis Dominicæ dinoscatur. Tali igitur proinde rationis obiectu, breuitas illa annorū, quæ ex Codicibus Hebræis obijcitur, pro dignoscenda huius Sacramenti regula contemnetur. Iam ergo ad noui Testamenti idoneos testes & ministros Verbi transitū facientes, debito hunc librū fine claudamus.

Finis libri primi.

IVLIANI POMERII, contra Iudæos, Lib. II.



PRolatis, præmissisque Patriarchis & Prophetis, quibus prædicantibus didicimus eo Christum tempore natum, quo & ab illis expressus est nasciturus, & à nobis nunc creditur natus. Ipsa nunc noui Testamenti tempora prosequar, & quomodo nunciante Angelo cœperint curiosius inquiram. Et certe sacramentum illud septuaginta hebdomadarum, de Christi natiuitate, Daniel per Angelum didicit. Similiter & Zacharias, apparente sibi Angelo, Ioannem filium de se generandum audiuit. Et Maria Angelo sibi prædicente, Christum

Christum ex se nascẽdum,& credit & sensit. Hæc tria per Angelum dicta & completa uidemus. Iam ergo solicite intuendum est,utrũ Angelus iste, qui Zachariæ & Mariæ apparuit,ipsi quoq; Danieli illa prædixerit.

Equidem ipse Daniel in prophetiæ suæ uolumine, quando illa sacramenta hebdomadarum de Christi natiuitate, per Angelum futura cognouit, sic ipsius Angeli nomen euidenter expressit. Dicit enim: Ecce uir Gabriel, quem uideram in principio cito uolans, tetigit me, & dixit: Daniel, animaduerte sermonem & reliqua, quæ tibi commemorantur.

Item his temporibus, secundum Euangelium, Angeli ipsius nomen mirificum sic inuenitur expressum. Dixit enim idem Angelus Zachariæ: Ego sum Gabriel, qui adsto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi Euangelizare. Quod etiam de beatæ Mariæ uirginis partu, sic in eodem Euangelio legitur. Missus est, inquit, Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam uiro, cui nomen Ioseph, & nomen uirginis Maria. Iam ergo manifestum est, quod unus idemq; Angelus Gabriel fuerit, qui & præfixa illa tempora Danieli de Christi natiuitate aperuit, & partum uirginis præsentem esse monstrauit.

Ad tempus itaque præfinitum occurrit, & olim à se dicta operis efficientia completa esse conuincit, & illic fidelis in prophetia hebdomadarum, & hic fidelis per mysterium reuelatum. Nunquid aliud annorum illa supputatione prædixit, aliud hic in temporum manifestatione exhibuit? Quod illic instruxerat prophetam, hoc hic probare uoluit in Maria. Nihil ergo dubitationi, nihil errori relinquere uoluit, qui & illa tunc cum adhuc non essent futura prædixit, & hæc postea, ne illa non crederentur manifesta monstrauit.

Sequamur ergo Euangelizantis huius Angeli uocem, & sicut eam, cum in prophetia loqueretur, probauimus fuisse ueridicam, sic hic cum in Euãgelijs loquitur, cognoscamus esse completam.

Ait enim Mariæ Angelus iste: Ecce, cõcipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi Dominus deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Vbi post aliqua sequitur,

Factum est cum impleti essent dies ut pareret, & peperit filium suum unigenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat eis locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem, & ecce Angelus domini stetit iuxta illos, & dixit illis: Ecce, euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Vbi post aliqua adhuc dicit: Venerunt pastores festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positũ in præsepio. Vnde & nato iam Iesu in Bethlehem Iudææ, iuxta quod Euangelium refert: Ecce Magi ab Oriente uenerunt Hierosolymam, dicẽtes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum. Vidimus enim stellam eius in Oriente, & uenimus adorare eum. Audiẽs autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et cõgregans omnes Principes Sacerdotum & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt: In Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iudę, ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israël.

Hi iam mihi respondeant uolo, qui tantæ dispensationis ingrati sunt sacramento, ad tantam perquisitionis diligentiam, qua Herodes Sacerdotum Principes de Christi natiuitate interrogat, atq; in tanto regis metu, & in tanta cura respondentium Scribarum, quomodo non potuit eo tunc tempore hæc quæstio de hac annorum contrarietate per codices Hebræorum, aut libata monstrari, aut monstrata euidentia obijci, quo seipsos possent cum rege suo territo consolari. Sic enim scriptum est: Turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo.

Et certe rex iste licet prophanus promissum Christũ in libris Hebræorum audierat, & ideo

ideo ne Christo ueniente regnum perderet metuebat. Si enim Christum prophetatum in illorum literis non audisset, nequaquam à Principibus & Scribis, ubi nasceretur exquireret. Turbatus est autem non solum rex ipse, sed & omnis Hierosolyma cum illo. Omnis, scilicet, conuentus docentium, omnia subsellia Iudæorum. Vnde & à rege solicite perquisiti prophetiam indicem protulerunt, quod in Bethlehem Iudææ, Christus Dei filius nasceretur. Turbato enim rege & perterrito, poterat de hac annorũ supputatione ex codicibus suis tale aliquid demonstrare, unde Christum nasci tunc adhuc non oportere manifesta annorum supputatione ostẽderent, si hoc pro certo in diuinis paginis lectitassent. Sed quod in Lege & in Prophetis non erat insertum, nec ab illis est dictum, nam qui locũ ubi nasceretur, indice Scriptura, ostenderunt, poterant similiter & quando nasceretur, id est, adhuc eum sperari debere futurum, legitima ostendere supputatione annorum. Ecce ueritas responsionis eorum, non personaliter creditur, sed legaliter comprobatur. Hoc enim quod scriptum nouerant, ueraciter protulerunt. Nihil de hac annorum supputatione adhibitum, quod ex libris suis nato Christo diceretur contrarium. Nam & in reliquo tempore, Iudæis ipsis uolentibus scire, utrum ipse esset Christus, in omnibus eorum interrogationibus & responsionibus Christi, nusquam hæc annorum obiectio, aut ab illis obiecta, aut à Domino terminata est. Denique sic de his in Euangelio legitur: Ambulabat Iesus in templum, in porticum Salomonis, circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis, si tu es Christus, dic nobis palam. Similiter & Princeps Sacerdotum, dixisse Domino legitur: Adiuro te per Deum uiuum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius dei. Quanquam & à Ioanne quærunt, utrum ipse sit Christus, & de eis Euangelium dicat, quod alij dicebant, hic est Christus, quidam autem dicebant: Nunquid à Galilæa Christus uenit? Nónne Scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & Bethlehem castello, ubi erat Dauid, Christus uenit? Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Nunquid in hac tam multiplici dissensione Iudaica, si aliquid eos supputatio annorum secundum codices suos iuuasset, non ex hoc audacius resultarent, & certis locis Scripturarum, illo tunc tempore, non debere Christum nasci, sed adhuc sperandum eum oportere ex ipsa euidenti annorum supputatione conuincerent. Sed ecce, nec disputatio, siue dissensio Iudæorum opinione aliqua annorum præstringitur, nec manifestatio Christi huiusmodi calculationibus declaratur. Iam ergo uidendum est, quid talibus fuerit à Christo responsum: Loquor, inquit, uobis, & non creditis: Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Alio quoque loco sic eis respondit: Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit ueritati. Scrutamini Scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam æternam habere, & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me, & non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Ego ueni in nomine patris mei, & non accipitis me, si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis. Nolite putare, quia ego accusaturus sim uos apud patrem, est qui uos accuset, Moses in quo uos speratis. Si enim crederetis Mosi, crederetis forsitã & mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis? De his etiam alio loco dicit: Si non uenissem, & loquutus eis fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationẽ non habent de peccato suo. Hæc siquidem domini uerba sunt. Post hæc duos iam illos post resurrectionem suam, discipulos euntes in castellum quod uocatur Emaus, cũ de resurrectione sua dubitantes & colloquentes, aspiceret, unde eos instruxerit, unde eos in fide sua firmauerit, audiamus. Sic enim eis locutus est: O stulti, & tardi corde ad credendũ, in omnibus quæ loquuti sunt Prophetæ. Nónne hæc oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Mose & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de illo erant. Ecce, quomodo se ipse Christus manifestauit ignorantibus, non supputatione à principio mundi annosa, sed testimoniorum ueritate conspicua. Cæterum hunc uere dei filium, & multiplices dæmonum legiones confessæ, & elementa ipsa testantia prodiderunt, & resuscitata à mortuis corpora protestata sunt. Si ergo nõ uis, ô Iudæe, de Christo Angelis credere, crede dæmonibus, crede nunciantibus cœlis, patefactis sepulchris, resurgentibus mortuis. Filium enim Dei esse eum, Angelus docuit, & stella ostendit, & Magorum adoratio prodidit, & uox de nube tonans patefecit, & columba monstrauit, & Ioannes agnouit. Iam ergo quale Ioannes hic testimonium perhibuerit Christo, diligenter audite, & uidete abhinc tantam nubem testium, tantamque

numero-

numerositatem fidelium aduentu præteritæ natiuitatis Christi, utrum calculationibus totius seculi euolutis discendum esse probauerint, an fidei ueritate & ipsi cognouerint, & alijs dignoscendum tradiderint. Primus ergo Ioannes iste, uulua matris sterilis genitus, & nouæ uitæ prædicator egregius, fide Christum agnitum credidit, non supputans annis explorare tentauit. Agnouit enim Christum, & manifestatione prophetica, & corporis ueritate monstrata. Ipsis etenim signis Christum agnouit, quibus eum prophetatum Esaiæ uaticinijs didicit. Sic quippe idem Esaias, ex persona dei patris dicit: Ecce seruus meus, suscipiam eum, dilectus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum, iudicium Gentibus profert. In his duabus sententijs Esaiæ, quibus pater filium, & electum, & complacentem sibi appellat, nec non quod spiritũ suum daturum se ei pronunciat, Ioannes hic, in baptisato iam ipso Domino, ea impleta sic narrat: Vidi, inquit, spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum, & qui misit me baptisare in aqua, ille mihi dixit: super quem uideris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptisat in Spiritu sancto. Et ego uidi, & testimoniũ perhibui, quia hic est filius dei. Nam & baptizato iam Domino, uox de cœlo facta est, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Quod enim Esaias dixit ex uoce patris: Dedi Spiritum meum super eũ, hoc Ioannes præsentia corporali uidit impletum, cum dicit: Vidi Spiritum descendentem, quasi columbam de cœlo, super eum. Et quod in Esaia scribitur iterum: Electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, hoc ab Euangelista repetitur, factam uidelicet fuisse uocem de cœlo dicentis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Propheta quidem Esaias, speciale de domino uaticinium præbuit, sed hic Ioannes, plusquam Propheta digito ipso dominum demonstrauit, in quo hæc specialiter impleta esse probauit. Ecce quibus signis atque indicijs, Ioannes Christum dei filium didicit, unde etiam interrogantibus se Iudæis, utrum ipse esset Christus, perfectum illis de Christo testimonium perhibuit, atque dixit: Nõ sum ego Christus, medius autem uestrum stetit, quem uos non scitis, ipse est, qui ante me factus est. Vbi etiam sequitur. Altera die, uidit Ioannes Iesum uenientẽ ad se, & ait: Hic est de quo dixi, post me uenit uir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Equidem & Ioannes iam in uinculis tentus, duos e discipulis ad dominum misit, dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Scire magnopere cupiens, utrum ipse dei filius, qui in mundum uenisse iam uidebatur in carne, ipse per se ad inferna descenderet. In qua sciscitatione satis apparet, quod si supputatis annis ab Adam, aduentum Redemptoris mundi posset addiscere, consultum domini non quæsisset, cui sola annorum calculatio hæc sufficeret scienda. Nam ipse sacerdotali genere clarus, & in lege nutritus, illo tunc tempore, non potuit hæc obiecta proponere, si hæc natiuitate Christi contraria præuidisset, ut diceret: Adhuc necdum tempora impleta sunt, nec dum supputatio quinque millia est suppleta annorum, adhuc sperandus est Christus, qui redimat mundum. Absit: Nihil tale bonus ille Christi seruus obiecit, sed potius responsa sibi à domino credidit. Interrogauerat enim Magistrum per discipulos, dicens: Tu es qui uẽturus es, an alium expectamus? Et dominus ad illos: Euntes, inquit, renunciate Ioanni quæ uidistis & audistis. Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur, & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Ecce, non est scandalizatus Ioannes in Christo, sed potius euidens perhibuit testimoniũ Christo. Post hunc sequuntur omnes Christi discipuli, aduentus Christi gratia renouati, qui Christum dei filium in carne uenisse, non calculationis industria, sed testimoniorum diuinorum euidentia didicerunt, credentes, non quod secundum impios digitorum supputatione colligitur, sed quod secundum pios fidei reuelatione sentitur. Sic Andreas fratrem suum Simonem Petrum ex hoc credibilem facit, dicens: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Sic Philippus Nathanaëli Christum insinuans, dicit.

Quem scripsit Moses in Lege & Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Sic Petrus ipse discipulorum omnium primus, nullis calculationum obicibus, prædicationem suam obnoxiam cernẽs, inquit: Notam facimus uobis domini nostri Iesu Christi uirtutem & præsentiam, speculatores facti illius magnitudinis. Accepit enim à deo patre honorem & gloriam, uoce delata ad eum huiusmodi: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Et hanc uocem nos audiuimus de cœlo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto, ubi post aliqua sic dicit: Fuerũt pseudoprophetæ in populo

isto, sicut uobis erunt magistri mendaces, qui subintroducentes sectas perditionis, & eos qui emit eos, dominum negent. In qua etiam adhuc Epistola sequitur: Vos igitur fratres praescientes cauete, ne insipientum errore seducti, excidatis à propria firmitate. O quàm dilucide hic sanctus Apostolus huius temporis maliciam, longe ante praedixit, & testimonium Christo, non solum credendo, sed etiam uidendo perhibuit. Sequamur adhuc magni huius doctrinam Apostoli, & uideamus tot millia Iudaeorum, ad eius praedicationem conuersa, utrum aliquid de ijs annis praedicanti Petro obijciant, an auditis eius monitis conquiescant. Quando enim quinquagesimo, post resurrectionem Christi die, Spiritus sanctus super Apostolos uenit, & linguis omnium Gentium sunt locuti magnalia dei, scriptum est: Stans Petrus, eleuauit uocem suam, & locutus est. dicens: Viri Iudaei, & qui habitatis in Hierusalem uniuersi, hoc uobis notum sit, & auribus percipite uerba mea. Non enim, sicut uos aestimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia, sed hoc est quod dictum est per Prophetam Iohel: Et erit in nouissimis diebus, dicit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij uestri, & filiae uestrae. Vbi dum de Christi passione & resurrectione, eos post aliqua conuinceret, sic repetens, dicit: Certissime ergo sciat omnis domus Israël, quia & Dominum eum & Christum Deus fecit hunc Iesum, quem uos crucifixistis. Vbi statim subiungitur. His auditis, compuncti sunt corde. Qui enim receperunt sermonem eius, baptizati sunt, & appositae sunt in illa die animae circiter tria millia, & erant perseuerantes in doctrina Apostolorum. Ecce nec praedicatio Petri, obnoxia fuit annorum supputationibus, nec ipsa quoque tot millium Iudaeorũ multitudo de hac supputatione à Petro quicquàm explorare tentauit, sed in prolatis tantum ab eo testimonijs credidit, & compuncta corde quieuit. Hac etiam & simili regula Iacobus Hierosolymam, Thomas Indiam, Macedoniam Matthaeus illustrat, caeteraque omnis multitudo Apostolica, Christum dei filium simili doctrina in mundum uenisse, & uerbo praedicauit, testificata est. Nec enim hi homines praedicationi suae obuia annorum curricula ex Hebraeorum Codicibus percensere, quae utique ad natiuitatis Christi caussam nil pertinent. Nempe nec ipsi quoque Iudaei alicubi leguntur de hac annorum disceptatione, aut cum Apostolis decertasse, aut dictis Apostolicis restitisse, praesertim cum eo tunc tempore Iudaei ipsi adhuc, & patriam tenentes & regnum, & necdum dispersi tanto fulgerent instrumento doctrinae, quanto utique amplo & regni, & honoris sui adhuc fungebantur honore. Si igitur hi, & legisperitia rudes, & numerositate ipsa Scribarum & Principum doctiores, nihil sibi tunc de hac annorum disputatione, sunt blanditi, qua fronte nunc ista obijciunt, qui in dispersione Gentium traditi tantò sunt à legisperitia alieni, quantò & à solo proprio probantur exclusi. Transeamus deinde ad Paulum ipsum, uas electionis, Apostolum, qui & ipse adprime in lege nutritus, & ad pedes Gamalielis edoctus fuit, ita totius ueteris instrumenti notione praecognitus, ut nefas sit credere eum aliquid in illis literis latuisse. Etenim ipse ad Galathas refert. Audistis, inquit, conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar Ecclesiam dei, & expugnabã illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coaetaneos in genere meo. Abundantius aemulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei, qui me segregauit de utero matris meae, & uocauit per gratiam suam, ut reuelaret filiũ suum in me, continuo non acquieui carni & sanguini. Videte, quaeso, uocationem Pauli, quia reuelato sibi Christo filio dei, non acquieuit carni & sanguini. Qui ergo reuelato sibi dei filio, credidit, itaque promissum sibi ex lege Christum agnouit. Nam qui tanto furoris zelo persequebatur Ecclesiam, facile potuit de hac annorum opinatione uanissima agere contra eam, si tamen iuuari ex hoc persensisset in aliquo partem suam. Si enim aliquid ex his annorum numeris traditum sibi percepisset ex lege, utique plus ex hoc posset dei Ecclesiam expugnare, & ex hoc maiorem contra eam repugnandi materiam sumaret, ex quo id in lege insertum esse, monstraret. Nam qui dicebat, quando uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, potuit dicere: Plenitudo temporis necdũ uenit, quia sex millium annorum series, expleta secundum Hebraeos Codices non concurrit. Ergo ideo plenitudinem temporis iam uenisse dicebat, quia mysterium temporum reuelatum sibi agnouerat. Sic enim ad Ephesios dicit: Notum, inquit, fecit nobis deus pater sacramẽtum uoluntatis suae, secundum bonum placitum eius, quod proposuit in eo in dispensationem plenitudinis temporum restaurare omnia in Christo. Hoc quippe mysterium dispẽ-

satio est plenitudinis temporum, ut statuto tempore omnia complerentur. Ergo quando uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum, qui ante uenire nõ potuit nisi mysteriũ temporis impleretur. Cum ergo semel mihi Christus natus, passus, & sepultus fuerit, & ad patrem uictor ascenderit, non necesse habeo ueterum numerum, quia iam pro certo teneo mysterium reuelatum, quod euidenter agnoscitur in plenitudine temporũ. Hoc quippe modo plenitudinem temporis, quo Christum nasci oportuit, per mysterium sibi reuelatum Paulus agnouit, nec tamen illis annorum numeris didicit. Vnde & Galathis uolentibus ad Iudaismum transire, annuntiãs illis Christum, mordaciter scribit. Miror quod tam cito transferemini ab eo, qui uos uocauit in gratiam Christi, nisi sunt aliqui, qui uos conturbant, & uolunt subuertere Euangeliũ Christi. Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet uobis, præter quod Euangelizauimus uobis, anathema sit. Hic, inquã, uas electionis & Apostolus gentium, in omnibus disputationibus suis, quas cum Iudæis habuit siue Græcis, nusquam repertus est his annorum supputationibus, aut oppugnãs adhuc Euangelium usus, aut prædicans Euangelium delectatus, sed testimonia legis & prophetarum proponens in patulo manifesta, Iudæorũ conuincebat insaniã. Sic quippe de eo scriptum est: Saulus autem magis conualescebat & confundebat Iudęos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. Ecce Paulus affirmabat Christum uenisse non completione annorũ ex codicibus Hebręorũ adhibita, sed testimoniorũ euidẽtia ex diuinis libris prolata. Nam iuxta quod in Actibus apostolicis scribitur: Ingressus Paulus & Barnabas in synagogam die sabbathorũ, post lectionem autem legis & prophetarũ, miserũt principes synagogæ ad eos, dicentes: Viri fratres, si quis est in uobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens, ait: Viri Israëlitæ, & qui timetis deum, audite: Deus plebis Israël elegit patres nostros, & plebem exaltauit, cum essent incolæ in terra Aegypti &c. Ex eo tempore sequens, usque ad tempus Dauid, ex cuius semine natum Christum ostendit, deinde quæ in Christo acta sunt per passionem & resurrectionẽ manifestis testimonijs explicauit. Nec tamen aliquid de hac annorum supputatione secundũ codices Hebręorũ elicuit. Quippe cui necesse nõ fuit ad comprobandum sacramentũ tantæ rei supputatio annorum à principio mundi. Sequitur & dicitur in scriptura: Secundum consuetudinẽ Paulus introiuit ad Iudæos, & per tria sabbatha disserebat eis de scripturis, adaperiens & insinuans, quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis, & quia hic est Iesus Christus, quem ego annuncio uobis. Nunquid in his omnibus disputationibus suis, cũ quotidie Iudæis scripturas aperiret, si aliquid ex hac annorum opinione prædicationi suæ contrariũ comperisset, non statim, aut planum faceret illis quod latebat, aut respueret quod debebat? Stephanus quoque primus Christi martyr similiter non supputatione temporum, sed testimoniorũ affluentia contradicentes sibi Iudæos frequentissime conuincebat. Sic enim scriptum est: Surrexerunt quidam de synagoga, quæ appellabatur Libertinorum & Cyrenensium, & Alexandrinorũ, & eorum qui erant à Cilicia, & Asia, disputantes cum Stephano, & non poterant resistere sapientiæ, & Spiritui sancto, qui loquebatur ex eo, propter quod redarguebãtur ab eo cum omni fiducia. Ecce, redargutos & conuictos Iudęos per Stephanum legimus, nec tamen aliquid de hac annorum supputatione in suis disputationibus inuenimus. Vnde & Iudæis ipsis non de hac opinione obsistẽtibus, sed in solita obstinatione durantibus, dixit: Dura ceruice, & incircuncisi corde & auribus, uos semper Spiritui sancto resistitis, sicut & patres uestri. Quid iam de Iacobo Apostolo, fratre domini referam, qui rogatus à Iudæis, ut testimonium de Iesu eisdem expetentibus perhiberet, docebat hunc esse Saluatorẽ. Et tamen siue qui uerbum eius susceperunt, siue qui ab illo inuidia intercurrente discissi sunt, nil tale ab eo requirunt, quod ad hanc supputationẽ annorum pertinere uideatur, cum tamen ipse ueritatis testis existens, & hunc eundem dei filium prædicans Christum, glorioso martyrio coronatur. Quod etiam & Iacobus frater Ioannis Apostoli hunc ipsum dei filium Iudæis prædicans Christum, nullis annorũ opinionibus, prædicationẽ suam obnoxiam sentiens longo tractu testimoniorũ diuinorum docuit, ea omnia quæ prædixerat in domino nostro Iesu Christo fuisse completa. Postremo Ioannes opinabilis ille Christi discipulus pectoris dominici suauitate perfusus, in epistola sua idipsum apertissime & dilucide commendans dicit: Omnis spiritus, qui confitetur Christum in carne uenisse, ex deo est. Et omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex deo est. Nos ex deo sumus, qui nouit deũ, audit

Paulus.

Stephanus.

Iacobus.

Iacobus Zebedæus.

Ioannes euangelista.

Incipiunt tituli eiusdem in librum tertium.



T facilime lector pro uindicatione ætatis sextæ ratio respondendi occurrat, hæc primum capitula studiose attendat.

Quod ætates mundi non in annis, sed in generationibus agnoscantur. I.

Quod siue in Hebræis, siue in septuaginta interpretum Codicibus per singulas ætates, non æqualis numerus reperiatur annorum, ut quasi unaquæq; ætas id habeat an non. II.

Quod instar sex dierum, & sexta ætas hominum, & sex ætates seculi comprobentur. III.

Distinctio quinq; ætatum in generationibus disposita, & per quãtas unaquæq; ætas generationes discurrat. IIII.

Quæ sit ratio, ut duæ illæ ętates ab Adam usq; ad Abraham denis generationbus includantur, reliquę autem tres usq; ad Christum, in quaterdenis generationibus distinguanť. V.

De exemplis scripturarum, quibus instruimur quod ętates seculi non in annis sed in generationibus debeant computari, eò quod Matthęus generationes Christi regias, Lucas autem sacerdotalis generis quasdam lineas exequatur. VI.

Quę sit ratio, ut Christus in sexta ętate seculi nasceretur, eò quod siue plures siue pauciores esse anni uideantur, nihil impediant ad plenitudinem generationum. VII.

De supputatione annorum utrorumq; codicum, eo quod breuitas annorum secundum Hebręos obiecta, nihil obsit ad comprobandã ętatem seculi sextam. VIII.

De Epiphanio, Augustino, atq; Hieronymo, quid de annis senserint, uel quã cui translationem prætulerint. IX.

Renotatio annorum per singulas quasq; ætates, secundum septuaginta interpretes. X.

IVLIANI POMERII, contra Iudæos, Lib. III.



Alumniatoribus fidei Christianæ tertio adhuc huius operis libello respondens, qui assumptis annis à principio mundi, secundũ codices Hebræorum quintã seculi ætatẽ insana temeritate causanť. Hoc primũ omne genus Christianorũ admoneo, ut quoties quisquis Christianorũ, à quolibet Iudæo secũdum codices Hebręorũ assumptis annis ætates ipsas cõputare audierit, non illi cor suũ inflectat, ut secundũ numerũ eorundẽ annorũ easdem ętates supputandas accipiat, sed secũdũ præfinitũ numerũ generationũ eas determinatas agnoscat. Nõ enĩ ętates ipsę annorũ numero prænoscunť, sed anni ipsi distinctis generationũ ętatibus colliguntť. I.

Quia uero nequaq;, singulæ quęq; ętates ęquali annorũ numero terminanť, alibi enim maior alibi minor, & per singulas dispar in annis numerus reperiť. Quis ergo, quantusq; annorũ numerus habeať melius intra ipsas ętates, prout cuiq; placuerit, supputandus excipitur. Non enim secundũ Euangeliũ enumeratis annis, sed supputatis generationibus peruenitur ad Christum. Ergo ætates ipsę seculi, non in annis, sed in generationibus colligendę sunt. Nequaquam igitur pręposterò ordine est agendum, ut in annis ætates, sed anni in ętatibus agnoscantur. II.

Iam ergo dicam, & rationes sex ætatũ aperiam. In sex quippe diebus, fecit deus cœlum & terram, & omnem à se formatã distinctis diebus condidit creaturã, unumquenq; diem luce initians, uespere consumãs, dicente scriptura: Factum est uespere & mane dies unus. Secundũ hos igiť sex dierũ numeros atq; rationes, sex quoq; ętates in unoquoq; homine prænoscunť, in quibus uita ipsa perficitur. id est, infantia, pueritia, adulescentia, iuuentus, grauitas, senectus. Fac ergo totos homines quicunq; ab Adam usq; in pręsentẽ diem fuerunt, quasi unum hominẽ esse, & persona unius hominis totius seculi tibi figuram appone, & per quantas ętates seculum istud, quasi unus homo transierit, uel in qua ętate modo consistit, ratione facilima peruidebis. III.

Ab Adam enĩ usq; ad diluuiũ, ętas prima porrigiť, quæ denis generationibus terminať. Secunda post diluuiũ usq; ad Abrahã, similiter per decem generationes euoluitur. Tertia deinde ętas seculi, usq; ad Dauid, quatuordecim generationib. protelať. Quarta post hęc IIII.

similiter denis & quaternis generationibus, à Dauid usq; ad transmigrationem Babylonis producitur. Quinta dehinc ætas seculi sequitur à transmigratione Babyloniæ, usq; ad Christum, quæ & ipsa similiter denis & quaternis generationũ articulis terminatur. Iam deinde sexta ætas seculi sequitur, in qua Christus dei filius de Maria uirgine nascitur. Quæ ętas, quot annis, quotq; generationibus protrahatur, à nullo hominum comprehenditur.

V. Cur autẽ duæ ætates illæ ante Abrahã per denos generationũ numeros currant, & tres istæ in Euangelio denis & quaternis generationũ lineis seruiãt, ratio mõstrabit adhibita. Ab Adam usq; ad diluuiũ decem generationes excurrunt, quæ ætas prima in infantiã deputatur. Et ut noueris euidenter prædictarũ generationũ decem uocabula, attende hic ea per ordinẽ supputata. Adam enim genuit Zeth, Zeth genuit Enos, Enos genuit Cainan, Cainã genuit Malalahel, Malalahel genuit Iared, Iared genuit Enoch, Enoch genuit Matusalẽ, Matusalẽ genuit Lamech, Lamech Noẽ. Hæc inquã prima ętas cum mane suo & uespere supputatur, quia sicut unusquisq; dies à luce incipit, & in uesperũ finit, sic ætas hæc ab Adam cœpit, & pro uespera diluuiũ habuit. Secunda igitur ætas à diluuio usq; ad Abraham denis similiter lineis generationũ porrigitur. Sem enim genuit Arfaxar, Arfaxat genuit Cainan, Cainan genuit Sale, Sale genuit Eber, Eber genuit Faleg, Faleg genuit Reu, Reu genuit Saruc, Saruc genuit Nabor, Nabor genuit Thare, Thare genuit Abrahã, à quo ætas seculi incipit tertia. Hæc inquã ætas habuit mane suum post diluuij excessum, cuius uespera fuit cõfusio illa linguarũ. Quod etiã & in subsequentib. ætatibus, similiter de mane isto & uespere, studiosus lector si quæsierit renouatũ reperiet. Iam nunc accipe rationẽ, quare sit factum, ut hę duæ ętates denis generationibus terminentur. Et certe ętas hominis prima infantia est, secũda pueritia. Quę duę ætates, exceptis quinq; sensibus corporis, in quibus naturalis sensus aut motus est, nihil euidenter aut cognitione discreta attingit, aut actionis opere pficit. Nam & actio temeraria est sine cognitione, & sine actione ignaua cognitio. Et ideo prima uita hominis, cui nulla administratio recte creditur, quinq; sensibus corporis dedita est, qui sunt uisus, auditus, olfactus, gustus, tactus. Et ideo, ppter solos quinq; corporis sensus, quibus ætas talium uigere probatur, geminatur idem quinarius numerus, propter utrunq; sexũ, quia idem quinq; corporis sensus, sicut inesse masculis, ita & in fœminis comprobantur. Ideo duę istę ætates denario generationũ numero finiuntur. Tres inde ætates seculi, quæ in Euangelio computantur, bis septeno generationũ numero distinguuntur. Ab Abrahã enim usq; ad Dauid, generationes XIIII. Et à Dauid usq; ad transmigrationem Babylonis generationes XIIII. Et à transmigratione Babylonis usq; ad Christũ generationes XIIII. Iam ergo uidendũ est, cur istę tres ætates seculi bis septeno generationũ dinoscantur numero terminari. Equidẽ iam superius diximus, duas illas ætates ab Adam usq; ad Abrahã, quasi infantiã atq; pueritiã, solis quinq; corporis sensibus deditas extitisse, pro eo quod non potest in his duabus ætatibus, aliquid sublime aut cognitione percipi, aut actione formari. Solis ergo, sicut dictum est, quinq; sensibus corporis uigent. Infantia iam deinde & pueritia explicita, succedente adulescentia, accedit homini & cognitio discreta, & actio necessaria. Quæ duo si quinq; illis corporis sensibus addantur, septem fiunt. Item septem si propter utrũq; sexum iterum duplicentur, quia sicut in uiris, ita in fœminis accidũt XIIII. sub uno efficiuntur. Et hęc est ratio, ut duę illę ætates denis generationũ numeris currant, tres istę bis septem generationum articulis seruiant. Quinque sanè ætates seculi diximus, quas non in annis, sed in generationibus agnoscamus.

VI. Vt ergo agnoscatis ętates ipsas seculi nõ annorũ supputatione debere addisci, sed generationũ determinatiõe oportere intelligi, sanctũ nobis Euangeliũ satisfacit. Tres quippe ętates, quas ab Abrahã usq; ad Christũ in ordine ponit, certis & determinatis generationum lineis dirimit. Nec enim ut tres illos ætatũ articulos demõstraret, aliquid de annorũ numeris posuit, cum tamen tres illas ętates, denis & quaternis generationibus, explicauerit. Sic enim in Matth. Euangelio legitur. Omnes generationes ab Abrahã usq; ad Dauid, generationes XIIII. Et à Dauid usq; ad transmigrationẽ Babylonis, generationes XIIII. Et à transmigratione Babylonis usq; ad Christũ, generationes XIIII. Quod fortasse nequaquã Euangelista in distinguendis ętatibus obseruaret, scilicet ut non eas annorũ numeris, sed generationibus proderet, si non hoc ipsum etiã obseruatũ in lege ueteri pro distinguendis ætatibus pręuidisset. Iuxta hunc enim modum, duas illas ætates, unam ante diluuium secundã post diluuiũ inuenimus in libro Genesis terminatas. Enumeratis enim illic generationibus,

tionibus, ab Adam usq; ad Noë, antequã ingrederetur Arcam, quæ decem utiq; generationes erant, sic dicit scriptura: Hæ generationes Noë. Similiter post diluuiũ secũdæ ętatis generationum seriem pandens, sic eadẽ scriptura cõmemorat, dicens: Hę generationes Sem. Enumerãs easdem generationes à Sem filio Noë usq; ad Abrahã, numero decem. Tertiã quoq; ætatẽ seculi sequẽs similiter agit, à qua Matth. incipiens Euãgelista digestis generationũ articulis, tres seculi ætates explicuit, duas illas retroactas ætates necessario prætermittens, quæ quasi infantia & pueritia gignendis filijs aptæ non essent. Quis ẽm usitata lege naturæ, ante 13. ætatis suæ annũ potest gignere filios? Et ideo Euang. nitẽs secundũ carnem generationẽ dñi explicare, ab Abrahã quasi ab adulescentia narrationẽ suam cœpit extendere, ex qua ætate potest homo filios generare, ꝓpter semen Abrahæ, in quo benedicendæ omnes gentes fuerant repromissæ. Sic ergo reddita ratio docet, & ætates seculi, nõ in annis, sed in generationib. quęrere, pro eo quia cuiuslibet ætatis distinctione, non inuenimus in scripturis, hi sunt anni generationũ, sed istę sunt generationes, sicut dictũ est, prima seculi ætate finita, hę generationes Noë, uel cũ ætas secũda à Sem usq; ad Abrahã memoratur, ubi similiter scribit: Hæ sunt generationes Sem. Cum tamen neq; in prima, neq; in secunda ætate seculi sit scriptũ, hi sunt anni generationũ, sed hæ sunt generationes. Volens ergo scriptura ostendere ætates seculi, non in annorũ debere opinione constitui, sed librata generationũ numerositate rimari, pſertim cum in multis scripturarũ locis, ubi per generationes certus ordo tẽporum dirigit, anni penitus taceant, nec tamẽ ex hoc tempora ipsa seculi in quocunq; frustrant. Ergo nõ satis est attendere summã annorũ, ubi per generationes efficientia comprobat ætatum. Hoc ẽm more sanctarũ scripturarũ quędã uidemus legẽ à deo promissa, quæ nõ in annis, sed in pfinitis generationib. prædicunt implenda. Nec ẽm hominis cuiusq; uel prophetantis sermone prędicitur, sed ipsius dei uoce signatur quod ad Abrahã dñs loquit. Quarta, inquit, generatione filij Israël de terra Aegypti reuertent, quod non in annis, sed in generationibus uidet tunc fuisse impletũ. Etenim si replices genealogiã Leui, quarta generatione filios Israël de terra Aegypti egressos esse reperies. Leui ẽm genuit Cahat, Cahat genuit Ambrã, Ambrã genuit Aaron, Aarõ genuit Eleazar, Eleazar genuit Phinees. Cahat aũt cum patre suo Leui ingressus est Aegyptũ. Rursum Eleazar cum patre suo Aaron egressus est Aegyptũ. A Cahat usq; ad Eleazar cõputant generationes quatuor. Sic ergo futura & plena à deo liberatio seruitutis Israëlitici populi non in annis, sed in generationibus prędicta est adimpleri. Hoc quippe modo & Cain peccatũ septena generationũ uindicatione expiandũ prædicit. In septima ẽm generatione Cain peccatũ est dissolutũ, quia & in septima generatione à Lamech, qui septimus ab Adam est, Cain ipse occidit. Iam deinde & peccatũ ipsius Lamech, qui eum occidisse præscribit, in septuagesima septima differtur generatione purgandũ. Iuxta q̃d de eo scriptũ est: Septuplũ ultio dabitur de Cain, de Lamech uero septuagies septies. Ab Adam enim usque ad Christum generationes LXX. & VII. per ordinẽ colliguntur, sicut in Lucæ Euangelio legitur. Ab ipso enim Christo illic incipit, & usq; ad Adam, uel deum, à quo ipse Adam creatus est, peruenitur. Et ideo Lamech peccatũ, quasi totius mũdi in septuagesima septima generatione, Christi uidelicet aduentu, est purgatũ. Vnde & ipse dominus huius sacratissimi septuagesimi septimi numeri in Euangelio sacramentum cõmendans, remittenda esse peccata docet, non solum septies, sed etiam septuagies septies. Nec enim LXXVII. istæ generationũ lineę, quas secundum Lucam ab Adam usq; ad Christum, historialis ordo cõmendat, aliquid generationibus illis, quas à Matthęo cõmemorant, in quocunq; præiudicant: alias enim generationũ lineas Lucas exequit, alias Matthęus rimatur. Lucas enim sacerdotalis generis prosapiã sequens, & à Christo filio dei incipiens, usq; ad Adam, & ipsum deũ à quo formatus est LXXVII. lineas generationũ explicuit. Matthęus aũt regiæ stirpis generationũ executus est numeros, in quibus per quaternos & denos generationũ articulos, tres mundi ętates expssit. Aetates ergo seculi, quas pdiximus quinq; usq; ad Christũ fuisse, non secundũ Lucã, qui sacerdotale genus exequitur, sed iuxta Matthæum, qui regias generationes digerit, cõputandæ sunt. Etenim Christi filij dei carnẽ sic ex utroq; genere credimus propagatã, ut & regio semine floreat, & sacerdotali propagine sit gloriosa. Iuxta semen ergo regium quod Matthæus exequit, adiectis illis duabus ętatibus, id est quę ab Adam, usq; ad Abrahã denis generationibus currunt, quinq; ętates seculi cõputandę sunt. Sic ergo annorũ supputatio attendenda, sed generationũ cunctis

rimãda est linea. Quando ergo falsitas Iudæorũ, ô studiosissime Christiane, per annos ex codicibus suis libatos, ętates seculi coram te noluerit definire, ut quasi per millenos, ætates ipsas mundi determinatas uideaſ ostendere, non illic traharis in spiritu erroris, sed reuertere ad spiritũ ueritatis, ut secundũ Euangeliũ & exẽpla scripturarũ, quæ superius posita sunt pro dignoscentia harum ætatum, omnẽ illam annorum supputationẽ, secundum codices Hebræos despicias, & has solum enumerationes generationũ intendas, quas ab Adam audisti usque ad Christum distinctis lineis terminatas.

VII. Iam nunc quæ sit ratio, ut hac sexta ætate eũ nasci oporteret, studiose lector addisce. Scilicet, ut quia sexto die fecerat hominẽ, sexta etiam ætate seculi ueniret ad humani generis reparationẽ. Hinc ergo iam securi de hac annorũ quæstione, omnes Apostoli & Apostolici uiri, eò quòd harũ ætatum summa non in annis, sed in generationibus sit locata, non curarunt quid in Hebręorũ codicibus annorũ traheretur in summã, dummodo patesceret generationũ series plena. Quid enim interest, quantis unusquisq; illorum annis adiuxerit, dummodo generationũ numeros plenius scit? Si enim aliquid numeri de generationibus subtrahatur, confusio utiq; ætatum agnoscitur. At ubi plenus numerus generationũ consistit, quid opus est de annis seculi satagi, quando omnis summa ætatum, certis & præfinitis generationũ numeris currit. Tu Iudęe, ut annos inuenias per generationes, hoc ipsum addiscis. Nec enim quot anni à principio mundi fuerint, scire ullo modo poteris, nisi hoc prius per singulas generationes inueneris. Si igitur generationũ ordo frustratur, quę ueritas remanebit annorũ? Anni enim, nisi per generationes nullo modo cognoscuntur. Quid ergo? Nunquid potest ita generationibus agi, scilicet, ut non queant, sine annis intelligi. Generatio enim, & in paucis, & in multis annis potest addisci. Anni uero sine generationibus nulli poterunt reperiri. Cedo igitur, quod unaquæq; generatio bis denis tantum annis aduixerit. Nunquid aliquid annorũ iste numerus me impedit, quando mihi generationum series satisfacit? Ergo hoc tenendum, hoc etiam tota fide seruandũ est, ut pro hac dinoscentia sextæ ætatis, & dominicæ incarnationis distributos singulis ætatibus generationum ordines obseruemus, in quibus non solum nullus error, sed magnę ueritatis est reuelata ostensio, & quibus in tantum tuti ab errore erimus, in quantum olim natum Christum supputata serie generationum agnoscimus.

VIII. Iam ergo si placet & de ipsis annis à principio mundi collectis, quos nõ aliter nisi per decurrentes generationes colligitis, satagite, & inde adhuc aliquid si potestis. Et siquidẽ iam supra probatũ sit, nil officere, nec contrariũ esse annorũ illam breuitatẽ ex codicibus Hebræorum libatam, quo minus ostendatur ætas seculi sexta, tamen sine præiudicio quæstionis huius, si, uerbi gratia, hoc solum uultis scire de annorum summa, id est, ab origine mundi, usque ad Christum, quot anni transierint, nec non & quibus ob hoc codicibus oporteat credi, id est, utrum codicibus Hebręorũ, an secundum septuaginta translatorum, uiui cordis hic iam apponite sensum. Etenim si quęramus annos à principio mundi, usque ad natiuitatẽ Christi, secundum codices septuaginta translatorum, subsequentibus etiam quibusdam historiis gentium reperiuntur ab Adam usq; ad Christum anni 5200. Et quicquid aliud superest, secundum quosdam historicos, qui annorum mundi seriem conscripserunt. Secundũ codices aũt uestros, multo minus anni inueniunſ, in tantum, ut in solis duabus generationibus ante diluuiũ, & post quæ usq; ad Abrahã per ordinẽ currunt, in quas etiam hęc ipsa annorũ diuersitas inter utrosq; codices uix M.D.XL. anni, & parũ supra aliquid colligantſ. In illa enim prima ætate inueniunſ ab Adam usq; ad diluuium, anni M.DC.LVI. Et à diluuio usq; ad Abraham reperiũtur anni CC.XCII. Secundũ codices autẽ septuaginta Interpretum, reperiuntur ab Adam usque ad diluuiũ, anni 2242. Et à diluuio usq; ad Abraham, anni 1072. qui in duabus istis ætatibus computati sunt sub uno, anni 3314. Quibus si addantur anni illi, id est, à tertia ætate usq; ad Christũ quinq; millium annorũ, & supra quod remanet, summa complebiſ. Ecce minor numerus reperitur annorũ in codicib9 Hebræorũ, quàm in codicibus septuaginta Interpretũ, in tantũ, ut etiam præsentẽ usque diem, necdum adhuc quinq; millia annorũ uideantur expleta, qui tamen & ipsi nil tempori natiuitatis Christi præiudicant, quod sub tanta euidentia generationũ ordo cõmendat. En quia adstruximus, & de ipsis annis quid utriq; codices habent, nunc restat, ut consideremus, quibus codicib. maior debeatur authoritas. Hic iam dicat unusquisq; quod sentit. Nunqd breuitas ista annorũ ex codicib. Hebræis ostensa, cõtemptis annis illis pluribus, qui

qui in æditione septuaginta Interpretũ continentur, præferenda ullo modo iudicabit, qui prophetandi potius munere quàm transferendi officio diuinas scripturas, reuelante sibi dño, transtulerunt, apud quos etiam hæc supputatio reperitur annorũ. Ergo illa nobis & sola pro his annis est obseruãda authoritas septuaginta Interpretũ, quæ merito omnibus æditionibus & translatoribus antefertur, quam etiam usque omnes Doctores Ecclesiastici tenuerunt, & in hac præcipue annorum supputatione secuti sunt. De quorum etiam uenerabiliũ septuaginta Interpretũ laude atq; prępollẽti authoritatis fastigio, quid unusquisq; doctorũ senserit, breuiter adnotabo. Epiphanius enim ille Cypri Salamine magnæ grauitatis antistes, sic de laude septuaginta Interpretũ refert in opusculis suis. Dicit enim: Admirari id oportet, nec audeat quis reprehensione dignum ducere, sed potius laudet, q̧ ex dei consilio ac uoluntate sũ factũ, ut LXXII. uenerabiles cõuenerint in insula Fari, quæ Anagogæ, id est, superior terra nominar̃. De quorũ etiã laude idem uir adhuc post aliqua prosequitur. Non sunt inuẽti, inquit, dissoni, sed dei mirabile opus apparuit agnoscendũ, quia idem uiri donum Spiritus sancti perceperant, cuius Spiritus solius erat tam cõsonantissimos facere ipsos Interpretes, ita ut ubicũq; pro manifestatione sermo erat addendus, omnes simul adijcerẽt, & ubicunq; pro minus ornata repetitione demendũ, uniuersi simul adimerent. Vbi etiã post alia subiungit. Vbicunq; ab eisdẽ translatoribus, aliquid est adiectum, cõgrue apposuere sermones, ad intelligentiã & iuuamẽ Gentiũ, quæ erant ad fidem dei uocandæ, & ex diuinis ueteris ac noui Testamenti monitis hæreditatẽ percepturæ uitæ ppetuæ. Hæc siquidẽ sanctus Epiphanius refert. Cæterum & beatus August. quid de laude talium referat, iam audite: In libro enim 15. Ciuitatis dei, sic dicit: Merito creduntur septuaginta Interpretes accepisse propheticũ spiritũ, ut si quid eius authoritate mutarẽt, atq; aliter quàm erat, quod interpretabanr̃ dicerent, neq; hoc diuinitus dictum esse dubitaretur. De quibus etiã idem uir adhuc in decimo octauo libro eiusdẽ operis replicat, dicẽs: Cum fuerint & alij interpretes, qui ex Hebræa lingua in Græcã sacra illa eloquia transtulerunt, hanc tamẽ quæ septuaginta est, quam & ut sola sit, recipit Ecclesia, eaq; utunr̃ Græci populi Christiani, quorũ pleriq; utrum alia aliqua sit ignorant. Ex hac septuaginta interpretatione, etiam in Latinã linguã interpretatũ est, quod Ecclesiæ Latinæ tenent. Vnde sequitur Ecclesiæ Christi tot hominũ authoritati ab Eleazaro tunc Põtifice, ad hoc tantũ opus electorũ, neminẽ iudicant præferendũ, quia si non in eis unus apparuisset Spiritus, sine dubitatione diuinus, sed inter se uerba interpretatiõis suæ septuaginta docti more hominũ cõtulissent, ut quod placuisset omnibus hoc maneret, nullus eis interpres debuit anteponi. Hæc siquidẽ de laude septuaginta Interpretũ, satis dicta sufficiant. Cæterũ de hac annorũ diuersitate quid inter Hebræos, & nostros codices distet, idem D. August. in prædicto opere eandẽ uentilat quæstionẽ dicẽs: Inter Hebræos, & nostros codices de ipso numero annorũ nõnulla uider̃ esse distantia. q̧d ignoro, qua ratione sit factũ. Non tamẽ tanta est, ut illos homines tam longęuos fuisse dissentiãt. Nam ipse homo primus Adam, antequã gigneret filiũ, qui est appellatus Seth CCXXX. uixisse an. reperir̃ in codicib. nostris: In Hebræis aũt CXXX. perhiber̃. Sed postq; eum genuit DCC. uixisse legir̃, in nostris DCCC. uero in illis, atq; in utrisq; uniuersitatis summa cõcordat. Ac deinde per cõsequẽtes generationes anteq; gignar̃ qui gigni cõmemorar̃, minus uixisse apud Hebręos pater eius inuenitur C. an. Sed postq; est genitus idem ipsi C. minus q̃ in Hebræis, inueniunr̃ in nostris. Atq; ita numeri uniuersitas cõsonat, & hic & inde. In sexta aũt generatiõe nusq; utriq; codices discrepãt, in septima uero, ubi ille qui natus est Enoc, nõ mortu⁹, sed quod placuerit trãslatus esse narrar̃. Eadẽ dissonãtia est, quę in supioribus quinq; de centũ annis, anteq; gigneret eũ, quibus cõmemoratus est, filiũ, atq; ita in summa similis consonãtia. Vixit eñ annos anteq; transferrer̃, secundũ utrosq; codices CCCLXV. Octaua generatio, habet quidem nonnullã diuersitatẽ, sed minorẽ ac dissimilẽ cæteris. Matusalẽ quippe quem genuit Enoch, anteq; gigneret eum, qui in ipso ordine sequir̃, secundũ Hebręos, non centum minus, sed uiginti amplius uixit annos. Qui rursus in nostris posteaq; eum genuit reperiunr̃ additi, & in utrisq; sibi summa uniuersi numeri sibi occurrit. In sola noua generatione, id est, in annis Lamech filij Matusalę, patris aũt Noẽ, sũma uniuersitatis discrepat, sed nõ plurimũ. Viginti eñ & quatuor annos plus uixisse in Hebręis, q̃ in nostris codicib. inuenir̃. Nanq; anteq; gigneret filiũ, q uocat⁹ est Noẽ, sex minus habebat in Hebręis q̃ in nostris. Vnde ex illis detractis restãt XXIIII. ut dictũ est. Hucusq; D. August. Quod quare sit factũ

ut in prima, secũda, tertia, quarta, quinta, & septima generatione C. plus anni inueniant̃ secundum codices septuaginta, qui dettahunt̃ in codicibus Hebræorũ, quando unusquisq; de illis filium generasset, licet suprà hic Doctor cur factum fuerit ignorare se dicat, tamẽ quid sibi ex hoc in posterũ uideat enunciat. Dicit enim: In his annis, in quibus cõtinuaiur ipsius mendositati similitudo, ita ut ante genitũ filium, qui ordini inserit̃ alij supersunt C. anni, alibi desunt. Post genitũ aũt ubi deerãt supersunt, ubi supererant desint, ut in summa cõueniant. Et hoc in prima, secũda, tertia, quarta, quinta, & septima generatione inuenit̃, uidet̃ habere quãdã, si dici potest, error ipse cõstantiã, nec causam redolet, sed industriã. Qua de re post modicũ insert. Nimirũ cũ uellet persuadere qui hoc fecit, ideo numerosiss. annos uixisse antiquos, quos breuissimos nuncupabant, & hoc de maturitate pubertatis, qua idonei filijs gignendis, conarent̃ ostendere. Atq; ideo in illis centũ annis, decem nostros insinuandos putaret incredulis, ne homines tam diu uixisse recipere in fidẽ nollent, addidit C, ubi gignendis filijs habilẽ nõ inuenit ætatem, eosdemq; post genitos filios, ut cõgrueret summa detraxit. Sic qppe uoluit credibiles facere idonearũ generandæ prolis conuenientias ętatum, ur tamen numero non fraudaret uniuersas ętates uiuentiũ singulorũ. Hęc licet beatus hic doctor subtilis ingenij acumẽ extendens de tantæ rei ambiguo dispuraret, nõ tamẽ affirmando, sed existimando, qd sibi uideret̃ exposuit, scilicet cum in remediũ credulitatis eorũ hoc factũ esse arbitrat̃, quib. nullo modo credibile esset, tot ãnos homines illius seculi uiuere potuisse, nisi eos & in hoç matura pubertas gignendorũ filiorũ credibiles faceret, id est, ut etiã si per breuissimos annos illos hoc ipsum cõputare uoluissent, habilẽ semp in gignẽdis filijs inuenirẽt ætatẽ, qui decẽ an. quales nũc habemus, centũ suos conabant̃ astruere. Quã tamẽ opinionẽ pdictus doctor, nec confirmãs, nec reprobans, sic finaliter claudit: Quomodolibet, inqt, istud accipiat̃, siue credat̃ ita factũ, siue nõ credat̃, siue postremo ita, siue nõ ita sit recte fieri, nullo modo dubitauerim. Post hæc iã de incertis ad certa sine dubio, mẽtis oculũ dirigẽs, & de hac ipsa annorũ diuersitate, finalẽ disputationis suæ sententiã promẽs, sic sequit̃ dicens: Non uacat q septuaginta interptes in plurimis quæ diuersa dicere uident̃, ex Hebręis codicib. emẽdare ausus est nemo. Non eñ est illa diuersitas putata mendositas, nec ego ullo modo putandũ existimo. Sed ubi nõ est scriptoris error, aliqd eos diuino spiritu ubi sensus est, & cõsentane⁹ ueritati, & pdicans ueritatẽ, non interpretantiũ munere, sed prophetantiũ libertatẽ aliter dicere uoluisse credendũ est. Vnde merito nõ solum Hebręis, uerũetiam ipsis cũ adhiber testimonia de scripturis uti apostolica inuenit̃ autoritas. Et hęc siquidẽ dicens, quid etiã alios de hac annorum uarietate sensisse meminerit, relatione opinabili interponit. Sic eñ dicit: Inquiunt nõ esse credibile septuaginta interpretes, qui uno simul tẽpore unoq; sensu interpretati sunt, errare potuisse, aut ubi nihil eorũ intererat uoluisse mẽtiri. Iudęos uero dũ nobis inuidẽt, quod lex & prophetæ ad nos interpretando transierũt, mutasse quędã in codicibus suis, ut nostris minueret̃ autoritas. Cęterũ hic doctor cum in iam dicti operis lib. 16. ætatis secundæ faceret mentionẽ, sic dicit: Secundo igitur anno post diluuiũ, Sem gen. Arfaxat, Arfaxat aũt cum esset CXXXV. annorũ genuit Cainan. Qui cum esset CXXX. annorũ, genuit Sala. Porro etiã ipse totidẽ annorũ erat quando genuit Eber. Centum uero & triginta quatuor agebat annos Eber, cum genuit Faleg, in cuius diuisa est terra diebus. Ipse aũt Faleg uixit CXXX. an. & genuit Ragau. Qui CXXXII. an. genuit Seruc. Et hic CXXX. an. gen. Nachor. Et Nachor LXXIX. an. gen. Thare, qui LXX. an. gen. Abrahã. Fiunt itaq; anni à diluuio usq; M.LXX. secundũ uulgatã ęditionẽ, hoc est, interpretũ septuaginta. In Hebręis autẽ codicibus longe pauciores annos perhibẽt inueniri, de quibus rationẽ aut nullam aut difficillimã reddunt. Hæc beatus August. de annis breuibus Hebræorũ, unde nulla ratio reddetet̃ exposuit. Qui tamẽ egregius doctor, si in breuitatẽ istam annorũ ex Hebręorũ codicibus proditã aliquod periculũ fidei, quod absit, instare uidisset, aut eandem breuitatẽ contrariã tẽporibus natiuitatis Christi quolibet defendẽte inspiceret, qua cõiectat̃ ab aduersarijs fidei Christianę, necdũ adhuc sextã ętatẽ seculi aduenisse, hic totum se ad respondendũ conferret, hic etiã spirantibus uentis, tota disputationis uela laxaret ubi eum tale aliquid dicere loci oportunitas expectaret, & nõ superius diceret de hac ipsa diuersitate annorũ, quare sit factũ ignoro. Cum ignorantiæ huius error, in quo dñicę natiuitatis contradicit sacramento. Sed quia in hac ipsa annorũ distantia, nihil uidit esse contrarium, quo minus sexta ætas seculi probaret̃, non fuit, quare aliquid quod sciendum sibi

esse

esset ex hac uarietate annorũ sequeretur pro ætatibus agnoscendis, quas distinctas nouerat generationibus præfinitis. Cum siue illi breuiores anni secundũ Hebræos, siue isti multiplices secundũ codices nostros patefacta, ut dictum est, generationũ scire, nõ cogant nos aliud intelligere, nisi sextã ætatẽ seculi esse. Iam uero quid ex hoc D. Hieron. sentiat intuẽdum est, qui omnes annos ab initio mundi usq; ad Christũ in Chronic. lib. Eusebij, quẽ de Græco in Latinũ uertit, nõ de Hebræis, sed de septuaginta interpretũ codicib. intelligere uoluit, id specialiter in præfatione sua præmittens. Dicit enĩ: Neq; me fugit in Hebræis codicibus dissonãtes ætatũ annos inueniri plus uel minus, prout interpretib. uisum est lectitari, sequendũq; illuc potius q̃d exemplariorũ multitudo idẽ traxit. Et hæc uir ipse beatæ memoriæ Hieron. dixit, qui diuinas scripturas de Hebræo in Latinũ eloquiũ uertit. Quis rogo iam nõ manifeste uideat illis prorsus de hac annorũ supputatione septuaginta interpretibus credere, qui multiplicẽ annorũ seriẽ illam, prout dictũ est, non interpretantiũ munere, sed prophetantiũ libertate proscripsisse creduntur? Sufficiat ergo nunc usq; probatũ uobis fuisse, nullã esse annorũ summã, quæ tẽporibus natiuitatis Christi uideatur esse cõtraria. Similiter & quod ætates seculi nõ annorũ supputatio æqua, sed generationũ numerositas distributa distinguat, ac proinde quia & hoc probatũ est uobis, quibus codicibus de ipsis annis fidem adhiberi oporteat, ipsas quoq; iam hinc mũdi ætates secundũ septuaginta interpretes, cum annis suis supputatas accipite, & quã annorũ summã, una quæq; ætas intra se uideat concludere, tandẽ aliquando cõfusi sentire. Hoc tantum admoneo, ne cuiq; illud uideatur esse contrariũ, quod in tertia & qnarta ætate seculi, nõ ipsarũ generationũ hic anni ponuntur, quæ secundũ Euangeliũ Matthæi positæ sunt, quandoquidẽ generationes ipsas in eadem tertia & quinta ætate seculi nõ sic cum suis annis dispositas, sicut in prima & secunda ætate seculi, & annos pariter & generationes inuenimus adscriptas.

PRIMA AETAS.

Præmissis quinq; diebus in sexto die Adam formatus est. Adam an. CCXXX. gen. Seth. X.
Seth an. CCV. gen. Enos. Enos an CXC. gen. Cainan. Cainã an. CLXX. gen. Malalahel. Ma- Anno mundi
lalahel an. CLXV. genuit Iared. Iared an LXII. gen. Enoch. Enoch an. CLXV. gen Matusalã. CCXXX.
Matusalã an. CLXVII. gen Lamech. Lamech an. CLXXXVIII. gen. Noë. Noë an. DC. factum est diluuium.

SECVNDA AETAS.

Sem an. II. post diluuium gen. Arfaxat. Arfaxat an. CXXXV. genuit Cainan. Cainan an. CXXX gen. Sala. Sala an. CXXX. gen. Eber. Eber an. CXXXIIII. ge Faleg Faleg an. CXXX. gen Ragan. Ragã an. CXXXII. gen. Seruc. Seruc. an. CXXX. gen. Nacar. Nacar an. LXXIX. gen Thare. Thare an. LXX. gen. Abrahã. Hæc secunda ætas quam per denas generationes diximus currere, unam minus habet secundũ codices Hebræos quæ hic ponitur, id est, illam quæ dicitur Cainan. Quam tamẽ generationẽ & septuaginta Interpretes memorãt, & Euangeliũ secundum Lucam confirmat. Hæ autem duæ ætates seculi, id est, una ante diluuium, ideo nullam habent difficultatẽ in peruentione annorum, quia directis generationum lineis currunt, sicut est unum ex altero propagatum.

TERTIA AETAS.

Tertia dehic ætas seculi sequitur, in qua ideo post cõmemorationẽ Abrahæ, Isaac, Iacob, & Ioseph per Hebræorũ seruiturẽ in Aegypto, & tempora Iudicũ anni quærunt, quia in generationes illas XIIII. quæ per Matthæũ, ab Abrahã usq; ad Dauid cõmemorantur, non ubiq; anni ipsi manifeste patescunt. Quod propterea dicimus, ne contrariũ aliquid uideatur cuiquã, quod alius illic generationũ, alius hic autorũ ordo seruetur, ubi anni quærunt, cum illic euidens tantundẽ ordo generationũ texatur, qui peruenit usq; ad Christũ, hic autem sola annorum ueritas describatur, quæ in annis fidem collocet temporum.

Isaac an LX. genuit Iacob. Iacob an. XC. genuit Ioseph. Ioseph an. CX. Hebræorum seruitus, an CXLIIII. Moses an. XL. Iosue an. XXVII. Otoniel an. XL. Aoth an. LXXX. Debbora an. XL. Gedeon an. XL. Abimelech an. III. Thola an. XXIII. Iair an. XXII. Iepte an. VII. Abella an. VII. Abdõ an. VIII. Sampson an. XX. Heli sacerdos an. XL. Samuël & Saul an. XL.

QVARTA AETAS.

In hac quarta ætate si cuiquã forte contrariũ esse uidetur, quod non ipse numerus quatuordecim generationũ hic seruetur, qui in Matthæo complectitur, attẽdat inter Ioram regem & Ionathan omissa Athalia tres reges in medio prætermisisse Matthæũ, qui hic cum annis ponuntur, & in Euangelio detrahuntur, pro eo quod Ioram geneti se miscuerat

impijssimæ

impijssimæ Iezabel, & idcirco usq; ad tertiam generationem memoria tollitur, ne in sanctæ natiuitatis ordine poneretur. Quanquam & illud præ cæteris considerare conueniat, quod plures fuerunt successiones, pauciores autem generationes. Non enim quæ regum, eadem generationum sunt tempora. Vnde & Matthæus eos quos ad generationẽ nō putauit pertinere, prætěrijt, sic, inquam, fiet ut usq; ad Ieconiã XLII. generationum numerus non offendat. Dauid an. XL. Salomon an. XL. Roboan an. XVII. Abia III. Asaph an. XLI. Iosaphat an. XXV. Ioran an. VIII. Ocozias an. I. Atalia an. VII. Ioas an. XL. Amasias an. XXIX. Ozias an. LII. Ioathan an. VI. Achat an. XXVI. Ezechias an. XXIX. Manasses an. LV. Ammon an. XII. Iosias an. XXXII. Ioacim, qui & Ieconias, an. XI. Sedecias an. XI.

Anno mundi 3474.

QVINTA AETAS.

Quinta ætas à transmigratione Babylonis usq; ad Christum, quam Matthæus per generationes sex sequit̃, quia in progeneratorib. ipsis, utpote in captiuitate cõstitutis, quis quot annis uixerit, non facile noscit̃, ideo melius numerus annorũ ętatis huius usq; ad Christũ, per historias Gentiũ cognoscendus adhibet̃. Hebræorũ captiuitas LXX. an. Darius an. XXXIIII. Huius tempore Iudæorũ captiuitas absoluta est. Xerses an. XX. Arthaxerses an. XL. Darius XIX. an. Arthaxerses an. XL. Arthaxerses an. XXVI. Xerses an. IIII. Darius an. VI. Alexãder V. an. Ptolemęus an. XL. Philadelphus an. XXXVIII. Euergetes an. XXVI. Philopater an. XVII. Epiphanes an. XXIIII. Philometer an. XXXV. Euergetes an. XXIX. Soter an. XVII. Alexander an. X. Ptolemæus an. VIII. Dionysius an. XXX. Cleopatra an. II. Iulius Cæsar. an. V.

Anno mundi 4608.

SEXTA AETAS.

Anno mundi 5284.

Octauius Cęsar regnauit annos LVI. Huius XLI. anno, iuxta quod Tertullianus, Hieronymusq; restantur, Christus dei filius, de Maria semper uirgine nascitur, & Tyberij Imperatoris tempore crucifigitur, qui regnauit an. XXIII. Ab initio itaq; seculi usq; ad tempus natiuitatis Christi, quando XLI. annus Octauiani Cęsaris fuit, eueniunt anni 5325. Iam uero residuus annorũ numerus, à tempore natiuitatis Christi usque in præsens, in promptu est unicuiq;, & scire si uolet, & supputare si placet, assumptis uidelicet annis, secundum Eram, ab ipsa dñi incarnatione. Era enim inuenta est ante 38. annos, quàm Christus nasceretur. Nunc aũt acclamat̃ Era esse 724. Detractis igit̃ 28. annis, ex quo Era inuenta est, usq; ad natiuitatẽ Christi residui sunt, 686. anni. Reliquũ igitur huius sextæ ætatis tẽpus, id est, à præsenti die, usq; in horam ipsam finis seculi, quot annorũ spacijs protendat̃, soli deo est cognitum. At nunc sit gloria ipso unigenito Christo filio dei, per quem repudiata interim manifeste patescit opinio illa uestra uanissima, qua & sextam adhuc ætatẽ seculi expectatis, & seculũ istud in sex millibus tantũ annis stare confingitis, quos iam & ipsos trãsactos esse probabitis, si studiosius attendatis. Repetendũ est igitur quod audistis. Ab initio enĩ mundi, usq; ad Christum, computatos diximus annos 5325. quibus si addantur anni ab incarnatione domini 686. usq; in pręsentem diem, id est, quando Sereniss. Eruigius princeps imperij sui uidetur habere annum, computati sub uno 6011. anni efficiuntur. Quos etiam si iuxta aliorum historias computare uelitis, propensiorẽ, & maiorẽ fortasse annorũ numerũ comprobabitis. Si, inquã, transactis sex millibus annis. Quid iam nunc Iudęorũ falsitas agis? quãdo perdito regno & sacerdotio, traheris in errorẽ, & generationũ nesciens ordinem, in solis annis tibi futuram collocas fidem. Ecce multipliciter uictus, & cõuictus es, de ætate seculi sexta, & Christi natiuitate preterita. Nil enim uerum quod respondeas, inuenies, quia & per ætates iuxta codices tuos generationũ ordine patefacto succumbis, & per ipsam annorum summam secundum codices uulgatę æditionis manifeste deijceris. O quàm dolendus est error tuus. Nulla enim te prophetalis historia iuuat, nullus historicus ordo confirmat, iam signa tua non uides, iam non est propheta, nubibus enim mandauit, ne pluant super te pluuiam, & adhuc dicis nasciturum esse Christum. Expecto, inquis, qui iam olim uenit in mundum. Vere multum erras, multum desipis, multum stertis, grauiter enim corruisti, ô Israël, in iniquitatibus tuis collisus es, confractus es, conquassatus es. Viam perdidisti, uiam ergo sequere, ut per uiam uenias ad salutem, Amen.

FINIS.

Georgij

GEORGII FLORI BALdini de oratione & precib. compend.



PRimum igitur (quia omnis nostra de oratione futura est disputatio) uidēdum est unde dicatur oratio, & quid sit, & à quibus instituta, quotuplex, & an pars sit religionis: reliqua, quæ ad eam pertinent, dein facile prosequemur. Orare etsi ueteres pro agere aliquando usurparunt, unde & oratores, qui causas agerent, dicebantur, idem tamen est quod precari & petere, quasi ore agatur, ut ad deum proprie maiores nostri preces & uerba quæ fierent, orationes appellauerunt, quanquā ea omnia quæ animo cōcepimus, oratione explicātur, ut pro omni sermone capiatur oratio, qui perfectam contineat sententiā, ut sit oratio uerborum & dictionū concinna compositio consumatā sententiam, remq; perfectam significans, & si nōnulli structurā tantum uerborū esse uoluerunt composito exitu ad clausulam terminatā. Alij uero ore missam, & per dictiones & uerba ornatam pronunciationē, ut dicta oratio quasi oris ratio, uel à græca origine, ut censet grammaticus Diomedes, ἀπὸ τοῦ ὀαρίζειν, hoc est, sermocinari. Eam Plato quinaria diuisione distinxit, quia aliud uult esse genus, quo utuntur in concionibus ad suadendum uel dissuadendum hi, qui administrant rempub. quod ciuile appellādum esse censet, Rhetores deliberatiuū uocant. Aliud, quo utunē Oratores demonstrationi inseruientes, dum laudant uel uituperant, uel accusant quempiam, quæ genera orationū (ut uoluit Aristoteles, & item Cicero) suis membris distinguuntur, cum procemium, siue exordiū, & initium, narrationem, diuisionem, confutationē, confirmationē, epilogum, siue conclusionē contineant. Tertium genus, quo priuati inter loquendum familiariter utuntur. Aliud interrogationibus responsionibusq; accōmodatum, quod dialecticorū & sophistarū peculiare sit. Quintum artificibus conuenire, dum de sua arte differentes loquuntur. Est autem oratio, qua de agitur (ut quod sentio semel dicam) quædā pia mentis expressio, qua aliquid à deo honeste petimus. At Augustinus in libro de uerbis domini petitionem dicit esse quandam, & alibi pium mentis affectum directum in deum, & plerunq; ne pigritetur, in uocem prorumpentem, de quo in c. quando autem de consecra. distin. 1. ut etiam possit esse oratio sine uerbis. Ex quo Cassianus super Paul. ad Timoth. eam quadrifariam diuidit. In obsecrationē scilicet, qua quis pœnitētia ductus pro perpetratis maleficijs ueniam deprecaē. Item in orationē ipsam, qua uult fieri ascensum intellectus in deum, ut aliquid ei pie casteq; uel uoueatur uel offeratur. Postulationē tertio loco: quam Spiritus & charitatis feruore pro alijs quis solet emittere. Gratiarū postremo actionē, quam bona mens deo refert per excessum effabilem, ut ipse uocat, reminiscendo præterita dei beneficia uel contēplando præsentia uel inspiciendo futura iam præparata. At uero Bernardus in quodam suo sermone Obsecrationes fieri dicit affectu uerecundo, Orationes puro, Postulationes amplo, Gratiarum actiones humili & deuoto. Ego autem siue obsecremus, siue deprecemur, siue postulemus, siue gratias agamus, siue supplicemus, omnia uerbo orationis contineri existimo, ut generale sit uerbū accōmodatum omnia complecti: quibus uel gratias agimus pro acceptis beneficijs, pro uictorijs, pro rebus bene gestis, uel dolorem animi ob aliqua perpetrata delicta exprimimus ueniā deprecantes, uel aliquid pro nobis siue pro alijs pie postulamus fieri, dari, concedi, præstari, remitti, largiri, amoueri, & auerti, si quæ immineāt pericula obsecramus, quasi sacra facientes exorare gestiamus, & petamus: siue ut etiam quæ incepturi sumus, prospera, fecunda, fortunata, ad uotaq; succedant, supplicemus. Erant autem supplicationes, quas nostri modo letanias, modo rogationes, modo processiones uocant (λιτὰς græci appellant) quod qui rogabant, & precabantur plicati & proni precando quasi genua eius numinis, cui precabantur, attingere niterētur, & ad ea uelut religionis plena adorantes manus tendere. Vetustissimū & ab eo quidem tempore quo homines esse cœperunt, & si alium apud alios ritū orandi fuisse constat, ut nunquam defuerit religioni suus honos. Nam & prothoplasmū & eius filios non solum iram dei, qua in eos ob inobedientiam & defectionem exęstuabat, orationibus atq; sacrificijs mitigasse, uerum etiam futura pleraque præuidisse, & aliquando salutem suo generi sibi & po-

& posteris exorasse sacræ literæ testantur. Quid de Abraham? Iacob? Isaac? Ioseph? Moseq́ꝫ referemus? Quid de Daniele? Helia cæterisq́ꝫ prophetis? quos tantum apud deum oratione ualuisse credi par est, ut quæ impossibilia humano iudicio uidebant, exorauerint, ut factu nutu diuino facillima fuerint? Dauid ille fortissimus ex infimo loco ad regiam dignitatem euectus, qui Goliam singulari certamine superauit, qui finitimas Gentes Iudęis infestas domuit, nunquam bella suscepit, nunquam expeditionem parauit aduersus hostē nisi prius deo Opt. Max. præcib. orationibusq́ꝫ pacato. Comparata deinde uictoria mox hymnos cecinit ei gratias agens, ut plane ostenderet dei benignitate & gratia, nō sua uirtute aut industria tantam se uictoriam & fœlicitatem consecutum fuisse. Quid cū peccasset in ocio? in libidinemq́ꝫ lasciuiendo prorupisset, ob idq́ꝫ affligeretur, in spiritu plerumq́ꝫ clamat? Domine ne in furore tuo arguas me. Et item: miserere mei deus, & item: domine exaudi uocem meam clamantis ad te, & item: domine exaudi orationem meam, auribus percipe uerba oris mei, & item: Domine exaudi orationē meam & clamor meus ad te perueniat. Et item: De profundis clamaui ad te domine. Et iterum: Ad dominum cum tribularer clamaui. Salomonē quoq́ꝫ paternæ uirtutis emulatorem idem factitasse comperimus. Cyro ad auum Astiagem profecturo huiusmodi mandata dedit pater Cambises (ut est apud Xenophontem) ut nihil publicis priuatisue in rebus ageret, nisi sacris prius rite peractis, deorumq́ꝫ uolūtate orationibus augurijs sacrificijsq́ꝫ ac supplicationibus perspecta & cognita. Humanū enim genus erroribus inuolui ac fallaciarū plenum esse. Deos autē cum semper fuerint, cumq́ꝫ omnia norint præsentia, præterita & futura, inuocatos adesse consultationibus hominum, quibus propitij ob pietatem esse solerent, sæpiusq́ꝫ ostenderent signis quid agere, quibusue abstinere oporteat. Quod si noluerint omnibus consultum esse, nō mirum uideri debere, cum nulla necessitate urgeātur, ut quæ nolint curent. Quo sanctissimo monitu atque mandato institutus Cyrus nihil unquam siue priuatim siue publice egit, quin prius litaret, precaretur, oraret, mentemq́ꝫ deorum obsecrationibus, sacrificijs, ceremonijs, carminibusq́ꝫ placaret, ac sibi conciliaret, partaq́ꝫ uictoria iterū litando orandoq́ꝫ dijs gratias ageret. Quibus effectum est, ut magnum atq́ꝫ amplum imperium sibi & posteris diuturnū deuictis hostibus cōparauerit, Persasq́ꝫ antea gentem ferocem & indoctam & religionis extorrem ad mitiorem cultum, mansuetioremq́ꝫ uitam, & ad religionem redegerit. Nonne Romulus, etsi magis arma, quam religionē coluisse traditur, cum bello Sabino turpem suorū fugam quodam prælio infeliciter inito sistere non posset, ad præces, orationes, obsecrationes uotaq́ꝫ se conuertit? Quibus assecutus fuit, ut sisteret Romanus adempto metu aduersus hostem, qui à tergo iam uictor instabat, & restituta acie, non tantum æquata fuerit pugna: sed ad Curtium usque lacum hostem cum cede & strage repulerit. Numam Pompilium eius in regno successorē Iouem è cœlo præcibus & oratione elicuisse ferunt. Orauit etiam Tullus Hostilius, cum ad Tyberis & Aniennis confluentem in Fidenates, & Veientes aciem direxisset cognita Albanorū ad hostes defectione. Et uictor confestim extitit exercitus, qui pro uicto iure habebatur, iam spe & uiribus impar hostibus factus. Romani item, ut iusta arma mouere uiderentur consulta semper religione bella indicebant. Augurijs, auspicijsq́ꝫ ac supplicationibus omnia prius tentabant, & Nemesim maxime, quam deam uocabant pręcationibus, sacrificijs, carminibusq́ꝫ sibi placare nitebantur, siue ea uis fortunæ esset, siue filia iustitię (ut alij putant) siue uis quædam (ut alijs placuit) inter cœlestes discurrens prima rerum femina, quæ fatorum & sortiū uires temperat atq́ꝫ emendat, rebus humanis trutinam adhibens, è cœlo terras despectans nocentes puniat, bonis præmia largiatur. Et quia non permitteret diu nocentes & scelestos præesse, atq́ꝫ impios grassari, alata fingabat à ueteribus, ut esset uelocissima, & eius pedibus supponebatur rota, ut citissime discurreret. Quanto studio etiam post partas uictorias supplicatiōes fieri procurauerint, ut dijs immortalibus, ad quos omnia referebant, agerent gratiæ, cum ex multis alijs, tum ex Liuio, qui eorum res gestas conscripsit, facile colligi potest. Nam libro V. ait: Captis Veijs à Camillo, senatus in quatriduum, quot dierum nullo ante bello supplicationem decreuit. Et item libro XXXVI. post uictoriam de Hasdrubale nuntiatam, discursum inde ab alijs circa templa, ut dijs gratias agerent. Idem alibi Senatus quòd M. Liuius C. Claudius incolumi exercitu ducē, hostiūq́ꝫ legiones cecidissent, supplicationem in triduum decreuit. Omnia templa per totum triduum æqualem turbam habuere. Matronæ cum amplissima ueste, cum liberis perinde,

ac si

ac si debellatum foret, omni solutæ metu dijs immortalibus gratias egerunt. Item libro 30. prætor ex templò edixit, ut æditui ædes sacras tota urbe aperirent, circuneundi salutandique deos, agendiq; gratias per totum diem populo potestas fieret, decretumq;, ut quinq; dies circa omnia puluinaria supplicaretur. Victimæq; maiores imolarentur centum uiginti. Theophrastus eum qui admirationi uult cæteris esse oportet, inquit, libenter sacrificare ac deos orare non tam multa, quam frequẽter, quippe hoc sanctitatis, illud copiæ signum sit. Sed quid in his externis & uetustioribus exemplis immoramur: Affuit præsto benignitas Christi Opt. Max. Dei & domini nostri quid & quomodo publice & priuatim orandum sit, erudientis nos. Nam & ipse orauit, ut homo, ut quemadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus, quia legem non soluit, sed adimpleuit, orationemq; salutiferam qua omnes uti possemus, Apostolos docuit, cum eos, ut precarentur, monuit: Pater noster, qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum, &c. Apostoli item cum Petrus in uinculis detineretur ab Herode, publicas orationes supplicationesq; instituerunt, cum in ecclesia incessanter per eos dies supplicaretur. Gregorius quòd pestis in urbe sæuiret, quod uredine & grandine sata tum uastarentur supplicationes, quas maiores appellamus letanias, publico decreto, ut quot annis fierent, instituit. Minores Mamercum Viennẽsem episcopum uirum sanctimonia & doctrina præstantem ob frequentes terremotus, qui tum Gallias cõcutiebant, & ob ferarum quarundam tumultuarias incursiones, quibus pleriq; mortales crudeliter laniabantur, introduxisse ferunt. Ex his, ut puto, satis constat orandi precandiq; deos ac supplicandi munus & uetustissimum & continuato ordine, & si apud alios alio ritu, uelut per manus traditum in omnem posteritatem à condito æuo propagatum fuisse, ut in prima parte religionis, licet quidam in postremis eam collocauerint, orationem ponendam esse censuerim, & eam potissimum, quæ ex animo sincero æqua & pura mente proficiscatur, & quæ sit cum pietate & iustitia cõiuncta, siue ubi deesse humanam uirtutem atq; opem cognoscimus, ad deum conuersi diuinum auxilium imploremus, siue ut bene cœptis faueat, uel quæ incœpturi sumus, ut secũda, prospera, ad uotaq; succedant. Nam orare & Precari deum & supplicare est pars potissima, quæ spectat ad religionem.

Est autem religio, ut ipse sentio, Dei cultus, quo ei honores, gratiæ, & debita obsequia à mortalibus ob generationem & beneficia in perpetuam reuerentiam exhibentur, præbentur, aguntur. Vnde religiosa loca dicimus, ut uoluit Cicero, maiestatis uenerationisq; plena, quæ etiam propter sanctitatem aliquam remota & seposita (ut censet Massurius Sabinus) sint à nobis, ut religio à relinquendo dicta sit: Licet Seruius Sulpitius propter sanctitatem aliquam locum religiosum à relegando appellatum esse uelit. Religionem tamen Firmianus ab eo denominatam esse contendit, quòd ea uelut uinculo pietatis obstricti & religati deo simus. Ea enim hominem deo astringi & religari, ut ei seruiat ut domino, & ut patri obsequatur, affirmat. Cicero in libris de natura deorum religionem dictam esse putat à relegendo, quòd religiosi omnia, quæ ad deorum cultum pertinerent, retractarent & relegerent. Verum undecunq; dicatur, si est cultus dei, & circa rem diuinam & culturam uersatur, necessario complectitur orationem, sine qua perfecta religio esse non potest, cum nulla re melius coli possit deus, quam animo & corde, quæ uerbis & oratione optime explicantur. Est autem, ut uoluit Plato, potissima pars iustitię religio, cum eam trifariam diuiserit, ut alia pars uersetur circa deos, quæ in religione consistit, utpote quando oramus, sacrificia secũdum leges rite facimus, sacrarumq; rerum, ac cerimoniarum curam habemus. Ex quo religiosi pientissimiq; erga deum sumus. Aliam circa homines exerceri, cum mutua depositaq; restituunt, fidem datam non uiolant, neminem lædunt, ut quæ sibi fieri uelint alijs faciant. Ius suum unicuiq; tribuunt, et ipsimet honeste uiuunt. Aliam circa defunctos esse, cum his iusta persoluuntur. Sed nullas constat tam barbaras Gentes unquam fuisse, nullos uel moribus & uita tam efferatos populos, qui religionem aliquam non admiserint, qui de deo non aliquid bene senserint, qui orasse non inueniantur, & immortalitatem interdum non crediderint animorum. Hoc testantur apud Bachinanos, Indos, Ethiopesq; uetustissimi illi gymnosophistæ: Apud Persas Magi, Caldæi apud Assyrios & Babylonios, apud Iudæos Prophetæ, Sacerdotes apud Aegyptios, Poëtæ & Philosophi apud Græcos. Apud Latinos Vates, Augures: & Aruspices in Ethruscis. Apud Gallos Druydæ, qui quòd diuini humaniq; iuris peritissimi, ac religioni præterea maxime dediti essent, autore Aristotele, semnothei appellabantur. Nam & hi

quidem fere omnes apud tam diuersas nationes non tam sapientiæ, quàm religionis antistites & professores erant, quippe antiqui existimabant religionem sapientiæ, & sapientiam religioni esse coniunctam, adeo, ut neq; religio ulla sine sapientia suscipienda esset, nec ulla sine religione probanda sapientia. Nam ut Festus ait, religiosi dicebantur, qui facienda dicendaq; discernerent, ut idem essent religiosi, qui & sapientes. Ex quo qui uni & uero deo supplicant, hi merito religiosi & sapientes appellandi sunt, quod factu & dictu optima cognoscant & faciant; Qui uero multos & falsos deos colunt, qui nouos sibi ritus assumunt, qui in dei uicem mortuos honorant, quos ex hominibus in cœlum sine publico consensu receptos putant, qui parentum & maiorum suorum domi tanquam deos penates, imagines colunt, quasi superstitem defunctorum memoriam recolentes, superstitiosi dici possunt: etsi Cicero in libris de natura deorum eos, qui totos dies precarentur & imolarent, ut sui sibi filij superstites essent, superstitiosos appellatos esse refert, cũ inquit: Non enim philosophi solũ, uerumetiam maiores nostri superstitionem à religione seperauerunt. Nam qui totos dies precabantur & imolabant, ut sui filij superstites essent, superstitiosi sunt appellati. Qui autem omnia, quæ ad deorum cultum pertinerent, retractarẽt, & tanquam relegerent, hi dicti sunt religiosi: tanquam ex eligendo eligentes, & ex deligendo diligentes, & ex intelligendo intelligentes. Quo fit, ut uera religio circa unius & ueri dei cultũ: Superstitio uero circa multos & falsos deos uersetur. Qui sine oratione ulla ex parte perfectus esse non potest, quoniam ea homo à brutis discernitur, quæ religionem non habent. In ea cerimonias præterea habebant antiqui, siue à Cere oppido, siue à charitate, quas idem esse quod sacra Trebatius uoluit. Habebant adorationes, imolationesq;, quas ut refert Plinius, Numa instituit, ut deos fruge colerent, & mola salsa supplicarent. Erat autem mola far tostum sale aspersum. Sacrificia item ad religionem spectabant, litationes, consecrationes, dedicationes, piacula, iusiurandum, oblationes, ieiunium, uirginitas, abstinentia, quæ tamen sine oratione uix fieri poterant, de quibus & in quo differant, & unde originem habuerint, à quibus, & ad quid instituta sint, minime differere impræsentiarum decreuimus, cum de oratione, & precibus aliqua tantum perstringere instituti operis ratio expostulet. Igitur ne nostra in infinitum progrediatur oratio, Qui nihil precandum, nihilúe orandum esse putant, in apertam (mea quidem sententia) impietatẽ prorumpere uidentur, cum humanitatem, religionemq; tollere conentur, quæ maxima ex parte in orationibus consistit. Nam hi sua impudenti temeritate censent hæc infima & humana negocia deo immortali curę non esse, sed casibus quibusdam fortuitis agitari. Vnde illud poëtæ: Nec curare deum credis mortalia quenquam. Et item illud, quo inanæ esse officium religionis, & cultus deorum plane demonstratur: Nec pietas ulla est uelatum sæpe uideri. Vertere se ad lapidem, atq; omnes accedere ad aras. Et procumbere humi prostratum, & pandere palmas ante deũ delubra, nec aras sanguine multo spargere quadrupedum, nec uotia nectere uota. Et item idem alio loco, cum inquit: Et faciũt animos humiles formidine diuum, Depressosq; præmunt ad terrã: docere nititur contra naturæ suæ rationem homines facere, cum ad uenerandum deos metu se prosternunt, quasi aut nulli sint dij, aut tales qui ab hominibus coli non debeant. Et cum sint quieti, non esse imprecationibus sollicitandos. Constituisse si sint pro eorum maiestate seriem fatorum, quæ euitari nulla ratione aut oratione possit: Cum deus ipse etiam falli non possit. Præesse etiam hia infimis cursus motusq; siderum, qui precibus humanis reflecti, aut ne tantillum quidem remorati possint. Solere diligentes patresfamilias in domo sua diuersis diuersa distribuere ministeria atque officia, quæ si peruertantur, omnia statim confusa esse & promiscue geri, ut uix intelligi possit quid recte agendum sit. Si uero eo ordine, quo constituta sunt, administrentur, nihil impedire, quin omnia recte gerantur. Quanto magis in hac tam ampla totius administratione habendam esse ordinis & decreti fatorum rationem, ne peruersa rerum serie omnia in ancipiti sint, & in preceps ferantur? Obid'que non esse orandum, neque sacrificandum, quia quod futurum est, ut fiat, nullo sacrificio aut precatione necesse est. Hi enim deum esse arbitrantur, sed eum, qui irasci nesciat, aut gratia aliqua commoueri. Et ex his persuadere conantur eum nõ esse colendum nec metuendum, siquidem neq; colentes aut orantes precantesúe respiciat, neq; non colentibus aut non orantibus irascatur. Peius tamen quam Epicurus nonnulli quoque philosophi, & ex his, qui sapientes existimati sunt, censuerunt; qui omnino nullũ deũ esse uoluerunt, imo cessate om-

fare omnem prouidentiam et religionem,cum omnia sua sponte esse nata ex corruptione atq; aucta ex calido atq; humido,& omnia fortuitu fieri,quæ gerantur,autument asseuerentq;. Alij mitius sentientes non nituntur religionem tollere omnino,sed eam tuentur sacrificijs,iustitia,continentia,cæterisq; uirtutibus iustis sanctissimisq; actionibus,oratione tamen eam priuare non dubitant. Aiunt enim cum deus iustus sit,nouit etiam non petentibus largiri ea omnia,quæ meruerint,& utilia esse scit pro qualitate facti & personarum. Et cum nouerit corda hominum,quia mentis intrinsecæ & animi est exactissimus scrutator,non oportere aliter oratione aut præcibus quid uelimus aperire. Cum ipse intelligat uelut optimus paterfa. quid operibus nostris debeatur, et quid nobis conueniat. Eũ esse optimum patremfamilias,qui assiduis & frequentibus impigrisq; ad obsequia famulis ultrò nouit habita ratione meriti & personarum referre gratiã,& ipsos pro qualitate uniuscuiusq; bonis,honoribus,dignitatibusq; honestare. Ita em̃ esse in prouerbio,eũ,qui principi alicui mediocriter bono seruit, satis petere etsi nihil petat,cum tacens assidue diligẽter fideliterq; seruiat,quod eius bona opera quid sibi uelit testentur. Nos præterea quid petamus nescire,ut ipsa ueritas in euangelio docet,nedum ipse satyricus, dum inquit: Nocitura toga,nocitura petuntur milicia,& torrens dicendi copia multis: et sua mortifera est facundia,uiribus ille Confisus perijt admirandisq; lacertis,sed plures nimia congesta pecunia cura Strangulat. Quid infirmo conueniat, aut utile sit, magis nosse medicum, quam infirmum. Ex quo petenti aquam,ut se refrigeret,cum eam nocuam intelligat,non obtemperare: Ita cum ipse deus omnia uel futura uelut præsentia habeat,quæ nobis incerta sunt, nocueritq; quæ bona & utilia sunt bonis & iustis largiri, non esse eum orationibus ac præcibus sollicitandum,quia si uiderit quæ petimus,nobis futura iniucunda & damnosa,non sit largiturus,ne nostris orationibus,quæ utiles esse debent,offendamur. Vnde ex hac sententia Cato apud Salustium forte,inquit: Non uotis, neq; supplicijs muliebribus auxilia deorum parantur. Vigilando,agendo,bene consulendo prospera omnia cedunt. Vbi socordiæ atq; ignauiæ te tradideris,nequicquam deos implores. Irati, infestiq; sunt. Sed isti non uident,dum nihil petendum esse putant,aut summam diffidentiam uitare non posse, quod desperent exorare quod oraturi & postulaturi essent: aut in maximam detestandãq; temeritatem se prorumpere,quod se tam opulẽtos,tam ualidos, tam robustos,tantaq; uirtute prædiros esse existiment,ut per seipsos sine diuino numine omnia agere, omnia experiri,omnia exequi posse confidant. Si nullius ope indigere se putat, qui alteri suam denegar,quanto magis,qui ne implorandam quidem à deo censet? Verum qui putant nõ esse orandum,contemplentur si uacat aliquando,tam uarios,tam frequentes, tamq; compositos auium & statis horis concentus. Nonne uidere licet minutissimas quasdam passim auiculas,cum primum illucescentẽ diem aurora producit,è nidis modo prosiliẽtes,modo ramusculis arborum insidentes uaria dulcedine,quam miro gestu & plausu laterum adiuuare nituntur,personare? Et id quidem studiose agere priusq; longius,aut aliò diuertant, ut creatorẽ suum quod loquela non possunt,suauitate cantilenæ demulceãt. Et quod confessione nequeunt,modulis quibusdam prodant obsequium, ita ut uideatur sibi unaqueq; intensius gratias agere,quę dulcius personauit. Nihil enim aliud aliquid sibi uelle uidetur tam disposita cantilena,tam uarius concentus,tam iugis & certis etiam temporibus intentio,ut ne horæ quidem statæ prætermittantur, quin laudationes concinantur, quam uelut demonstratiuam quandam deo gratiarum actionem uelle exprimere. Quid hi nostri uigiles nocturni galli interdiu, & nocturnas totiens cantu plausu quoque alarum distinguũt horas? Non excitandis, ut quidam putant, in opera mortalibus,rumpendoq; somno,sed ut manifestaria gratiarum confessione continuis obsequijs grati creatori uideantur. Præterea quoniam deus omnium dominus est, ei quidem ab omnibus debetur timoris reuerentiæq; debita exhibitio. Item,quia pater,pietatis amorisq; affectus. Debet enim domino seruus,& filius patri laudes quantum potest dicere, quia in altero honoris & obedientię, in altero charitatis & beneuolentię signum demonstratur. Vt ergo obsequium timoris et reuerentię serui domino reddamus,& filij dilectionis & charitatis affectum patri exhibeamus,orandum ab omnibus necessario erit, & gratię deo agendę,ni contumaces serui,aut superbi filij esse maluerimus. Quod ut ab omni grati animi opinione alienũ,ita omino ab omni bono abhorrendum ac detestandum esse debet. Aues igitur quia pascuntur,educantur, nutriuntur à deo etsi uilibus escis, gratias tamen quas agere non possunt aut oratio-

ne exprimere, assidue gestu cantuq; præ se ferunt. Et homo qui præciosissimis dapibus pascitur, cuius pedibus omnia subiecit ad utendum, fruendum, qui præditus est ingenio, eloquentia, doctrina, & animo ad contemplandum, cognoscendumq; res magnas, obmutescet? tacebit? nullas gratias aget? ut ingratus solus creatori suo esse uideatur. Quis igitur non erubescat sensu intelligentiaq; humana præditus sine gratiarum actione, aut sine laude diuini nominis, aut sine alicuius Psalmi aut hymni celebritate diem claudere, & eius gloria non uersuum & orationis dulcedine personare? cum ipsæ aues ad gratificandum psalterij suauitate persultent? & modulata cantilena eius laudem pronūcient. Orandum igitur ab omnibus est, & ab ea oratione inchoandum quæ à diuinis laudibus proficiscatur. Si enim cum apud homines agimus id in primis conamur efficere, ut auditores nobis efficiamus beneuolos, quanto magis, cum dominum deum nostrum precamur. Primo igitur imolemus deo sacrificium laudis. Continere enim debet oratio laudem in primis domini dei nostri, ut monemur ex Dauidicis psalmis uel ex eo maxime cum inquit: Domine deus noster quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra, &c. dein obsecrationem, & postulationem, tum demum gratiarum actiones, ut etiam ex dominica oratione colligere possumus. Alij id postulandum oratione esse contendunt, ut duntaxat rogemus bonam mentem & bonam ualitudinem animi & corporis, in qua opinione uidetur fuisse Seneca ad Luci. Et item Iuuenalis, dum inquit: Vt tamen & poscas aliquid uoueasq; sacellis, Orādum est, ut sit mens sana in corpore sano. Fortem posce animum mortis terrore carētem. Qui spacium uitæ extremum inter munera ponat Naturæ, qui ferre queat quoscūq; labores, Nesciat irasci. Hi enim existimabant hæc satis esse ad bene beateq; uiuendum. Et Cicero in lib. de finibus bono. & malo. integritatem sensuū & membrorum inter prima naturæ bona collocat, hoc est quæ in homine sunt potissima ac præstantissima. Vnde est illud Apuleij in dogmate Platonis: Tunc hominem esse perfectum, cum anima & corpus æqualiter copulantur, & inter se conueniunt, sibiq; respondent, ut firmitas mentis præualentibus corporis uiribus non sit inferior. Sed hi quam longe à ueritate deuiauerint aliorū sit iudicium, cum in animo non sit eorum errores nunc refellere. Verum enim quæ beatitudo, aut quæ felicitas esse potest homini sanæ mētis & sani corporis, si longe absit à gratia dei? si desint item opes, diuitiæ & cætera alia adminicula ad uitam producendā necessaria? & sine quibus honestę actiones exerceri non possunt? Et Cicero ipse multis in locis hanc uel terrenam felicitatem mancam, atq; imperfectam esse putat, cui fortunæ & externa bona non accesserint. Nec omnes, qui sanæ mentis & sani corporis habentur, boni sunt iusti atq; innocentes, ut summa felicitate digni uideantur, imò plerunq; scelesti & flagitijs dediti, quibus non desint animi & corporis uires ad explendas sæuas eorum libidines, ut infelices eos & miseros in ea ualitudine quis rectè potius dijudicare possit. Ea autē perfecta esse non possunt, quibus aliquid deest. Possunt enim multa deesse bene ualentibus mente & corpore non solum ad illam sublimem, supernamq; felicitatem capessendā, cuius potissimum causa à deo creati sumus, sed ad huius inferioris & terrenę beatitudinis leuem auram attingendā. Nullo igitur modo hęc absoluta aut perfecta per se esse possunt, si exorentur, ut sufficiant ad bene beateq; uiuendum, nedum ad summi illius boni felicitatem sempiternam peruadendum. Præterea & si omnes stulti insani esse uidentur, non tamen omnes, qui sanę mentis habentur, sapientes dijudicandi sunt, ea uel saltem sapientia, quæ deo homines gratos facit. Alij ut Pythagoras in aureis carminibus, & Horpheus in hymnis ea om̄ia à deo petenda præcibus esse uolunt, quæ eadem sint iusta, modesta & honesta: cætera deum non exaudire. Idem sentit Plato in Eutyphone, dum inquit: sanctum & iustum esse in accipiendo ac reddēdo. Esseq; propterea mercaturam quandā inter deos & homines, ut illi nobis bona honestaq; dent, nos eis sacrificia ac præces faciam⁹. His eīm officijs & domos priuatas, & ciuitates conseruari. Et item Socrates quasi quoddā humanæ sapientiæ terrestre oraculum, à deo petendum esse arbitratur, ut quæ bona essent, largiretur. Quo uerbo & mentis & corporis & fortunæ etiam bona intelligi possunt. Horatius item in odis: Frui paratis & ualido, inquit, mihi latoe dones. At præter integra cum mente, nec turpem senectam degere. Sed quid hæc exotica, ut aiunt, cōmemoramus? Nōne oratione dominica instituimur? ut etiam temporalia petamus? cum nos diuino oraculo monet Christus Opt. Max. ut panem nostrum quotidianum siue substantialem hoc est ad uictum necessaria poscamus? Ex quo Augustinus ad Probam dicit, id à Deo licere poscere,

poscere, quod & licet desiderare: quia oratio Christi Opt. Max. aperte demonstrat temporalia & bona uitæ necessaria à deo peti posse, cum inquit, panem nostrum quotidianũ. Quare & theologi in esm pedibus eunt sententiam, ut orando à deo petere etiam possimus externa bona, quæ sint ad uitam iucunda, utilia, & necessaria, modo in his finem bonorum non constituamus, sed ut sint adminicula beatitudinis consequendæ, & uelut instrumenta quædam ad sustentationem humanæ uitæ, sine quibus honestæ actiones exerceri non possent. Ad quod facit c. si quis obiecetit i. q. 3. Quo fit ut quibus male uti non possumus nec uolumus, ea omnia à deo petere determinate & præcise possimus, ut sunt uirtutes, gratiæ, gloria. Quæ uero media sunt, ut opes, diuitiæ, clientelæ, filij. uxores, quibus bene & male uti possumus sub conditione petenda: si ea utilia, si ad salutem nostram præuidet deus. Quæ autem mala sunt & delictum sapiunt, nequaquam poscenda esse, ne cum iniustum iniqua nostra precatione efficere uelle uideamur. Quod tamen nullo modo facere possumus. Petendum est ergo à deo quod exorare uolumus, licet ipse sciat quid nobis conducat, & quid necessarium sit prius quam petamus, nõ quòd uelit petitione nostra certior fieri ea de re, quam ignorare non potest, sed quis uult in omnibus exercere desiderium nostrum, ut uoluit Augustinus, quo possimus capere quod ipse dare præparat. Vnde Gregorius 23. q. 4. obtineri, inquit, nequaquam possunt, quæ predestinata non fuerunt, sed ea, quæ sancti uiri orando efficiunt, ut prædestinata sunt, ita precibus obtineantur. Ergo non oramus, ut deus aliquid à nobis intelligat, qui nihil ignorat, sed ut obtineamus quod uoluit precibus & orationibus exoraremus. Qui autem orare debeant, quoniam satis commode quid sit oratio, & unde dicatur, à quibus instituta & an pars sit religionis, & circa quæ uersetur, & quid & quatenus orandum sit in superioribus demonstratum est, deinceps differemus. Nam cum partem religionis orationem esse dixerimus, nõnulli fortassis existimarent ad solos, quos uocamus religiosos, munus orandi pertinere. Quod longe aliter esse euidenti satis ratione colligi potest. Nam omnes uelut quodam uinculo naturæ tenentur, & obnoxij sunt ad ea omnia, sine quibus recta ratio dictat non posse quempiam salutem cõsequi, quoniam qua necessitate quis uult & debet aliquid assequi, eadem debet id uelle assequi, sine quo illud aliud haberi nõ potest l. oratio ff. de spõsa. quia finis imponit necessitatem his, quæ sunt ad finem, ut uoluit Aristoteles 20. phisi. Salus autem, quæ ab omnibus expetitur, & ad quam omnes creati sumus, sine oratione haberi non potest, quia ut inquit Apostolus ad Philippenses, non sumus sufficientes à nobis ipsis aliquid boni cogitare, nedum facere & operari, nisi adminiculo & gratia dei id nobis concessum fuerit. Quod fieri non solet, nisi petentibus, ut probatur Ioannis à contrario c. 6. petite & accipietis. Item sine bonis operationibus saluari potest nemo, quoniam secundum Psalmum, habitabit in tabernaculo dei qui operatur iustitiam. Quod si bona operatio sine oratione esse non potest, nec quis saluari sine bonis operationibus, sequitur necessariam esse orationem ad salutem. Ergo omnes, qui salui esse uolunt, orare debent, & ad orandum obnoxij sunt, ut id oratione assequantur & precum beneficio exorent, quod per se ipsos facere non possunt, ut salui fiant. Nónne hoc confirmatur exodi 20. c. Memento ut diem sabbati sanctifices? Quod sine oratione fieri non potest. Item apud Lucam 18. c. oportet semper orare: super quo Chrisosthomus interpretatur, oportet necessitatem importare. Præterea oratione timor & ueneratio quædam demonstratur in deum, quæ alias demonstrari non posset. Et cum homo ratione & oratione differat à belluis diuino beneficio, his potissimum deum colere & uenerari debet, quæ potissima à deo accepit. Primitiæ & decimæ saltem rerum omnium deo debentur, & ei persoluendæ sunt fideliter, uel saltem gratiæ agendæ, quòd uiuimus, quòd sentimus, quòd loquimur, quòd ratione intelligentiaq; præditi sumus, nisi ingrati esse uoluerimus, & religionem omnem à nobis pietatemq; abdicare. Quod ut impium ita detestandum. Si enim negocijs, si familiaribus, si necessarijs, si nobis ipsis indulgentes maximas & bene longas orationes impartimus, quare partem aliquam ad deum non habeamus, qua saltem ei gratias agamus, à quo id accepimus, ut loqui possemus, quippe humilitatem demonstrat, & arrogantiam uirat oratio. Et ut habetur in c. cum paulus & in c. principalibus. i. q. i. siue comedimus, siue bibimus, siue aliquid aliud facimus, id in nomine domini nostri Iesu Christi facere debemus, qa ubi fundamentum deest, superædificari nullo modo potest. Quod si ita est, orationẽ præcepti esse intelligamus necesse est. Ergo omnes, qui loqui possunt & sciunt, orare debent

ut salui esse possint, ut reuerentiam creatori suo exhibeant, & accommodata eũ ueneratione prosequantur, ut primitias & decimas persoluant, ut ei gratias agant, quod eius beneficio intelligentia, ratione, animoq; prædití sunt ad bene sancteq; uiuendum, ut ueniam si quid comiserint deprecentur. Si enim deus non uidetur, nulla item alia re melius accommodatiusúe coli potest, quam ea, quę itidem non uidetur. Sed orationes & preces sunt huiusmodi, cum corpus non habeant, ut uideri possint. His igitur uere religioseq; deus colitur. Nam & uerbo coli debet deus, siquidem ipse uerbũ est, & omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nulla igitur alia religio est uerior, quam quæ cum uirtute, pietate, charitate, iustitiaq; coniuncta sit, precibus orationibusq; cõsistit. Summus igitur colendi ritus est ex ore iusti hominis ad deum directa oratio, quæ tamen ipsa, ut deo sit grata & accepta humilitate, timore, deuotione, attẽtione, iustitiaq;, ac honestate, ut paulo post dicemus, carere non debet. Cum igitur ab omnibus colendus sit deus, nullaq; potiore re coli possit, quam oratione & precibus, ab omnibus orandũ precandumq; est, ut eo, quod omnes pie facere possunt & debent, colatur, ueneretur'q; deus. Habenda est igitur oratio ad deum potissimum, cui religione sincerus cultus debetur, quia quæ habẽtur ad sanctos non ita habentur, ut speremus ab his assequi posse quod petimus, cum per se ipsos id minime facere possint, sed ut eorum intercessionibus & meritis quasi gratiores sint, facilius à deo exoremus quod oramus & poscimus. Matth. 6. cap. cum oraueritis, dicite pater noster. Et hoc plane demonstrat modus orandi, quo indies utitur ecclesia, cum dicat ad sanctos orate uel intercedite pro nobis. Ad Christum Opt. Max. miserere nobis, uel exaudi nos, uel parce nobis, uel da, præsta, largire, concede. Ex quo in Apo. 8. c. habetur: Ascendit fumus aromatum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram deo. Nam hi impetrant exauditionem nostræ orationis. Sanctos autem orationes nostras cognoscere affirmant Theologi, ea potissimum ratione, quod unusquisque beatus tantum in essentia dei, in quo est summa beatitudo, uideat quantum perfectio exigat eius beatitudinis. Hoc autem requirere beatitudinis absolutionem, ut homo habeat quicquid uelit, ut ratione uti, ut intelligere semper possit quæ ad eius laudem & gloriam pertinent, quibus ei quam simillimus est. Ex quo cum nulla beatitudo sanctis desit, cognoscere uota hominum & orationes posse, cum ad eorum honorem accedat, ut auxilium egentibus & requirentibus prębeant ad salutem gratia cooperante, quę eorum intercessionibus frustratoria esse non potest. Nam intuitu diuinæ illius sublimisq; maiestatis ac potentiæ eorum omnium participes fiunt, quæ ad eorum beatitudinis perfectionem spectant: ut etiam intelligant corda uouentium & orantium, licet solus deus dicatur cognitor & scrutator cordium. c. tua in fi. de simo. Et deus eorum obsecrationibus quæ oramus, exequi permittit & iubet, ut facilius exoremus quod petimus. Orationem autem, ut perfecta esse possit ut exaudiri mereatur, Hostiensis putat oportere esse fidelem, securam, discretam, deuotam, uerecundam, secretam, puram, lachrymosam, attentam, communem, feruidam, operosam, & assiduam. Alij uolunt ut Ioannes And. & frater Angelus de clauasio ordinis minorum (hi enim compendio de oratione scripsere) sufficere humiliationem corporis, deuotionẽ cordis, attentionẽ, & breuiloquiũ, quasi illud, quod Exod. habetur: Oratio humiliantis se penetrat nubes, referatur ad corpus, non autem ad animum, ut gestus quidam in oratione requiratur: de quo in c. ubi periculum pa. pen. de elec, in 6. ut si quis corpore nõ se curuauerit, non genua flexerit, nõ ad terram se cernuum prostrauerit, flocci sit oratio, ut à deo nõ exaudiatur. Ego autem existimo deum orantis animum qualis sit considerare, an in uaria orans distrahatur, an aliud in pectore, aliud in ore habeat, quasi ficta & composita oratione utatur delusurus deum, qui falli non potest, & quid oretur, an illud sit cum honestate & iustitia coniunctum, non autem gesticulationem corporis, ut mimi, dum oramus, esse uideamur. Quo modo enim se à deo exaudiri postulat, qui seipsum non audit & quid loquatur ignorat? Nunquam enim orare dicitur, qui flexis genibus orat, si uagatione distrahatur. Nihil igitur aliud cogitare debet animus orantis, quam quod precatur. Facit q̃d inquit Cyprianus in. c. quando autem de consu. distin. 1. & Hieronymus c. nunq; distin. 5. Accedere itaq; ad orationem debemus, si eam deo gratam esse uoluerimus, si ab eo exaudiri, si nobis fructuosam cupimus, humiles animo, ore modesti, supplices corpore, omni cura uacui, puri corde, bono spiritu, charitate, pietateq; ducti, ut nulla alia intrinsecus molestia afficiamur, & id petituri, quod alij petenti iuste denegari non posset. Fabulantẽ poëtæ phae-

tæ phaëtonta aurigationem paterni currus exoraſſe in eius perniciem, quod ſibi conueni entia & accommodata non poſtulaſſet, quia mortalis immortalia optaſſet. Vbi orandum ſit facile cognoſcemus, ſi intellexerimus non ædes miro artificio laboratas, non ingentia ædificia lapidibus, cemento, columniſq; conſtructa, ſed hominem ipſum eſſe templum dei, qui ad eius imaginem factus eſt, & figuram eius ſecum geſtat: Nam ut ſacra fierent, & illic ſacra reponerentur, ædes ſacræ conſtitutæ ſunt, quia non licebat quæ ſacrata fuiſſent, ad prophanos uſus conuertere aut in loco immundo collocare. Nec, cum inquit Chriſtus Opt. Max. domus mea domus orationis uocabitur, tam uoluit locum orationis præfinire, quaſi alibi quam in templo orare non liceret, quam aperte demonſtrare ea, quæ tunc in templo fiebant, fieri non debuiſſe, propter ea quod deo dicatum eſſet, & non com mercijs hominum negociationiq; ac mercaturæ expoſitum. Et ipſe ſine finitione loci oraſſe inuenitur. Et templum ipſe hominem eſſe dei aperte demonſtrauit, cum ipſe ut homo de ſeipſo loquens dicebat templum illud poſſe triduo reædificari. Poteſt igitur ubique orari deus ubi homo eſt, ubi bonitas, ubi iuſtitia, ubi æquitas, ubi animus tranquillus, & ab omni labe uitiorum liber ac ſemotus, quippe deus ipſe malitiam execratur, bonitatem, pietatem, ac iuſtitiam exigit, ut non magnificentiam ædium, ſed orantium iuſta uota ubique conſideret. Dei autem in æternum uiuentis, ut ille ait, uiuum & ſenſibile debet eſſe ſimulacrum Quod ſi à ſimilitudine id nomen accepit, non poſſunt iſtæ ædes, iſta ſimulacra, quæ in templis fiunt, deo ſimilia iudicari, cum nihil ſentiant, nec ſe mouere poſſint. Itaque ſimulacrum dei non illud eſt, quod manu hominis, aut lapide, aut æ e, aut creta, aut pigmentis, alia'ue materia fabricatur, ſed ipſe homo, qui & ſentit & mouetur, & multas magnas'que actiones habet, & qui ad imaginem & ſimilitudinem dei ab eo factus eſt rationis & intelligentiæ capax, ſermone'que præditus, quo quod ſentiret, exprimeret. Deridendi igitur qui ad ſacras ædes conueniunt adorandum. Id nequaquam ſentio. Nam ita ædes ſacræ conſtitutæ ſunt, ut ibi ſacra fiant & reponantur, orationes habeantur, preces effundantur, non ad muta manu hominum facta ſimulacra ſenſu, rationeque carentia, & imagines ſiue Chriſti Opt. Max. ſiue ſanctorum, ſed ad ipſum deum, & ad ipſos ſanctos, quos ipſe imagines & ſimulacra, ſiue lapidea, ſiue ærea, ſiue enchauſtica, ſiue plaſtica arte confecta referunt. Itaque ſacrificium non poteſt nec debet niſi in loco ſacro offerri, ſacra'que reponi, oratio autem ubique haberi poteſt modo ad deum habeatur, cum homo quocunque ſecum templum dei ferat. Ex quo Bernardus ubicunque, inquit, fueris intra te ipſum ora, ſi longe fueris ab oratorio. non quæras locum, quoniam ipſe locus es. Ex quo hi potius deridendi ſunt, qui imagines & ſimulacra dei & ſanctorum, quaſi ibi ſint diuina aliqua numina, orant, obſecrant, cum opera hominum, ut inquit Seneca, uenerentur, illis ſupplicent, genu poſito illa adorent, illis per totum aſſideant diem, aut aſtent. Illis ſtipem iaciant, & offerant. Et cum tantopere hæc ſuſcipiant, fabros, qui illa fecerunt, contemnunt, ut pluris faciant ſtatuam quam factorem. Quo fit, ut imagines ita recipiendæ ſint, non ut deos aut ſanctos eas appellemus, cum Dij aut Sancti muta eſſe non poſſint, aut in his ſpem aliquam ſalutis ponamus, cum ab his futurum iudicium expectari non poſſit: ſed aut ut his diuino cultu ſeruiamus, cum manu hominis facta ſint ad memoriam & recordationem eorum quæ à deo & ſanctis facta inueniuntur. Per picturæ enim hiſtoriam quid ſit adorandum, quid imitandum, qui literas ignorant, facile addiſcunt, quia quod legentibus ſcriptura, hoc idem ignorantibus & illiteratis præſtat pictura, cum in ea imperiti uideant quid ſequi debeant, ut inquit Gregorius in c. perlatum & habetur in c. uenerabiles de conſecra. diſtinctio. 3. Quotiens autem, aut quo modo orandum ſit, etſi uarius precandi ritus ſemper fuit, ut alij longiore quidem deprecatione & continuata, & uelut pertinaci: Alij modeſtiore & non tam aſſidua uſi inueniuntur: alij ad orientem conuerſi, quaſi illic potius Dei ſedes, & non ubique ſit & undique proſpiciat, uel quod illis auerſus propterea quod turpiter defecerunt, nos ſolos illinc reſpiciat, uarijs exemplis, quæ deinceps referemus, facile conſtabit. Quadraginta dies continuos ferunt Moſen ad conſpectum ſummi numinis proſtrantem orantem iacuiſſe, cum exoraturus eſſet ſaluberrimas leges, quibus populus, quem in libertatem uendicaſſet, quia alienigena cultu aliquando aberraſſet, inſtitueretur, ne interructione ſempiterna deleretur. Dauid ſepties interdiu oraſſe traditur. Et ob id canonicis horis idem numerus à militante refert eccleſia, ſiue q; ut aiũt ſepties in die cadat iuſtus, ſiue q; in ſeptenario

numero perfectio quædam absolutior habeatur. Daniel propheta cum captiuus ageret apud Assyrios fenestris ea parte patentibus, qua Hierosolymis cœnaculum erat obuersum, ter quotidie statis horis genua demittens orabat. Christus autem Rex Opt. Max. & humani generis doctor, nedum redemptor, ut quemadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus, cum exempla nobis & orandi & bene sanctéq; uiuendi uiuacissima præbuerit nūc procidens in faciem, nunc flexis genibus patrem deprecabatur, & ad eum frequentissime orationem habuisse singulis diebus testatur euangelica lectio. Bartholemeus huius discipulus centies quotidie mittens genua adorabat, nec minus frequens nocturnis horis supplicabat: quem precandi morem, Apollonium Abatem postea retulisse nonnulli tradiderunt. Quid de Iacobo minore, quem Iudæi è pinaculo templi impie præcipitarunt, referemus? Tam enim frequenter, tam assidue orando genibus innitebatur, ut ea non secus atq; camellorum calli induruerint. Isaac item Syrum ab initio monachum, abbatem deinde factum, cum Spoletum in umbriam peregre peruenisset, impetrato ad preces emittendas idoneo loco, ferunt totum triduum genibus innixum in precatione perseuerasse: Qui uelut sanctitatis ostentator non uerus deprecator, cum percussus à quodam æmulo contemptim fuisset, non defuit statim ultio cœlestis, quippe percussor demonibus malis mox agitari cœpit haud dubie periclitaturus, nisi os illius, quod impia manu percusserat, tempestiua oratione auxilio affuisset. Robertus item ex Hugone Francorum Rex inter munia regia non tantum omnibus sacrorum interfuisse horis traditur, sed hymnos uelut ex initiatis unus inter alios cecinisse, precibus orationibusq; non perfunctorie solum, sed enixissime incubuisse, ut credi par sit urbiū muros, qui ei armato aliquandiu obstiterant, sacra facienti statim cessisse. Virgo autem Maria, cuius uitam nullus unquam satis laudare potuit, posteaquam ad templum tenera adhuc ætate deducta est, à prima luce ad horam tertiam diei solita erat singulis diebus precari. Inde ad meridiem honeste & ingenue puellare aliquod opus obire, mox reliquum diei diuinarum literarum lectioni sedulo impendere ita ut cum rite sanctéq; cœlestia curaret, humana non omnino contemneret.

At Clericis statuta sunt ad orandum tempora, & quid precandum sit præfinitum. Habēt enim statarias horas & orationes certas, quas prętermittere sine causa non licet c. presbyter ix. distinctio. Laici possunt quas uolunt & quando uacat, accommodatas habere orationes, modo sabbata & dies festos sanctificent, ut nulla hora, aut aliquo certo numero astringantur: Qui tamen si sibi ipsi persuaserint multiplicata obsequia mereri potius, q; offendere, nec odiosos uideri eos famulos, qui assidui & frequentes ad obsequium prompti paratiq; semper astiterint, sed magis charos dominis esse, excitabuntur aliquando ad orandum, ut curis negocijsq; sepositis toti orationibus uacent. Quos etiam expergisci deberent ad orandum frequentius uaria & diuersa & prope infinita exempla, quibus plane cōstat uoces, orationes, uotaq; hominum à summo usq; cœlo diuinitus exaudiri, ut in nulla sui parte quis magis mirari possit diuinam humanamq; pietatem. Tanta est enim orationis uis, tantus precationum effectus, ut si iustæ sint, si fide non careant, si ex animo sincero proficiscantur, si pio ore proferantur, à diuino numine omnino exaudiantur, suscipiantur. In hoc non pigebit eadem exempla ad alios effectus referre, etsi ex multis, quæ supra adduximus, quam fructuosa, quantę uirtutis sit oratio, satis constare uidebatur. Moses, de quo paulo ante meminimus, non solum leges saluberrimas, quas ferret & sanciret, orando obtinuit, sed iram cœlestis numinis ob immania ingrati lasciuientis & efferati populi delicta auertit, & eo precante uniuersa Aegyptus uarijs est cladibus affecta. Israelitæq; acie dimicantes nihil obscure meliores fiebant, prosperiusq; pugnabant. Contra uero intermissa ac interpollata oratione succumbebant, ut credi par sit plus Mosi precationes, quam militis arma aut uires in prælio ualuisse. Helias cū tres annos & menses sex nūquam è cœlo pluisset, orando precādoq; tam salubrem, quam optatum hymbrem elicuit, cœlesti item illa flamma in auxilium, non in ultionem implorata omnibus fere, qui ab Ochezia ad eum uiolandum missi fuerant extinctis, illæsus seruatus fuit simulq; & pietas uindicata. Apud Hiericontem letiferæ fons aquæ prophetæ Helisei precibus salubris effectus est. Sterilitas in fertilitatem uersa. Ferrea securis in Iordane fluitauit. Defunctus reuixit. Constans fama est precibus & oratione Iesu Israëlitici ducis populi solem & lunam atque ipsum mundum aliquandiu stetisse immobilem. Quid Ezechię oratione expertus sim, ut nemine tradēte quas uocamus ingenuas artes per se didicerint. Ea enim

est

est uis orationis, ut nonnulla genera demonum malorum expelli non possint sine ea; ut ipsa ueritas testatur non sine aliqua discipulorum suorum incusatione desidiæ, atq; ignauiæ quòd parum orationis studiosi essent: cum illud genus demonum ipsi expellere non potuissent. Non'ne Apostoli alij rudes fere & agrestes homines in initio posteaquam Spiritum sanctum oratione præcibus & gratia acceperunt, magnalia dei uarijs linguis & non suis, loquebantur? Quos nulla unquam nodosa sophistarum cauillatio, nulla sapientum auctoritas, nulla humanæ prudentiæ cognitio, nulla deniq; potentia aut terror à iusto recto'q; proposito dimouere, nedũ deterrere, aut fallere, aut circumuenire, aut eis quic quam persuadere unquam potuit. Oraui, ut mihi ipse testis est, pro uobis Christum Opt. Max. iamdiu sępius & frequentissime, ut profligaret, uel saltem anre faciem uestram pacaret hostes atque inimicos uestros. Id quod breui futurum confido. Nam cum cõtempta fidei, & iurisiurandi religione contra omne fas, omne ius arma in uos sumpserint, eorum impia consilia iustus & omnipotens deus peruertet, cui insolens temeritas, immanis impietas, dolosa calliditas, elata superbia semper extitit odiosa. Qui tantisper regna, ciuitates, populos, & nationes prosperum imperium habuisse uoluit, dum apud eos iusta cõsilia, uera religio, sancta fides, intemerata probitas, ius bonum æquum'q; ualuerunt, ubi uero gratia, timor, odium, ira, uoluptas, ambitio, libido, inuidentia, superbia, perfidia, auaritia, improbitas ea paulatim grassando corrupere: paulo post imminutę opes, deinde adẽptum imperium, postremo seruitutem impositam esse. Confirmetur igitur cor regis in domino, & exaltetur cor eius in deo. Et dilatabit dominus deus os eius super inimicos eius, & lætabitur in salutari eius, quoniam non est sanctus, nec iustus nisi dominus, qui omnia respicit: ipse est, qui inanem gloriam superborum confundet, ipse superbos despicit, atq; potentes infirmos facit, & infirmos præcingit uirtute, dans uotum uouenti, & benedicens annos iusti: timentes & inuocantes nomen eius exaudiens, ipse autem quoniam iustus est, nouit facere iudicium & iustitiam, iudicabit omnia extrema terræ, & uirtutem dabit Regi nostro inuocanti eum, ut in manu forti atterat inimicos eius. Orationibus prate rea, ut hos mittamus, qui aliquando suæ immanitatis pœnas dabunt, mundamur, quia (ut inquit Hiero. super Math. 14.) in tentationẽ intrat, qui orare negligit. Et hoc aperte Christus Opt. Max. demonstrauit, cum ubi ipse orasset discipulis præcepit, ut assidui, & frequentes orarent, ne prauis cogitationibus exagitarentur, dum inquit: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Item meritis augemur, postulata exoramus, hostes uincimus, inimicos superamus: penetralium diuinorum commertio utimur c. si ergo 8. q. i. Nam cũ deo tunc esse dicimur, cum oramus, quia eum alloquimur, & cũ eo puras cogitationes nostras familiarius & confidentius communicamus. Nónne cœlestis tunc, tota est nobis mens? et in penetralibus cœli uersamur, cum oramus, si nullis terrenis curis aut erroribus impeditur, nec alijs cogitationibus occupatur, siue auxilium supplices petamus in eo cõfidentes, siue humiles gratias agamus gratitudinem animi ostendentes, siue aliquid obsecremus manus tendentes quo sustẽtemur, & quo honestas actiones exerceamus, siue pro charis, pro amicis, pro necessarijs, pro familiaribus, pro bene merẽtibus, ꝑ defunctis pro strati pie ueniam præcemur, aut aliquid aliud oremus. Existimantur cæteris longe præstare, & gratia, & studio, & fauore reliquos omnes nõ parum anteire, quibus fit potestas ad magnos & summos principes uerba pauca faciendi, qui ad conciones populorum admittuntur, qui in Senatu sententias dicere rogantur. Et qui apud Deum, qui omnibus præest præuidendo & prouidendo, qui omnia regit & moderatur, qui neminem supra se habet, cuius maiestatẽ cæteræ uenerantur potestates, cuius nutui omnia obtemperant, obediũt, orationem habuerint, uerba fecerint, siue depræcando, siue petendo, siue obsecrando, siue postulando, siue implorando, siue gratias agendo si admittanẽ, contemnemus? stoci faciemus? Absit, imo uenerandi sunt, cum diuini ipsi oratione & præcibus efficiantur. Ea enim futura plerunq; præuidemus diuino afflati numine, quia cœlestia oratione degustantur, mens eleuatur, & uelut sui ipsius compos soluta terrenis curis sublimiora illa contemplatur, futura'q; uelut præsentia commertio quodam diuini numinis præsagit. Non enim ex astris, quæ illi supernæ obediunt potestati, ut quidam temerarij pollicentur, non ex respõsis dæmonum, qui fallere humanam curiositatem conantur, ut nonnulli superstitiosi Necromantici putant, non ex sortibus, aut ex garritu, aut ex uolatu, aut ex tripudio auium, aut ex extis animalium, ut pleriq; Sortilegi, Augures, Auspices, Matthematici, Arioli,

Incanta-

Incantatores persuadere conantur, sed ex deo certissimo rerum autore ueras facere possumus de futuris prædictiones. Quod oratione si pia sit, assequi possumus, cum ea diuinæ consuetudinis & conuersationis participes efficiamur. Ex quo ab oratione desistere non debemus, etsi quod præcamur, non ita statim exoramus: cum omnis nostra conuersatio cœlestis sit, quando bene, pie, sancteque præcamur, habeamusque cum deo rationem, qui humiliantis se nullius recusat affectum, nec piæ mentis sinceras aspernatur cogitationes. Itaque nihil est quod nos terrere debeat, si orantes aliquando non exaudimur. Id enim præterea fieri solet, quia intelligit omnipotens deus, cui omnia præsentia sunt quæ petimus, aliquando non nobis profutura, uel eorum, pro quibus petimus, peruersitates ne exoremus, obsistere: qui etiam nouit plerumque petitionis effectum in posterum differre, ut desideria crescant, & uberius gaudijs perfruamur, quæ requirimus. Verumenim si carmina uel cœlo possunt deducere lunam: si carminibus Cyrce socios mutauit Vlyssis: si sisti sanguinē uerbis: si alligari & consolidari uulnera excantationibus uidemus: si præcationibus sagittas extrahi, animalia etiam fera includi, oculos hominum hebetari, uires debilitari, aciem ferri obtundi: si quibusdam præcationibus uel cogi fulmina, uel impetrari antiquitas credidit, & quid dubitandum erit de ui effectuque orationis? quæ nunquam irrita esse solet, etsi quod præcamur non obtineamus, tamen uires suas ad multa, quæ nobis profutura præuidet deus, quamquam non petuntur, extendit. Tantum enim abest ut iustæ sanctæque preces effectu careant, ut plerumque multo maiora, quam poscere auderemus unquam, ab omnipotenti & benignissimo deo orationis intuitu concedantur. Nonne uerbum caro factū est? Et quod panis erat in corpus animatum oratione quotidie transfiguratur? ut una substantia præter naturam in aliam transferatur? Tanta est profecto uis orationis, ut si iustitiæ, fidei, charitatis adminiculo fomentoque sustentetur, innitatur, quæ impossibilia primo uidebantur, facillima factu & possibilia demum fiant? Quo fit, ut orandū sit frequentius, modo pie, caste, sancteque oremus, & ea petamus orantes quæ publice dici non erubescimus, cum nihil in humanis dignius, præclarius'ue, aut gratius deo inueniri posse existimē, quam orationem, quæ uerum ac sincerum mentis, atque animi affectum exprimat. Et summus in ea colendi numinis ritus, & uerus accommodatissimusque dei cultus, absoluta, ac sincera religio consistit, quippe qui thura, aut uerbenas non habent, bona tamen uerba facere possunt. Reliqua, ut offerre, litare, sacrificare, consecrare, paucorum sunt quod non omnia apud omnes inueniantur, neque omnibus ea permissa sint. Et oratione omnes quam simillimi deo efficimur, quæ ab omnibus haberi potest, ut nobiscum esse intelligatur, cum pie, fructe, casteque præcamur. Igitur cum uberrimos sanctos pariat oratio, ut non possit esse non frugi, si cum iustitia charitateque coniuncta sit, parsque optima sit religionis, & in ea uerus & sincerus dei cultus existat, quam omnes habere possunt, & deessent, & absque ea homines à belluis parum differant, orandum, præcandumque est omnino, ut homines esse uideamur, ut satis religioni faciamus, ut accommodatissimo cultu deum uenerantes quàm frugi, quàm utilis sit oratio sentiamus ab eo, qui trinus & unus uiuit & regnat deus per omnia secula seculorum.

FINIS.

ΠΑΝΤΟΛΕΟΝΤΟΣ ΔΙΑ

ΚΟΝΟΥ ΤΗΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ,
λόγος εἰς τὰ ἅγια φῶτα.

PANTOLEONTIS MAgnæ dei Ecclesiæ Diaconi de luminibus sanctis(id est, de domino Christo & sancto Ioanne eius præcursore)sermo.

Τὴν τῆς πανηγύρεως χάριν, τὴν ἀπὸ τῶν λόγων ὁρῶ μὴ δεομένην λαμπρότητος. παντὸς γὰρ κάλλους λόγων τὰ παρόντα καλλίω. καὶ λόγος οὐδεὶς οὕτως ὡραῖος, ὡς αὕτη καθ' ἑαυτὴν ἡ πανήγυρις. τί γὰρ ἂν εἴη τῆς παρούσης ἑορτῆς ὡραιότερον; εἰς ἣν καὶ τὰ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὰ τῆς γῆς ἑορτάζουσι βασίλεια, εἰς ἣν καὶ ἄνωθεν βασιλέως θυμὸς ἐπεδήμησεν. εἰς ἣν καὶ τῶν ἐπιγείων ὁ βασιλεὺς, τὸ διάδημα κρύψας, συναναστρέφεται δήμοις. καὶ ὁ τῶν ὅλων δεσπότης Χριστὸς εἰς θήραν τοῦ διαβόλου παραγινόμενος, καὶ τὸ τῆς θεότητος ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ σκεπάσας ἀξίωμα, τοῖς τῶν Ἰουδαίων συναυλίζεται δήμοις, καὶ τὴν τοῦ βαπτίσματος ὑποκρίνεται χρείαν, αὐτὸς ὢν τοῦ βαπτίζοντος βάπτισμα. καὶ γίνεται κατὰ τὸ φαινόμενον τῶν ἀνθρώπων εἷς. καὶ γὰρ βασιλεῦσιν ἑπόμενον ὁπηνίκα ἂν εἰς θήραν ἀπιῶσιν, ἀντὶ τῆς βασιλικῆς ἀξίας στρατιωτικὸν περιτίθεσθαι σχῆμα. οὕτω καὶ ὁ τῶν ὅλων βασιλεὺς Χριστὸς, εἰς θήραν τοῦ διαβόλου παραγινόμενος, καὶ τὸ θηρίον πρὸς συμβολὴν ἐρεθίζων, κρύψας τὴν ἀπρόσιτον τοῦ θηρίου θεότητα, οὐ γὰρ ἂν εἰ προέγνω προσῆλθε, τὴν εὐχείρωτον δείκνυσι τῆς ἀνθρωπότητος φύσιν, ἵν' ὡς εὐάλωτον προσελθὼν περιπέσῃ τῇ θήρᾳ. ἀλλ' ἡ τῆς προσποιήσεως τὸν Ἰωάννην οὐ διέλαθε τέχνη. τῇ τοῦ πνεύματος χάριτι αὐτοῦ τὴν κεκρυμμένην ἐν τῇ σαρκὶ δεικνύσης θεότητα. ὅρα γοῦν οἷα πρὸς αὐτὸν ἀναβοᾷ. ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; κἂν τοῖς ἄλλοις λανθάνῃς, ἐμοί φησι γέγονας γνώριμος. οἶδά σου τὴν προσποίησιν δέσποτα. γνωρίζω

Quæ festi huius est gratia, nihil puto sermonis eam splendore indigere. Omni quippe orationis elegantia, quæ in præsentiarũ tractamus, pulchriora sunt, nec sermo ullus tam uenustua, atque nostra hæc per se est panegyria. Quid etenim possit præsente nostra solennitate esse splendidius? ad quam & cœlestia & terrestria, ad celebrandum, regna conueniunt: Ad quam Regis desuper animus quoque accessit: In qua & terricolarum rex, abscondito diademate, cum populo conuersatur: Imò qui Dominus est uniuersi, Christus ad captiuum ducendũ Sathanam delapsus, tecta per humanam speciem diuinitatis suę maiestate, cum populo Iudaico cohabitat, & baptismi se usui submittit, quum ipse sit baptizantia baptisma: Et fit, sicuti foris apparet, hominum unus. Regum est secutus consuetudinem, qui dum prædæ insidiantur, deposita regia maiestate, militari se habitu amiciunt: Sic uniuersi quoque Rex Christua aduenandum Sathanam accedens, & ad conflictum feram incitans, abscondita, quæ à congressu bestiam deterreret, diuinitate sua (haud enim, siquidem cognouisset, accessisset) infirmam ostendit humanitatis naturam, quo quasi cum imbecillo & captu facili congressura, in laqueum incideret. Sed hoc dissimulandi studiũ haud Ioannem latuit, Spiritus ei gratia absconditam in carne diuinitatem monstrante. Vide igitur qualiter ad eum exclamet: Mihi, inquit, opus est, ut abs te baptizer, & tu uenis ad me: Etsi, inquit, hos lateas, mihi tamen factus es cognitus, noui tuam ô Domine dissimulationem: cognosco

τὸν

τὸν ἔνδον κεκρυμμένον, ἔγνων σου τὴν ἀξίαν ἐν μήτρᾳ βασταζόμενος ἔτι. μέγα μοι καὶ τὸ λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων τῶν σῶν. σὺ δὲ καὶ τῇ κεφαλῇ προσάγειν τὴν δεξιὰν ἐπιτάττεις. τῆς σῆς ἦλθον παρουσίας ἑτοιμαστής, οὐχ ἁγιαστὴς τῆς ἀναμαρτήτου σαρκός. οὐκ εἰμὶ τῶν τὴν σὴν ἀγνοούντων ἀξίαν. ἐκ τῆς μητρώας γαστρὸς τὴν σὲ μέλλουσαν τίκτειν θεασάμενος, ἔκραζον πόθεν μοι τοῦτο. ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου μου πρός με. ἀμνὸς παραγέγονας αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. κἀγὼ τὴν σὴν μετὰ τοῦ κόσμου δωρεὰν ἀναμένων. ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; πρὸς τὸν πηλὸν ὁ χρυσός; πρὸς τὸν λύχνον ὁ ἥλιος; πρὸς τὸν σπινθῆρα τὸ φῶς, ἡ πηγὴ πρὸς τὸν πιεῖν ἐπειγόμενον; πρὸς τὸν ἐκ σπέρματος ὁ ἐκ παρθένου τεχθείς; ἀρκεῖ μοι τὸ κληθῆναί σου πρόδρομον. προσκυνῶ τὴν εἰς τοῦτο διακονίαν. τί οὖν καὶ νίπτειν βιάζει τῆς δικαιοσύνης ὁ ἥλιος. τί οὖν ὁ δεσπότης χριστός. ἄφες ἄρτι. οὕτω γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστὶ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. ἄφες ἄρτι. ἐπιεικείας μοι νῦν, οὐ δοξολογίας ὁ καιρὸς ἀνθρωπίνης πολιτείας, οὐ δεσποτικῆς αὐθεντίας. παραγενόμενος γὰρ δι᾽ ὑμᾶς Ἰωάννη, ἐτέχθην ἐκ γαστρὸς ἀνθρωπίνης. γαλακτοτροφίας μετέσχον. ηὐξήθην κατὰ σώματος νόμον, τὴν τῶν νομίμων φυλακὴν ἀπεπλήρωσα. οὐδὲν μοι τῶν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως παραλείφθη πολιτευμάτων. δέχομαι καὶ νῦν ὡς ἄνθρωπος βάπτισμα. πραχθήτω πάντα παρ᾽ ἐμοῦ τὰ τοῦ σώματος ἀκόλουθα φύσεως. μὴ μάθῃ δι᾽ ὧν λέγεται ὁ διάβολος τὴν κεκρυμμένην μου θεότητα, μὴ φοβηθεὶς τὸ μυστήριον, καὶ φύγῃ τὴν πρὸς ἐμὲ συμβολήν, καὶ κερδάνῃ δραπετεύουσαν τὴν ἧτταν. ἄφες ἄρτι. ὄψει με μικρὸν ὕστερον Ἰωάννη τὴν δόξαν. ὄψει με τῆς τῶν δαιμόνων νικητὴν παρατάξεως. ὄψει τὴν τοῦ ᾅδου παρ᾽ ἐμοῦ σκυλευομένην βασιλείαν. ὄψει με ἀγγέλων οὐρανίων δόξαις ὑμνούμενον δήμοις. ὄψει με τῆς οἰκουμένης κριτὴν προκαθήμενον. ὄψει με παρὰ παντὸς λατρευόμενον ἔθνους. ὄψει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων πρὸς τὴν ἐμὴν συγκεκυφὸς προσκύνησιν. ἄφες ἄρτι, οὕτως γὰρ πρέπον ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. τούτων πρὸς τὸν Ἰωάννην παρὰ χριστοῦ λαλουμένων, καὶ πρὸς αὐτὸν παρ᾽ ἐκείνου, οἱ τῶν ἰουδαίων ἀκροαταὶ παρειστήκεσαν δῆμοι. καὶ καθ᾽ ἑαυτοὺς σιωπῇ διηπόρουν. θαυμαστὸν τὸ γινόμενον. ἐκ πλήξεως τὸ φαινόμενον ἄξιον. ὁ φαρισαίους βαπτίζων, παρὰ τούτου βαπτισθῆναι παρακαλεῖ. ὁ σαδδουκαίοις φρικτός, πρὸς τὴν τούτου νῦν ἕστηκε συγκεκυφὼς θεωρίαν. ὁ νηστευτὴς παρὰ τοῦ μὴ νηστεύοντος ζητεῖ εὐλογίας. ὁ τριχίνην κεχρη-

qui intra te absconditus est, quoniam tuam cognoui maiestatem, dum in utero adhuc matris gestarer. Magnum mihi foret uel soluere corrigiam calciamentorum tuorum, & tu mandas ut dexteram meam capiti tuo admoueam? Tui ego ueni aduẽtus præco, non carnis tuæ, quæ sine labe & macula est, sanctificator. Non ego ex ijs sum qui tuam ignorant eminẽtiam: nam ex materno utero qua parẽte esses nasciturus cõspicatus, exclamaui: Vnde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me? Agnus tu accessisti, qui tollat noxam mũdi. Et ego unà cum mundo tuum expectans donum, opus habeo ut abs te baptizer, tu uerò ad me uenis? Ad lutum aurum? ad lychnum, Sol? ad scintillam fax? Fõs ad sitientem? ad natum ex semine, qui ex uirgine nat⁹ est? Satis est mihi tuum me uocari præcursorẽ: ob quod sanè ipsum adoro ministerium. Quid igitur ad lauandum se quoq; cõpellit Iustitiæ Sol? Quid ergo dominus Christus: Omitte nũc inquit, sic enim decet nos, ut compleamus omnem iustitiam. Omitte nunc, mansuetudinis mihi nunc, non glorificationis tempus est, humano uiuendi more, non imperiali potestate: Adueni enim propter uos ô Ioannes: natus ex utero humano, lacte nutritus, pro corporis lege auctus, statutorũ obseruãtiam executus sum: Nulla mihi humanæ cõditionis prætermissa ciuilitas est: Quare nunc quoq; ceu homo baptisma suscipio. Perage ea mecum omnia, quæ corporis naturæ conueniunt: Ne discat, per quæ dicat diabolus absconditam meam diuinitatem, ne mysterium metuens, congressum meum fugiat, atq; auersam à se stragem lucretur. Omitte nunc, uidebis meam paulo post, ô Ioannes, gloriã: Videbis me demoniacæ phalangis uictorem: Videbis satanæ à me regnum expoliatum: Videbis me ab angelica cœlesti turba laudibus celebrari: Videbis me terrestris orbis iudicem præsidentem: Videbis me ab omnibus coli Gentibus: Videbis omne genu cœlestium, terrestrium & infernorum ad adorandum me flecti. Omitte nunc, sic enim nos decet, ut compleamus omnem iustitiam. Hæc Christo & Ioanne inter se colloquẽtibus Iudæorũ audientiũ astitit turba, qui attoniti de facto hoc admirabili dubitabant: stupore uidebatr dignũ. Qui em̃ Pharisæos baptizabat, ab hoc rogat baptizari: Qui Sadducæis erat formidabilis, ad illius nũc aspectum assurgit flectẽs genua; Ieiunio clarus ab eo q nõ ieiunauit, benedictionẽ quærit: Qui ueste ex pilis cõ

μένος

μένῳ ἰδιώτῃ, τοῦ παρὰ τῶν μηδὲν τοιοῦτον ἐπιφερομένου ἱκέτης καθάρσεως. ὁ τοῖς τῶν μελισσῶν κατὰ τὴν ἔρημον πόνοις, καὶ τοῖς τῶν βοτανῶν συντρεφόμενος ἐκ βρέφους ἀκρίσμασι. τὴν τούτου νῦν ὡς ἁγιωτέραν δέδιε πολιτείαν, ποῖον ἄρα τοῦ τούτου πρὸς ἐκεῖνον ὑπεροχῆς τὸ διάφορον; τίς ἄρα ψῆφος περὶ θεοῦ πρὸς τοῦτο; μεταξὺ τοίνυν τῆς ἀπορίας δὲ οὐρανῶν διαβοᾶται φωνή. ζητεῖτέ φησι καθ' ἑαυτοὺς τοῦ βαπτιζομένου τὴν δύναμιν, μάθετε τὴν ζητουμένην παρ' ὑμῖν τὴν οὐσίαν. γνῶτε Ἰωάννου καὶ τούτου πηλίκον τὸ διάφορον, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα. ἐντεῦθεν Ἰωάννης, οὐ κατὰ τὸν ναὸν ποιεῖται τὸ βάπτισμα. οὐ κατ' οἶκον, ὡς ἑκάστῳ βαπτίζειν τι συνήθες. ἀλλ' ἐν ἐρημίᾳ καὶ ὑπαίθρῳ ποταμῷ, ἵνα πάντες ἀκούοντες ἐκ τῆς ἐξ οὐρανῶν κατὰ τὸν ἀέρα φωνῆς, τὸν παρόντα διδάσκωνται, μεγάλης ἄρα μέγαν χορευτὴν πανηγύρεως, δεσπότην δεσποτικῆς, βασιλικῆς βασιλέα φιλανθρώπου φιλάνθρωπον. ὁ γὰρ ζυγός σου χρηστὸς ὦ φιλάνθρωπε βασιλεῦ. καὶ τὸ φορτίον σου ἐλαφρόν. ὡς πρέπειν πρὸς ἡμᾶς καὶ σοὶ τὰ τοῦ δεσπότου βοᾶν. ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς. ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι. μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι. καὶ οὐ βαρεῖ τῷ προστάγματι. οὐ ζυγῷ δαμαζόμεθα. οὐχ' ὑπορύγχω κατακλώμεθα φόβῳ, ἀλλὰ δεδοίκαμεν μὲν, ἐλευθέρῳ δὲ φόβῳ, οὐ καταδίκην ἕλκομεν τὸν τῆς δουλείας ζυγόν, ἀλλ' ἡδόμενοι μᾶλλον ἢ βαρυνόμενοι. εἰς τοίνυν ἡμῖν πολυελίκτοις σῳζόμενος ἔτεσιν. ἐπιδοίης πρὸς μῆκος πολυετίας. γένοιο πρεσβύτης. ὃν ἐπιστεύθης λαὸν ἡνιοχοίης, εἴποι καὶ πρὸς σὲ ὁ θεὸς, τὴν τῶν ἐκ σοῦ τικτομένων βασιλείαν ἐν φύσιν, αὐξανῶ σε σφόδρα σφοδρῶς, καὶ θήσομαί σε εἰς ἔθνη, καὶ βασιλεῖς ἐκ σοῦ ἐξελεύσονται. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις. νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

texta erat tectus, ab eo qui eiuſmodi nihil ſecum adfert, purgationem ſupplex petit: Qui apium in deſerto laboribus & herbarum radicibus ac locuſtis à puero nutritus, huius nunc tanquam ſanctiorem conſtitutionem formidat. Quod ergo excellētiæ interillos diſcrimē eſt? Quale de illo dei fere ſuffragium? Interea dum omnes ſic ſtupore ſunt correpti, è cœlis ebuccinantis audítur uox. Inquiritę, inquit, apud ſe quiſq; baptizati uirtutem, diſcite potētiam eius, qui apud uos eſſentiam quæſiuit; Cognoſcite quantum ſit inter Ioannem & hunc diſcrimen. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt. Hinc quoq; Ioannes non in templo baptizat, nec in domo aliqua, quemadmodum aliorum unuſquiſq; conſueuit: ſed apud deſerti, & dio expoſitū flumen, quo audientes omnes ex cœleſti illa per aërem audita uoce præſentem hunc diſcerent, Magnum uidelicet magnæ illius panegyris choragum, dominum dominantium & Regem Regum ac humanitatis omnis fontem. Iugum enim tuum ſuaue eſt ô Rex humaniſſime, et onus tuum leue: Vt deceat te quoque hæc ad nos domini uerba exclamare: Tollite iugum meū ſuper uos, Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meū leue eſt: diſcite à me quoniā mitis ſum. Nec conſtitutionum onere nos grauat: non iugo opprimimur: non metu torquemur. Verum timuimus quidem, at liberi nunc à metu, non ueluti ſontes & damnati ſeruitutis iugū toleramus: ſed uoluptati magis quàm oneri nobis eſt. Sis igitur nobis multiplicatos ſeruatus in annos: diuturnitatis longitudini tu ſuperaddas: Fias ſenex: Tu populum, quem ſortitus es, dirigas. Dicat ad te quoq; deus: Regnum eorum qui ex te naſcētur, propagando, augebo te uehementer nimis, & ponam te in Gentes, & Reges ex te prodibunt. In Chriſto Ieſu domino noſtro, cui ſit omnis gloria honor & ueneratio, nūc & ſemper, & in ſecula ſeculorum Amen.

TESTAMENTVM DVOdecim Patriarcharum, filiorum Iacob,

per Robertum Lincolinenſem Epiſcopum, è Græco in Latinum uerſum.

Teſtamentum Ruben, de his quæ moriturus in mente, ſpiritu præ noſtico dictante, habuit. I.

TRanſcriptum Teſtamenti Ruben, quæcunq; mandauit filijs ſuis, priuſquam moreretur, in CXXV. anno uitæ ipſius. Poſt annos duos mortis Ioſeph, ad ægrotantem congregati ſunt ut uiſitarent eum filij & filij filiorum eius, & dixit eis: Filioli mei, ego morior, & uado uiam patrum meorum. Et uidens illic Iudam, Gad & Aſer fratres ſuos, dixit eis: Erigite me fratres, ut dicam fratribus meis

bus meis et filijs meis, quæcunq; habeo in corde meo abscondita: deficiēs em̄ ego sum à modo. Et stās osculatus est eos, & plorās dixit: Audite fratres mei, aurib. percipite uerba Ruben patris uestri, quæcunque mando uobis: Ecce, testificor uobis Deum cœli hodie, ut non ambuletis in ignorantia iuuentutis & fornicatione, in qua effusus sum ego, & inquinaui lectum patris mei Iacob: Dico enim uobis, quoniam percussit me dominus plaga magna in ilijs meis per menses septem, & nisi Iacob pater meus orasset pro me ad dominum, quoniam uoluit occidere me, perijssem. Eram enim annorum triginta, quando feci hoc malum coram Domino, & septem mensibus infirmatus sum usque ad mortem, & in electione animæ meæ septem annis pœnitui coram Domino. Vinum & siceram nō bibi, & caro non intrauit os meum, & omnem panem desiderij non gustaui lugens pro peccato meo, magnum enim erat, & non fiet in Israël ita. Et nunc audite me filij, ut manifestem uobis quæ uidi, de septem spiritibus erroris, in pœnitentia mea. Septem spiritus dati sunt aduersus hominem à Beliar, & ipsi sunt caput operum iuuentutis, & septem spiritus dati sunt ei in creatione, ut sit in eis omne opus hominis. Primus spiritus est uitæ, cum qua consistentia creatur. Secundus spiritus est uisus, cum quo fit desideriū. Tertius spiritus est auditus, cum quo fit doctrina. Quartus spiritus est olfactus, cum quo est gustus datus in attractione aëris & spirationis. Quintus spiritus est locutionis, cū qua fit cognitio. Sextus spiritus est gustus, cum quo fit cibatio comestibilium & potibilium, & fortitudo in ipsis creatur, quoniā in cibis substantia est fortitudinis. Septimus spiritus est seminis & coitus, cum quo coingreditur per concupiscentiam uoluptatis peccatum. Propter hoc ultimus est creationis, & primus iuuentutis, quoniam ignorantia plenus est, & ipsa iuniorem ducit ut cæcum in foueam, & ut iumentum in presepiū. In omnibus his octauus spiritus somni est, cum quo creata est extasis naturæ, & imago mortis. His spiritibus commiscetur spiritus erroris. Primus fornicationis, in natura & sensibus iniacet. Secundus spiritus, insatiabilitas in uentre. Tertius spiritus, pugnę in epate & colera. Quartus spiritus, placentiæ et machinationis, ut per superfluitatē decorus appareat. Quintus spiritus, superbiæ, ut moueatur & magna sapiat. Sextus spiritus mendacij, in prædicatione & zelo fingendi sermones eius, de genere & familiaribus. Septimus spiritus, iniustitiæ, cum qua fiunt & commotiones, ut faciat concupiscentiā uoluptatis cordis sui. Iniustitia enim cooperatur reliquis spiritib. per doli assumptionē. In omnib. his spiritus somni, octauus spiritus, copulat errore et phātasia, & ita perit animus iuniorū, obtenebrans mentē à ueritate, & non intelligēs legem domini, neq; obediēs doctrinæ patrum suorum, quemadmodum & ego passus sum in iuuentute mea. Et nunc filij ueritatem diligite, & ipsa custodiet uos. Audite Ruben patrem uestrum, non attendatis in uisione mulieris, neq; singulariter sitis cum fœmina quæ est sub uiro, neq; circumscrutemini operationem mulierum. Nisi enim uidissem Ballam balneantem in cooperto loco, non incidissem in iniquitatem magnam. Concipiens enim mens mea muliebrem nuditatem, non siuit me dormire, usquequo operatus sum abominationem. Absente enim Iacob patre meo apud Isaac patrem suum, existentibus nobis in Gader, proximo Ephrata domus Bethleem, Balla erat ebria, et dormiens reuelata iacebat in cubiculo, & ego ingrediens, & uidens nuditatem ipsius, operatus impietatē, & derelinquens eam dormientem, egressus sum: confestim Angelus dei reuelauit patri meo Iacob de impietate mea, & ueniens lugebat super me, non amplius tangens eam. Non ergo attēdatis pulchritudini mulierum, neq; cogitetis operationes earum. Sed ambulate in simplicitate cordis in timore domini, & laborātes in operibus, & exercitātes in literis & in gregibus uestris, donec dominus det uobis coniugem quam ipse uult, ut non patiamini sicut & ego. Vsq; ad mortem patris nostri, non habebam fiduciam aspiciendi in faciem Iacob, uel loquendi alicui fratrum propter opprobria, & usq; nunc conscientia mea cruciat me de peccato meo, & cōsolatus est me pater meus, quoniam orauit pro me ad dominum, ut transeat à me ira domini, sicut ostendit mihi dominus. Ex tunc igit̄ custoditus sum & non peccaui. Propter hoc filij mei, custodite omnia quæcunq; narro uobis, & non peccabitis. Perditio enim animæ est fornicatio, diuidens à deo, & adproximare faciens ad idola, quoniam ipsa in errorem ducit intellectum & mentem, & deducit iuuenes in infernum ante tempora ipsorum. Nā multos perdidit fornicatio. Quoniam etsi sit aliquis senex, uel nobilis, opprobrium ipsum facit, & derisionem apud Beliar & filios hominum. Quia enim custodiuit se Ioseph ab omni muliere, & cogitationes purgauit ab omni fornicatione, inuenit gra-

nit gratiam coram domino & hominibus. Etenim multa fecit ei Aegyptia, quę Magos ad
uocauit, & pharmaca ei obtulit, & nō suscepit consilium animæ eius desiderium pernicio
sum. Propter hoc deus patrum meorum eruit eum ab omni uisibili & abscondita morte.
Si enim non præualeat fornicatio menti, neq; Beliar præualebit uobis. Perniciosæ enim
sunt mulieres, filij mei, quoniam cum non habent potestatē uel uirtutē in hominem, dolo
se agunt in formis, quibus eū ad ipsas attrahant, & quem per fortitudinem nō possunt uin
cere, hunc per deceptionē uincunt. Nam & de eis dixit mihi Angelus dei, qui docuit me,
quoniam mulieres uincuntur à spiritu fornicationis super hominem, & in corde machinā
tur aduersus homines, & per ornatū errare faciunt primo eorum mentes, & per uisum ue-
nenum inserunt, & tunc opere captiuant: non enim potest mulier hominem cogere. Fu-
gite ergo fornicationem filij mei, præcipite mulieribus uestris et filiabus, ut non ornent se
in capitibus, & uisus earum castigent, quoniam omnis mulier dolose agens in his, in puni
tionem seculi reseruata est. Ita enim seduxerunt uigiles ante diluuium, & illi continuo ui
dentes eas, affecti sunt desiderio adinuicem, & conceperunt mente operationem, et trans
figurati sunt in homines, & in coitu uirorum suorum apparuerunt eis, & illæ desideran-
tes mente imaginationes eorum, pepererūt Gigantes. Apparuerunt enim eis uigiles us-
que ad cœlum attingentes. Custodimini ergo à fornicatione, & si uultis purgari mēte, cu-
stodite sensus uestros ab omni fœmina, sed & illis præcipite non communicare cum ho-
minibus, ut & ipsæ purgentur mente. Continuæ enim contingentiæ, & si non operatum
fiunt impium, tamen ipsis sunt ægritudo insanabilis, nobis uero opprobrium Beliar sem-
piternum, quoniam fornicatio neq; intellectū neq; pietatem habet in se ipsa, & omnis ze-
lus habitat in desiderio eius, propter hoc zelabitis filios Leui, & quæretis exaltari super
eos, sed non poteritis. Deus enim faciet uindictam eorum, & moriemini morte pernicio-
sa Leui enim dedit dominus principatum & Iudæ, cum his & mihi, Dan & Ioseph, ut esse
mus Principes. Propter hoc mando uobis, audite Leui, quoniam ipse noscet legem domi
ni, & diuidet iudicia, & sacrificia pro omni Israël, usq; ad consumationem temporum prin
cipis sacerdotum Christi, quoniam dixit dominus: Adiuro uos per deum cœli, ut faciatis
ueritatem unusquisq; proximo suo, & ad Leui appropinquare in humilitate cordis, ut reci
piatis benedictionem ex ore ipsius. Ipse enim benedicet Israël & Iudam, quoniam eum
elegit deus regem super omnes populos, & adorate semen ipsius, quoniā pro uobis mo-
rietur in bellis uisibilibus & inuisibilibus, & erit in uobis rex seculorū. Et mortuus est Ru
ben præcipiens filijs suis prædicta et benedicēs, & posuerūt eum in thecam, usquequo re
ferētes eū ex Aegypto, sepelierūt in Hebron in spelūca duplici, ubi patres ei⁹ dormierūt.

Testamentum Simeon, de Inuidia. II.

TRanscriptum uerborum Simeon, quæ locutus est filijs suis antequam moreretur
centesimo uicesimo anno uitæ suæ, in quo mortuus est Ioseph. Venerunt enim
uisitare ipsum ægrotantem, et erectus sedens osculatus est eos, & dixit eis: Audi
te filij, audite Symeonem patrem uestrū quæcunq; habeo in corde meo. Ego ge-
nitus sum ex Iacob patre meo filius secūdus, et Lya mater mea uocauit me Symeonē, quo
niā audiuit dominus orationē ipsius. Potēs effectus sum ualde, nō formidaui operationē,
neq; timui ab omni re Cor enim meum erat durum, epata mea immobilia, & uiscera mea
non cōpatientia, qm̄ et fortitudo ab altissimo dat̄ hominibus in animabus et corporibus.
In tēpore illo inuidi Ioseph, qm̄ dilexit eū pater noster, firmaui super eū epata mea ad occi
dendū eū, qm̄ princeps erroris, mittens spiritū inuidiæ, excæcauit mentē meā, ut non attē-
derem, non parcens Iacob patri meo. Sed deus eius, & patrū eius, mittens Angelū suum,
eruit eum ex manibus meis. Vt enim ego ieram in Sichimis afferre unguentū gregibus, et
Ruben in Dotaim ubi erant necessaria nobis & omnia reposita, Iudas frater noster uendi
dit eum Ismaëlitis, & ueniens Ruben tristatus est, uoluit enim ipsum saluum reducere ad
patrem. Ego uero iratus eram aduersus Iudam, quoniam uiuentem ipsum dimisit, et fui mē
ses quinq; iratus ei, impediuit autem me deus, et prohibuit à me operationem manuū, quo
niam manus mea dextera semisicca erat per dies 7. Et cognoui filij, quòd propter Ioseph
hoc mihi accidit, & pœnitens fleui & oraui dominum, ut restitueret manum meam et ab-
stinerem ab omni inquinamento, inuidia, et omni insipientia. Cognoui enim, quoniam
perniciosam rem cogitaueram coram Domino et Iacob patre nostro, propter Ioseph fra
trem meum, cui inuidebam. Et nunc filij custodimini à spiritibus erroris et inuidiæ, ete-

nim inuidia dominatur omni menti hominis, quæ non patitur eum neq; comedere neq; bibere, neq; facere aliquid boni, ſemper ſuggerens occidere eum cui inuidetur, cum is omnino floreat, inuidens uero marceſcit. Per duos annos puniui in timore domini & in ieiunio animam meam, & cognoui, quoniam liberatio inuidiæ per timorem dei efficitur. Si quis ad dominum refugiat, aufugit pernicioſus ſpiritus ab ipſo, & efficitur mens leuis, & iam compatitur inuidioſo, & non reprehendit diligentes ipſum, & ita quieſcit ab inuidia. Et interrogabat pater de me, quoniam uidit me triſtem, & dicebam mentiens: Epata mea doleo. Triſtabar enim ſuper omnes, quoniam ego eram cauſſa uenditionis Ioſeph, & quando deſcendimus in Aegyptum, & ligauit me uelut exploratorem, cognoui, quoniã iuſte patiebar, & non ſum contriſtatus. Ioſeph uero erat uir bonus, & habens ſpiritũ dei in ſeipſo, miſerator & miſericors, non recordatus eſt facere malum mihi, ſed & dilexit me ut alios fratres. Cuſtodimini ergo filij mei ab omni zelo & inuidia, & ambulate in ſimplicitate animæ, & in bono corde cogitantes fratrem patris ueſtri, ut det uobis deus gratiam, gloriam & benedictionem ſuper capita ueſtra, ſicut uidetis in ipſo. Omnibus diebus non improperauit nobis de uerbo hoc, ſed dilexit nos ut animam ſuã, & ſuper filios ſuos & glorificauit nos, & diuitias, pecora & fructus omnibus nobis largitus eſt. Et uos ergo filij mei dilecti, diligite unuſquiſq; fratrem ſuum in bono corde, & amouete à uobis ſpiritum inuidiæ, quoniam ipſe ſylueſtrem facit animam, & corrumpit corpus, iram & bellum tribuit eius conſilijs, & in ſanguinem exacuit, & in extaſim ducit mentem, & non ſinit intellectum in hominibus operari. Sed & ſomnum aufert, & tribulationem tribuit animæ, & tremorem corpori, quoniam & in ſomno aliquis zelus maliciæ imaginatæ ipſum corrodit, & ſpiritibus pernicioſis conturbat animam ipſius, & expaueſcere corpus facit, & conturbatione excitari mentem, & ſicut ſpiritum pernicioſum & uenenum fundẽtem habens, ita apparet hominib. Propterea Ioſeph erat pulchra facie & decorus aſpectu, quoniam non habitauit in ipſo quicquam pernicioſum. A turbatione enim ſpiritus, faciem puram habuit. Et nunc filij mei benigna facite corda ueſtra corã domino, & dirigite uias ueſtras coram hominibus, & inuenietis gratiam coram deo & hominibus, & cuſtodimini ne fornicemini, quoniam fornicatio mater eſt omnium malorum, diuidens à deo, & appropinquare faciẽs ad Beliar. Vidi enim in charactere ſcripturæ Enoch, quoniam filij ueſtri uobiſcum in fornicatione corrumpentur, & Leui iniuſticiam facient in gladio. Sed non præualebunt ad Leui, quoniam bellum domini bellabit, & uincet omne caſtrum ueſtrum, & erunt pauciſſimi diuiſi in Leui & Iuda, & erit uobis Dux, quemadmodum pater meus Iacob prophetauit in benedictionibus. Ecce prædixi uobis omnia ut iuſtificer à peccato animarum ueſtrarum. Si autem auferatis à uobis inuidiam, & omnem duram ceruicem, ut roſa florebunt omnia oſſa mea in Iſraël, & ut lilium caro mea in Iacob, & erit odor meus ſicut odor Libani, & multiplicabuntur ut cedri ſancti ex me uſq; in ſeculum, & rami eorum uſq; in longitudinem dierum. Tunc peribit ſemen Chanaan, & reſiduum non erit Amalech, & peribunt omnes Cappadoces, & omnes Cethæi perdentur. Tunc deficiet terra Cham, & omnis populus peribit. Tunc requieſcet omnis terra à tribulatione, & omnis qui ſub cœlo eſt à bello. Tunc Sem glorificabitur, quando Dominus Deus magnus Iſraël, apparebit in terra ut homo, & ſaluabit in ipſo Adam. Tunc dabuntur omnes ſpiritus erroris in conculcationem, et homines regnabunt ſuper pernicioſos ſpiritus. Tunc reſurgam in lætitia, & benedicam altiſſimum in mirabilibus ipſius, quoniam deus corpus aſſumens, & comedens cum hominibus, ſaluabit homines. Et nunc filioli mei, obedite Leui, & in Iuda liberabimini, & non efferemini ſuper duas tribus has, quoniam ex ipſis orietur nobis ſalutare dei. Suſcitabit enim dominus ex Leui principem ſacerdotum, & ex Iuda regem, deum & hominem, Ita ſaluabit omnes Gentes & genus Iſraël. Propter hæc omnia mando uobis, ut uos mandetis filijs ueſtris, ut cuſtodiant hæc in generationes eorum. Et Simeon finiuit ſermones hos, mandans filijs ſuis, & dormiuit cum patribus ſuis, cum eſſet centum & uiginti annorum. Et poſuerunt eum in thecam, lignorum quæ non putreſcunt, ut reducerent oſſa eius in Hebron, & reduxerunt ea clam in bello Aegyptiorum. Oſſa enim Ioſeph cuſtodiebant Aegyptij in ærarijs regum. Dicebant enim eis incantatores, quod ſi deportentur oſſa Ioſeph, forent in omni Aegypto tenebræ, & caligo et plaga magna ualde Aegyptijs, ut cum lucerna quoq; non cognoſcat unuſquiſq; fratrem ſuum. Et fleuerunt filij Simeon patrem ſuum ſecundum legem triſtitiæ, & erant in Aegypto

Aegypto usque ad dies exitus eorum ab Aegypto in manu Mosi.

Testamentum Leui de Sacerdotio & Superbia. III.

TRanscriptum uerborum Leui, quæcunque disposuit filijs suis, scilicet, omnia quæ facient, & quæcunque contingent eis usque ad diem iudicij. Sanus erat quando uocauit eos ad seipsum, præsciebat enim quando moriturus erat. Cum autem congregari erant, dixit eis: Ego Leui in Carra conceptus sum, & natus illic, & post hæc ueni cum patre in Sichima. Eram uero iunior, quasi annorũ uiginti, quando feci cum Simeone uindictam sororis nostræ Dinæ de Emmor. Vt autem pauimus greges in Abelmaul, spiritus intellectus domini uenit super me, & uidebam omnes homines exterminantes uiam suam, & quoniam muros ædificauit sibiipsi iniustitia, & super turres iniquitas sedit. Et tristatus sum de genere hominũ, & oraui dominum ut saluaret. Tunc cecidit super me somnus, & contemplatus sum montem excelsum. Hic est mons aspidis in Abelmaul: & ecce, aperti sunt cœli, & angelus dei dixit ad me: Leui ingredere, & ingrediebar de primo cœlo in secundũ. Et uidi illic aquam suspensam in medio huius & illius. Et uidi tertium cœlum multo lucidius quàm duos. Etenim altitudo erat in ipso infinita. Et dicebam angelo: Propter quid istud? Et dixit angelus ad me: Non mireris in his, alios enim quatuor cœlos uidebis clariores et incomparabiles cum ascenderis illic. Quoniam prope dominũ stabis, et minister ipsius eris, et mysteria eius annunciabis hominibus, et de uenturo liberato re Israël prædicabis. Et per te et Iudã apparebit dominus hominibus, saluans in ipsis omne genus hominũ, et ex parte domini erit uita tua, ex ipso erit tibi, ager, fructus, aurum et argentum. Audi ergo de septem cœlis. Quod inferius propterea tristius est, quia istud iuxta omnes iniustitias hominum est. Secundum habet ignem, niuem, glaciem, parata in diẽ præcepti domini in iusto iudicio dei. In ipso sunt omnes spiritus retributionum ad uindictam iniquorum. In tertio sunt uirtutes castrorum, ordinatæ in diem iudicij, ad faciẽdum uindictam in spiritus erroris & Beliar. In quarto autem superius his sancti sunt, quoniam in superioribus locis habitat magna gloria in sancto sanctorum supra omnem sanctitatem. In eo, quod post hoc, Angeli sunt faciei dei ministrantes, & propiciantes ad dominũ in omnibus ignorantijs iustorum. Offerunt uero domino odorem suauitatis rationabilẽ, & sine sanguine oblationem. In eo autem, quod subtus est, sunt Angeli qui ferunt responsiones Angelis faciei dei. In eo uero, quod post hoc est, sunt Throni, Potestates, in quo hymni semper deo offeruntur. Quando ergo respexerit dominus super nos, omnes nos commouebimur, cœli, terra & abyssi, à facie magnitudinis eius commouebuntur. Filij autem hominum in his existentes insensibiles, peccabunt & irritabunt altissimum. Nunc ergo cognoscite, quoniam faciet dominus iudicium super filios hominum, quando petris scissis, sole extincto, aquis siccatis, igne tremente, & omni creatura turbata, inuisibilibus spiritibus liquefactis, inferno spoliato, in passione altissimi, homines increduli permanebũt et in iniustitia, propter hoc in pœnam iudicabuntur. Audiuit igitur altissimus orationem tuam, ad separandum te ab iniustitia. Et ut efficiaris ei filius & famulus, & minister faciei eius, lumen cognitionis, illuminando illuminabis in Iacob, & ut soleris inter semen Israël, tibique dabitur benedictio ac semini tuo, usquequo uisitet deus omnes Gentes in uisceribus misericordiæ filij eius usque in seculum. Veruntamen, filij tui imponent manus in ipsum ad crucifigendum ipsum, & propter hoc datum est tibi cõsilium & intellectus, ut notum facias filijs tuis de ipso, quoniam benedicens ipsi, benedictus erit, maledicentes corã eo, peribunt. Et aperuit mihi Angelus portas cœli, & uidi templum sanctum, & in throno gloriæ, altissimum. Et dixit mihi: Leui, tibi dedi benedictiones sacerdotij, usquequo ueniens, habitabo in medio Israël. Tunc duxit me Angelus in terram, & dedit mihi scutũ & gladium, & dixit: Fac uindictam in Sichen pro Dina, & ego ero tecum, quoniam deus misit me. Et occidi in tempore illo filios Emmor, sicut scriptum est in tabulis cœlorum. Dicebam autem ei: Oro te domine, dic mihi nomen tuum, ut inuocem te in die tribulationis. Et dixit: Ego sum Angelus, excusans genus Israël, ut non percutiatur in finem, quoniam omnis spiritus perniciosus ei insidiatur. Postea uelut ex somno excitatus, benedixi altissimum & Angelum excusantem genus Israël & omnes iustos. Vbi uero ueni ad patrem meum, inueni aspidem æneum, unde etiam nomen monti est aspis, quoniam prope Gebat est à dextris Abila. Et conseruabam sermones hos in corde meo. Ego consului pa

tri meo & Ruben fratri meo, ut dicerent filijs Emmor ut circunciderentur, quoniam zelaui propter abominationem quam fecerant propter Israël. Ego enim interfeci Sichen in primis, & Simeon Emmor. Posteaq; uenerunt fratres, qui percusserunt ciuitatem in ore gladij. Vt audiuit pater, iratus est, quoniam susceperant circuncisionem, & post hoc mortui sunt, & in benedictionibus aliter fecit. Peccauimus enim, quoniam præter consilium eius hoc fecimus, & infirmatus est in die illa. Sed ego noui, quoniam sententia dei erat mala in Sichimam, quoniam uoluerunt Saræ facere quemadmodum fecerunt Dinæ sorori uestræ. Verum Deus prohibuit. Persecuti autem sunt Abraham patrem nostrum, peregrinum existentem, & conculcauerunt armenta eius, præterea quoque Ieblaë, in domo ipsius genitum, ualde uerberauerunt. Ita faciebant in omnes peregrinos, ui rapientes uxores eorum, & in exilium impellentes eos. Venit autem ira domini super ipsos in finem. Et dicebam patri: Ne irascaris domine, quoniam in te ad nihilum rediget deus Chananæos, & dabit terram ipsorum tibi, & sancto tuo post te. Erit enim ab hoc die Sichimi dicta ciuitas stultorum: Quoniam ut quis deridet fatuum, ita derisimus eos. Nam insipientiam operati sunt in Israël, dum auferebant ut inquinarent sororem nostram. Venimus autem in Bethel, & ibi rursus uidebam rem quemadmodum prius, postquam sacrificaui dies septuaginta. Et uidi septem homines in ueste alba, dicentes mihi: Exurge, indue stolam sacerdotij & coronam iustitiæ, & rationale intellectus, & poderem ueritatis, & pecalum fidei, & mitram signi, & ephat prophetiæ, & unusquisque ipsorum unumquodq; portantes, imposuerunt mihi, & dixerunt: Amodo esto sacerdos domini tu & semen tuum usque in seculum. Et primus unxit me oleo sancto, & dedit mihi uirgam iudicij. Secundus lauit me aqua munda, & cibauit dans panem & uinum, scilicet, sancta sanctorum, & circundedit me stola sancta & gloriosa. Tertius byssina me induit simili ephat. Quartus zonam mihi circumposuit similem purpuræ. Quintus ramum oliuæ mihi dedit pinguedinis. Sextus diadema sacerdotij, capiti meo imposuit, & impleuerunt manus meas thimiamate, ut sacerdotio fungerer Domino. Dixit autem ad me Leui: In tria principia dei detur semen tuum, in signum gloriæ domini superuenientis, & qui crediderit, primus erit. Sors magna super ipsum non fiet. Secundus erit in sacerdotio. Tertius cui uocabitur nomen nouum, quoniam rex ex Iuda exurget, & faciet sacerdotium meum nouum secundum typum Gētium in omnes Gentes. Aduentus autem ipsius ineffabilis, ut prophetæ altissimi ex semine Abraham patris nostri. Omne desiderabile in Israël tibi erit & semini tuo, & comedetis omne pulchrum uisu, & mensam domini distribuet semen tuum, & ex ipsis erunt principes sacerdotum, & iudices & scribæ, quoniam in ore eorum custodietur sanctum. Et expergefactus, intellexi, quoniam hoc simile illius est, abscondi uero hoc in corde meo. & non annunciaui hoc omni homini in terra. Primis duobus diebus ascendimus ego & Iudas & Isaac patrem nostrum, & benedixit me pater patris mei secundum omnes sermones uisionum mearum quas uideram, & non uoluit ire nobiscum in Bethel. Vt autem uenimus in Bethel, uidit pater meus Iacob in uisione de me, quod futurus essem eis sacerdos coram domino. Et exurgens mane, decimauit omnia domino per me. Et uenimus in Hebron ad habitandum, & Isaac uocauit me continuo, ad exponendam legē domini, secundum quod monstrauit mihi Angelus dei, & docuit me legem sacerdotij, sacrificiorū, holocaustomatum, primitiarum, uoluntariorum & salutarium. Singulis diebus docuit me intelligere, & perseuerabat in me coram domino, & dixit: Non attende fili spiritui fornicationis, hic enim permanebit, & per semen tuum inquinabit sancta. Accipe ergo tibi uxorem in iuuentute tua, non habentem maculam, neq; inquinatam, neq; de genere Allophilorum uel Gentium. Et anteq; intrabis sancta, lauato, similiter sacrificando. Et complens sacrificium, rursus laua. Duodecim arborum, perpetuo uirentium, fructus offer domino, ut etiam me Abraham docuit, & omnis animalis mundi, & uolatilis mundi offer sacrificium domino. Similiter omnis primi germinis & uini offer primitias, & omne sacrificium sale conspergas. Nunc igitur custodite quæcunq; mando uobis filij, quoniam quæcunq; audiui à patribus meis, annunciaui uobis. Innocens sum ab omni impietate uestra & trāsgressione, quam facietis in consummatione seculorum. In saluatorem mundi impie facientes, seducentes Israël, & suscitantes ei mala magna à domino, & inique facietis cum Israël, ut non subsistat Hierusalem à facie maliciæ uestræ. Et scindetur uelum templi, ut non uelat deformitatem uestram, & dispergemini captiui in Gentibus, & eritis opprobrium, ma

ledictio

ledictio & conculcatio. Domus tamen quã eliget dominus, Hierusalẽ uocabitur, quemadmodum continet liber Enoch iusti. Quando igitur accepi uxorem, erã annorum uiginti octo, cui nomen erat Melcha, & cõcipiens peperit filium, & uocauit nomẽ eius Gersam, quando in terra nostra aduenæ eramus. Gersam enim exiliũ significat. Sciebã autem de ipso, quoniam non erit in primo ordine. Secundo Kaat genitus est in tricesimo quinto anno. Ad orientem solis autem uidebam in uisione, quoniã medius in excelsis stabat omnis cõgregatio, propter hoc uocaui nomẽ ipsius Kaat, quod est principium magnitudinis & instructionis. Tertio peperit mihi Merari quinquagesimo quinto anno uitæ meæ, & quia difficile peperit mater eius uocauit eũ Merari, quod est amaritudo mea, quoniã & ipse mortuus est. Iochabed uero sexagesimo quarto anno, nata est in Aegypto (gloriosus ergo erã tunc in medio fratrũ meorũ) & accepit Gersam in maritũ, & peperit ei Lomny & Semel, & filij Kaat, Ambrã, Isaar, Chebron & Oziel. Et filij Merari, Mooly & Omnisi. Et in nonagesimo quarto anno meo, accepit Abram Iohabed filiam meã sibi in uxorem, quoniã in una die nati sunt ipse & filia mea. Octo annorũ eram, quando ingressus sum terrã Chanaan. Decem & octo annorũ, cum sacerdotio functus sum. Et uigesimo octauo anno, accepi uxorem. Et quadragesimo anno, ingressus sum in Aegyptum. Et ecce filij mei estis filij mei tertia generatione. Ioseph centesimo & decimo octauo anno mortuus est. Et nũc filij mei mando uobis, ut timeatis dominum deum uestrum ex toto corde, & ambuletis in simplicitate secundum omnem legem ipsius. Docete autem & filios uestros literas, ut habeant intellectum in omni uita eorum legentes indesinenter legem dei. Quoniam omnis qui cognoscit legẽ dei, honorabit, & non erit peregrinus quocunq; uadat. Plures quoque amicos suis genitoribus habebit, & desiderabunt multi hominũ seruire ei, atq; audire legẽ ex ore ipsius. Facite iustitiam filij mei in terra, ut inueniatis in cœlis, & seminate in animabus uestris bona, ut inueniatis ea uitæ uestræ. Si eñ seminaueritis mala, omnem turbationem inuenietis ac metetis. Sapientiã possidete in timore dei, quoniã si fiat captiuitas, & ciuitates disperdantur, & regiones, aurum & argentũ, & omnis possessio pereat, sapientis sapientiam nullus potest auferre, nisi cæcitas impietatis & peccati, quoniã efficient ei hæc apud hostes clam, & in terra aliena patria, & in medio inimicorum inuenietur amicus. Si doceat hæc & faciat, sedebit cum rege, sicut & Ioseph frater noster. Et nunc filij cognoui ex scriptura Enoch, quoniã in fine impie agetis, in dominum manus imponẽtes in omni malicia, & confundentur in uobis fratres uestri, & omnibus Gentibus fient illusio. Etenim pater noster Israël mundus erit ab impietate principũ sacerdotũ, qui imponẽt manus in saluatorẽ mundi. Cœlũ super terram mundus est, & uos estis luminaria cœli ut sol & luna. Quid facient omnes Gentes, si uos obtenebrescatis in impietate, & inducetis maledictionẽ super genus uestrum, pro quibus lumen mundi datum est in uobis ad illuminationem omnis hominis. Hunc uolentes occidere contraria mandata docentes dei iustificationibus. Oblationes domini latrocinabimini, & de partibus ipsius furabimini, & antequam sacrificitis domino assumetis electa & cõtemptim comedẽtes cũ meretricibus, in auaricia mandata docebitis. Eas quæ sub uiris sunt coinquinabitis, & uirgines in Hierusalem uiolabitis. Et meretricibus & adulteris copulabimini, filias Gentiũ accipietis in uxores, purificãtes eas purificatione iniqua, & efficietur mixtio uestra Sodoma & Gomorra, & in impietate inflabimini in sacerdotio, non solum autem aduersus homines elati, sed & aduersus mandata Dei inflati illudetis sancta in contemptu deridentes. Propter hoc templum, quod utique elegit Dominus, desolabitur in immundicia, & uos captiui eritis omnibus Gentibus, & eritis abominatio inter eos, & accipietis opprobrium & confusionem sempiternam à iusto iudicio dei. Et omnes qui contemplabuntur uos fugient à uobis. Et nisi propter Abraham, Isaac & Iacob patres nostros hoc fieret, unus ex semine meo non relinqueretur in terra. Et nunc cognoui in libro Enoch, quoniam septuaginta hebdomadas errabitis, & sacerdotium inquinabitis, & sacrificia polluetis, & legem exterminabitis, & sermones prophetarum contemnetis, in peruersitate persequemini uiros iustos, & pios odio habebitis, ueracium sermones abominabimini, & uirum renouantem legem in uirtute altissimi, erronium appellabitis. Et in fine, ut æstimabitis, occidetis eum, nescientes ipsius resurrectionem. Innocentem sanguinem in malicia super capita uestra recepturi, propter ipsum erunt sancta uestra deserta usque per iuramentum prophanata, & non erit locus uester mundus, sed in Gentibus eritis maledictio,

atq; deſperatio anget uos, donec ipſe rurſus uiſitabit, & miſerens recipiet uos in fide & aqua. Et quoniam audiſtis de ſeptuaginta hebdomadis, audite de ſacerdotio. Secundum unumquemq; enim iubileum erit ſacerdotium. In primo iubileo, primus unctus in ſacerdotium magnus erit, & loquetur deo ut patri, & ſacerdotium ipſius plenum erit cum timore Domini, & in die gaudij ipſius, in ſalutem mundi ipſe reſurget. In ſecundo Iubileo unctus, in triſtitia dilectorum concipietur, & erit ſacerdotium ipſius honorabile, & apud omnes glorificabitur. Tertius uero ſacerdos, in triſtitia aſſumetur. Et quartus in dolore erit, quoniam apponet ſuper ipſum iniuſtitia in multitudine, & in omni Iſraël odio habebit unuſquiſq; proximum ſuum. Quintus in tenebris comprehẽdetur. Similiter ſextus & ſeptimus. In ſeptimo uero erit abominatio, quam nõ poſſum dicere coram domino & hominibus, quoniam ipſi cognoſcentur qui facient ea. Propter hoc in captiuitate & in corruptione erunt, & terra & ſubſtantia eorum exterminabitur, & in quinta hebdomada reuertentur in terram deſolationis ipſorum, & renouabunt domum domini. In ſeptima uero hebdomada uenient ſacerdotes Idololatrantes, bellatores auari, ſcribæ iniqui, impudici puerorum corruptores & pecorum. Et poſtquã facta fuerit uindicta ipſorum à domino in ſacerdotio, tunc ſuſcitabit deus ſacerdotem nouum, cui omnes ſermones domini reuelabuntur, & ipſe faciet iudicium ueritatis in terra in multitudine dierum, & orietur aſtrum ipſius in cœlo, ſicut rex illuminans lumen cognitionis in ſole diei, & magnificabitur in orbe terrarum, uſq; ad ſuſceptionẽ ipſius, ipſe reſplendebit ſicut ſol in terra, & tollet omnes tenebras ſub cœlo, & erit pax in omni terra. Cœli exultabũt in diebus ipſius, & terra gaudebit, & nubes exultabuntur, & cognitio domini fundetur in terra ut aqua mariũ, & angeli gloriæ faciei domini gaudebunt in eo. Cœli aperientur, & ex templo gloriæ ueniet ſuper illum ſanctificatio cum uoce paterna, ſicut ab Abraham patre Iſaac, & gloria altiſſimi ſuper ipſum dicet & ſpiritus intellectus & ſanctificationis requieſcet ſuper ipſum, de qua ipſe dabit magnificentiã domini filijs ſuis in ueritate in ſeculum, & non erit ſucceſſio ipſi in generationes & generationes uſq; in ſeculum, & in ſacerdotio ipſius deficiet omne peccatum, & iniqui requieſcẽt à malis, iuſti uero requieſcent in ipſo, & ipſe aperiet portas paradiſi, ſtatuetq; minantem gladium aduerſus Adam, & paſcet ſanctos de ligno uitæ, & ſpiritus ſanctificationis erit in eis. Beliar autem ligabitur ab ipſo, & dabit poteſtatem filijs ſuis ad calcandum ſuper pernicioſos ſpiritus, & lætabitur dominus in filijs ſuis. Et acceptabit eum deus in dilectum uſq; in ſecula. Tũc exultabit Abraham, Iſaac & Iacob, & ego gaudebo & omnes ſancti. Et nunc filij mei omnia audiſtis. Eligite igitur uobiſmetipſis, uel tenebras, uel lucem, uel legem domini, uel opera Beliar, & reſpondimus nos patri, dicentes: Coram domino ambulabimus ſecũdum legem ipſius, & dixit pater noſter: Teſtis eſt dominus, teſtes Angeli eius, & teſtis ego, & teſtes uos de ſermone oris ueſtri, & cum diximus: Teſtes erimus, requieuit Leui hæc mandans filijs ſuis. Et extẽdit pedes ſuos, & appoſitus eſt ad patres ſuos cum uixiſſet centum & triginta ſeptem annos, & poſuerunt eum in thecam, & poſtea ſepelierunt eum in Hebron iuxta Abraham, Iſaac & Iacob.

Teſtamentum Iudæ, de Fortitudine, Auaricia & Fornicatione. IIII.

TRanſcriptum ſermonum Iudæ, quæcunq; locutus eſt filijs ſuis antequam moreretur. Congregati, uenerunt ad ipſum, & dixit eis: Quartus filius effectus ſum patri meo, & mater mea uocauit me Iudam, dicens: Confiteor domino, quoniã dedit mihi & quartũ filium, uelox eram & ſtudioſus in iuuentute mea, & obediens patri meo ſecundum omne uerbum, & benedicebam matri meæ et ſorori matris meæ. Et factũ eſt, quod effectus ſum uir, et pater meus Iacob orauit ſuper me, dicens: Rex eris, et proſperatus in omnibus. Ecce dedit mihi deus gratiam in omnibus operibus meis in agro et in domo, ut uidebam q; concurrebam ceruæ, et apprehendens ipſam, feci cibũ patri meo, et capreas ſuperabam per curſum, et omne quod erat in campis capiebam, et equam agreſtem apprehendens manſuefeci, et eripiebam hœdum ex ore eius. Vrſum capiens pede præcipitabam, et omnem feram reuerſam ad me dilacerabam eam ut canis. Porco ſylueſtri concurrebam, et præoccupans in currendo dilaceraui eum. Pardalis in Hebrõ inſiluit ſuper canem, et apprehendens eam, ſtatim cauda abijciebam eam, et dirupta eſt in terminis Gare. Bouem ſylueſtrem in regione paſtum tenui cornibus, et in circulum uolue bam, et cum in tenebris iacerem, occidi. Quando ueniebant duo reges Chananeorum loricati ſuper greges, et multus populus cum ipſis, et ego ſolus currens ſuper gregem, Sur

regem

regem continui, & in tibias percutiens prostraui, & ita occidi eum. Alium regem Thaphen sedenrem in equo occidi, atq; ita omnem populum dispersi. Achor regem uirum gigantem sagittantem ante & retro, in equo apprehendens, lapidem sexaginta libratum uibrans proieci in equum, ipsum uero interfeci. Er expugnans Achor horis duabus occidi, dissecans clypeum eius conscidi pedes eius. In exuendo autem eius thoracē ecce octo uiri amici eius incœperunt pugnare aduersum me. Inuoluens ergo manū meā lapidibus, funda percutiens ipsos, quatuor eorū occidi: alij aūt fugierunt. Et Iacob pater noster occidit Beclisa regem omniū regum gigantem, fortitudine cubitorū duodecim. Et cecidit super ipsos timor, & quieuerunt pugnare cōtra nos. Propter hoc solicitus erat pater meus quādo in prælijs eram cum fratribus meis. Vidit in uisione de me, quoniam Angelus uirtutis sequebatur me in omnibus, ut non uincerer. Et secundum auspicium factum est nobis prælium maius, quàm quod in Sichimis, & fortiter prælians cum fratribus meis, persecutus sum mille uiros, & occidi ex eis ducentos uiros & quatuor reges, & ascendi super ipsos super murum, & alios duos reges occidi, et ita liberauimus Hebron, et abduximus omnes captiuos. Postero die abiuimus in Arecam ciuitatem potentem muratam, et inaccessibilem minantem nobis mortem. Ego igitur et Gad aduenimus ab Oriente ciuiratis, Ruben uero et Leui ab Occidente et austro, et putabant qui super muros erant, quòd nos soli essemus ac irati inuasere nos, et ita latentes fratres ex utraq; parte, scalis ascenderunt murum, et intrauerunt ciuitatem ignorantibus ipsis, et cepimus eam in ore gladij, et refugiētes in turrim, incendentes eam cum ipsis cepimus. Et cum recederemus uiri Taffi insidiabantur prædæ nostræ, et acceperunt eam cum filijs nostris. Nos uero deprehendimus eoa ad Taffum, atque occidimus, et ciuitatem incendimus, omnia quæ in ipsa erant spoliantes, et ut eram in aquis Guteba, hij qui à Iobel ueniebāt aduersus nos in prælium, contigimus eos, simul eos qui à Selon compugnatores ipsorum erant spoliauimus et occidimus. Et non dedimus eis egressum ueniendi ad nos. Et à Machit uenerunt quinto die, ut captiuos abducerent, ad quos in perseueranti pugna uenimus, quoniam erat multitudo potens in eis, et occidimus eos antequam ascenderunt ascensionem. Vt autem uenimus ad ciuitatem eorum, mulieres eorum uoluebant super nos lapides à uertice montis, in quo erat ciuitas, et latitantes ego et Simeon à posteriori apprehendimus excelsa, et totam ciuitatem perdidimus. Et sequenti die dictum est nobis quod ciuitates duorum regum in prælio graui uenirent ad nos. Ego igitur et Dan fingentes nos Amorrhæos et socios, uenimus in ciuitatem eorum. Nocte autem profunda uenientes ad aditus ciuitatis, aperuimus aduenientibus fratribus nostris portas patenter, et omnes eos, et quæ eorū erant, perdidimus, et deprædantes, tres muros eorū prostrauimus. Et in Thamma appropinquauimus, ubi erat omne refugium bellantium regum. Tūc iniuriam passus, iratus sum, et impetum feci in ipsos super uerticem, et illi fundis iaciebant super me lapides, et iaculabantur arcubus, et nisi Dan frater meus suppetias mihi tulisset, interfecissent me. Venimus igitur irruentes in ipsos cum furore, et omnes fugierunt, et transeuntes per aliam uiam supplices fiebant patri meo, et inijt fœdus cum eis, et non fecimus eis quicquam mali, sed recepimus eos in societatem, et reddidimus eis omnes captiuos, et ædificaui ego Channa, et pater meus Rambahel. Viginti annorum eram, quando factum est bellū istud, et erant Chananæi timentes me et fratres meos. Erant autem mihi pecora multa, et habebam principem pastorum Iran Odolamitem, ad quem cum ueni, uidi Barsan regem Odolam, et fecit nobis conuiuium, et precans dedit mihi filiam suam Bethsue in uxorem, hæc peperit mihi Er, Annam et Sylom, quorum duos sine filijs occidit Deus. Sylon enim uixit, et filij eius uos estis. Octodecim annis fecimus pacem pater noster et nos cum fratre eius Esau, et filij eius nobiscum. Postquam uenimus nos ex Mesopotamia à Laban, et impletis octodecim annis in quadragesimo anno uitæ meæ, superuenit nobis Esau frater patris mei in prælio graui et forti, et cecidit in arcu Iacob, et latus est mortuus in montē Sen. Nos autem persecuti sumus super filios Esau. Erat autem eis ciuitas et murus fortis, ferreus, et portæ æreæ, er non potuimus intrare in eam, obsidentes uero conclusimus eos. Cum autē non apparerent intra dies uiginti uidentibus eis adduxi scalam et galeam super caput meum, et ascendi, accipiens lapidem pondere talentorum trium, et occidi quatuor potentes ex ipsis. Et die sequenti intrantes Ruben et Gad, occiderunt alios sexaginta.

Tunc

Tunc offerebant pacem,& consilio patris nostri recepimus eos tributarios. Dabant autē nobis frumenti Choros ducentos,& olei Bes quingentos,uini mensuras mille & quingentas donec descendimus in Aegyptum. Post hoc filius meus Her duxit uxorem Thamar ex Mesopotamia filiā Aram. Erat aūt Her perniciosus,& dubitauit de Thamar, quoniam non erat ex terra Chanaan,& Angelus domini occidit eum tertia die in nocte,& ipse non cognouit eam propter astutiam matris suæ,& hic in malicia mortuus est. Non ēm uoluit habere filios ex ipsa. In diebus thalami dedi ei uirum Annan,& iste in malicia non cognouit eam. Viuens cum ea annum, & quando minatus sum ei coiuit quidem cum ea, semen uero corruit in terram secundum mandatum matris suæ,& hic in malicia mortuus est. Volebam & Siloim dare ei,sed uxor mea Bessue non permisit. Malignabatur enim in Thamar,quoniam non erat ex filiabus Chanaan sicut ipsa. Ego enim sciebam, quoniam perniciosum erat genus Chanaan,sed consilium iuuentutis cæcauit cor meum, & uidens eam uinum fundentem,in ebrietate uini deceptus sum,& concidi ad eam, ipsa me absente abijt,& accepit Silon uxorem ex terra Chanaan. Cognoscens uero quod fecit ita, maledixi ei in dolore animæ meæ,& ipsa mortua est in malicia filiorum suorum. Post hos autem sermones uidua existente Thamar,post duos annos,ascendo tondere oues,& ornata sponsalibus ornamentis ad portam ciuitatis sedit. Lex enim Amorrhæorum est,nuptam præsidere in fornicatione per septem dies iuxta portam. Inebriatus igitur ego in aquis Horeb,non agnoui eam præ uino,& decepit me pulchritudo ipsius per formam ornatus,& declinans ad ipsam,dicebam:Ingredior ad te. Et dixit mihi;Quid dabis? Et dedi ei uirgam meam,& zonam,& diadema regni. Et cum coirem cum illa,concepit. Ignorās autem quod fecit,uolui occidere eam. Ipsa autem mittens in abscondito arrabones uerecundauit me,uocans uero eam, audiui in secreto sermones quos locutus sum dormiens cum ea,in ebrietate mea, & non potui occidere eam, quoniam à domino erat. Dicebam aūt:Ne forte dolo mecum agat,ab illa accipiam arrabonē. Sed neq; tetigi eā amplius usq; ad mortem meam,quoniam abominationem feci hanc in omni Israël,& qui erant in ciuitate dicebant non esse in ciuitate desponsatam, quoniam ex alio loco ueniens ad breue sedebat in porta,& æstimauit,quod nullus cognouit me intrauisse ad eam. Et post hoc uenimus in Aegyptum ad Ioseph propter famem. Quadraginta sex annorum eram, & 73. annos uixi illic. Et nunc quæcunq; uobis mando,audite filij patrem uestrum,& custodite omnes sermones meos ad faciendum omnes iustificationes domini,& ad obediendū mandato dñi dei,& non ambuletis in desiderijs uestris,neq; in cogitationib. consiliorū uestrorū in superbia cordis uestri, et nō glorificemini in operib. fortitudinis iuuentutis uestræ, qm̄ et hoc est perniciosum in oculis dñi. Quia ēm et ego glorificatus sum,quoniā in bellis non decepit me facies mulieris formosæ. Exprobraui Rubē fratri meo de Balla uxore patris mei Spiritus zeli & fornicationis cōcidit in me, donec incidi in Bessue Chananæam, & in Thamar nuptam filijs meis,& dicebam socro meo:Consului patrē meum,itaq; accipiam filiam tuā uxorē,& ostendit mihi nomine filiæ suæ auri multitudinem infinitā Erat enim rex. Ornauit autem eam auro & margaritis, iussitq; nobis uinum infundere in cœna in pulchritudinem mulierum, & uinū peruertit oculos meos,& obscurauit cor meum uoluptas,& desiderans eam concidi,& transgressus sum mandatum domini & mandatū patrum meorum,& accepi eam in uxorem. Et secundum consilium cordis mei retribuit mihi Dominus,quoniam non lætatus sum in filijs eius. Et nunc filij mei ne ebriemini uino,quoniam uinum auertit intellectum à ueritate, & immittit iram desiderij,& ducit in errorem oculos,spiritus enim fornicationis uinum,ut ministrum ad uoluptates habet intellectus,quoniam & duo hæc auferunt potentiam hominis. Si enim aliquis biberit uinum in ebrietatem,cogitationibus sordidis conturbat intellectum in fornicationem, & accendit corpus in admixtionē. Et si adest desiderij caussa,operatur peccatū,& nō uerecundatur. Tale est uinum filij mei,quoniā ebrius nihil erubescit. Et ecce, te enim & me errare fecit, ut non erubescerē multitudinē in ciuitate, quoniā in oculis omniū declinaui ad Thamar, & feci peccatū magnum, & reuelaui uelamen immundiciæ filiorū meorū,bibens uinū,nō uerecundatus sum transgredi mandatū dei,& accepi uxorē Chananæā. Propter quod intellectu opus habet,qui bibit uinū filij mei,& is est intellectus uini potationis,quod unusquisq; qui habet erubescentiam bibat. Si uero transeat terminū hunc,amittit intellectum, & ad-

& adhæret spiritul erroris, qui facit ebrium turpia loqui & iniqua agere, & non uerecundari, sed & gloriari utilitate, existimans esse bonum. Qui fornicatur, & nudatur regno, & non egreditur, seruus effectus fornicationum, sicut & ego nudatus sum. Dedi enim alijs uirgam meam, hoc est, firmamentum meæ tribus, & zonam meam, hoc est, potentiam, & diadema, hoc est, gloriam regni mei, & pœnitens de his uinum & carnes non assumpsi usque in senectutem, & omnem lætitiam nesciui. Et ostendit mihi Angelus dei, quoniā usque in seculum, & regi & pauperi mulieres dominabuntur, & regis quidem tollent gloriā. Cæterum uiri potentiæ, & pauperis paupertatis minimum sunt firmamentum. Custodite ergo filij mei modum in bibendo, sunt enim in eo quatuor spiritus perniciosi, concupiscentiæ, inflammationis, luxuriæ & turpis lucri. Si bibitis uinum in lætitia cum timore dei erubescentes, uiuetis. Si autem bibitis non erubescentes, & recedit dei timor, iam efficitur ebrietas, & subintrat inuerecundia. Si uero neque omnino bibetis, non peccabitis, neque uerbis contumeliæ, neque pugnæ, neque calumniæ, neque præuaricationis mandatorum dei, neque peribitis in tempore uestro. Nam mysteria dei & hominum alijs reuelat uinum, ut & ego mandata dei & mysteria Iacob patris mei reuelaui Chananææ Bessuæ quæ uetuit deus reuelare. Sed & belli & seditionis causa efficitur uinum. Mando ergo uobis filij mei, ut non diligatis argentum, neque inspiciatis in pulchritudinem mulierum, quoniam & propter argentum & formositatem erraui in Bessue Chananæam. Noui enim quod propter duo hęc erit genus meum in malicia, & sapientes uiros filiorum meorum peruertēt & regnum Iudæ quod dedit mihi dominus in obedientia patris. Nunquam enim cōtristaui uerbum patris mei Iacob, quoniam omnia quæcunque dixit, faciebā. Et Abraham pater patris mei benedixit me ut pugnarem in Israel, & Isaac insuper benedixit me similiter sic. Et ego noui quoniam ex me stabit regnum, quoniam & legi in libris Enoch iusti, quod mala facietis in extremis diebus. Custodimini ergo filij mei à fornicatione & auaricia. Audite Iudam patrem uestrum, quoniam ista separant à lege dei, & excæcant consilium animæ, & superbiam docent, nec patiuntur quenquam misericordiam exhibere proximo suo. Priuant animam ipsius bonis omnibus, & detinent ipsum in laboribus & doloribus. Separant etiam somnum ab eo, & consumunt carnes ipsius. Postremo, sacrificia Dei impediunt, & benedictiones negligunt, Prophetæ loquenti non obediunt, & uerbo pietatis offenduntur. Duæ enim passiones istæ contrariæ sunt mandatis dei. Seruiens his deo obedire non potest, quoniam perstringunt mentem hominis, & in die sicut in nocte ambulat. Filij mei, auaricia ad idola ducit. Nam in errore per argentum non existentes deos nominat deos, & cogit eum qui illa premitur in pessimam degenerationem. Propter argentum ego perdidi filios meos, & nisi pœnitentia carnis meæ, & humilitas animæ meæ, & orationes Iacob patris mei fuissent, sine liberis iam morerer. Sed deus patrum meorū miserator & misericors coguouit, q̄m ignorantia peccaui. Excæcauit enim me princeps erroris, & ignoraui sicut homo & caro, in peccatis corruptus ignorabam meipsius infirmitatem, existimans me inexpugnabilem esse. Cognoscite ergo filij mei, quoniam duo spiritus uacāt homini, spiritus ueritatis, & spiritus erroris, & medius est spiritus intellectus mētis, cuius est quò uult inclinare. Et quæ sunt ueritatis, & quæ sunt erroris scripta sunt super pectus hominis, & unumquodque eorum cognoscit deus, & nō est tempus in quo poterunt latere hominū opera omnia, q̄m omnia occulta pectoris scripta corā domino, & spiritus ueritatis testimoniū perhibet de omnibus & accusat omnia, & adustus est qui peccat ex proprio corde, & leuare faciē non potest ad iudicē. Et nunc filij diligite Leui, ut permaneatis & nō efferamini super ipsum ut nō dispereatis. Mihi dedit dominus regnum, & illi sacerdotiū, & subiecit regnum sacerdotio. Leui datum est sacerdotiū & Iudæ regnū, & subiecit deus regnum sacerdotio. Mihi dedit quæ in terra, illi quæ sunt in cœlis. Vt supereminet cœlum terræ, ita supereminet dei sacerdotium regno, quod est in terra. Etenim ipsum supra te elegit dominus appropinquare sibi, & comedere mensam ipsius, & primicias filiorū Israel, & eris ei ut mare. Quemadmodum enim in mari iusti & iniusti periclitantur, hi quidem capti, hi uero ditati, ita & in te omne genus hominum, hi quidem periclitantur capti, hi uero ditantur rapientes, q̄m regnabunt sicut cete deglutientes homines, uelut pisces filias & filios liberos in seruitutē redigent. Domos, agros, greges, pecunias rapient, & multorum carnibus iniuste coruos & ibices saturabūt, & proficient in malum in auaricia exaltati, & erunt ut procellæ pseudoprophetæ, & omnes iustos persequentur. Inducet autem eis

Dominus

Dominus dissensiones adinuicem, & bella continua erunt in Israël, & in alienigenis consumabitur regnum meum, donec ueniet salutare Israël, usq; ad aduentũ dei iustitiæ, ut quiescat Iacob in pace & omnes Gentes, & ipse custodiet pacem regni mei usq; in seculum. Iuramento enim iurauit mihi dominus non deficere regnum meum & seminis mei, omnibus diebus usq; in seculum. Multa autem tristitia mihi est filij mei propter impudicitias, et sortilegia & Idololatrias quas facietis in regnum, Phitonissas sequentes, dæmonibus erroris filias uestras deuouentes, cantatrices & publicas facietis, & immiscebimini abominationibus Gentium, pro quibus ducet dominus super uos famem & pestilentiam, mortem & gladium, ulciscẽtem obsidionem, & canes in dilaniationem, inimicorum & amicorum opprobria, perditionẽ & dolorem oculorum, puerorum occisionem, & uxorum ablationem, possessionum rapinam, templi dei incendium, terræ desolationem, uestri ipsorum seruitutem in Gentibus, & ex uobis in eunuchos uxoribus execabunt. Verum si reuertamini ad dominum in humilitate cordis pœnitentes, & ambulantes in omnibus mandatis dei, uisitabit uos dominus in misericordia, & in dilectione à captiuitate inimicorũ uestrorum. Et post hęc orietur uobis astrum ex Iacob in pace, & exurget homo ex semine meo, ut sol iustitiæ ambulans cum filijs hominum in mansuetudine & iustitia, & omne peccatũ non inuenietur in eo, & aperientur super ipsum cœli ad effundẽdum Spiritus benedictionem à patre, & ipse effundet spiritum gratiæ super uos, & eritis eius filij in ueritate, ambulabitis in præceptis illius primis & ultimis, hic est germen dei altissimi, & hic est fons uitæ omni carni. Tunc refulgebit sceptrum regni mei, & à radice uestra nascetur uas plantationis, & in eo ascendet uirga iustitiæ Gentibus, ut iudicet & saluet omnes inuocantes eum. Et post hoc resurget Abraham Isaac & Iacob in uitam, & ego & fratres mei principes sceptrum uestrum in Israël erimus. Leui primus. Secundus ego. Tertius Ioseph. Quartus Beniamin. Quintus Simeon. Sextus Isachar, & ita deinceps omnes. Et dominus benedixit Leui, Angelus faciei meæ, uirtutes gloriæ Simeon, cœlum Ruben, Isachar terra, mare Zabulon, montes Ioseph, tabernaculũ Beniamin, luminaria Dan, delitiæ Nephtalim, sol Gad, oliua Aser. Et erit unus populus domini & lingua una, & non erit amplius spiritus erroris Beliar, quoniam mittetur in ignem in seculum. Qui in tristitia mortui sunt, resurgẽt in gaudio, & qui in paupertate propter dominum, ditabuntur: & qui in inopia, saturabuntur: & qui in infirmitate, fortificabuntur, & qui propter dominum mortui sunt, euigilabũt in uita, & current in Iacob, & current in exultatione, & aquilæ Israël uolabunt in gaudio. Impij uero tristabuntur, & peccatores lugebunt, & omnes populi glorificabunt in secula dominum. Custodite ergo filij mei omnem legem domini, quoniam est spes omnibus dirigentibus uiam suam, & dixit ad eos: Centũ decem & nouem annorum, ego morior hodie in oculis uestris. Nullus me sepeliat in preciosa ueste, uel uẽtrem meum rescindat, quoniam hæc facturi sunt regnantes, & reducite me in Hebron uobiscum. Et hæc dicens, obdormiuit Iudas. Et fecerunt filij eius secundum omnia quæ mandauit eis, & sepellierunt eum in Hebron cum partibus suis.

Testamentum Isachar de Gula. V.

TRanscriptum uerborum Isachar, uocans filios suos, dixit eis: Audite filij Isachar patrem uestrum, auribus percipite uerba dilecti à domino. Ego sum natus quintus filius Iacob in mercede mandragorarum. Iacob enim attulit mãdragoras ex agro, & præoburians Rachel accepit eas. Fleuit autem Ruben, & in uoce ipsius exiuit Lya mater mea. Mandragoræ autem erant mala odorifera, quæ producit terra Arã in excelso sub ualle aquarum. Dixit autem Rachel: Non dabo hoc tibi, quoniam erũt mihi pro filijs. Erant autem mala duo. Et dixit Lya: Sufficiat tibi, quoniam accepisti uirum uirginitatis meæ. Num & hęc accipies? Illa uero dixit: Ecce sit Iacob tibi nocte hac pro mãdragoris filij tui. Dixit autem Lya ad eam: Non iactes & non gloriëris, meus enim est Iacob, & ego uxor iuuentutis eius. Rachel uero dixit: Quid igitur, quoniam mihi primò copulatus est, & propter me seruiuit patri nostro annis quatuordecim. Et dixit Lya: Quid tibi faciam, quoniam multiplicatus est dolus & astutia hominum, & dolus procedit in terra: si autem secus esset neq; tu quidem uideres faciem Iacob. Non enim uxor ipsius tu es, sed in dolo pro me induta es. Et seduxit me pater meus, & transferens me nocte illa, non permisit me uidere, quoniam si fuissem illic, non factum fuisset hoc. Et dixit Rachel: Accipe unam mandragoram, & pro una in mercede do tibi eum in una nocte. Et cognouit Iacob Lyam,

cob Lyam, & concipiens me peperit, & propter mercedem uocatus sum Isachar. Tunc apparuit Iacob angelus domini, dicens: Quoniã duos filios Rachel pariet, quia respuit coitum uiri, & elegit continentiã, & nisi Lya mater mea pro coitu reddidisset duo mala, octo filios paritura fuisset, propter hoc sex peperit. Duos uero Rachel, quoniam in mandragoris uisitauit eam deus. Sciuit enim quod propter filios uoluit coire cum Iacob, & non propter desiderium uoluptatis. Apponens enim & in crastino reddidit Iacob, ut acciperet & aliam mandragoram, propter hoc in mandragoris exaudiuit dominus Rachel, quoniam & desiderans eas non comedit, sed reposuit eas in domo domini offerens sacerdoti altissimi, qui erat in tempore illo. Quando ergo factus sum uir filij mei, ambulaui in rectitudine cordis mei. Et factus sum agricola patrum meorum, & attuli fructum ex agris secundum tempus eorum, & benedixit me pater meus, uidens quòd in simplicitate ambulabã, & non eram perscrutator in omnibus actibus meis, neq; perniciosus aut inuidens proximo, non oblocutus sum alicui, neq; uituperaui uitam hominis, ambulans in simplicitate oculorũ. Propter hoc triginta annorũ accepi mihi meam uxorem, quoniam labor deuorauerat fortitudinem meam. Et illecebrosus nunquam intelligebam uoluptatem mulieris, sed per laborem somnus meus circũdedit me, & semper gauisus est in simplicitate mea pater meus. Si quid enim laborabam omnem fructum & omne primũ germen primum per sacerdotẽ domino offerebam, deinde patri meo, & tunc ego: & dominus duplicauit bona in manibus meis. Sicur autẽ & Iacob, quoniã deus cooperatur simplicitati meę. Omne enim pauperi & omni tribulato tribuebam terrę bona in simplicitate cordis. Et nunc audite me filij, & ambulate in simplicitate cordis, quoniam noui in ipsa omnem beneplacẽtiam domini. Simplex aurum non concupiscit, proximũ non inuadit, cibos uarios non appetit, uestem diuersam non uult, tempora longa sibi non promittit, sed solum recipit uoluntate dei, & spiritus erroris nihil possunt aduersus eum. Non enim nouit recipere pulchritudinem mulieris ne coinquinet mentem suam. Non zelus in consilijs eius superueniet, non inuidia liquefacit animam eius, neq; lucrum in auaritia excogitat. Ambulat enim in rectitudine uitæ, & omnia uidet in simplicitate, non recipiens oculis perniciositates ab errore mundi, ut non uideat peruerse aliquod mandatorũ dei. Custodite ergo legem dei filij mei, & simplicitatem possidete, & in innocentia ambulate, non circunscrutantes mandata domini et proximi actus: sed diligire deum & proximum, pauperis & infirmi misereminí. Supponite dorsum uestrum in agriculturam, & operamini in operibus terræ secundũ unumquamque agriculturam, dona cum gratiarum actione domino offerentes, quoniam primis germinibus fructuum terrę benedixit dominus, secundũ quod benedixit omnes sanctos ab Abel usq; nunc. Non ẽm datur tibi alia pars quàm pinguedinis terræ, cuius in doloribus sunt fructus, quoniã pater noster Iacob in benedictionibus terrę & primitiarũ fructuum benedixit me. Et Leui & Iudas glorificati sunt à dño in filijs Iacob. Etenim deus hęreditauit in illis, & huic quidẽ dedit sacerdotiũ, huic uero regnum. Eis ergo obedite, & in simplicitate patris nostri ambulate, quoniam Gad datum est perdere tentationes superuenientes Israël. Noui filij mei, quoniã in extremis temporibus derelinquent filij uestri simplicitatẽ, & adhęrebunt auariciæ: & dimittentes innocentiã, appropinquabũt malignitati: & derelinquentes mandata dei, adhærebunt Beliar: & dimittentes agriculturã, sequentur perniciosa consilia sua, & dispergentur in gentes, & seruient inimicis suis. Vos ergo dicite hoc filijs uestris, ut si peccent, uelociter reuertãtur ad dominum, quoniam misericors est, & eripiet eos, ut reuertantur in terram suam. Centum uiginti duorũ annorũ sum ego, & non cognoui super me peccatum in mortem, præter uxorem meam non cognoui aliã: non fornicatus sum in elatione oculorum: uinum in ebrietate non bibi: omne desiderabile proximi non desideraui: dolus non factus est in corde meo: mendacium non ascendit per labia mea: omni homini contristato congemui, & pauperi dedi panem meum. Non comedi solus, terminum nõ solui, pietatem feci in omnibus diebus meis & ueritatem. Dominũ dilexi in tota fortitudine mea. Omnem hominem dilexi, ut filios meos. Si & uos filij mei hæc feceritis, omnis spiritus Beliar fugiet à uobis, & omnis actio perniciosorum hominũ non dominabitur uobis, & omnẽ agrestem feram seruituti subijcietis, habentes uobiscum deum cœli, ambulantes cum hominibus in simplicitate cordis. Et mandauit eis ut reducãt eum in Hebrõ, & illic eum sepeliant in spelunca cum patribus suis. Et extendit pedes suos & mortuus est quintus filius Lyę, in senectute bona, omne membrũ habens sanum & potens, dormiuit somnum secularem.

Testamentum Zabulon, de commiseratione & misericordia. VI.

TRanscriptum Zabulon, quod disposuit filijs suis centesimo decimo quarto anno uitæ suæ, post triginta duos annos mortis Ioseph. Et dixis eis: Audite me filij Zabulõ, datio bona genitoribus meis. Cum em̃ genitus essem, multũ auctus est pater meus gregibus & armentis, quoniam in in uarijs uirgis habuit sortem. Non cognoui filij mei, quod peccaui in diebus meis, neque enim tunc recordabar, quoniã iniquitatem feci propter ignorantiam in Ioseph, quoniam cælaui cum fratribus meis patri meo, quod factum erat, & fleui multum in abscondito. Timui enim fratres meos, quoniam conspirabant omnes simul, ut si quis reuelaret mysterium, occiderent eum gladio. Tamen quoniam uolebant occidere eum, multa testificatus sum eis lachrymans, ne facerent iniquitatem hanc. Venerunt enim Simeon & Gad super Ioseph, ut occiderent eum, & cadens super faciem Ioseph, dixit eis: Misereminі mei fratres mei, miseremini uiscerum Iacob patris nostri. Non injciatis in me manus uestras, ut effundatis sanguinem innocentem, quoniam nõ peccaui in uos. Si uero peccaui, in disciplina erudite me. Manum autem uestram ne inferatis propter Iacob patrem nostrum. Vbi autem dixit uerba hæc, miseratione cõmotus, ueni ego & incœpi flere, & epata mea resoluta sunt in me, & omnis subsistentia uiscerum meorum laxata est super animam meam. Fleuit autem Ioseph & ego cum ipso, & intremuit cor meum, & iuncturæ corporis mei expauerunt, & nõ potui stare, & uidens me flentem cum eo, & illos superuenientes ad occidendum eum, refugit retro me deprecans eos. Exurgens autem Ruben, dixit: Fratres, nõ occidamus eum, sed projiciamus eum in lacum exiccatum, quem foderunt patres nostri, & non inuenerunt aquam. Ideo enim prohibuit deus ascendere aquam in eum, ut prætectio Ioseph, & fecit deus ita, donec uendiderunt eum Ismaëlitis. Neq; in peccato Ioseph, filij, ego consensi, sed Simeon, Gad, & alij sex fratres nostri accipientes precium Ioseph, emerunt calciamenta sibiipsis & uxoribus suis, dicentes: Non comedamus illud, quoniam precium sanguinis est fratris nostri, sed conculcatione conculcemus illud, pro eo quod dixit se regnaturum super nos, & uidebimus quid portendant somnia eius. Ergo in scriptura legis Enoch scriptum est non uolenti suscitare semen fratri tuo: Solui calciamentum Ioseph. Etenim uenientes in Aegyptum soluta sunt à pueris Ioseph ante portam, & ita adorauerunt Ioseph secundum typum Pharaonis. Non solum autem adorauerunt eum, sed etiam rubore suffusi sunt procidentes coram eo, & sic confusi sunt coram Aegyptijs. Deinde audierunt Aegyptij omnia mala quæ fecimus Ioseph. His factis apposuerunt fratres cibum ut comederent. Ego uero per duos dies & duas noctes non gustaui cibum, miseratus Ioseph, & Iudas non comedit cum eis. Intendebat autem in lacum, quoniam timebat ne resilientes Simeon & Gad, interficerent eum. Et uidentes me non comedentem, posuerunt me custodire ipsum, quousque uenditus est. Fuit autem in lacu tres dies & tres noctes, & ita uenditus est incibatus. Et audiens Ruben, quod uenditus est absente eo circunscissus plorabat, dicens: Quomodo uidebo faciem Iacob patris mei? Et accipiens argentum, cucurrit ad mercatores & neminem inuenit: dimittentes enim uiam regiam ambulauerunt per deuia in uelocitate, & non comedit Ruben panem in die illa. Accedens ergo Dan, dixit ei: Ne fleas neque tristeris de iuuene, scio quid dicturi simus patri nostro Iacob: Occidemus hircum caprorum, & tingemus tunicam Ioseph, & dicemus: Cognosce, si tunica filij tui est ista. Tunica enim patris nostri exuerunt Ioseph cum uendituri erant eum, & induerunt eum uestimentum uetus serui. Tunicam uero habuit Simeon, & noluit dare eam, uolens gladio suo discindere eam, iratus quod uiueret adhuc, nec occidisset eum. Exurgentes autem aduersus eum omnes simul dixerunt: Quid ni daturus sis? cum tu solus fecisti hoc malum in Israël. Et ita dedit eam, & fecerunt sicut dixit Dan. Et nunc filij mei annuncio uobis, custodite mandata domini, & facite misericordiam in proximo, & uiscera misericordiæ in omnes habete, nõ solum ad homines, sed & ad irrationalia. Propter hoc enim benedixit me dominus & omnibus fratribus meis ægrotantibus, ego sine ægritudine euasi. Nouit em̃ deus uniuscuiusq; electionem. Habete ergo misericordiam in uisceribus uestris filij mei, quoniam ut aliquis faciet proximo suo, ita & dominus faciet ei. Etenim filij fratrum meorum ægrotabant, moriebantur propter Ioseph, quoniam non fecerunt misericordiam in uisceribus suis. Filij autẽ mei sine ęgritudine custoditi sunt sicut nouistis. Et eram in Chanaan in littore uenatus sum uenatione pisciũ Iacob patri meo, & multis suffocatis in mari

ego illæsus permansi. Primus ego feci scapham in mari nauigare, quoniam deus dedit mihi intellectum & sapientiam in ipsa, & dimisi lignum retro ipsam, & linteamen extendi in ligno medio, & in ipsa perambulans littora piscabar pisces domui patris mei, usquequo uenimus in Aegyptum, & ex uenatione mea omni homini peregrino miseratus dabam. Si uero erat peregrinus, uel ægrotãs, uel senex coquens pisces, & faciens hoc bene secundum uniuscuiusq; necessitatem, afferebam omnibus colligens & compatiens. Propterea deus multos pisces fecit me uenari in mari. Qui enim tribuit proximo, accipit multiplicata à domino. Quinq; annis piscatus sum, omni homini quem uideram tribuens, & omni domui patris mei sufficienter. In autumno piscabar, in hyeme autem pascebam gregem cum fratribus meis. Nunc annunciabo uobis quæ feci: Videbam tribulatum in medietate hyemis, & miseratus super ipsum furatus uestimentum ex domo mea abscondite dedi tribulato. Et uos ergo filij mei ex his quæ tribuit uobis dominus, indifferenter omnibus misserentes, misericordiam facite, & tribuite omni homini in bono corde. Si uero non habetis, ut quamprimũ detis indigenti, compatiamini in uisceribus misericordiæ. Noui quoniã manus mea non neglexit uel horam tribuere indigenti, & amplius septem stadijs ambulans cum ipso flebam, & uiscera mea uersa sunt super ipsum in compassionem. Et uos ergo filij mei, habete uiscera misericordiæ aduersus omnem hominem in misericordia, ut & deus in uos propicius misereatur uobis. Quoniam in extremis diebus deus mittet misericordiam suam in terram, & ubi inuenerit uiscera misericordię in ipso habitabit. Quantum enim homo miseretur erga proximum, tantum deus ipsi. Quando enim descendimus in Aegyptũ, Ioseph nõ recordatus est mali in nos, me uero uidens misertus est. In quem inspicientes & uos immemores malorum efficiamini filij mei, & non cogitetis unusquisque maliciam fratris sui, quoniam hoc diuidit unitatem, & omnem consanguinitatem dispergit & animam perturbat. Memor enim mali uiscera misericordiæ non habet. Attendite aquas, quoniam cum simul mouentur, lapides, ligna, arenam distrahunt. Si uero in multas diuidantur terra exterminat eas, & fiunt neglectæ, & uos si diuidamini eritis ita. Nec scindamini in duo capita, quia omne quod fecit deus, caput unum habet, dedit duos humeros, manus, pedes, sed omnia membra uni capiti obediunt. Noui in scriptura patrum meorum, quoniã in ultimis diebus recedetis à domino, & diuisi eritis in Israel, duos reges sequemini, & omnem abominationem facietis, & omne idolum adorabitis, & captiuabunt uos inimici uestri, & sedebitis in nationibus in omnibus infirmitatibus, tribulationibus & doloribus animæ. Et post hoc recordabimini dñi, & pœnitebitis, & conuertet uos, quoniã misérator est & misericors, non excogitans maliciam filijs hominum, quoniam caro sunt, & spiritus erroris seducunt eos in omnibus actibus suis. Et post hæc orietur uobis ipse deus lumen iustitiæ, & sanitas & misericordia in pœnis eius. Ipse redimet omnem captiuitatem filiorum hominum à Beliar, & omnis spiritus erroris conculcabitur, & conuertet omnes gentes in æmulationem eius, & uidebitis deum in forma hominis, quoniã elegit deus Hierusalem, nomen deus ei. Et rursus in malicia sermonum uestrorum, ad iracundiam prouocabitis eum, & abiecti eritis usque ad tempus consumationis. Et nunc filij mei non contristemini, quoniam morior ego, neque concidatis, quoniam relinquo uos. Resurgam enim rursum in medio uestri, uelut dux in medio filiorum suorum. Et lætabor in medio tribus meæ, quotquot custodierunt legem domini & mandata Zabulon patris eorum. Super impios uero inducet dominus ignem æternũ, & perdet eos usque in generationes. Ego in requiem meam recurro sicut patres mei, uos autem timete dominum deum uestrum in omni fortitudine omnibus diebus uitæ uestræ. Et hæc dicens, dormiuit somno bono, & posuerunt eum filij sui in thecam. Postea autem reducentes eum in Hebron, & sepelierunt eum cum patribus suis.

Testamentum Dan, de Ira & Mendacio. VII.

TRanscriptum uerborum Dan, quæ dixit filijs suis, in ultimis diebus suis centesimo uicesimo quinto anno uitæ suæ uocans tribum suam, dixit: Audite filij Dan sermones meos, attendite uerbis oris patris uestri: Probaui in corde meo, & in omni uita mea, quod bonũ est. Nam deo beneplacet ueritas cũ iusta actione, odi quod perniciosum fuit, ut mendacium & iram, quoniã omnẽ maliciam hominẽ edocent. Confiteor uobis hodie filij mei, quoniã in corde meo lætatus sum de morte Ioseph uiri ueritatis & boni, & gaudebam in uenditione Ioseph, quoniã super nos pater eum diligebat.

Spiritus enim zeli & elationis dixit mihi: Et tu es filius eius. Et unus ſpirituũ Beliar coo-
perabatur mihi, dicens: Accipe gladium hunc, & in eo occide Ioſeph, & diliget te pater
tuus mortuo eo. Hic eſt ſpiritus iræ ſuadens mihi, ut ſicut pardalis deuorat hœdum, ita de
uorarem Ioſeph. Sed deus Iacob patris noſtri, non immiſit eum in manus meas, ut inueni-
rem eum ſolum, neꝗ permiſit iniquitatẽ hãc facere, ut ſoluantur duo ſceptra in Iſraël. Et
nunc filij, ego morior, & in ueritate dico uobis, quoniã ſi nõ cuſtodiatis uoſmetipſos à ſpi
ritu mendacij & iræ, & non diligatis ueritatẽ & longanimitatẽ diſperibitis. Cæcitas eſt in
ira filij mei, & non eſt aliquis iracundus, uidens faciem in ueritate, quoniã etſi pater & ma
ter eſt, ut hoſtibus attendet eis. Si ſit frater, non nouit: ſi propheta domini, non obedit: ſi
iuſtus, non aſpicit, amicum non cognoſcit. Circumponit enim ei ſpiritus iræ retia erroris,
& excæcat naturales oculos eius, per mendacium obtenebrat mentem eius, & propriam
uiſionem tribuit ei. In quo autem circumponit oculis eius? in odio cordis: & dat ei cor-
proprium aduerſus fratrem in inuidiam. Pernicioſa eſt ira filij mei, etenim ipſæ animæ ipſa
fit anima, & corpus quidem iracundi proprium ſibi facit, animæ autem dominatur. Et tri-
buit corpori potentiam, ut faciat omnem iniquitatẽ. Et cum iam operata fuit anima, iuſtifi
cat quod operatũ eſt, quia non uidet. Propter hoc quia iratus eſt, ſiquidem ſit potens, tri-
plicem habet potentiam in ira. Vnam quidem per potentiam & adiutoriũ miniſtrantium.
Secundam autem per diuitias perſuadens & uincens in iniuſticia. Tertiam naturalem ha-
bens corporis, & per ſe ipſum operans malum. Si autem debilis ſit qui iraſcitur, duplam
habet poteſtatem præ ea quæ eſt naturæ, adiuuat enim ſemper iniquitatem hic ſpiritus, ut
ſemper cum mendacio fiant actus eius. Quapropter intelligite potẽtiam iræ, quoniam ua
na eſt. In ſermone enim exacerbat, à dextris ſathanæ ambulat, ut incredulitate & menda-
cio fiant actus. Quapropter intelligite potẽtiam iræ, quoniam uana eſt. In ſermone enim
exacerbat primum. Deinde in operibus fortificat ſtimulatum, & in iacturis amaris cõtur-
bat cõſilium eius, & ita exuſcitat in ira magna animũ eius. Quando ergo loquitur aliquis
aduerſum uos, ne moueminí in iram. Si laudat uos ut bonos, ne eleuemini, neꝗ tranſmute
mini, neꝗ in petulantiam, neꝗ in rigorem uultus. Primum enim delectat auditũ, atꝗ exa-
cuit mentem, ut intelligat quod improperatũ eſt. Et nunc iratus exiſtimat iuſte iraſci. Si in
iacturam aut perditionẽ aliquã incideritis filij, ne tumultuemini mihi, quoniã hic ſpiritus
concupiſcere facit quod perditum eſt, ut iraſcatur per deſiderium. Si autem iacturam pa-
ciemini uoluntariè, ne contriſtemini, triſtitia enim ſuſcitat iram cum mendacio. Eſt autem
malum duplicem habere faciem. Ira cum mendacio, colloquuntur adinuicem, ut contur-
bent conſilium. Turbata autem anima per contumeliam, recedit dominus ab ipſo, & do-
minatur ei Beliar. Cuſtodite ergo filij mei mandara domini, & legem eius ſeruate. Fugite
autem & odite mendacium, ut dominus habitet in uobis, & fugiat à uobis Beliar. Verita-
tem loquimini unuſquiſꝗ ad proximum ſuum ut non incidatis uoluntariè in turbationẽ,
ſed eritis in pace, habentes deum pacis, & non præualebit aduerſum uos bellum. Diligi-
te dominũ in omni uita ueſtra, & uoſmet adinuicem in ueraci corde. Noui enim quoniam
in ultimis diebus recedetis à domino, & offendetis Leui & Iudæ reſiſtetis, ſed non ſupera-
bitis eos. Angelus enim domini ducit utroſꝗ, quoniã in ipſis ſtabit Iſraël. Et cum recede-
tis à domino, in omni malicia ambulabitis, facientes abominationes Gentium, abeuntes
ad mulieres iniquorũ, in omni malicia, ſpiritibus erroris operantibus in uobis. Legi enim
in libro Enoch iuſti, quoniam princeps ueſter eſt ſatanas, & quoniã omnis ſpiritus forni-
cationis & ſuperbiæ Leui ſeſe applicabit ad inſidiandũ filijs Leui, ut faciat eos peccare co
ram domino. Filij autem appropinquabunt ad Leui, ſpectantes eum in omnibus, & filij Iu
dæ erunt in auaricia, rapientes aliena ut leones. Propter hoc abducemini cum eis in capti-
uitatem, & illic recipietis omnes plagas Aegypti & omnes malicias gentium, & ita reuer
tentes ad dominum, miſericordiam conſequemini, & ducet uos in ſanctificationem ſuam,
clamans uobis pacem. Et orietur uobis ex tribu Iuda & Leui ſalutare domini. Ipſe faciet
aduerſus Beliar prælium, & ultionem uictoriæ dabit iuuenibus noſtris. Animas ſanctorũ
captiuas liberabit à Beliar, & conuertet corda incredula ueſtra ad dominum, & dabit in-
uocantibus eum pacem æternam, & requieſcent in eodem ſancti, & in noua Hieruſalem
lætabuntur iuſti, quæ erit in glorificationem dei uſque in ſeculum. Non amplius ſuſtinebit
Hieruſalem deſolationem, neꝗ captiuabitur Iſraël, quoniam dominus erit in medio eius
cum hominibus conuerſatus, & ſanctus Iſraël regnans ſuper ipſos in humilitate & pau-
pertate.

pertate. Et qui credit in eum, regnabit in ueritate in cœlis. Et nūc timete dominū filij mei, attendite uobis à satana & spiritibus eius, appropinquate autem deo & angelo excusante uos, quoniam hic est mediator dei & hominum ad pacem Israël. Contra regnum inimici stabit, quapropter conabitur inimicus subuertere omnes inuocantes dominum. Nouit enim, quoniam in qua die cecidit Israël, consumabitur regnum inimici. Ipse angelus pacis fortificabit Israël, ne incidat in finem malorum. In tempore illo recedet Israël ab iniquitate, & dominus uisitabit facientes uoluntatem ipsius. Nomē uero eius erit in omni loco Israël, & in Gentibus Saluator. Conseruate igitur uosmetipsos filij mei ab omni opere perniciosо, & abijcite iram & omne mendaciū. Diligite ueritatem & longanimitatē, & quæ audiuistis à patre uestro, tradite & uos filijs uestris, ut recipiat uos pater Gentium. Est ēm uerax & longanimis, māsuetus & humilis, & docens per opera legē dei. Discedite ab omni iniustitia, & adhæreatis iusticiæ legis domini, & sepelite me prope patres meos. Hæc dicens, osculatus est eos, & dormiuit somnum secularem. Sepelierunt autem eum filij eius, ac reduxerunt ossa eius prope Abraham, Isaac & Iacob. Et quemadmodum prophetauit eis Dan, quòd legem dei sui neglecturi essent aliquādo, ac seipsos abalienaturi à terra hereditatis ipsorum, à genere & patria Israël, ita factum est.

Testamentum Neptalim, de Bonitate. VIII.

TRanscriptum testamentum Neptalim, de his quæ disposuit in tempore finis sui, in anno centesimo tricesimo secundo uitæ suæ. Conuenientibus filijs suis septimo mense, quarta die mensis ipso sano existente, iussit apparare cœnam & potum magnificum. Postquā autem excitatus est à somno mane, & quoniā morti proximus erat, laudabat dnm qui illum confirmabat, & incœpit sic loqui filijs suis: Audite filij mei filij Neptalim, audite sermones patris uestri: Ego natus sum à Balla, & quoniā astute fecit Rachel, & dedit pro seipsa Ballam Iacob, & super femora Rachel peperit me, propter hoc uocatus sum Neptalim. Et dilexit me Rachel, quoniā super femora sua natus sum, et ipsa tenerum existentē osculata est me dicens: Videam fratrem tuum ex uentre tuo secundum te. Vnde similis mihi erat in omnibus Ioseph secundum petitiones Rachel. Mater autem mea Balla, filia Rethæi fratris Deborę meretricis Rebeccę, quę Balla in una die nata est, in qua & Rachel. Rothæus enim de genere Abrahā erat Chaldæus, deum uenerans, liber & nobilis, sed cum esset captiuus, emptus est à Laban, & dedit ei Euam ancillam suam in uxorē, quæ peperit filiam, & uocauit eam Zeliphā cognomine castelli, in quo captus erat. Deinde peperit Ballam dicens: Nouiter festinans filia mea, confestim ēm nata festinauit lac sugere. Et quia pedibus leuis eram ut ceruus, ordinauit me pater meus Iacob in omnem missionē & annunciationē, & ut ceruum me benedixit. Quemadmodū ēm figulus nouit uas quantū capit, & ad ipsum fert lutum, ita et dominus ad similitudinē spiritus facit corpus, ad potentiā corporis spiritū imponit. Et non est iam una tertia ex uno capillo. pondere enim & mensura & regula omnis creatura altissimi. Et quemadmodū nouit figulus uniuscuiusq; usum, quibus rebus sufficere queat, ita & dominus nouit corpus usquequo sufficiat in bono, & quando incipit in malo, quoniā non est ulla creatura, nec ullus intellectus, quem nō cognouit deus. Omnē enim hominē creauit ad imaginē suam, sicut & fortitudo eius, ita & op⁹ eius: & sicut prælectio eius: ita et actus eius: sicut cor eius, ita et os eius: sicut oculus eius, ita et somnus eius: sicut anima eius, ita et sermo eius, uel in lege domini, uel in lege Beliar. Et sicut diuisum est inter mediū lucis & tenebrę, uisus et auditus, ita diuisum est inter medium uiri et inter medium mulieris. Neque est dicendū, quod ulla in re faciei uel similium quid prę̨stet. Omnia enim in ordine fecit deus bona. Quinque sensus in capite, et collum copulauit capiti, et capillos ad gloriam. Deinde cor ad prudentiam, uentrem ad excretionem stomachi, calamum ad sanitatem, epar ad iram, fel ad amaritudinem, ad risum splenem, renes ad astutiam, lumbos ad uirtutem, costas ad positionem, spermam ad fortitudinē, et quę deinceps. Ita filij mei in ordine sitis bono, in timore dei, neque quicquam inordinatū facite ex contemptu, neque extra tempus suum. Quoniam si dicas oculo audire, non potest. Itaq; neq; in tenebris poteris facere opera lucis. Non igitur festinate in auaricia corrumpere actus uestros, uel in sermonibus uanis seducere animas uestras, quoniam tacentes in mundicia cordis poteritis uoluntatem dei tenere, et abijcere uoluntatē diaboli. Sol et luna et stellæ non mutant ordinem suum, ita et uos non mutetis

legem dei in inordinatione actuum uestrorũ. Gentes errantes, & derelinquẽtes dñm, mutauerunt ordinem suum, & secuti sunt lapides & ligna, sequentes spiritus erroris. Vos autem non sic filij: unum deum uestrum cognoscite, in firmamento, in terra, & in mari, & in omnibus creaturis, dñm, qui fecit hæc omnia, ut nõ efficiamini sicut Sodoma, quæ mutauit ordinem naturæ suæ. Similiter autem & uigiles immutauerũt ordinem naturæ ipsorum, & quos maledixit dñs in diluuio, propter ipsos ab habitatione & fructibus ordinans terram inhabitabilem. Hæc dico filij mei, quoniã legi in scriptura sancta Enoch, quod & uos recedetis à domino, ambulantes secundum iniquitatẽ Sodomorum, & inducet dominus uobis captiuitatem, & seruietis illic inimicis uestris, & omni pœna & tribulatione comprehendimini, usquequo consumat deus omnes uos. Et postq́ pauci effecti fueritis & minorati, reuertimini & cognoscetis dominũ deum uestrum, & conuertet uos in terrã uestram, secundum multam misericordiam suam. Et erit cum uenerint in terram patrum suorum, rursus obliuiscentur domini, & impie agent, & disperget eos dominus super faciem uniuersæ terræ, usquequo uenerit misericordia domini, homo faciens misericordiam & iustitiam, in omnes qui lõge sunt, & qui prope. In anno enim quadragesimo uitæ meæ, uidi in montibus olei, uersus orientem Hierusalem (quoniam sol & luna steterunt) & ecce Isaac pater patris mei dicit nobis: Accurrẽtes tenete unusquisq́ secundũ uirtutem suam, potest em̃ apprehendi sol & luna. Et omnes simul accurrebamus, & Leui tenuit solem, & Iudas accingens, apprehendit lunam, & exaltati sunt ambo cum eis. Et cum esset Leui sicut sol, iuuenis quidã tradidit ei ramos palmarũ duodecim, & Iudas erat splendens ut luna, & sub pedibus eius erant 12. radij. Et accurrentes adinuicem Iudas & Leui, tenuerunt seipsos. Et ecce taurus in terra habens cornua magna, & ales aquilæ in dorso eius, & uolentes apprehendere eum, non potuimus. Præueniens enim Ioseph cepit eum, & ascendit cum ipso in excelsum. Et uidi (quoniam eram illic alicubi) & ecce scriptura sancta apparuit nobis dicens: Assyrij, Medi, Elemæi, Gelathæi, Chaldæi, Syri, hæreditabũt in captiuitate sceptrũ Israël. Et rursus post mẽses 7. uidi patrem nostrũ Iacob stantem in mari Iamme, & nos filij eius cum eo. Et ecce nauis uenit, uelificans plena siccis carnibus sine nautis & gubernatore. Inscribebatur autẽ nauis Iacob, & dicit nobis pater noster: Ascendamus in nauem nostram. Vt autem intrauimus, facta est tempestas uehemens, & turbo uenti magni, & auolat pater noster à nobis tenens gubernacula. Et nos tẽpestate quassati, in pelagus ferebamur, & impleta est nauis aquis tempestatis, undiq́ quassata & contrita. Ioseph autẽ è cimba fugit. Diuidimur & nos in tabulis decem. Leui autem & Iudas erant nobiscũ. Dispergimur ergo omnes usq́ in terminos. Leui autẽ indutus sacco, pro omnibus nobis precabatẽ dominũ. Vt autẽ quieuit tempestas, scapha attigit terrã uelut in pace. Et uenit pater noster Iacob & unanimiter exultauimus. Hęc duo somnia dicebam patri meo, & dixit mihi: Oportet hæc impleri secundum tempus ipsorũ multa Israël sustinente. Tunc dixit mihi pater meus: Credo quoniã uenit Ioseph. Video enim semper, quoniam dominus cõnumerat eum uobiscum. Et flens dixit: Viuis Ioseph fili mi, & non te uideo & tu non uides Iacob qui genuit te. Fecit autem & nos lachrymari in his sermonibus suis. Et accendebar in uisceribus ut palam facerẽ quod uenditus esset, sed timui fratres meos. Ecce filij mei, ostendi uobis tempora extrema, quoniã omnia fient in Israël. Et uos igitur mãdate filijs uestris ut iuuantur Leui & Iudę. Per Iudam enim orietur salus Israël, in ipso benedicet̃ Iacob. Per sceptrum enim eius apparebit deus, habitans inter homines in terra, ut saluet deus genus Israël, & congregabit iustos ex Gentibus. Si operemini bonum filij mei, benedicent uos homines & angeli, & deus glorificabitur per uos in Gentibus, & diabolus fugiet à uobis, bestiæ timebũt uos, & angeli suscipiẽt uos. Sicut enim si quis filiũ nutriat bene, perpetuo gratus & memor esse studet; ita & in bono opere memoria est apud deum bona. Qui uero non fecerit bonum, huic maledicent homines & angeli, & deus contumelia afficietur per ipsum in Gentibus, & diabolus possidebit hunc tanquam proprium uas & instrumentũ, & omnis bestia dominabitur ei, & dominus odio habebit eum. Nam mandata legis duplicia sunt, & opere implentur. Tempus enim est coeundi cum uxore sua, & tempus continendi ab ea ad orationem suam. Duo mandata sunt, quæ nisi fiant in ordine suo, peccatũ tribuunt. Ita est in reliquis mandatis. Efficiamini ergo sapientes in deo & prudentes, scientes ordinem mandatorum eius, & leges omnis rei, ut deus diligat uos. Et multa talia mandãs eis, precatus est, ut trãsferant ossa eius in Hebron, & sepeliãt eum iuxta patres ipsius.

Et comedens & bibens in hilaritate animæ uelauit faciem suam, & mortuus est. Et fecerunt filij sui secũdum omnia quæcunq; mandauit eis Neptalim pater eorum.

Testamentum Gad de Odio. IX.

TRanscriptum Testamenti Gad, quæcunq; locutus est ipse filijs suis in anno cẽtesimo septimo uitæ suæ, dicens: Septimus filius natus sum Iacob, & eram fortis in gregibus pascendis. Ego custodiui in nocte gregem, quando uenit leo, uel lupus, uel pardus, uel ursus, uel omnis bestia super gregem, persequebar eam, & apprehendens pedem eius manu mea, & girans obtenebrabam, & projciebam eam ultra duo stadia, & ita interficiebam. Ioseph ergo pascebat gregem nobiscum circiter dies triginta. Qui cum tener esset, incidit in morbum propter nimium æstum. Et reuersus est in Hebron ad patrem suum, & reclinauit eum iuxta se, quoniam diligebat eum. Et dixit Ioseph patri nostro, quod filij Ballæ Zelphæ dilapidarẽt bona, & deuorarẽt ipsa inscijs Iuda & Ruben. Sciebat enim quoniam agnum eruebam ex ore ursi, quem interfeci, & agnum occidi, de quo contristabar, quoniam nõ potuit uiuere, & comedebamus ipsum. Et dixit patri nostro. Verũ fratres modeste ferebant istud uerbũ Ioseph, usq; in diẽ uenditionis eius in Aegyptum, & spiritus odij erat in me, & nolui Ioseph neq; audire, neq; uidere, ipse uero aperte redarguit nos, quoniã sine Iuda comedimus. Deniq; omnia quæcũq; dixit patri, persuasit ei. Confiteor aũt nunc peccatũ, filij, quoniam sæpe uolui occidere eum. Nam ex animo odio habui eum, & omnino non erant in me uiscera misericordię erga ipsum, et propter somnia ipsius cõcœpi tantum odium. Et uolui ipsum deuorare à terra uiuentium, quemadmodum deuorat uitulus herbas à terra. Propter quod ego & Iudas uendidimus eum Ismaëlitis triginta aureis. De quibus decem furtim subtraximus, uiginti aũt ostendimus fratribus nostris. Et ita auaritia adductus sum, ut interfectũ uellẽ. Deus aũt patrũ nostrorũ eripuit eũ de manibus meis, ut nõ facerẽ iniquitatẽ in Israël. Et nũc audite filij mei sermones ueritatis, ut faciatis iustitiã & omnem legẽ altissimi, & non erretis spiritu odij, quoniam malus est in omnibus actibus hominum. Omne quodcũq; fecerit homo, odit & abominatur. Si faciat legem domini, nõ laudat eam. Si timeat dominum & sectetur iusta, hunc non diligit, ueritatem uituperat, dirigenti prospere res suas, huic inuidet, obtrectationem amplectitur, arrogantiam amat. Et quoniam odium excœcauit animam eius, facit proximo suo, sicut & ego Ioseph. Custodimini igitur filij mei ab odio, quoniam in ipsum dominum iniquitatem facit. Non enim uult audire uerba mandatorum eius de dilectione proximi, & in deum peccat. Si enim delinquat frater, statim uult annunciare omnibus, & festinat ut iudicetur pro hoc delicto, & punitus moriatur. Si autem fuerit seruus, accusat eum apud dominum suum, & omnes persequendi uias excogitat aduersus eum, si quo modo mortificet eũ. Odiũ enim operatur cum inuidia, & aduersus bene operantes, prosectum audiens & uidens, semper contristatur. Quemadmodũ enim dilectio etiã mortuos amat, & cupit uiuere, & in eos qui sunt in sententia mortis, si fieri queat, à morte reuocare uellet: ita odiũ uiuentes conatur delere, & eos qui paululum quiddam peccauerint, indignos uita iudicat. Spiritus enim odij animi peruersitate cooperatur Satanæ in omnibus usque ad mortem hominũ. Spiritus enim dilectionis in longanimitate cooperatur legi dei in salutem hominum. Malum est odium, quoniam permanet cum mendacio, continue loquens aduersus ueritatem, & parua magna facit, tenebris lucem obfuscat, dulce amarum dicit, & calumniam edocet, bellũ, iniuriam, & omnem abundantiam malorum, deniq; ueneno diabolico cor impler. Hæc edoctus experientia dico uobis filij mei, ut fugiatis odiũ, & adhæreatis dilectioni domini. Iustitia eijcit odiũ, humilitas occidit odiũ, iustus enim & humilis erubescit facere iniuste: non ab alio reprehẽsus, sed à proprio corde, quoniã deus protegit consiliũ eius. Non detrahit uiro, quia timor altissimi uincit odiũ. Timens enim, dominũ nõ offendit, non uult omnino, neq; cogitatione, iniusta facere aduersus hominẽ. Hæc ego ultimo cognoui, posteaquã pœnitui de Ioseph. Quæ enim secundum deum est uera pœnitentia, ea mortificat hominem ad obedientiam fugat tenebras, & illuminat oculos, & cognitionẽ tribuit animæ, & ducit consilium ad salutẽ. Et quæ non didicit ab hominibus, nouit per pœnitentiã. Induxit enim mihi ęgritudinẽ epatis, & nisi fuissent orationes patris mei Iacob, profecto statim spiritus defijsset esse in me. Per quæ enim homo peccat, per illa & punitur. Quia igitur disposita erant epata mea impropitiabiliter aduersus

Ioſeph, in epate paſſus ſum impropitiabiliter. Iudiciũ pertuli per menſes undecim, ut par eſſet tempus pœnæ, cum tempore quo urgebam uenditionẽ Ioſeph. Et nunc filij mei diligite unuſquiſq; fratrem ueſtrum, & auferte odium à cordibus ueſtris, diligentes inuicẽ in opere, ſermone & cogitatione animę. Ego enim coram facie patris noſtri pacifica loquebar ad Ioſeph, & exeunte me, ſpiritus odij obtenebrauit intellectũ meum, & turbauit animam meam ad occidendum eum. Diligite igitur adinuicem ex corde, & ſi peccet in te aliquis, dic ei in pace, exterminans uenenũ odij, & in anima tua non teneas dolum. Et ſi confitens pœniteat dimitte ei, & ſi negat, non contendas cum eo, ne quando iurante eo, dupliciter pecces. Non audiat alienus in contentione ſecretum ueſtrum, ne odiens te immuteť, & magnum peccatum operetur aduerſum te. Quoniam multoties dolo loquetur tecum, uel perſcrutabitur te in malo, accipiens à te uenenum. Si ergo negat & erubeſcit, & redargutus quieſcit, non educas eum. Negans enim pœnitet, ut nõ amplius delinquat in te, ſed honorabit te & timebit & pacificus erit. Si uero uerecundus eſt, & inſtat maliciæ, tunc dimitte ex corde deo uindictam. Si quis plus quam uos proſperatur, ne contriſtemini, ſed orate pro ipſo, ut perfecte proſperetur. Forte enim uobis expedit ita, & ſi plus exaltatus fuerit, nec inuideatis, recordantes, quoniam omnis caro morietur. Domino autem hymnum afferte, tribuenti bona & utilia omnibus hominibus. Scrutate iudicia domini, & ita dimittet & quieſcet conſilium tuum. Si uero ex malis quis ditatus fuerit, ſicut Eſau frater patris mei, nolite ęmulari. Terminũ enim domini ſuſcipietis, uel enim auſert hoc in malis, uel pœnitentibus dimittit, impœnitenti ſeruat in æternam punitionem. Nam pauper abundans in omnibus domino gratias agit, & ipſe apud omnes ditatur, quoniam non habet pernicioſam deprecationem hominum. Auferte igitur odium ab animabus ueſtris, & diligite inuicem in rectitudine cordis. Dicite autem & uos filijs ueſtris, ut honorẽt Iudam & Leui, quoniam ex eis oriri faciet dominus ſaluatorem Iſraeli. Cognoui enim, quoniam in fine recedent filij ueſtri ab eis, & in omni pernicie & malignitate & corruptione erũt coram domino. Et paululum requieſcens rurſus dixit eis: Filij mei audite patrem ueſtrum, et ſepelite me prope patres meos. Et eleuans pedes ſuos dormiuit in pace. Et poſt quinq; annos reduxerunt eum, & poſuerunt eum in Hebron cum patribus ſuis.

Teſtamentum Aſer, de duabus faciebus Maliciæ & Virtutis. X.

TRanſcriptum teſtamentũ Aſer, quæ locutus eſt filijs ſuis centeſimo ulceſimo anno uitæ ſuæ, adhuc ſanus exiſtens, dixit ad eos: Audite filij Aſer patrem ueſtrũ, & omne rectum coram deo oſtendam uobis. Duas uias dedit dominus filijs hominũ, duo conſilia & duos actus, duo loca & duos fines. Ideoq; omnia duo ſunt unum, contra & uiæ duæ boni & mali. Sunt etiam duo conſilia in pectoribus noſtris, quæ nos uel ad honeſtatem uel ad turpitudinem impellunt. Si igitur ad bonum ducitur homo, omnes actus ipſius circa iuſtitiam uerſantur. Et ſi quid deliquerit, tamen ſlico pœnitet. Iuſta enim cogitans & abijciens maliciam, ſtatim corrigit ſua peccata, & maliciã animi aufert. Si uero in malum declinat conſilium, omnis actus eius eſt in malicia, & repellens bonum, aſſumit malum conſtitutus ſub domino Beliar. Et ſi bonum operetur, conuertit in maliciàm hoc. Cum enim incœperit boni aliquid facere finẽ actionis eius in malum opus perducit. Quia theſaurus diaboli ueneno pernicioſi ſpiritus impletus eſt. Dicit igitur anima ipſius bonũ ſupra malũ eſſe, & finẽ rei in maliciã ducit. Eſt homo qui non miſeretur miniſtrãtis et in malũ, & hoc duplicẽ faciẽ habet, ſed totũ pernitioſum eſt. Eſt & homo diligẽs malignitatẽ, ſimiliter eſt in malicia, quoniã & mori deſiderat in malo propter ipſum. Et de hoc manifeſtum, quoniã duplicis faciei eſt, totum uero malus actus eſt. Et amor exiſtens, malicia eſt abſcõdens malum ſicut nomine quaſi bono, finis uero actus uenit in malum, alius furatur, iniuſte agit, rapit, auarus exiſtit, & non miſeretur pauperum. Duplicem quidem faciem haber, & hoc totum pernicioſum eſt, auarus exiſtens erga proximum ad iracundiam prouocat deum, & altiſſimum abnegat, & pauperis non miſeretur. Præceptorem legis dominum ſpernit & acerbat, nec pauperem requieſcere ſinit, animam inquinat, ut corpus ſplendidum reddat, multos occidit, & paucorum miſeretur. Hoc quidem duplicis faciei eſt. Alius adulteratur & fornicatur, & abſtinet à cibis, ieiunans male facit, potentia, diuitijs multos miſerẽ uexat. Ex mala conſcientia facit mandata, & hoc duplicis faciei eſt, totum autem malum eſt. Tales ut ſues ſunt et lepores, quoniã ex mediera

te ſunt

te sunt mundi, reuera sunt immundi. Vos igitur filij mei non efficiamini secundum ipsos duplicem habentes faciem, bonitatis & maliciæ, sed bonitati soli adhærete, quoniam deus requiescit in ipsa, & homines desiderãt eam. Maliciam fugite, occidentes diabolum in bonis uestris actibus, quoniam qui duplicis faciei sunt, non deo sed concupiscentijs suis seruiunt ut Beliar complaceant, & his qui sunt ipsis similes. Edom autem uiri, & qui sunt unius faciei & si existimenẽ ab eis qui duplicis faciei sunt precare, iusti tamẽ sunt apud deũ. Multi enim occidentes perniciosos, duo faciunt opera, malum & bonum, totum uero est bonum. Quoniã qui malum eradicauit perdidit illud. Est aliquis qui odit aliquem misericordem, & accusat eundem adulterij uel latrocinij, hic est duplicis faciei, sed totum opus bonum est, quoniam imitatẽ dñm, non aspiciens quod uidetur bonũ, cum uerò sit malum. Alter non uult diem bonum uidere cum luxuriosis, ut nõ maculet eos, & inquinet animã. Et hic duplicis faciei est, totum aũt bonũ est, quoniã tales capreolis & ceruis similes sunt, quoniã in consuetudine agresti uidentur immundi esse: ex toto autem mundi sunt, quoniã in zelo dei ambulant, recedentes ab his, à quibus deus prohibet per mandata odio habent eos & necant malumã bono. Videte igitur qualiter duo sunt in omnibus, unum contra unum, & unum sub uno absconditur. Vitæ mors succedit, gloriæ ignominia, diei nox, & luci tenebræ. Omnia uero sub die sunt, & sub uita quæ iusta sunt, propter quod & mortẽ æterna uita præexpedit, & non est dicere ueritatẽ mendaciũ, neq; iustum iniustum, quoniam omnis ueritas sub luce est, quemadmodũ omnia sub deo. Hęc omnia probaui in uita mea, & non erraui à ueritate domini, & mandata altissimi exquisiui secundũ omnẽ fortitudinẽ, ambulans secundũ unam faciem in bonum. Attendite igitur filij & uos mandata domini secundum unam faciem, sequentes ueritatẽ, quoniã qui duplicis faciei sunt, dupliciter puniuntur. Spiritus erroris odit hominẽ agonizantẽ. Legem domini custodite, & non attendite malum ut bonum, sed reuera bonum respicite, & obseruate illud in omnibus mandatis domini ad eum reuersi, & in eum quiescentes, quoniã fines hominũ ostendunt iustitiã eorum. Et cognoscite angelos domini & satanæ. Si enim adhæseritis spiritibus malis, anima torquebitur à pernicioso spiritu, cui seruitis in concupiscentijs & operibus perniciosis. Si autem quiescibiliter in gaudio cognoueritis angelum pacis, consolabitur uos in uita. Ne efficiamini filij ut Sodoma quæ ignorauit angelos, & perijt usq; in seculum. Noui enim quoniã peccabitis. & trademini in manus inimicorũ uestrorum, terra uestra desolabitur, & uos dispergemini in quatuor angulos terræ, & eritis in dispersione despecti uelut aqua inutilis, usquequo altissimus uisitauerit terram. Et ueniens, ut homo cum hominibus manducans & bibens, & in silentio conterens caput draconis. Per aquam hic saluabit Israël, & omnes gentes deus in uirum absconditus. Dicite igitur hæc filijs uestris, ut non negligant legem dei scriptã in tabulis cœlorum: nam futurũ est ut increduli fiant in legem dñi. Et uos impie agentes, impie agetis in deum, non attendentes legem dei, sed mandata hominum. Et propter hoc dispergemini ut Gad & Dan fratres mei, qui regiones eorum ignorabant, & tribum & linguam eorum. Sed congregabit uos deus in fide propter spem misericordiæ suæ, propter Abraham, Isaac & Iacob. Hæc cum dixisset, mandauit eis dicens: Sepelite me in Hebron Et mortuus est, somno bono dormiens. Et post hæc fecerũt illi filij eius sicut mandauerat eis. Et reducentes eum, sepelierunt cum patribus suis.

Testamentum Ioseph de Castitate & Fraterna dilectione. XI.

TRanscriptum testamentum Ioseph cum moriturus erat, uocans filios suos, & fratres suos, dixit eis: Filij mei, & fratres, audite Ioseph dilectum ab Israël, auribus percipite filij patrem uestrũ. Ego sciui in uita mea inuidiam & mortem, quibus me fratres mei perdere uolebant. Oderunt enim me, & dominus dilexit me. Ipsi uoluerunt occidere me, & deus patrum meorum custodiuit me. In lacum me miserũt, & altissimus reduxit me. Venditus sum in seruum, & dominus liberum me fecit. In captiuitatẽ assumptus sum, & fortis manus eius adiuuit me. In fame detentus sum, & ipse dominus nutriuit me. Desolatus eram, & deus consolatus est me. In infirmitate eram, & altissimus uisitauit me. In carcere eram, & saluator lætificauit me. In uinculis detinebar & soluit me dñs. In accusationibus Aegyptiorũ, ipse causam meam egit, & liberauit ab inuidia & dolo et exaltauit me, quod etiã Phocimar princeps coquorũ Pharaonis credidit mihi domum suam. Et periclitatus de uita mea propter mulierẽ inuerecundam, sollicitantem, ut iniqua

ut iniqua agerem cum ipsa, flamma libidinis æstuante circa pectus illius. In carcerē coniectus sum, uerberibus cæsus & subsannatus. Fecit autem dominus, ut misericordia cōmotus sit erga me custos carceris. Non enim derelinquit timentes eum non in tenebris, nec in uinculis, nec in ullis tribulationibus uel necessitatibus. Non enim ut homo confunditur deus, neq; ut filius hominis formidat, neq; ut terrenus pauore concutitur uel repellitur. In omnibus uero locis præsens est, & in grauissimis malis consolatur suos. In breui recedens ad probandū animi consilia. In decē tentationibus probatū me deprehēdit, & in omnibus longanimis fui, quoniā magna medicina est longanimitas, & multa bona dat sustinentia. Quoties Aegyptia minata est mihi mortem? quoties pœnis tradens, reuocauit me mulier? quoties mortem minata cum recusarem rem habere cum ea? Dicebat autē mihi: Dominaberis mihi & omnibus quæ mea sunt, si tradideris teipsum mihi, atq; gesseris morem mihi, & eris dominator nostri. Ego uero recordatus sum sermonū patris mei Iacob, & ingrediens in thalamum, adoraui dominū, & ieiunaui septem annis, apparui autem Aegyptio ea corporis habitudine quasi qui in delitijs uixisset, quoniā propter deum ieiunātes faciei gratiam accipiunt. Cumq; dabat mihi uinum, non bibebā. Et in triduano ieiunio accipiebam meam dietam, & tribui eam egētibus & infirmis. Et mane euigilaui ad dominū, & fleui pro Memphitica Aegyptia, quoniā multum & indesinēter molesta erat mihi. Noctu enim uenit ad me quasi quæ me inuisere uellet, & primo quidē, quoniā filius masculus non erat ei fingebat habere me ut filium. Et oraui ad dominū, ut daret illi marem. Per hoc tempus autem ut filium me amplexa est, & ego ignorabā. Deniq; me ad fornicationē attrahebat, & intelligens tristatus sum usq; ad mortem, & exeunte ipsa, redij ad meipsum, & tristabar illius causa per dies multos, quoniā cognoui dolum eius & errorē. Et dicebā ei uerba altissimi: si forte auerteī à cōcupiscentia sua perniciosa. Multoties ut sancto uiro, in uerbis blādita est mihi, non sine dolo laudans castitatē meam coram marito, qui penitus extinguere me uolebat. In manifesto & abscōdito dixit mihi: Ne timeas tibi à uiro meo. Etenī persuasum est ei de castitate tua, quoniā & si dixerit aliquis ei de nobis, non credet. Propter hæc omnia in terra iacebā ego indutus sacco, & deprecabar dominū, ut liberaret me dn̄s ab Aegyptia. Vbi uero nihil potuit efficere hac uia, uenit denuo alijs instructa rationibus uidelicet ut disceret uerbū dei ex me, atq; in hunc modum cœpit loqui: Si uis ut relinquam idola, obtempera mihi, & Aegyptiū persuadebo recedere ab idolis, & in lege domini dei tui ambulabimus. His ego respondi: In immundicia non uult dominus esse uenerantes ipsum, neque in adulterantibus beneplacitū est ei. Et illa siluit, desiderans explere concupiscentiam suam. Et ego apponebam orationē & ieiuniū, ut liberaret me dominus ab ipsa. Rursus uero alio tempore dicit mihi: Si adulterare non uis, ego occidam Aegyptium, & ita lege accipiam te in uirum. Ego autem ut audiui hoc, scidi stolam meam, & dicebā: Mulier, pudeat te quæso horum coram deo, & time dominum, neq; facias tantā perniciosam rem, neq; desperes omnino, ut teipsam deuoueas malo. Nam si pergas ego proferam cogitationes impietatis tuæ. Timens igitur illa, rogabat, ut nulli annunciarem maliciam eius, & recessit. Iam uero tentabat seducere me donis, mittens mihi omnia quæ sunt in usum filiorum hominum, & misit mihi cibum incantatione conspersum. Et ut uenit Eunuchus ferens ipsum, respexi, & uidi uirum terribilem tradentem mihi cum disco gladium: Et intellexi, quoniam insidias struerent animæ meæ, & exeunte illo flebam, neq; illum neque alium aliquandiu ciborum ipsius gustans. Post unum ergo diem, ipsa ueniens ad me inquit: Quid hoc est, quoniam non comedisti de cibo? Et dicebam ad eam: quoniam implesti illum morte, scias autem, quoniam nō appropinquo Idolis, sed domino soli. Nunc igitur cognosce, quoniā deus patris mei per Angelū reuelauit mihi maliciā tuam, & seruaui cibum in redargutionem tui, si forte uidens illum pœniteas, aut discas, quoniam his qui in castitate dominum uenerantur, non præualet malicia impie agentium. Et accipiēs coram ipsa comedi, dicens: Deus patrum meorum & Angelus Abraham erit mecū. Illa uero cecidit in faciem suam ad pedes meos & fleuit. Et erigens illam multis adhortatus sum ipsam, & promisit se non esse facturam post hac amplius impietatem hanc. Quoniam uero cor ipsius in me exarserat ad adulterium ingemiscens, suspiria trahēs ab imo pectore deiecit uultū. Vidēs uero eā Aegyptius dicit ad eā: Quid concidit facies tua? Illa uero dixit: Dolore cordis ego doleo, et gemit9 spirit9 mei cōtinet me. Et curabat eā nō ęgrotātē. Tūc insiluit ad me adhuc foris existēte uiro suo, et dicit mihi: Suffocor, uel in puteū uel in

præcipitium

præcipitiũ proijcio meipſam, niſi mihi obtemperaueris. Et intelligens, quoniam ſpiritus Beliar ipſam conturbat orans dominũ, dixi ei: Vt quid turbaris, aut quid tumultuaris in peccatis excæcata? Recordare, quoniam ſi occidas teipſam, Sechon concubina uiri tui inuidens tibi, colaphos infringet filijs tuis, & perdet memoriã tuam de terra. Et dicit ad me: Eia age uideo quod adhuc aliqua tibi mei cura relicta eſt. Satis habeo quod protegis uitam meam & filiorum meorũ, bona me ſpes habet futurũ, ut potiar deſiderio meo. Et non cognouit, quoniã propter deum meum dixi ita, & non propter ipſam. Si enim aliquis paſſioni ſuccumbat deſiderij pernicioſi, huic ſeruus efficietur, ut & illa. Et ſi bonum aliquid audierit in paſſione qua uincatur, accipit illud ad deſiderium pernicioſum. Dico uobis filij, quoniam hora erat quaſi ſexta, quando exiuit à me, & ego genu flectens oraui ad dominum per totum diem & totam noctem coniungens. Circa diluculũ ſurrexi lachrymãs, ut liberarer̃ tandem Aegyptia. In fine igitur apprehendit mea ueſtimẽta uiolenter, attrahẽs me ad concubitũ. Vt igitur uidi, quoniã inſaniret uiolentia, ac ui teneret ueſtimenta mea, nudus effugi. Illa uero calumniata eſt me apud uirũ ſuum, qui miſit me in carcerẽ, qui erat in domo regis. Sequenti die, ubi flagris probe cæſus fuerã, rurſus coniectus ſum in carcerem. Et cum uinctus iacerẽ in cõpedibus Aegyptia infirmata eſt nimio dolore, & auſcultabat, qualiter laudarem dominum, exiſtens in domo tenebrarum. Ego autem hilari uoce gaudens, glorificaui deum meũ ſolum, quod per hanc occaſionẽ amouebar ab Aegyptia, ipſa tamen non deſtitit inſtare ac dicere: Age accipe conditionẽ quam offero tibi, ac imple deſiderium meum, & liberabo te à uinculis, & eripiam te ex tenebris. Verum uſq; adeo nihil potuit perſuadere mihi, ut ne cogitatione quidem in uota eius fuerim inclinatus. Diligit enim deus magis eum qui in lacu tenebrarum ieiunat in caſtitate, quàm eum qui in thalamis deliciatur cum luxuria. Qui autem in caſtitate uiuit, & uult gloriam, & ſi nouerit altiſſimus quod expediat, tribuit ei & hoc, quemadmodũ & mihi. Multoties infirmata deſcendit ad me immature, & audiuit uocem mei orantis & acrius inſtabat. Intelligens uero ego ſuſpiria eius ſilui. Etenim quum eram in domo eius, nudauit brachia ſua, pectora & tibias quo me in amorem ſui accenderet, nimis enim erat pulchra, maximeq; ornata ut me deciperet, ſed dominus cuſtodiuit me ab operationibus ipſius. Videte igit̃ filij mei, quanta operatur ſuſtinentia & oratio cum ieiunio. Et uos igitur ſi ſobrietatẽ & caſtitatẽ dilexeritis in ſuſtinentia & humilitate cordis, dñs habitabit in uobis, quoniã dilexit ſobrietatẽ. Vbi uero habitat altiſſimus, & ſi incidat in inuidiam uel ſeruitutẽ uel calumniã, dñs qui in ipſo habitat non ſolum propter caſtitatẽ hunc à malis liberat, ſed exaltat quoq;, & glorificat ipſum ſicut & me. Omnino enim hic uel in opere, uel in uerbo, uel in cogitatione continetur. Cognouerunt fratres mei, qualiter dilexit me pater meus & non exaltatus ſum in corde meo, quamuis puer exiſtens habebã timorem dei in mente mea. Senui & moderabar meipſum, & honorabã fratres meos quos timebã. Silui uenditus, ut non dicerẽ Iſmaëlitis genus meum, quoniã filius eram Iacob uiri magni & potentis. Et uos igitur habete in actu ueſtro dei timorẽ, & honorate fratres ueſtros. Omnis em̃ qui facit legem dñi, diliget̃ ab ipſo. Veniens enim ad Indoculpitas cum Iſmaëlitis interrogabãt me, & ego dicebã, quoniã ſeruus ipſorum ſum ex domo, ut non confunderẽ fratres meos. Dicit autem maior eorum: Non es ſeruus, quoniam & aſpectus tuus oſtendit de te, & minatus eſt mihi uſq; ad mortem. Ego uero dicebam, quoniam ſeruus ipſorum ſum. Vt autem uenimus in Aegyptum, de me decertabãt quis ad theſaurũ acciperet me, & placuit omnibus ut eſſem in Aegypto apud negociatorẽ negociationis ipſorum, uſquequo reuertentur ferentes negociationẽ, & dominus dedit mihi gratiam in oculis negociatoris, & credidit mihi domum ſuam, & benedixit eum dominus in manu mea. Et dedit dñs ei copiam argẽti & auri. Et eram cum ipſo menſibus tribus & diebus 5. Hoc tẽpore trãſiuit Memphitica mulier Pethefri in gloria multa, & iniecit ſup me oculos ſuos, quoniã dixerant ei eunuchi de me, & dicit uiro ſuo de negociatore, quoniã ditatus eſſet in manus iuuenis cuiuſdã Hebræi, & dicebãt ꝙ furto furati eſſent eum de terra Chanaã. Nunc ergo fac cum eo iudiciũ, & auſer iuuenẽ in diſpẽſatorem tuum, & benedicet te deus Hebræorum, quoniã gratia ex cœlo eſt in ipſo. Pethefris uero perſuaſus uerbis ipſius, iuſſit adduci negociatorem, & dicit ei: Quid hic audio, quoniã furaris animas ex terra Hebræorũ in pueris uendendis? Cadens igitur negociator in faciem ſuam, rogabat dicens: Rogo te dñe, non noui ꝗd dicis. Ille uero dicit: Vnde igit̃ tibi iſte puer Hebræus? Et dixit: Iſmaëlitæ cõmendauerũt mihi ipſum, uſquequo reuertant̃.

Et

Et non credidit ei, & iussit flagellari ipsum. Sustinēte uero eo, dicit Pethefris: Adducatur iuuenis, & inductus adoraui principem eunuchorū. Tertius enim erat in dignitate apud Pharaonē, princeps omnium eunuchorū habens uxorem & filios & concubinas. Et cum me seorsum duxisset, dixit mihi: Seruus es uel liber? Et dicebā: Seruus. Et dicit ad me: Cuius es seruus. Et dico ei: Ismaëlitarum. Et rursus dicit mihi: Qualiter ipsorū effectus es seruus? Et dicebam: Quoniam ex terra Chanaan emerunt me. Ille uero non credidit, dicens: Sane mentiris. Et nudum iussit me flagellari. Memphitica uero uidit per fenestram flagellatum me, & mittit ad uirum suum, dicens: Iniustum est iudicium tuum, quoniā & furatum liberum punis iniuste agentem. Vbi autem non mutaui uerba, denuo flagellatum iussit custodiri me, usquequo ueniāt (ait) domini pueri. Et uxor eius dicit ad eum: Propter quid detines captiuum & nobilem puerum, quoniam oportuit magis dimitti eum atque te flagellari? Voluit enim me uidere in desiderio peccati, & ignorabā de omnibus his. Ille uero dixit ad Memphiticam: Non est honestum apud Aegyptios ante ostensionem auferri aliena, hoc dixit de negociatore & de me quando debui inclusus teneri. Post uiginti uero & quatuor dies uenerunt Israëlitæ, & audientes quoniam Iacob pater meus tristatur de me, dixerūt ad me: Quid est quod dixisti teipsum seruum esse, & ecce cognouimus, quoniam es filius uiri magni in terra Chanaā, & tristatur pater tuus in sacco. Et rursus uolui lachrymari, & continui meipsum, ut non confunderem fratres meos. Et dixi ego: Istud non noui, seruus sum. Tunc inibant consilium quo me uenderent, ne inuenirer in manibus eorū. Timuerunt enim Iacob, ne ulcisceretur se de ipsis. Auditum est enim, quod esset magnus apud deum & homines. Tunc dicit negociator eis: Redimite eum nunc à iudicio Pethefri. Audientes igitur petebant me, dicentes: Quoniam argento emptus est à nobis, & ille absoluit me. Memphitica uero ostendit uiro suo, ut emeret me: Audio enim (ait) quoniam uendunt eum. Et misit eunuchum ad Ismaëlitas, petijt me in uenditionem, & non uolens facere cum eis reuersus est. Eunuchus uero cum tentasset, ostendit dominæ quoniam ingens petiuerit precium pueri. Illa uero misit alterum eunuchum, dicens: Et si duas minas auri petiuerit, uide ne parcas auro, tantum emas puerum, & duc ad me. Ille uero dedit octoginta aureos pro me: centum dicens Aegyptiæ datos esse pro me. Et uidens ego filij, ut non exquireretur eunuchus. Videte filij quanta sustinui, diligite adinuicem, & in longanimitate eijcite adinuicem ex animo simultates. Delectatur enim deus de concordia fratrum, & in electione cordis probati in dilectione. Quando autem uenerunt fratres mei in Aegyptum, & cognouerunt me, reddidi argentum eis, & non exprobraui quidquam illis, sed & consolatus sum eos. Et post mortem Iacob abundātius dilexi eos, & omnia quæ cunque iussit feci ex abundanti. Et admirabantur. Nō enim dimisi eos tribulari usque ad paruam rem. Et omne quod erat in manu mea eis dedi, filij eorū filij mei apud me habiti sunt: Et filij mei, ut serui eorum. Anima eorum anima mea, & omnis dolor eorum, dolor meus, & omnis infirmitas eorum, infirmitas mea. Terra mea terra eorum, consilium meum, cōsilium eorum. Et non exaltaui meipsum in eis in superbia propter mundanam gloriā meam. Sed eram in eis sicut unus minimorum. Si igitur & uos ambuletis in mandatis domini filij mei, exaltabit & uos dominus, & benedicet uobis in bonis perpetuo. Et si uoluerit quis male facere uobis, uos in benignitate orate pro eo, & ab omni malo liberabimini per dominum. Ecce enim uidetis, quoniam propter longanimitatem filiam dominorum meorum accepi in uxorem, & centum talenta auri mihi data sunt cum ea. Quoniam eos deus mihi seruire fecit, & pulchritudinem dedit mihi, ut quasi flos super pulchros forē in Israël. Et custodiuit me usque ad senectutem in uirtute & pulchritudine, quoniam ego similis in omnibus Iacob extiteram. Audite filij mei & quę uidi somnia. Duodecim cerui pascebantur, & nouem diuisi sunt & dispersi in terra. Similiter & tres uidi, quoniam ex Iuda nata est uirgo, habēs stolam byssinam, & ex ipsa prodijt agnus immaculatus. Et à sinistris eius agni ut leo, & omnes bestiæ impetum fecerunt aduersus eum. Et uicit eas agnus, & perdidit in conculcationem, & gaudebant in eo Angeli & homines & omnis terra. Hæc autem fient in tempore suo in ultimis diebus. Vos igitur filij mei custodite mādata domini, & honorate Iudam & Leui, quoniā ex ipsis orietur uobis agnus dei, gratia saluans omnes Gentes & Israël. Regnum enim eius regnum æternum, quod non præteribit. Meum enim regnum in uobis consumatur ut pomorum custodia, quoniam post messem non apparebit. Noui quoniam post mortem meam Aegyptij tribulabunt uos, sed deus faciet ultionem

uestram

ueſtram. Et inducet uos in repromiſſionem patrum ueſtrorum. Sed comportate oſſa mea uobiſcum, quoniam ſi reduxeritis oſſa mea, dominus in luce erit uobiſcum contra Aegyptios. Et Beliar in tenebris erit cum Aegyptijs. Et Zelpham matrem ueſtram reducite, & prope Ballam iuxta Hypodromum proximam Rachel ponentes eam. Et hæc dicens, extendens pedes ſuos, dormiuit ſomnum ſecularem. Et planxerunt eum omnea Iſraël & omnis Aegyptus planctu magno. Etenim & Aegyptijs, ut proprijs membris cōpaſſus eſt & benefecit omni tempore omni conſilio & re aſſiſtens.

Teſtamentum Beniamin, de mente munda. XII.

TRanſcriptum uerborum Beniamin, quæ diſpoſuit filijs ſuis, uiuens annos centum uiginti. Et oſculans eos dixit: Sicut Iſaac centeſimo anno natus eſt Abraham, ita & ego Iacob. Quia igitur Rachel mortua eſt cum pareret, lac nō habui, Ballam igitur ancillam eius ſuxi. Rachel poſtquam enim peperit Ioſeph duodecim annis ſterilis fuit. Et orauit dominum cum ieiunio duodecim annis, & concipiens peperit me: ualde enim pater meus dilexit Rachel. Et optauit duos filios uidere ex ipſa, propter hoc uocatus ſum filius dierum uel luctus, quia mater in partu mortua eſt, quod eſt Beniamin. Quoniam igitur intraui in Aegyptū, & recognouit me frater meus Ioſeph dixit mihi. Quid dixerunt patri meo, quoniam uendiderunt me? Et dicebam ei: Quoniam conſperſerunt tunicam tuam ſanguine, et mittentes dixerunt: Cognoſce ſi tunica filij tui eſt iſta. Et dicit mihi etiam frater. Etenim quando accipiebant me Iſmaëlitæ unus eis exuens me tunicam, dedit mihi perizoma. Et flagellans me dixit ut currerem. Cum uero abiret ip ſe ut abſconderet ueſtimentum meum, obuiauit ei leo & occidit eum. Et ita participes eius mentes uendunt me ſocijs ſuis. Et uos igitur filij mei diligite dominum deum cœli, & audite mandata eius, imitantes bonum & ſanctum uirum Ioſeph. Et ſit mens ueſtra in bonū, ut & me noſtis. Qui habet mentem bonam, omnia reſpicit recte. Timete deum & diligite proximum. Et ſi ſpiritus Beliar in omnem maliciam tribulationis ſollicitauerit uos, non dominabitur in uobis malicia tribulationis, ſicut nec Ioſeph fratri meo. Quot homines uoluerunt occidere eum, & deus protexit? Qui enim timet Deum, & diligit proximum ſuum, ab aëreo ſpiritu Beliar non poteſt uulnerari. Et protectus timore Domini, & ab inſidijs hominum & beſtiarum non poteſt ſubiugari adiutus à Domini dilectione, quam haber erga proximum. Etenim deprecatus eſt patrem noſtrum Iacob, ut oraret pro fratribus noſtris, & non imputaret eis Dominus, ſi quid excogitauerunt pernicioſum de ipſo. Et ita clamauit Iacob: O fili Ioſeph, uiciſti uiſcera patris tui. Et amplexans eum, per duas horas oſculabatur eum, dicens: Adimplebitur in te prophetia cœli de agno Dei & ſaluatore mundi, quoniam immaculatus pro iniquis tradetur. Et qui ſine peccato eſt, pro impijs morietur in ſanguine Teſtamenti, in ſalutem Gentium & Iſraël, & euacuabit Beliar & miniſtrantes ei. Videte filij, boni uiri finem, imitamini in bona mente miſericordiam ipſius, ut & uos coronis gloriæ induamini: bonus homo non haber tenebroſum oculum. Miſeretur enim omnibus, etiamſi ſint peccatores, & inierint conſilia de ipſo mala. Nam qui benefacit, uincit malum protectus à bono. Iuſtos autem diligit, ut animam ſuam. Si quis glorificatur, non inuidet Si quis ditatur, non zelat, Si quis fortis eſt, hunc laudat, caſtum credens, laudat eum, qui habet timorem Dei, protegit. Diligenti Deum cooperatur. Reprobantem altiſſimum admonet ut conuertatur. Et habentem gratiam ſpiritus boni diligit ſecundum animam ſuam. Pauperi miſeretur, infirmo compatitur, Deum laudat & ueneratur. Si habeatis bonam mentem filij, & mali homines pacificabuntur uobis, & luxurioſi erubeſcentes uos conuertentur in bonum. Et auari non ſolum recedant à paſſione, ſed quæ ſuperabundant, dabunt tribulatis. Si ſitis benefacientes, & immundi ſpiritus fugient à uobis, & ipſæ malæ beſtiæ fugient à uobis timentes. Vbi enim eſt timor bonorum operum in mente, tenebræ fugiunt ab eo. Si enim iniurietur quis uiro ſancto, pœnitet. Miſeretur enim ſanctus iniurianti & ſilet. Et ſi quis animam iuſtam tradat, & iuſtus orauerit, nonnihil humiliatur ia qui facit iniuriam, & poſtea multo clarior apparet, qualis etiam factus eſt Ioſeph frater meus. Conſilium boni uiri non eſt in manu ſpiritus erroris Beliar. Angelus enim pacis ducit animam ipſius. Non aſpicit in paſſionibus corruptibilia, neque congregat diuitias in deſiderijs uoluptatis. Non delectatur uoluptate, non contriſtat proximū, non impletur cibo, nō errat faſtu oculorum. Dominus enim pars eſt eius. Pro

pter bonum conſilium non recipit gloriam, in honoratione̅ hominum non curat, & omnem dolum uel mendacium, pugnam uel contumeliā non nouit. Dominus enim in eo habitat, & illuminat animam eius & gaudet coram omnibus in omni tempore. Bona mens non habet duas linguas benedictionis & maledictionis, iniuriæ & honoris, triſtitiæ & gaudij, quietis & turbationis, ſimulationis & ueritatis, inopiæ & diuitiarum. Sed unam habet circa omnes ſynceram & puram diſpoſitione̅. Non habet uiſum neq; auditum duplicem: in omni enim quod facit, uel loquitur, uel uidet, nouit quoniam dominus uiſitat animam eius, & purgat mente̅ eius, ut non reprehendat à deo & hominibus. Sed omne opus Beliar duplex eſt, neq; habet ſimplicitatem. Propter hoc filij mei fugite maliciam Beliar, quoniam gaudium dat obedientibus ei, gladius autem ſeptem malorū mater eſt. Primum concipit mens per Beliar. Eſt autem primū inuidia, ſecūdum perditio, tertium tribulatio, quartum captiuitas, quintū indigentia, ſextum turbatio, ſeptimū deſolatio, propter quod & Cain ſeptem uindictis trahitur à deo. Nam ſecundum ſeptem annos unam plagam induxit ei dominus. Duce̅tis annis patitur & nonoge̅teſimo anno deſolatur in diluuio propter Abel iuſtum fratrem eius. In ſeptingentis annis Cain iudicatur, Lamech uero in ſeptuagies ſeptem, quoniam uſq; in ſeculum aſſimilati Cain in inuidia in odium fraternū eadem punitione uindicabuntur. Et uos igitur filij mei fugite maliciam, inuidiamq; & odium fraternum, & adhærere bonitati & dilectioni. Qui habet mentem puram in dilectione, nō uidet mulierem in fornicationem. Non enim habet inquinationem in corde, quoniam requieſcit in eo ſpiritus domini. Quemadmodum enim ſol non inquinatur attingens gurgitem, uel ſtercus, ſed magis ſiccat & abigit fœtore̅: ita & pura mens in inquinationibus terræ contendat, ut magis ædificet, ipſa uero non inquinatur. Intelligo autem ex ſermonibus Enoch iuſti, & actus in uobis malos fore. Fornicabimini enim fornicatione Sodomorum, & peribitis uſque ad paucos, & renouabitis in mulieribus motus inordinatos, & regnum domini non erit in uobis, quoniam confeſtim ipſe accipiet illud. Veruntamen in parte noſtra fiet templum dei, & glorioſum erit in uobis. Quoniam ipſe dominus accipiet regnū & duodecim tribus illic congregabuntur, & omnes Gentes, uſquequo altiſſimus mittat ſalutare ſuum in uiſitatione unigeniti. Et ingredietur in primum templum, & illic dominus iniuriam patietur & conte̅netur, & in ligno exaltabitur. Et erit uelum templi ſciſſum, & deſcendet ſpiritus domini ſuper Gentes, ut ignis effuſus. Et aſcende̅s ex inferno, aſcendet à terra in cœlum. Recordabitur quàm fuerit humilis in terra, & quàm glorioſus in cœlo. Quando autem Ioſeph erat in Aegypto, deſiderabam uidere ſpeciem eius, & formam aſpectus eius. Et per orationes Iacob patris mei, uidi eum in die uigilās ſecūdū quod erat omnis ſpecies eius. Cognoſcite igitur filij mei, quoniam nunc morior. Facite igitur ueritatem & iuſticiam unuſquiſq; cum proximo ſuo iudicium & fidei operationem & legem domini & mandata eius cuſtodite, hoc enim uos pro omni hæreditate doceo. Et uos igitur date hæc filijs ueſtris in poſſeſſionem ſempiternam. Hoc enim fecerunt Abraham, Iſaac & Iacob omnia hæc dederunt nobis in hæreditatem, dicentes: Cuſtodite mandata dei uſquequo reuelet dominus ſalutare ſuum omnibus Gentibus. Tunc uidebitis Enoch, Noë, Sem, Abrahā, Iſaac & Iacob reſurgentes à dextris in exultatione. Tunc nos reſurgemus unuſquiſq; in ſceptrum noſtrum, adorantes regem cœlorum, qui in terra apparuit in forma humanę humilitatis. Et quotquot crediderint ei in terra, congaudebunt ei tunc. Et omnes hi quidem reſurge̅t in gloriam, iſti uero in ignominiā. Et iudicabit dominus in primis Iſraël de ea, quæ in ipſum, iniuſticia. Quoniam in aduenientem deum in carne liberatore̅ non crediderunt. Et tunc iudicabit omnes Gentes, quotquot non crediderunt ei in terra apparenti. Et arguet in electis Gentium Iſraël, quemadmodum redarguit Eſau in Madmeis ſeducentibus fratres ipſius per fornicationem & idololatriam. Et abalienati ſunt à deo, excidentes ab hæreditate filiorum qui non timent deum. Vos autem ſi ambuletis in ſanctificatione ſecundum faciem domini, rurſus habitabitis in ſpe in me. Et congregabitur omnis Iſraël ad dominum, & non amplius uocabor lupus rapax propter rapinas ueſtras, ſed operator domini, tribuens cibum operantibus bonum. Et ſuſcitabitur ex ſemine meo in extremis dilectus domini audiens in terra uocem eius, cognitionem nouam, illuminans omnes Gentes, lux cognitionis, aſcendens Iſraëli in ſalute̅. Et rapiens ut lupus ab ipſis, & dans ſynagogę Gentiū, & uſq; in cōſumatione̅ ſeculorū erit in ſynagogis Gentiū Et in principib. earū ſicut muſicū melos in ore omniū. Et in libris ſanctis erit inſcriptus, e

opu

opus & sermo eius. Et erit electus dei usque in seculum, & propter ipsum instruxit me Iacob pater meus, dicens: Ipse replebit defectus tribus tuæ. Et ut impleuit sermones suos, dixit: Mando uobis filij mei, referte ossa mea ex Aegypto, & sepelite me in Hebron prope patres meos. Et mortuus Beniamin centum uiginti annorum & quinque in senectute bona & posuerunt eum in thecam. Et in nonagesimo primo anno ante exitum filiorum Israël, ex Aegypto ipsi & fratres eorum, reduxerunt ossa patrum suorum in abscondito, in locū dictum Chanaan. Et sepelierunt eum in Hebron, iuxta pedes patrum suorum. Et ipsi reuersi sunt ex terra Chanaan, & habitauerunt in Aegypto, usque ad diem exitus eorum de terra Aegypti.

Quomodo inuenta sint primum hæc

Testamenta duodecim Patriarcharum, & quibus autoribus è Græco in Latinū translata.



Haec abscondita & cęlata per longa tempora fuerūt, ita quod nostri Doctores, & antiqui interpretes illa nequiuerant inuenire, quod factum est per inuidiam Iudæorum, qui ea propter euidētissimas & manifestissimas, ac crebras de Christo prophetias, quæ in illis scribuntur, diu occultauerunt. Tandem Græci, ueterum scripturarum exploratores diligentissimi, hæc caute quærebant, & cautius adquirebant, & ex Hebræo in Græcum fideliter transtulerunt. Remansit igitur hoc scriptum occultum, eò quòd non inueniretur peritus in utraque lingua, scilicet, Græca & Latina, & aliquis interpres, qui curaret super hoc sollicitari, ut faceret trāsferri opus memoratum, per longa ætatum tempora, usque ad tempus Lincolinensis Episcopi, Roberti secundi cognomento scilicet, Grosetesto, qui usque in Græciam misit diligentissimos exploratores, ut exēplar scripti memorati non soliciti de expensis quas abundanter ei inuenerat, reportarent. Venerabilis igitur Episcopus, ut memoriam lucidissimarum prophetiarum, ad robur fidei Christianæ perpetuaret. Anno Christi M.CC. XLII. è Græco in Latinum, in quibus idiomatibus peritissimus habebatur, transtulit euidēter, de uerbo in uerbum, ac fideliter, adiuuante Magistro Nicolao Græco, Rectore Ecclesiæ de Dachet, Clerico domini Abbatis de sancto Albano, quò sic luculentæ prophetię, quæ in hoc scripto, luce clarius coruscant, in maiorem confusionem Iudæorum & omnium hæreticorum & inimicorum Ecclesiæ gloriosius prorumpant. Cui sit laus & gloria in secula, Amen.

FINIS.

EVANGELICAE HIstoriæ ex quatuor Euangelistis per

petuo tenore continuata narratio, ex Ammonij Alexandrini fragmentis quibusdam, è Græco per Ottomarum Luscinium uersa.

Reuerendißimo in Christo patri & domino D. Christofero, Vindelicorum Augustæ, atque adeo ueræ pietatis, summæque eruditionis antistiti, Ottomarus Luscinius Argentinus. S. D.



Iacobi Apostoli, Hierosolymitanæ urbis primi Episcopi epistola, quā ad tribus dispersas scripsit, proditum est, ornatissime Præsul, eam demum coelestem esse sapientiam, & ut ille ait, è supernis profectam, quæ casta primum sit, deinde pacifica, modesta, tractabilis, plena misericordia, & fructibus bonis, absque diiudicatione, ac sine simulatione. Quam sententiam dum altius mecum repeto, nihil est quod ita cupiam ex animo, quam ut uel gustus aliquis rei tam multis nominibus laudatæ, in hac mihi uita contingat. Nam qui uulgo apud nos habentur sapientes, nihil mihi de se, quod ad prædictas dotes attinet, præstare uidentur. Quod uidere

est plerosq; uel ultra primas duntaxat literas paulum progressos, insolentius intumesce re, omnia audere, nihil sibi non arrogare. Deniq; per omnia illecebrarum genera diffluere: Vnde fit ut passim male iam audiat hæc nostra sapientia, quæ uitam nullius reddit meliorem. Quanquã ferendi sunt fortasse qui ex humana philosophia morbis ab homine haud quaquam alienis sunt infecti. Communis hæc est omnibus contagio, qua neq; caruerunt fontes, tantum abest ut per tot secula deducti riuuli nõ sint aliqua ex parte lutulenti. Quid in moribus perinde atq; in rebus omnibus, ætas uiciet, cogatq; ferme ab optimis in peiora labi, ac plane degenerare. De ciuili sapientia, quæ ars quædam est boni & æqui aliter sentio, nisi quod & illa plerunq; humanis cogitur seruire affectibus, & eo respicere quo uocat uenter, ambitio, luxus, aut alia uitæ intemperantia. Superest igitur ut ad legem dei aciẽ mentis intẽdamus, quæ protinus reddat meliores ac bene moratos. Id quod in primo Psalmo cœlestis ille spiritus pollicetur, beatum prædicans qui in dominica lege die ac nocte meditetur, atq; in ea omnem uoluntatem constituat. Fore enim ut ceu arbor fluentis irrigua, ad bonam frugem perueniat, folijs uirentibus perpetuo uestiatur, & omnia quæcunque fecerit, feliciter cedant. Verum ne hic quidem uoti compotes erimus. Quis enim nõ uideat hanc legem, temporum dicam uicio an hominum nescio, ita redolere humanam philosophiam, ut qui illius non scateat argutijs, in theologorum cathalogum non modo non recipi, sed bardorum ac morionum propemodum numero haberi? Itaque nulli mirum uideri debet, eos qui tanto studio humanæ sapientiæ tenentur, si labem contrahant fœdæ aspergini. Terrenam enim idem Iacobus noster uocat, animalem & dæmoniacam huiusmodi sapientiam. Sed ad hæc nostra tempora uenio, in quibus iam tandem ut Phryges, & quidem sero sapimus, pari ferme fato cum illis sursum ac deorsum iactati. Atq; utinam non sequatur post hunc tumultum similis quædam clades, quando eisdem uitijs cum Troianis iam laboramus.

Seditione, dolis, scelere atq; libidine & ira,
Iliacos intra muros peccatur, & extra.

Ad hunc modum de prophanis Gentibus scripsit Flaccus. Quid obsecro scripturum putemus, si huc redeat, de nobis Christianis? aut si quis alius est titulus qui nobis magis arridet. Iam enim solenne quodammodo est speciosis titulis sese uenditare, non secus atque naues illę quarum meminit Plutarchus, quæ magnificam habẽt inscriptionem. Quippe εὔπλοια καὶ πρόνοια σώζουσα καὶ θεράπαινα, id est, Bona nauigatio, Prouidentia: quæ te saluet, & quæ tibi inseruiat, quum nihilo setius interim quassentur fluctibus, collidantur & pereant. Christus seruator, patris cœlestis agens negotium, innumeras sponte subijt calamitates, tum denique mortem, ut inde nobis uiam ad immortalitatem aperiret. Nos contra in rem nostram diligentius propensi, molestias non modo à nobis excutimus: Sed etiam in alios quandoque nec quicquam commeritos per iniuriam rejcimus. Proinde sub Christianorum nomine ita factis pugnamus cum Christo, ut nulli hostes unquam potuerint acrius. Vnde satis perspicuum est & hanc quoque nouissimam omnium sapientiam domi nostræ natam, cœlitus non immitti. Facessant igitur mihi tot studia, tot professiones, ac tituli, quando uniuersa nihil sunt, ad unicũ illum spiritum cœlestem, quo doctore, ut est apud Esaiam capite quinquagesimo quarto, θεοδίδακτοι, id est, deo erudiendi re instructi euadimus. Atque isthuc si assequimur, facile ad prædictas dotes, quas recensuit Iacobus, recta contenderimus. Cæterum quod huic est proximum, quo melius quis intelligat se profecisse, recte facturum iudico, qui ut periti artifices nunquam recedunt ab amussi aut perpendiculo, ita ille nunquam aberret ab unico uniuersę uirtutis scopo, nempe Euangelio, quod unus nobis omnia factus sit, cuius illic res gestę ac monita saluberrima referuntur. At qui operosum est ac fastidij plenum, singulos quatuor Euangelistas, homini potissimum cui non uacat præ negotijs, ad plenum excutere. Qua in re uisus sum mihi operæ pretium facturus, si ex quatuor, simplicem unam atque eam perpetuam narrationem contexerem, tum quod labor iste tedio lectoris succurreret, tum quod memoriam mirum in modum iuuaret, quæ nulla re magis capitur quam ordine. Videas enim in Euangelica lectione nonnulla esse hiulca, quædam præpostera, & intempestiua item non pauca. Sed hic inclamitabit quispiam nostram opellam. O he tu qui

manus

manus admoliris rei sacræ,atq; inuertis omnia.Num tuam malis quam Euangelistarum le gis æditionem?Primum respondeo non meum hoc esse exemplum. Iuuencus heroicis uersibus iamdudum cecinit alijs uerbis Euangelium,quam nostra habeat uulgata æditio,etiam si nusquam dissideat sententia.Et docet faceer Augustinus qua ratione una narratio omnium quatuor complecti possit dicta,Eusebius in ea re pulchram nauauit operam. Nec minorem Ammonius Alexandrinus,in cuius fragmenta iampridem incidimus,modo fallax non sit titulus.Quem quidem è Græco uertimus per ocium,& capitum ad eum modū quo partiuntur Græci,numerum,in nostram latinorum seriem redegi,quæ res magno mihi constitit.Verum utcunq; res cesserint,uel eo mihi nomine blandior, quod in iuuandis Euangelicis literis non prorsus fuerim asymbolus,aliosq; tedio,etiam meo incommodo leuarim.Porro quum operi patronum diutius quærerem,alium qui & religioni præsideret & literis præter celsitudinem tuam Princeps pientissime offendi neminem. Quippe qui ea humanitate esse prædicaris ab omnibus,eaq; animi dexteritate,ut ambiguum relíqueris,maius'ne ornamentum tu attuleris Pōficię functioni,an inde acceperis.Nam de literis,quid attinet multa dicere?quæ apud Italos quoq;,penes quos huius rei summa est,gloriam tibi non mediocrem peperere.Mitto alia quæ ad eximias uirtutes tuas uereq; heroicas æterno præconio celebrandas pertinent,in quibus commemorandis alius bonam epistolæ partem consumpsisset. Verum tuæ dignationis modestia etiam ueras de se laudes non admittit,& ego obire pro dignitate hæc munera ob ingenij tenuitatem non audeo. Itaq; Euangelium in quo certa ac constans beatitudo nobis repromittitur,tuę reuerendissimæ paternitati dedico ac mitto muneri,dignum existimans quod ab Episcopo nunquā diuellatur,quodq; ille perpetuo studeat tueri, uel Apostolorum exemplo,quorum fulti/net uicem,qui nedum fortunis,sed etiam uitæ Euangelij gloriam præposuerunt.Sed quid ego donum attollo pluribus?quum R.P.T.magis fortasse capiatur donantis animo, qui eidem ita est deditus ut magis esse non possit.Valeat R.P.T. & me illorum ascribat numero qui se colunt,ac faciūt plurimi.Ex Augusta Vindelicorum postridie Idus Octobris. Anno M.D.XXIII.

EVANGELIORVM quatuor narratio, ex Ammonio Alexandrino,Ottomaro Luscinio interprete.



N principio erat uerbum,per quod condita sunt omnia,in fine tandem temporum caro factum.Ioan.1.Idq; nouo nascendi modo,ex uirgine Maria,Ioseph quidē nuptui tradita.Matth.1.Sed Gabrielis paranymphi cœlestis nuncio grauida.Luc.1.Quæ res maritum Ioseph sacramenti nesciū,traxit in admirationem,ut nisi diuino fuisset edoctus oraculo,consilium de uirgine deferenda,ita ut concœperat animo,haud dubie implesset. Matth.1. Censi capite sunt cum forte Octauij Augusti edicto,omnes qui Romano parebant imperio,quum Ioseph Bethlehem,quæ ciuitas erat Dauid,ad quem genus referebat,simul cum uirgine proficiscitur. Vbi illa partu soluta,enixa est Christū. Aderat mox angelus è cœlo delapsus præco,agmine cœlestium spirituum longo stipatus,qui pastoribus noctu eo loci excubias agentibus natum hominibus Seruatorē nunciaret.Luc.2. Neq; latuit Magos ad solis ortum longis terrarum spacijs etiam dissitos,ea natiuitas.Matt.2 Quippe post circuncisum octauo die infantem Iesumq; uocatum. Luc.2. Ipsi tertio decimo Hierosolymam noua quadam stella duce uenientes,regem Iudæorum prædicant natum. Ac cōmunicato cum Herode principe & scribis consilio,in Bethlehem inuentum adorant,ac uenerantur muneribus.Matt. 2.Sed & iustus ille Simeon,Annaq; Phanuēlis filia prophetico spiritu afflati,oblatū post dies quadraginta in templum agnouerunt Christum lætis precationibus fausta terris ominantes.Luc.2.Iniquo animo hæc tulit Herodes,natumq; recens puellum conat extinguere.Itaq; Ioseph rediens Nazareth. Luc.2. Oraculo admonetur ut fuga in Aegyptū infantis uitæ consulat,idq; in tempore:nam non multo post,ira succensus rex bimulos omnes ac natu minores gladio sustulit. Matt.2. Crescebat interea puer & confortabatur spiritu,

continuum feptennium anni agens in Aegypto ufque poft Herodis interitum. Quem ubi Iofeph cœlitus per quietem didicerat, reducem fefe tum patriæ Nazareth protinus exhibuit. Lucæ fecundo.

II. Porrò annum agens Iefus duodecimum, parentes Hierofolymam fequutus, quo illi ftatis quibufdam anni diebus facrorũ gratia confluebant, patris cœleftis agens negotium, diuinę legis doctorum cœtui toto triduo permiftus, parentes paululum declinauit. Deinde inuentus ab ijs, diuinamq; uoluntatem caufatus, quia fe fubduxerat, domum redit morigerus in omnibus. Luc. 2. Ioannes aliquanto poft, Zachariæ filius Chrifti anteambulo, prædicationis munere clarus fuit. Mat. 3. Mar. 1. Luc. 3. Acceffit prædicationi pœnitentię, iuncto baptifmo, tanta uitæ fanctimonia, cultusq; aufteritas, ut à Iudæorũ primoribus dubitatum fit num effet ille Chriftus, legatione ad fcifcitandum ueritatem in id decreta. Verum Ioannes faffus plane quod erat. Efaiæ de fe affert uaticinium, quò clarius delegata fibi à deo prouincia intelligeretur. Ioan. 1.

III. Iefus interea trigefimum ferme ætatis annum attigerat, quum Galilæam relinquẽs, Iordanis peteret fluenta, ubi à Ioanne lauacro tinctus, multum primo reluctante, quafi pręposterum illud effet officium: auditaq; uox patris cœleftis, hunc dilectum fibi filium atteftãtis. Mat. 3. Marc. 1. Luc. 3. Subductus hinc in defertum, poft quadraginta dierum inediam, tentatoris fuftinuit graffantis infidias. Matt. 4. Mar. 1. Luc. 4. Ioannes deinde uifo Iefu agnum dei hunc effe aperte indicat, qui totius mundi auferat delicta. Atq; eo teftimonio primum illecti Bariona cum fratre Andrea Iefum fequuntur, Philippus mox uocatus addit fe focium. Ioan. 1. Tertio die uocatus ad nuptias, uirtutem diuinam aqua in uinum cõmutata prodidit, fimulq; eiectis è templo mercatoribus. Ioan. 2. Huc acceffit copiofa pifcium captura in Iefu uerbo, quũ uano labore Petrus totam noctem confumpfiffet. Vnde ftupor ille uerbaq;: Exi à me domine, quia peccator ego fum. Luc. 5. Baptizabant interea paffim & Iefu & Ioannis difcipuli. Ioan. 4. Quæ res materiam orti poft inter illos liuoris fuppeditabat. Verum Ioannis de Iefu rebus felicius promouendis ita loquebatur: Illũ oportet crefcere, me autem minui. Qui de cœlo uenit fuper omnes eft. Ioan. 3. Atq; ita futurum, breui indicauit euentus, Ioanne per Herodem, quod fe admonuiffet errati, primum coniecto in uincula deinde capitis damnato Mat. 14. Mar. 6. Quæ crudelitas Iefu in Galilæam migrandi in fines Zabulon & Neptalim, occafio fuit. Vbi primum pœnitẽtiam, regniq; cœleftis confinitatem prædicauit. Matth. 4.

Annus primus dominicæ prædicationis.

IIII. Firmata de fe, æditis miraculis, diuinitatis opinione, ad doctrinam Euangelicam longe lateq; diuulgandam Iefus animum conuertit. Locumq; Efaiæ quo ait: Spiritus domini fuper me, eò quod unxerit me Euangelizare pauperibus, cum hijs quæ fequuntur, palam fuæ functioni congruere indicauit. Luc. 4. Elegit autem difcipulos duodecim. Mat. 10. Mar. 3. Luc. 6. quibus confcenfo monte feparatim propofuit, beatitudinis quafdam formulas, longe diuerfas ab ijs quas uulgus hominum fectatur. Proinde definiuit arma quibus uelit effe inftructos, cœleftis doctrinæ præcones, poteftate illis facta, impuros dæmones pellendi, fimulq; curandi morbos. Matth. 5. Nec minor illi fuit follicitudo docendi plebem, poftquam relicto monte in late patentes campos defcenderat. Luc. 6. Doctrinã fequuta funt miracula, aut fi quis malit appellare, uaria in miferos collata beneficia. Lepra uiciatum corpus fuæ puritati reftituitur. Mat. 8. Mar. 1. Luc. 5. Centurionis famuli paralifis confolidatur. Mat. 8. Luc. 7. Ioan. 4. Vexatus à Cacodęmone, in finagoga fibi reftuitur. Marc. Luc. 4. Viduæ natus unicus à morte ad uitam reuocatur, ad portam ciuitatis Naim. Luc. 7. Quid multa? omnes corpore affecti, quos fama per uniuerfam Syriã difperfa de Iefu coëgerat, bonæ ualitudini reducitur. Mat. 4. Mar. 3. Luc. 4. Ioan. 6. Nec cõtentus ijs beneficijs corporalibus, mulierem in Pharifæi conuiuio malæ actæ uitæ confcientia, ægram, abfoluit. Luc. 7. Multos tum cupido inceffferat illum fequendi: uerum affectus terrenarum rerum obftitit. Alius enim fortunæ ftrepitum fibi pollicetur, & audit filium hominis ne tantillum quidem habere ditionis ut caput eo reponat, quum alitibus nidi fint & uulpibus fui fpecus. Alius paterni funeris curationem præfert Chrifti contubernio, cui dicitur: Sine mortuos fepelire mortuos fuos. Mat. 8. Luc. 9. Alius proinde domefticorum ac neceffariorum curam prætexuit, ut non protinus fequeretur, quem aranti fi-

milem

milem facit, uultu in tergum uerso. Luc. 9. Cæterum regionem petituro, Gerasenorum traijciendus erat lacus in quo naui uectus dormiebat, ac coorta interim tēpestate, uentos mareq; compescuit. Mat. 8. Mar. 4. Luc. 8. Porrò ad portum ubi appulit, spiritibus immūdis obnoxios, præter modum sæuientes liberans, porcorum gregem rapi in præceps permisit. Mat. 8. Luc 8. Mar. 5. Rediens inde Capernaum Paralyticum per tegulas demissum alienæ fidei respectu sanat. Matt. Mar. 2. Luc. 5. Et pauculos post dies Iudæam repetit, atque in teloneo conspectum Matthæum publicanum, uocat ad apostolici muneris functionē. Matt. 9. Mar. 2. Luc. 5. Rursus in Galilæam profectus per mediam Samariam, in colloquiū incidit cum muliercula prope puteum. Vnde illa edocta, Messiam uenisse qui dicitur Christus palam fatetur. Ioan. 4. Deinde in Canam Galilææ se contulit, inter eundum regij cuiusdam uiri filium iam moribundum. ea hora qua illa salutem petebat, uiuere prædicauit. Ioan. 4 Succedit mox conuiuium Leui, quo receptus Iesus simul cum Publicanis, à Pharisæis reprehenditur. Verum ille medicum se esse testatus, morbo laborantes potissimū sua ope indigere indicauit. Proinde misericordiam qua egentibus succurreret longe præstare sacrificio. Verterunt item uitio discipulis Iesu, Ioannis sectatores quod se non ad Pharisæorum morem ieiunijs macerarent. Et audiunt iniquum uideri ut se sponso præsente, lugeant filij, nouumq; uiuendi institutum, ueterum permissione confundatur. Perinde ac in communi rerum usu, desipere dicatur qui ueteri uestimento particulam noui panni assuat, nouumq; uinum utribus annosis audeat committere. Mat. 9. Mar. 2. Luc. 5. Nec contenti Pharisæi obtrectatione, qua omnia Christi facta calumniabantur. Sed signum quoque nouum expetunt quasi uero ille nullum exhibuerit. Et reportant aptum malignitati suæ responsum. In filios uidelicet degeneres & sceleratos Ionæ signum recte competere, aluo piscis triduo olim inclusi, cuius monitis, Niniuitæ etiam deploratæ improbitatis homines, resipuerint. Atq; ea ratione damnationem manere incredulos. Subiecit mox reginæ Austri exemplum, quam Salomonis sapientia ab ultimis terrarum oris attraxerat. Et quod omnium aptissime quadrabat, impuri spiritus in hominem unde paulo ante exierat reditum longe infelicissimum. Quando, quod ad prædicationem attinet ueritatis, Ionas & Salomon multis partibus se essent inferiores. Matt. 12. Luc. 11. Nec dum sermonem institutum finierat, & mulier quædam è medio turbæ beatum exclamat uentrem Christi genitricis, ac felicia ubera. Sed ille quod potius esset, magisq; ex re nostra, malebat expēdi. Beatos uidelicet haud dubie futuros, qui uerbum dei conciperent animo, generarent bene factis. Luc. 11. Deniq; in prædicationis Euangelicæ negocio, quemadmodum abesse debeat cognationis & alterius cuiusuis necessitudinis affectus, matre ac fratribus se quærentibus, distinuit, dum illos repudiat, & diuinę uoluntati morigeros, parentes & fratres suos agnoscit. Mat. 12. Mar. 3. Luc. 8.

Sermo autem domini cum iam confirmandus esset miraculis, commodum à Iairo syna V.
gogæ præfecto inuitatur ad beneficium defunctæ filiæ præstandū. Id quod facile obtinuit. Matth. 9. Mar. 5. Luc. 8. Cœci item duo Iesum sequentes, uisum precibus impetrarūt. Mat. 9. Mutus dæmoniacus eiecto immundo spiritu loquitur, ita ut turbam non mediocris caperet insolitæ rei admiratio. Verum Pharisæi, dona dei non agnoscentes, Beelzebub dæmoniorum principi accepta Christi opera referunt. Matt. 9. Luc. 11. Qua in re tam atrox piaculum est admissum, ut neque hic dilui queat, nec futuro seculo Mat. 12. Mar. 3. Luc. 11. Quanquam nihil est quur miremur natura improbos in maledicta prorumpere, quod uir bonus de bono thesauro bona proferat, malignus perniciosa. Verumq; sit quod dicitur: Ex arbore fructum dignosci. Atqui prospiciendum erat ne lingua peccaremus, de quocūque uerbo ocioso coram deo iudice exactam rationem reddituri. Mat. 12.

Sub hæc ingressus Iesus oppidulum quoddam, à Martha hospes excipitur, quæ dum VI.
sedulo in apparando conuiuio occupata sororem Mariam ab ore Domini pendentem incusaret, mox discit se negotijs, non quidem negligendis, sed fluxis tamen incumbere, sorore interim quæ sunt optima complectente. Lucæ 10. Designauit præterea alios septuaginta duos discipulos, quos in messem Euangelici negotij tum impēdio copiosam, anteambulones præmitteret, nihil obmittens præceptorum salubrium quæ ad Apostolicam integritatem uenandam ijs conducerent. Deniq; præceptis dotes additæ sunt curandorum languorum, simulq; eijciendorum dæmonum. Cœptis felix non defuit successus, atque inde in arrogantiam lapsi discipuli, dominico sermone quo se uidisse ait, Satanam

ceu fulgur è cœlo deciduum, ad modestiam reuocantur. Luc. 10. Eadem ferme hora commendatur à Christo lætitia gestiente, patris sui cœlestis benignitas, quæ magnates Euangelij sacramenta cælasset, infimæ sortis hominibus illa aperuisset. Matth. 11. Lucæ 10. Cæterum felicitatis comes inuidia, Pharisæos tum extimulabat, ut Christo ac suis undique obturbarent. Flectebat ille forte iter sabbato per segetes, & famen spicis manu conuulsis solabantur, quod opus à superstitiosulis istis ueluti impium carpebatur. At Iesus Dauidis exemplo scripturæq; diuinæ permissum innoxios esse discipulos ostendit, seq; tanquã sabbato superiorem, eius legibus haud quaquam astringi. Matth. 12. Mar. 2. Lucæ 6. Proximo dein sabbato arentem hominis dextram in Synagoga ad uigorem reduxit. Veritum utiq; non esse sabbato contestans, ut beneficus existas. Quando in puteum collapsam pecudem impune extraxeris. Vt nephas quoq; uideri possit, tunc hominis salutem negligere. Matth. 12. Mar. 3. Lucæ 6. Quæ res prima æmulis occasio fuit ut de perdendo Iesu cõsilium cœperint. Matth. 7. Verum ille ad tempus cedens improborum maleuolentiæ, montem conscendit, in quo solidam eam noctem precibus uacauit. Matth. 12. Lucæ 6. Postero die uerbi cœlestis eminentiam ac fructum, è naui ad plebem in littore collectam exponit, parabolis in eam rem uarijs atq; adeò aptissimis adductis. Nempe seminantis, cuius seges partim in iter publicum, petram, & spinas, partim in fertile solum inciderat. Matth. 13. Mar. 4. Lucæ 8. Confinis huic parabolæ erat illa de seminante zizaniam in agrum, dormiente eo qui bonum semen in eundem sparserat. Matth. 13. Mar. 4. Tum illa de grano sinapis minimo, in iustam arboris magnitudinem succrescente. Cui accessit ea de fermento quod mulier abscondit in farinæ satis tribus. Matth. 13. Lucæ 13. Deinde demissa plebe, in ædiũ penetralibus, explicat discipulis parabolarum superiorum mysteria, adiectis insuper alijs, puta de thesauro in agro reperto, ac negociatore margaritas pulchras quærente, quæ utraq; non nisi diuenditis omnibus potuerint acquiri. Latenter indicans uerbi cœlestis sublimitatem. Ac ne quis hostium illius ueritus insidias, defectionem meditetur, aut de tollẽdis à medio improbis cogitet, eoq; differat suum in re Euangelica studium, protinus uerriculo in mare iacto piscibusq; extractis pro eo quod boni fuerint aut uiciosi, retẽtis aut abiectis, tollerandum hoc tedium quàm diu uiuas, ostendit. Matth. 13. Id quod ferme superiore quoq; de zizanijs parabola non obscure docuit.

Dominicæ prædicationis annus secundus.

VII. ANni autem secundi initium Iesus docendæ patriæ dedicauit. Porro frequentia & familiaritas prorsus contemptibilem reddidere, ut diceret id sibi commune esse cum prophetis, qui in patria duntaxat expertes gloriæ fuissent. Matth. 13. Lucę 4. Mar. 6. Heliæ exemplum ac Helizei non absurde huc trahebatur, quorum neuter in Gentem suam impendio beneficus extitisset. Cæterum hic sermo quantum exagitauerit municipes Iesu, euentus plane edocuit. Conati enim sunt illum ex edito urbis loco pręcipitare, erantq; dictis parum creduli, ut nullo illie prodito miraculo, diuina uirtute è manibus illorum laberetur. Matth. 13. Luc. 4. Herodes interim tetrarcha, necato Ioanne, quũ fama de Christi miraculis per omnem finitimam regionem dimanaret, suspicãs Ioannem reuixisse, desiderio uidendi illius tenebatur. Mat. 14. Mar. 6. Luc. 9. At Iesus agnita fraude in solitudinem se abdidit, quo secuta ingens turba, commeatu iam deficiente, de quinque panibus & piscibus duobus pascitur. Quo beneficio Iesus adeò sibi multitudinis animos conciliauit, ut dignum iudicarent principatu. Sed is alienus ab omni ambitione, clanculũ fugit in montem, ubi solus perpetuis precibus noctem ad quartam usq; castrensem uigiliã protraxit. Matth. 14. Mar. 6. Lucæ 9. Ioan. 6. Erant tum discipuli in summo marinæ tempestatis discrimine, uentis præter modum sæuientibus, & nauim qua uehebãtur in diuersum agitantibus, quum Iesus in undis perinde atq; in solida terra deambulans præsentia mœstos sua solatur. Verum illi nouitate rei deterriti, spectrum esse inane quod uiderant putabant. Matth. 14. Mar. 6. Iesu autem loquente, Petrus fide in Christum super mare ambulat, incredulitate mergitur. Matth. 14. Conquieuit autem illico uentus domino nauim ingresso. Matth. 14. Mar. 6. Et traiecit in terram Genezaret Matth. 14. Vbi uarijs languoribus affectos, qui uel fimbriam uestis illius optabant contingere, sanauit. Matt. 14. Mar. 6. Postero die inuentus ab hijs quos pauit in solitudine, causam intelligens qui se longis ambagibus quæsissent, cibum corporalem ad cœlestem alimoniam comparandam longo sermone

mone cohortatus, Manna illo cibo longe esse inferius edocuit. Proinde quũ de uerbo uitæ æternæ loquens, iam panem nominaret, modo carnem & sanguinem, multi horrore rei perperam intellectę concepto, à Christo desciuere. At Petrus contra quod uerba hęc sint uitæ æternæ, perdurandum suadebat. Ioan. 6. Deinde quũ uocatus ad Pharisæi cuiusdam prandium neglecto lauacro discubuisset, & is plurimũ eo fuisset offensus. Stultos uocat qui nimiũ anxie maiorum obseruarẽt traditiones iudicio dei & charitate interim obmissis. Luc. 11. Decimabant illi mentam, rutam, & holus quoduis, in uasis quoq; mundandis quæ ad uictum pertinebant plus iusto erant curiosi. Cæterum ambitiosi in affectandis primis in synagoga cathedris, Hypocritæ in extrinseco cultu, uereq; sepulchra foris dealbata. Impij deniq; in senes ualetudinarios, quibus oblationum prætextu subtrahebant alimoniam, circumuentis falsa doctrina liberis. Vnde cœcos uocat illos Christus, & plantationem quam pater cœlestis minime agnoscat, ideoq; breui interituram. Recte proinde in istos competere Esaiæ uaticinium, quo ait: Populus hic me labijs honorat, cor autem eorũ longe est à me. Sine causa autem colunt me docentes doctrinas & mandata mortaliũ. Ostendit autem hominem minime contaminari ab ijs quæ per os immitterentur, sed magis adulterio, fornicatione, homicidio, furto, auaritia, impostura, dolo, impudicitia, obtrectatione, superbia & stultitia, quæ omnia in cordis officina clam concepta, magno malo foras prodirent in publicum: esseq; simplex genus expiandarum impuritatum, si eleemosyna in fratrem beneficus existas. Mat. 15. Mar. 7. Luc. 11.

VIII. Dimissa inde Iudæa Iesus in oras finitimas Tyri perrexit & Sidonis. Vnde Chananæa quædã mulier egressa fidei magnitudine, iugiq; precum instantia filiæ à dæmone uehemẽter afflictæ salutẽ impetrauit. Matt. 15. Mar. 7. Et illico cœcos, claudos, ac quosuis imbecilles ac ualetudinarios ad pedes domini porrectos ille sanitati restituit, magnaq; hinc populum cepit admiratio. Matt. 15. Longe aũt maior, surdo mutoq; audiendi ac loquendi officijs reddito, dum relictis Tyri finibus Decapoleos peragrat oras: acclamabant ẽm etiam prohibente domino. Bene omnia fecit, & surdos audire, & mutos loqui. Marc. 7. Contulit aũt se eo itinere Hierosolymam, ad solennia Pentecostes, ubi ad probaticã piscinam ex positum duodequadraginta annorũ languidũ, sabbato mirum in modũ sæuientibus Pharisæis sanũ fecit. Porrò causam sciscitantibus, dixit se patris cœlestis dei opera in omni sua functione hactenus fuisse adiutũ. Scripturas diuinas in quibus illi uitã æternam constitue bant, de se certum præbere testimonium. Deniq; quod omniũ maius acceperit à deo: Id ꝙ Ioannes quoq; nõ obscure firmasset. Verum incredulos uicissim sibi gloriã tribuere, quæ quam sit uana, abunde perspicuũ ex eo uideri, quod à solo deo omnis gloria procedat. Incitauit hic sermo magis atq; magis istorũ in Iesum animos, ut necis illius non mediocre seminariũ extiterit. Ioan. 5. Aliquanto post, transmisso mari Galilææ, ex septẽ panibus & pauculis piscibus quaterna milia hominũ cibauit in solitudine. Matth. 15. Mar. 8. Vnde digressus, nauigio uenit in oras Dalmanutha, ubi lacessitus à Pharisæis accurate docuit imposturas illorũ prorsus fugiendas, fermentũ appellans, eò quòd multos sensim lupũ mentientes, ouilla huiusmodi corrumperent. Matth. 7. 16. Mar. 8. Luc. 12. Ac mox in Cæsareæ Philippi partes concessit, & confessionem Petri de se recipiens, eius occasione, claues regni cœlestis promisit: Ita suam stabiliendo ecclesiam, ut portæ inferorum nihil uirium aduersus illam sint habituræ. Indicat autem quanta se maneat calamitas, deniq; & mors ipsa, in quam conspiraturi sint Iudæorum scribæ & antistites. Sed tertio mox die sit reuicturus. Matth. 16. Mar. 8. Luc. 9. At Petrus mortem audiens increpuit occulte dominum, ceu parum consulte acturus sit, si illam sponte suscipiat. Quo contra Iesus à se abegit Petrum. Satanam eum uocans qui diuinę uoluntati repugnet, & in humanis duntaxat rebus sit oculatus. Matt. 16. Mar. 8. Quin magis domandos ostendit humanos affectus, sese prorsus abnegato, & cruce sua ipsius suscepta, quo liberius illum sequi nobis liceat. Mat. 16. Mar. 8 Luc. 9. Contemptum autem se in humana specie, aliquando in gloria patris, inter Angelorum agmina uisendum ait, quando ius sit redditurus, & premia cuiq; pro meritis. Sed quid ego, inquit, uos longius moror: quando ex hoc præsenti cœtu quidam sunt quibus maiestas mea etiamnum uiuis palam reddetur conspicua. Matth. 16. Marc. 9. Lucæ 9. Et interiectis sex ferme diebus, plane contigit hæc promissio, præsentibus in monte quodã excelso, Petro, Ioanne, & Iacobo discipulis, qui mirabili luce coruscũ uiderũt, cũ Mose & Helia sermones miscentem, Patre cœlesti tum denuo filium hunc esse dilectum, testante.

Atq;

Atque hæc uisio tam grata fuit Apostolis ut cogitarint de sedibus illic cõstituendis, placuit enim nunquam ab immenso hoc gaudio diuelli. Matth. 17. Mar. 9. Lucæ 9. Quanquam quod ad fidem attinet, quæ ijs rebus gestis debebat accendi, Apostoli adhuc mire frigebant. Id quod obstitit, quo minus à dæmone arreptum potuerint liberare. Nam Iesus sanato homine protinus incredulitatem taxat, & fidem summo præconio extollit. Mat. 17. Mar. 9. Lu. 9. Venit deinde Capernaum, ubi tributum soluit, Petro ad mare piscatum misso, fore enim ait ut staterem, id est, quatuor drachmas in ore piscis quem primum prehendisset, inueniret. Etiamsi ostenderet se tanquam terræ dominum minime ad hoc teneri. Matth. 17. Inuaserat autem discipulos, ex uisis miraculis & auditis de regno cœlorum sermonibus, partim liuor, quo ægre ferebat quisque alterum sibi præferri, partim ambitio, qua honores ijs quæ in terris sunt similes animo conceperant. Sed præceptor utrunque damnans, accersito puello, regnum cœleste ad illos dũtaxat pertinere dixit qui prorsus in alium hominem mutati, sese ad paruuli modum scirent demittere. Matth. 18. Mar. 9. Lucæ 9. Denique qualiter deus erga huiusmodi esset affectus, parabola ostenditur ouis cẽtesimæ quam amissam reperiens, humeris lætus imponat, uocaris ad epulandum eius rei gratia amicis. Confinis est huic parabolæ quam de drachma perdita recensuit, magno cum gaudio inuẽta. Et quæ omnium maxime indulgentem in nos patrem cœlestem piumque, modo resipiscamus, expressit, de filio prodigo, cui parens obuiam uadẽs, in illius cupide ruit amplexus. Stola ad hæc priori simul cum anulo & crepidis afferri iussis, opiparum mox apparando conuiuium. Luc. 15. Cœlestis autem parentis circa nos benignitatem, ostẽdit modis omnibus formulam esse agendi cum lapsis fratribus, quò animas illorum lucremur, dum sollicite primò arguimus soli, deinde adhibitis arbitris, ac mox ecclesia, postremo tãtisper abijcimus dum illos pudeat delicti, ratum deinde ac firmum se in cœlis habiturum, quicquid illi in terris suo nomine collecti statuerent. Cæterum in condonando errato noluit Petro normã aut modum præscribere, septuagiessepties absoluendum peccantem docendo. Matth. 18. Lucæ 17. Quò autem clarius intelligamus ob inclementiam nostram, non solum à deo noxam nobis non remitti, sed etiam redire eam quæ remissa est semel, parabolam dixit de rege qui seruum cui condonata erant debita, ad carcerem & pœnas repetijt, quia parem benignitatem conseruo non impertierat. Matth. 18.

IX. Finito hoc sermone, digressus à Galilæa, Iesus in Iudæam, quæ sita est trãs fluentia Iordanis, profectus est, magna se comitante hominum multitudine, quorum ille primò languidos curat, deinde ad doctrinam animum conuertit. At Pharisæi quibus mos erat in detertionem omnia torquere partem, captiose sciscitantur, Num liceat marito ex quauis causa uxorem abijcere. Futurum rati ut si permitteret, secum pugnare uideretur, qui repudium uetuisset: Sin negaret, in legem Mosaicam delinqueret. Verum Christus respõdit Mosen ad duriciem Iudæorum respexisse, quum diuortijs frena laxasset. Cæterum diligentius expendenda erat uel ex Geneseos libro, diuina in hac re uoluntas. Matth. 19. Mar. 10. Difficultate autem attenta quæ incidit in re uxoria, cœlibatum prætulit, Eunuchos esse nonnullos testatus, qui se castrarent regni cœlestis gratia. Verum id negotij ad paucissimos quibus concessum sit, pertinere. Matth. 19. Affertur subita occasione idoneum puritatis & absolutæ modestiæ exemplum, improbitate matrum adducti infantes, Apostolis impendio prohibentibus, quos omnes ad se uocans, dominus complexus est, & exosculatus, talium esse comprobans regnum cœlorum. Matth. 19. Mar. 10. Lucæ 18. Rursus, deinde relinquens Iudæam, quia in perniciem illius Iudæi conspirauerant, Galilæam petit. Ioan. 7. Vbi cum audisset Pilatum præsidem extrema crudelitate in quosdam Galilæos animaduertisse, adeò ut sanguinem quoque necatorum cum sacrificijs misceret, ad resipiscentiam omnes cohortatur, si ab interitu uelint sese uindicare. Ad pauciores enim plerunque pœnã pertingere, ueluti illis quoque cõtigisset quos duodeuiginti turris in Siloë olim compresserat, quum multo plures culpæ fuissent obnoxij. Et ut tenacius memoriæ insideret, quod maxime omnium uellet, parabolam subiecit de arbore fici, cui succisionem comminatur pater familias, quia fructum de se non ædiderat, atque sic fecisset nisi uinitor suasisset dilationem, spe quadam de frugibus etiamnũ concepta. Lucæ 13. Docebat forte tunc in synagoga sabbato, & uerba comprobans miraculis, mulierem decem & octo annis dæmonio obnoxiã sanat, quanquam uicio sibi uerterit illud princeps synagogæ. Christus autem legem non ait solui si sabbato bouem aut asinum ligatum uinculis expedias, & aquatum ducas. Cæterum

terum multo minus quia Abrahæ filiam quis ab immūdi spiritus potestate exemerit. Pharisæi hinc felici successu inuidentes Euangelici negotij, summouere loco dominum conati. Abi hinc (aiunt) quò necem cui te Herodes destinauit, euadas: atqui Iesus fraude cognita, respondit, quod istos uehementer morderet. Ite, inquit dicite uulpi huic: Ecce eijcio dæmonia, & perficio sanitates, hodie & cras, & tertia die consumor. Luc. 13.

X. Subiecit mox seminarium odij & maleuolentiæ illorum, testimonium perhibens operum malignitati. Et quandoquidem in propinquo tum erat scœnopegiæ celebritas contulit se Hierosolymam, ubi post diuersam uulgi de se opinionem. Quidam enim uirum bonum esse Iesum prædicabant, alij impostorem. Ipse in longū protracto sermone, non suū agere se negotium, sed patris qui se misisset, indicat. Mirabantur enim qui illum audiebāt, quomodo literas probe calleret, quas nunquam didicisset. Ac mox secreta cordium illorum prodit, quod pertinaci proposito essent supplicium de se sumendi. Et iniecissent plane illi manus, nisi remoratus illos fuisset dominus, eò quòd hora sua nondum adesset. Io. 7. Neq; ita multo post accessit Iesum quidam, fratrem suum incusans cupiditatis, quod hæreditatem secum non partiretur. At ille ad se minime pertinere ait, forense iuditium. Admonuit tamen auaritiam modis omnibus esse fugiēdam, proposita in hoc diuitis parabola, cuius opes magnis sudoribus per improbitatē partæ, ad incertum uenissent hæredem, stulti illius anima noctu dum minime ita fore cogitasset, ablata. Luc. 12. Exorsus mox aliū sermonem deinde in templo, degenerare Iudæos ab auitis moribus probabat, quandoquidem Abraham factis non referentes diabolum imitarentur, cuius uere essent filij. Illi contra Samaritanum appellant & dæmoniacum, lapidum iactu, nisi abiēs sibi prospiciat, perniciem allaturi. Ioan. 8. Præteriens tum forte quēdam ex eo tempore quo natus fuerat cœcum, omnibus mendicitate cognitum, qui uidendi tribuit facultatem, atq; ea res multum Pharisæos urebat. Ioan. 9. Quum protinus adulescens quidam accedēs: Magister (inquit) bone, quid boni faciam, ut consequar uitam æternam? At Iesus præceptorum dei obseruationem commendauit: Ita tamen ut meritis proprijs diffideremus, quod non sit bonus nisi unus, nempe deus. Verum iuuene arrogantius sese iactante, quod diuinis iussibus sedulo paruisset, Christus quem nihil latebat, intuitus cor, æris aliquanto appetentius, ad uendenda omnia, quæ mox eroget in pauperes, seq; sequendum inuitat. Verum quum ille in diuersum se torqueret, recte (ait dominus) ex ijs moribus consequitur: Facilius camelum per acus foramen quam diuitem regnum cœleste ingredi. Proinde Petro res Christi amore dimissæ fiduciam sperandæ mercedis fecerant, & protinus audit, in maiestate domini, proximas sedes sui similes habituros, deniq; centuplum simul cum gloria cœlesti recepturos. Mat. 19. Mar. 10. Luc. 18. Cæterum opibus & potentia præstantes, hæc quæ de terrenarum rerum contemptu disseruerat, ceu proposito suo repugnantia effuse ridebant, quum Iesus parabolam minime ridiculam affert, de Lazaro, id est, in solum deum spem omnē collocante, qui ex fame & squalore ereptus, in sinum Abrahæ, cuius uere erat filius, recipit. Epulone quodam diuite contra, qui omnes uitę delitias sectatus, Lazarum prædictū non alimonia, & ne micis quidem panis dignatus fuisset, in tartara deiecto, ubi perpetuo pœnas acerbissimas ac penitus intollerabiles sit daturus. Luc. 16. Proximam parabolam discipulis proposuit de iniquo dispensatore, qui in rem suam dominica bona cautus profuderat, latenter indicans, nihil hic nostrum esse, sed domini, qui tamen prudentiam laudet ministri, ex bonis alienis in egentes benefici: unde illum uicissitudo quædam maneat officij. Luc. 16. Aliam item superioribus connexuit parabolam patrisfamilias qui uarijs diei horis operarios in uineam suam mercede pacta conduxit, imparem laborem pari premio remunerans, quo significari uoluit iam olim futurum ut Gentes fide Iudæos anteuerterent. Mat. 20. Conquieuit autem paulisper à sermone Iesus, & Pharisæi cuiusdam ingressus ædes sabbato ut cibum caperet, hydropicum sanauit. Ac mox docuit perperam agere, qui inuitati ad conuiuium primos accubitus curiose ambirent. Optimates enim uere esse ac aliorum antesignanos qui sese scirent animo demittere. Proinde in conuiuijs apparādis, inopum uoluit haberi rationem, qui ad reddendum uices quanquam essent impores, tamē illius premij quod sperandum sit in resurrectione iustorum, certa uiderentur occasio. Luc. 14. Et hæ quidem res gestæ finem secundo dominicæ prædicationis, anno imposuere.

Tertius

XI. Extremus annus dominicæ prædicationis idem illi plane qui & uitæ finis fuit. Deambulabat tum forte Iesus in porticu templi Salomonis, in Iudæorum Encænijs, & cingebant illum Iudæi, improbis conatibus ferme urgentes, ut palam Christum se esse fateretur. Verum ille ex operibus facile iudicandum ostendens quis esset. Vnum nihilominus se esse cum patre ingenuè cōfitetur. Quo dicto lapidibus, ni fugiat, obruere dominū adorti sunt. Ioan. 10. Fugit igitur in ulteriorem ripam Iordanis, & triste accipit nuncium de Lazari morbo, dormire hominem significans qui iam fato concesserat. Præbuit ea mors repetendæ Iudeæ occasionem, etiam si discipuli, cauendam domino eam regionem, ob necem quam illi Iudæi machinarentur, aperte prædicerent. Venit igitur Bethaniam quarto die ex quo Lazarus in monumentum reconditus fuerat, et deploratū iam penitus & desperatum se reuocaturum ad uitam pollicetur. Nec mirum si Lazaro præstaret, quod omnes in illo expectamus, ait enim: Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me etiam si mortuus fuerit uiuet, & omnis qui uiuit & credit in me non morietur in æternū. Nec mora dicto fides certa adfuit, prodit è monumento qui quartum iam diem mortuus fuerat. Qua re permoti ex Iudæis complures, fidei Christi colla subdiderunt. Porrò Pharisæi ubi hæc resciuere, coacto concilio, in foribus esse periculum, nisi unus Iesus multorum uice pereat, Caiphæ Pontificis sententia cognoscunt. Itaque mox decernitur quò celerius fieri possit, quoq; commodius, è medio tollatur. Ioan. 11. Cessit furori dominus, Efrē profectus, quæ urbs nō longe à uasta solitudine aberat, ubi in tuto mansit cum discipulis suis. Ioan. 11. Matth. 12. Mar. 3. Postquam autem ita uisum est illi ut mortem susciperet, declinauit latibula, & iter flexit Hierosolymam. Eundum autem illi erat per mediam Samariam & Galilæam, qua oppidum quoddam ingressus decem uiros à lepra mundauit, è quibus unus duntaxat, & ille Samaritanus rediens à sacerdotibus gratias egit. Luc. 17. Præmisit autem nuncios quos auersati sunt Samaritani, Iacobo et Ioanne uindictam expetentibus, ut flamma cœlestis contumaces absorbeat, ad eum modum quo Helia orante cōtigit. Sed increpuit concitatos in iram dominus, spiritum cœlestem & uere apostolicum esse spiritum lenitatis, mansuetudinis, & patientiæ indicans. Seq; haud quaquam uenisse ut perdat animas, sed ut seruet. Luc. 9. Ait autē ad illos secreto. Ecce ascendimus Hierosolymā, prodetur q; illic filius hominis primarijs sacerdotibus & scribis, qui illum damnantes capitis, Gentibus tradent, quò illusum ac flagris cæsum cruci affigant. Cæterum tertia die resurgens à morte, reuiuiscet. Matt. 20. Mar. 10. Luc. 18. Discipuli ijs uerbis in spem erecti, futuri cuiusdam regni ditionem affectabant, ac primi omnium Iacobus & Ioannes, Zebedæi filij simul cum matre primas loca dominici regni ambiebant, Iesu hanc mentis elationem paucis uerbis confutante, quippe facta mētione de calice, id est, pœna crucis, & dona dei, quibus utrisq; uia aperitur ad summa contendendi. Deniq; cæteros monet, principatum non cogitent, cuius inter Ethnicos respectus quidem habeatur. Verum suo exemplo, qui aliorum necessitatibus inseruiturus aduenerit, rectius facturos, qui omnem animi fastum deponant. Matth. 20. Mar. 10. Luc. 22.

XII. Recta autem Hierosolymam petens, delatus est Hiericho, inter eundum nano illo Zachæo ut se hospicio reciperet accersito. Qui postquam res per nephas aliquando partas quadruplo redderet, dimidio nihilominus in pauperes, concepto cœlestium amore, dispē sato, salutem eo die huic domui contigisse ait Iesus, uereq; Zachæum Abrahæ esse filiū, quippe quem benefactis referret. Luc. 19. Et mox cœcis uehementi clamore misericordiā poscentibus, uisum reddidit. Sciscitatus tamen prius, num id gratum haberent, quod multi cœcutiant, qui tamen lucem penitus execrantur. Matth. 20. Marc. 10. Lucę 18. Diuertit proinde eodem itinere in ædes Simonis cuiusdam cognomento leprosi Bethaniæ, ac inibi conuiuans cum Lazaro, Martham habuit ministram, & Mariam eius sororem plus solito officiosam, Nam alabastrum unguento refertam precioso fregit, liquore toto in caput dominicum diffuso. Id cum male haberet discipulos, qui diuenditum unguentum maluissent & inopia laborantibus precio consultum. Fore ait ut nunquam desint pauperes quos foueamus, sed unctionem hanc in mortis ac sepulturæ suæ gloriam merito impendi. Quod eius rei gestæ memoriam nulla unquam esset obliteratura obliuio. Mat. 26. Mar. 14. Ioā. 12. Vicinus inde Hierusalē dominus, nouam aduētus sui pompā instruit. Missos enim à Bethphage ad oppidū quod è regione situm erat, discipulos, iubet asinam simul cum pullo adducere,

ducere,quibus insideat. Ac si iumentorum uectus tergis,sterni uiam sibi uestibus ac arborum frondibus passus est,& à pueris promiscuaq; multitudine acclamari lætis gratulationib. Osanna filio Dauid,benedictus qui uenit in nomine domini rex Israël. Mat.21. Mar. 11.Luc.19.Ioan.12.Cæterum propius intuitus ciuitatem,defleuit illius cladem omniũ miserrimam,quam à Romanis principibus Tito & Vespasiano esset acceptura. Luc.19.Iam que erat intra urbis mœnia,quum subitus omnes occupat motus,quo nouarum rerum cupidi,scire gestiebant quis ouationibus usq; adeò insolitis Hierosolymam ingrederetur. Matth.21.Ioan.12. Ac protinus templum inuisens,primum studium domui paternę cœlestis negociatoribus purgandæ adhibuit,flagello ex funibus ad eam rem parato. Matt.21. Mar.11.Luc.19.Proximum cœcis ac claudis sensuum integritati restituendis.Matth.21. Quærebãt Iudæi signum acerbę illius castigationis,& audiunt fore ut templum ab ijs diruendum sua uirtute restauretur.Ioan.2.Sedens autem è regione gazophylatij dominus uiduam pauperculam duo minuta æris,id est,quadrantem inijcientem contemplatus quum nihil illi esset reliqui,plus omnibus iniecisse eam ostendit.Mar.12.Luc.21.Ac mox docendæ multitudini intentus,elationem Pharisaicam damnat qua nimium plærią; de suis bene factis præsumerent,omnibus præ se alijs,ueluti nihil uideantur, contẽptis.Seruiebat huic negotio parabola Pharisæi iactantis bona sua,& Publicani nihil horum agnoscentis,sed totum quod assequi possit boni, diuino beneficio tribuentis. Quorum posterior iustitiæ dotes à deo acceperit.Luc.18.Appetebat autem uespera & redijt Iesus Bethaniam.Matt. 21.Mar.11.ubi Nicodemus nocturno congressu arcana cœlestis generationis didicit, causamq; dominici aduentus & imminentis iam exitij,ut uidelicet omnis qui credit in Christum non pereat,sed habeat uitam æternam.Ioan.3.

Postero die rediens Hierosolymam famelicus,& accedens ficum arborem,quũ nil præter folia in ea reperisset,execratus est illam quia fructum non ædidisset,imprecatus ut perpetuo sterilis permaneret.Mat.21. Mar.11.Ingresso aũt templum domino Scribæ & Pharisæi adulteram in opere nephario deprehensam producunt,captiose quærentes quid fieri statueret. Porrò Iesus ita responsum temperauit, ut neq; illam absoluens Mosis legem abrogare, neq; condemnans,in tanta peccantium multitudine,uindictam à sola hac paupercula expetere uideretur.Ioan.8.Ostendit autem mox fore ut gloria sua ethnicis à patre cœlesti reuelaretur,commodam nactus occasionem,ethnicorum quorundam aduenarum qui Philippi & Andreæ usi patrocinio,Iesum uidere desiderabant. Qua hora patrem inuocauit ut se clarum Gentibus redderet,id quod facile impetrauit,uoce cœlitus audita: & clarum reddidi,& post hac reddam. Ioan.12. Redijt eo die quum aduesperasceret Bethaniam.Mar.11,postridie Hierosolymam repetiturus. Et diluculo uidentes ficum execratã à domino,aruisse,trahũtur in admirationem. Verum Iesus fidei pertinaci maiora tribuit. Mat.21. Mar.11. preces pariũ efficaces esse prędicans quæ fide careant.Mat.21.Cui hoc addidit,instantes quoq; esse preces & tenaci proposito fixas oportere,parabolam afferens iniqui iudicis,quem uidua precibus tandem urgentibus,ad ius reddendum induxerit,alio qui in rebus agendis remissum. Vnde appareat desperati esse hominis ne tantillum quidẽ de deo præsumere.Luc.18.At quum uenisset in templũ,à sacerdotum antesignanis ac plebis senioribus interrogatur. quis illi fecisset potestatem docendi Iesus autem hanc quęstionem altera repulit de baptismo Ioannis:Num è cœlo esset,an ex hominibus.Mat.21.Ma. 11.Luc.20.Publicanos ait & meretrices in cœlis præferri incredulis,quod Ioanni obsequẽtes resipuerint. Ad quod mire congruebat parabola de duobus filijs, quorũ uterq; iussus à parente uineam colere,qui operam esset pollicitus cessator fuit,qui illam negauit, resipiscens tandem,præstitit. Matt.21. Proxima huic parabola erat de patrefamilias uineam colonis locante,qui ministros simul cum herili filio fructus poscentes trucidassent,quam adduxit,ut sententiam rogati,seipsos damnarent qui pari scelere cum colonis notarentur. Verum quò meritas ob id pœnas intelligerent euidentius,lapidem se esse reprobatum ab ædificantibus testatus est,cuius meminit Propheta. In quem lapidem aut impingenti aut ab eodem illiso haud dubie sit pereundum.Mat.21.Mar.12.Luc.20. Huc pertinebat & ea parabola quam de rege nuptias filio apparante recensuit. Inuitati enim toties Iudæi, obstinato animo uarias causas errori prætexuerunt.Mat.22.Luc.14.Subornabant tum Pharisæi discipulos qui simul cum Herodianis ad Iesum profecti de tributo Cæsari pendendo interrogarent,ut si licere id affirmaret Iudæos offenderet qui profano principi parere indig

GG num puta-

num putabant, sin fas non esse, Cęsareanos infensos haberet. Sed dominus uersutiam subodoratus, numismatis inscriptionem ab alijs discere cupit, quasi ipse ignoraret quæ ad ueram pietatem non essent maximopere conducibilia, quorũ usus quoq; ceu promiscuus uideretur. Mat.22. Mar.12. Luc.20. Verum dum nihil hinc accesserat Pharisæis uictoriæ, uidentes Saducęos quoq; succubuisse, qui resurrectionem non credebant, dum arguuntur inscitiæ scripturarũ, quæ crebro deum appellant Abraham, Isaac & Iacob Neq; consentaneum sit deum recte dici mortuorum. Matth.22. Mar.12. Luc.20. Rursus alium subornant legis doctorem, qui quærat de magno mandato, & responsum accipit liuori, odio & maleuolentię istorum non indignum, de proximo uidelicet post deum diligendo, parabola unde id perspicuũ fieri posset, de uulnerato à latronibus in medium allata, qui à sacerdote & leuita prætereuntibus neglectus, Samaritani tandẽ cuiusdam pietatẽ sensisset. Hoc aptũ esse ait exemplũ, quod alieni à charitate imitarent. Luc.10. Missi sunt protinus ab æmulis ministri qui captum afferrent, sed deterruit illos sermo cui parem nunquã audissent, deinde q̃d dixerat: Quæretis me & nõ inuenietis. Deniq; uarius in plebe rumor de Iesu subortus est: Quidam prophetam esse prædicabant, quidam Christum: alij ex Bethlehem oppido nasci Christum, non ex Galilæa originem trahere contendebant. Ioan. 7. Porro Iesus Pharisæos in hac cõtrouersia accessit in unum collectos, & interrogauit: Cuius tandẽ filium crederent Christum. Et quum incontanter responderent Dauid, clam notauit impiam illorum de se opinionem. Quippe qui hominem confitebantur, deum ignorarẽt: Nisi enim deus sit, absurdum uideri quod Dauid in psalmis dominũ appellet, qui illi sit filius. Matth. 22. Mar. 12. Deinde plebem intuitus, docebat sanam doctrinam quam deo autore à Mose recepissent, patienter à scribis & Pharisæis in cathedra Mosi considentibus recipiendam. At qui uitæ exemplum eò quòd esset turpissimum, haud quaquã ut sequaris proponendum. Nam onerant (inquit) sarcinis imperitiores, quas digito ipsi dedignãtur attingere. Omnia agunt ad ostentationem, ambiunt loca honorificentiora: Rabbi ab hominibus salutari gestientes, quando unus est Rabbi & pater, nempe qui agit in cœlis. Deinde ad Pharisæos uersus, cõminatus est illis exitium: Væ, ait, uobis Pharisæi, scribæ & hypocritæ qui regnum cœlorum alijs clauditis, ipsi perpetuo exortes. Voratis domos uiduarũ, longum precamini, uagamini terra mariq;, ut in superstitionem uestram pertrahatis simpliciores. Væ uobis duces cœci, qui ex patrib. homicidis nati, ut illi prophetas ita uos Apostolos trucidabitis, quo uere reatum cõtrahatis omnis innoxij sanguinis. Futurũ uobis auguror ut me aliquãdo uideatis in gloria, quẽ iã habetis despectui. Mat. 23. Mar. 12. L.11.

XIIII. Exeunti autem templum domino, discipuli præclara & sumptuosa eius phani ædificia, admiratione quadam capti, ostendunt. Sed ille uanitatem mentibus eximit, prædicens breui futurum ut ne ullus quidem lapis alteri cohęreat lapidi. Matth. 14. Mar.13. Lucæ 21. Ac mox abiens, in monte oliuarum urbem intuitus paulisper consedit: Vbi secreto huic congressi discipuli, initia futuræ huius cladis condiscunt, uidelicet Antichristos, bella, seditiones, terræ motus, pestilentiam, famem, terrifica de cœlo signa, idolum abominabile Danielis uaticinio celebre, extremam denique calamitatem eorum qui docebunt euangelium. Quanquã ne unus quidem capillus è capite illorum sit periturus, fore enim, ut in patiẽtia sua animas adseruent. Hierusalẽ uero, captis habitatoribus, & quaqua uersum abductis, à Gentibus tantisper calcatũ iri dum euangeliũ uniuersas illarum fines occupauerit, tum enim finem instare mundi, quem & ipsum portẽta quædam præcedent in sole, luna, stellis, & pelago. Matth.24. Mar.13. Luc.21. Sollicite autem cauedũ, ait, ne crapula, ebrietate, aut curis hui⁹ uitæ detineamur, ita ut improuidos opprimat ex inopinato dies illa. Luc.21. usq; adeo incerta ut nec angeli cœlestes eam possint prædicere. Matth. 23. Venit enim subito, ceu fulgur coruscans è cœlo. Lu. 7. Et ad eum ferme modum quo diluuium quod contigit Noẽ temporibus, edentes enim & bibentes, ac nuptijs incũbentes inexpectatũ corripuit. Itaq; prudenti cuiq; uigilandũ est, boni patrisfamilias exemplo qui furibus nocturnis domum suam patere non sinit. Itidẽ frugi minister nõ indulget potationibus, rixis, aut somno, sub id tempus quo domini suspectũ habet aduentum. Matth. 24. Sic uidentur desipere uirgines in occursum sponsi uenturæ cum incensis lampadibus, si noctu excitatæ è somno, oleum quod in promptu esse illis debuerat, iamprimũ emptum ierint. Et seruus ille parum frugi traditur extitisse, qui acceptã à domino pecuniam per iniuriã domi ociosam iacere passus est, quam ille cum fœnore se recepturũ sperauerat. Separari autẽ tunc à bonis,

ait,

ait Iesus eos qui fuerint noxij homines & scelerati, non aliter quam pastor ab ouibus hœ-
dos segregat, bonorum numero censeri eos qui suo nomine miseris charitatis opera im-
penderint, malorum cõtra qui hæc pertinaciter negauerint. Hos execrabiles igni & cru-
ciatibus nunquam finiendis tradi: Illos benedictos ad cœleste regnum uocari. Matt. 25.

Cæterum profecto post hunc sermonem in Bethaniam domino, ubi cõsentaneum est XV.
illum sequentem egisse diem. Interea sacerdotum antistites & Scribæ coacto concilio in
Caiphæ atrio, capiendum per insidias Iesum morteq; plectendum statuunt. Inuentus est
huic negotio idoneus Iudas discipulus qui pecunia corruptus, decem argenteos stipulatũ
à Iudæis, ut prodat magistrum. Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. Postero die, quæ prima erat earũ
quibus à fermento abstinebant Iudæi, præmisit Iesus duos ex discipulis qui pascha in ciui
tate pararent, ipse secutus, una cœnans. Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. Lauit pedes discipulis, tã
to exemplo ad animi demissionem & modestiam illos inuitans. Simul ex eo cœtu quem
tanto ardore dilexerat, quendam esse subindicans qui se esset Iudæis proditurus. Matt. 26.
Ioan. 13. Et mox accepto pane, deinde uini calice corpus esse suum ac sanguinem testatus,
manducare illos iussit & bibere, quod ea sit futuræ calamitatis suæ mortisq; memoria. Fo-
re proinde ut omnibus ea res fieret offendiculo, Petro contra neq; carceres, nec mortem
se formidaturum constanter pollicente. Sed Iesus trinam de se illius abnegationem prædi
xit. Mat. 26. Mar. 14. Lucæ 22. Ioan. 13. Commendat autem protinus nouum illud de mu-
tua dilectione mandatum, symbolum id esse significans, quo discipuli sui ab exteris dig-
noscantur. Ioan. 13. Deinde ad proxima pericula instruẽs animos, iubet mœrorem ac me-
tum omnem deponere, iturum se præparatum suis locum, quo illos ad se recipiat. Et pla-
ne se uiam esse, ueritatem ac uitam: argumentum prætetea uideri quod se magistrum amẽt
si pręceptis sint morigeri. Nunquam se commissurum ut desertos omni solatio relinquat,
quando spiritum cœlestem consolatorem in hoc illis mittendum destinarit: pacem inte-
rea suam impertiens. Ioan. 14. Deniq; ut omnem spem salutis non aliò, sed in se duntaxat
collocent, uitem se esse prædicat à qua semotus palmes, sterilis reddatur, & mox in flam-
mas postquam aruerit uideatur conijciendus. Nõ se item electum ab ijs fuisse, sed cum de-
lectu illos factos fuisse apostolos. Magistro proinde hunc mundum tendere insidias, ut
Prophetæ oraculo continetur: Odio (inquit) habuerunt me gratis. Itaq; non mirum uide-
ri si idem accidat discipulis, qui dignitate censeantur inferiores. Ioan. 15. Cæterum spiritũ
consolatorem cuius paulo ante meminit, suo aduentu incredulum hunc mundum de pec-
cato condemnaturum, breuem esse tristitiam & parientis fœminæ similimã. Vt enim hanc
ingens finiat gaudium recens nati infantis, ita discipulorum corda post præsentem mœ-
rorem lætitia perpetua exhilarabit. Postremo pacẽ Iesus discipulis in sese habituros spõ-
det, modo suo exemplo animentur, qui mundum uicerit. Ioan. 16. Fixis deinde in cœlum
oculis patrem orat ut se clarum mũdo reddat, discipulos & eos quoq; qui illorum uerbo
crediturí sint à malo seruet, unumq; faciat per dilectionem, ad eum modum (inquit) quo e-
go & tu unum sumus. Ioan. 17. Et e uestigio quum hymnum absoluisset cum discipulis Ie-
sus urbem egressus in prædium Gethsemani quod est situm ultra torrẽtem, qui à cedris no
men habet, unde hortus erat, Iudæ proditori non ignotus. Solebat enim se plerunq; domi
nus in semotum ab urbano strepitu recessum hunc cum suis recipere. Illic accersito ad se
Petro cum duobus Zebedæi filijs, cæteros iubet quietos paululum se expectare, qui pre-
cibus uelit insistere. Et progressus inde, mœstum se esse indicat, taliq; tristitia teneri, quæ
sola morte sit finienda, iubens item illis ut consideant & secum uigilent. Ipse solus non ad
modum longo spacio disiunctus, sed quod iactu lapidis possis attingere, humi pronus cõ-
sternitur patrem orans, si qua fieri possit, immunem se reddat ab imminente ærumnarum
calice, ne hunc degustet. Quanquam si omnino ita uisum sit, nihil detrectaturum se, uerũ
in omnibus morem gesturum. Et surgẽs à precibus, quos uigilare iusserat somno oppres-
sos inuenit. Itaq; rursus admonet ne dormiant, sed orent magis deum ne sinat illos labi in
tentationem, quod spiritus nihil equidem non moliatur, at caro perquam est fragilis. Ac
mox rediens ad preces, tertio easdem repertjt, toties somnolentos increpans. Laborabat
autem angore tanto dominus, ut sudore eius sanguinolento tellus etiam maderet, quum
protinus è cœlo uox Angelica auditur, quę animum ac robur addidit. Iamq; aderat Iudas
proditor cum cohorte ac ministris Pharisæorum, & pontificijs, quibus in occursum ueni-
ens dominus oscitãtibus discipulis inquit. Dormite iã & requiescite, quasi uero tempore

tam periculoso quies apta uideatur. Et compellans multitudinem tertio, quem quærant sciscitatur. Illis toties respondentibus Iesum Nazarenũ, dominoq; subijciente: Ego sum, in terram dilabuntur. Ac protinus ut discipulos abire paterentur si se quærerent, iussit. Quo dicto Iudas exosculatus magistrum. Nam id ei symbolum fuit proditionis, quam cum Iudæis pactus fuerat. Et confestim illi hostiles manus iniiciunt, uinculis membra stringentes. At Petrus prolato in medium gladio, ministro pontificio cui Malcho nomẽ erat dextram abscidit auriculam, quam confestim dominus loco suo restituit, uetans gladio ferire eum qui nolit ferro succumbere. Versus inde ad capientes, causam reddidit quur se ueluti latronem caperent, id quod prius crebro docenti in templo nunquam contigisset. Nimirum quia iam permissa uideretur tenebris, potestas quiduis audendi, atq; ita futurum prophetarum oracula prædixerint. Discipuli interea omnes fuga saluti suæ consuluere, quũ magno impetu in ædes Annæ qui Caiphæ pontifici socer erat, Iesus deducitur. Interrogatus ibi de discipulis & doctrina. Verum ille potius quærendum dixit ab auditoribus, quorum ingens erat numerus, quid nam illos docuisset. Ad quæ uerba pontificis minister alapam domino non aliter quam si fuissent contumeliosa, impegit. Et audiuit: Si perperã locutus sum, de hoc profer testimonium. Sin recte, quur abs te uapulo. Missus deinde Caiphæ ubi omne Iudæorum concilium testes iniquos aduersus dominum conquisierat, reiectis quibusdam ceu friuolis ac prorsus ineptis, quum sæpe interrogatus, nihil ad obiecta responderet. Quærit pontifex: Num Christum dei filium se esse fateretur. At ille: Tu, inquit, ita dixisti, fore significans ut aliquando multa luce conspicuum in nubibus cœli dei filium uiderent, quem modo humilem aspernarentur. Ad quam uocem pontifex ceu execrabilem concitatus, uestem scidit & morti obnoxiũ esse Iesum toto cœtu acclamãte pronuntiat. Illudebant illi interea ministri, uelato capite membra ferientes, ac fœdantes sputo, Prophetam insuper salutabant. Sedulo exigẽtes, ut illum proderet qui se uerberasset, multis quoq; alijs huiusmodi in hunc collatis conuitijs. Interea Petrus in Annæ atrio semel atq; iterum ab ancilla alijsq; interrogatus de Iesu: Num illius esset discipulus, constãter ac deinde sancte iurans illum abnegauit. Id quod in Caiphæ quoq; ædibus ad eum modum accidit. Et cum uocem ędidisset gallus, meminit Petrus uerbi dominici: Priusquam gallus bis cecinerit, tu me tertio abnegabis. Atqui Iesus intuitus Petrum mœstum reddidit, ut se foras cum ingenti fletu proriperet. Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 18.

XVI. Porrò ubi primum diluxerat dies parasceues, uinctum omnis Iudæorum multitudo Iesum in prætorium ducit ad Pilatum præsidem, non tamen euntes intro, ne contaminarentur sed pascha manderent. Id cum uideret Iudas, pœnituit eum proditionis, & coiectis in templum triginta argenteis. Vnde illi agrum in peregrinorum sepulturã mercati sunt. Peccaui, inquit, sanguinem iustum uobis tradẽs, ac mox abiens laqueo uitam finiuit. Exijt autem foras ad Iudæos Pilatus accusationem in Iesum recepturus: sed illi opinione seipsos commendabanr quo grauius reum premerent. Si hic, aiunt, immunis esset à scelere nõ uti que conspectui tuo illum obtulissemus. Verum accusationem, ne in ea parte te moremur, paucis accipe: subuertit populum nostrum. Vetuit tributa pendi Cæsari. Dixitq; se Christum regẽ esse. Præses recepta accusatione, interrogauit secreto Iesum rex ne esset, & subodoratus accusationis Iudæorum uanitatem, absoluere dominum constituit. At illi seditiosum esse hominem prodiderunt, qui à Galilæa exorsus doctrina sua motus in populo ad Hierosolymas usq; pertingentes suscitauerit. Audita autem Galilæa, præses Iesum Galilæum esse edoctus, ad Herodem tetrarcham qui tum Hierosolymis forte agebat misit. Vbi expectatus ut portenta ęderet, conticuit. Itaq; indutus ueste alba ludibrio habetur ab Herode omniq; excercitum, atq; ad Pilatum præsidem remittitur. Qui innocuum liberare pro uirili adnitens, consuetudinem Iudæis solennem, qua in paschali celebritate uinctũ aliquem illis dimittere solebat, fauori suo prætexuit. At illi in diuersum nitentes, Barrabã quendam uinculis eximi homicidam cupiunt: Iesum uero uoce increbrescente cruci affigi desiderant. Præses autem lenire illorum sæuitiam uolens, nudatũ ueste flagris cædi iussit, corona ex spinis mox ceruici impressa, & arundo dextræ tradita, corpus multis atq; adeo horrendis plagis contusum est, salutariq; à militibus rex Iudæorum cœptus per ludibrium. Vnde Pilatus eum eripiens, iam satis superq; castigatum, Iudæis ostendit, quo ad commiserationem eos commoueret. Innocentiam uiri etiam atq; etiam inculcans, quam uxor quoq; in somnis multa ob Iesum passa de illo palam prædicabat. Cæterum obstinati

eiusdem

eiufdem tenaces propofiti cruci affigendũ clamãt. Nifi enim ita faceret pręfes, Cæfari illũ
aduerfari. Lauit mox man⁹ Pilatus immunẽ fe effe ab innoxio fanguine cõteftatus. Verũ
illi fibi & filijs hunc imprecati, ad condemnandum cruci Iefum, præfidem impulerunt.
Itaq; lata hac fententia eductus inter duos latrones dominus, crucem ipfe fibi geftare XVII.
cogitur. Sed et Simonẽ quendam Cyrenenfem adigunt ad opem in ea re ferendam. Seque
batur ingens multitudo, & inter eam, matronæ quædam à Galilæa Iefu fermone attractæ.
Hæ iunctæ Hierofolymitanis miferè domini uicem deplorabant. Sed is Hierofolymitanis
iuffit. ut fe ac fuos magis lugerent liberos, qui ceu lignum aridum, pœnis effent digniffi/
mi. Affixus autem cruci in caluariæ loco, inter duos latrones medius pendebat, omnium
iniurijs & probris expofitus. Quum ille ne tunc quidem, folitæ in omnes beneuolẽtiæ po
terat obliuifci. Ac primo patrem cœleftem precatus ut errori illorũ daret ueniam. Latro/
ni mox oranti ut in regno cœlefti non grauaretur fui uel meminiffe, paradifum eo die fe
præftaturum, quam non fuerat rogatus pollicetur. Titulus præterea à Pilato ceruici domi
nicæ appofitus eft, Iudæis multum repugnantibus, ad eum qui fequitur modum.

יהושע הנזרי מלך היהודים

ΙΗΣΟΥΣ ΝΑΖΩΡΑΙΟΣΟ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ

IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM.

Veftes militum uoluntati ceffere, ut prophetæ oraculo continetur, forte in ijs partien
dis iacta. Commendabat Iefus Mariam genitricem cruci uicinam Ioanni difcipulo, mulie/
rem appellans ne quid affectibus humanis tribuere uideretur, qui patris cœleftis iam age/
ret negotium. Filium infuper fe effe negans, dum illum in uicem fuam fubftituit. Congru
ebant mirè hæ res geftæ cum Dauidis uaticinio, ut uideri poffit ad illud refpexiffet domi/
nus, dum uoce Hebræa clamaret אלי אלי למה עזבתני Id eft: Deus deus meus,
cur me deferuifti? Huc item pertinebat quod fiti affici fefe clamabat, felle mox & aceto
potatus. Eueniffe tum omnia dixit, quæ oraculis olim uates futura de Chrifto præcinuif/
fent. Itaq; demiffo in pectus capite, patrem affatus: In manus (inquit) tuas commendo fpi
ritum meum. Quæ uox illi uitam linquenti extrema fuit.
Mortem exemplo fequuta funt prodigia. Sol caligine obducitur, tellus tremit, uelum XVIII.
templi dirumpitur, petræ diffiliunt, & monumẽta aperiuntur, prodeuntibus inde quibuf/
dam perfpectæ fanctitatis hominibus. Quæ res Centurioni qui tum aderat alijsq; complu
rimis fidem de Chrifto faciebant, pulfis enim pectoribus domum redeuntes. Vere hunc
effe dei filium fatebantur. Rogabant protinus Pilatum Iudæi ut corpora condemnato/
rum eo die pateretur auferri, ob fequens fabbatum quoq; celerius extinguerentur, latro/
nibus crura comminuta funt, Chrifto iam exanimi, latus cufpide confoffum, cruoris & a/
quæ ubertim riuos ędidit. Vefperi Iofeph de curionis precibus à Pilato cõceffum corpus
dominicum honorifice fepelitur, obferuato etiam Iudæorum in unguendo ritu, qua in re
Nicodemus, cuius paulò fuperius facta mentio, allatis myrrhę & aloës libris plus minus
centum, fuo non defuit officio. Sed & mulieres è regione monumenti fedentes, ac locum
tacite fecum confiderantes, ægre diuelli inde poterant. Matthæi uicefimo feptimo. Marci
16. Lucæ 23. Ioannis 19.
Poftero die Iudæi ne corpus dominicum clam à difcipulis auferretur ueriti, à pręfide XIX.
Pilato excubias fepulchro dominico adhiberi impetrarunt. Nondum enim exciderat il/
lorum mentibus, quod de refurrectione fua peracto triduo aliquando prædixerat Chri/
ftus, itaq; in muniendo fepulchro, magna lapidis mole, confignandoq; oftio nihil pręter/
miffum. Matt. 27. Sed quid funt ad deum humana confilia. Tertia die terrę motus ingens
ad dñi refurrectionẽ, afpectusq; angelicus ceu fulgur cuftodum animos ufq; adeo exter/
ruit, ut à mortuis nihil uiderentur differre. Quod ubi refciuere Iudæi, excogitato cõmen/
to fubornarunt pecunia, qui dicerent furtim Iefum à monumento noctu fublatũ. Matth.
28. Interea Mariæ Magdalenę, Iacobi, & Salomæ dum fabbato legis præcepto obfequen/
tes quieuiffent, diluculo præparatis ad ungendum corpus dominicum aromatis, ad fepul/

chrum properant. Luc.23. Vbi quum lapidem oppidò ingentem ab ostio motum cerneret ac corporis dominici uestigium, id quod referebant fasciæ, iubentur ab Angelis Christi resurrectionē discipulis illius prædicare, mœrorem deponere, eum qui uiuat, inter mortuos minime quærere, denique meminisse quid prædixerit adhuc in Galilæa agens dominus, iam de proditione, modo de pœnis, ac mox de morte, à qua tamē tertia die resurrecturus. Mat.28. Mar.16. Luc.24. Mulieres dicto audientes, resurrexisse quidem discipulis narrabant dominum, sed illi uera esse negabant quæ dicebantur, ac mulierculas plane aiebant desipere. Mat.24. Quanquam Ioannes & Petrus conspecto sepulchro ueraces fuisse mulieres deprehendere poterant. Luc.24. Ioan.20. Mariam autē Magdalenam mœror paulisper circa monumentum, discipulis abeuntibus retinuerat, quæ mora illi primò conspiciendi domini occasio fuit. Ioan.20. Ac mox eodem die in Emaus ab Hierusalem profectis duobus apparuit discipulis, dum in longum de domino sermonem protraherent, ipse quam obtuso essent ingenio, productis à Mose ac Prophetis de se scripturis ostendit. Quippe omnino uideri necessarium ut Christus pœnis plecteretur, et ita demum gloriam sibi æternam pararet. Luc.24. Mar.16. Neq; ita multo post apparuit discipulorum cœtui, dum fores essent clausæ uesperi, pacem illis imprecatus. Deinde rei nouitate obstupescentibus latus, manus ac pedes præbuit contrectandos, iussitq; afferri si quid haberent quod esset esui: atq; ibi coram piscis assi partem comedit ac fauum mellis, id quod spiritus nulla ratione possit efficere. Aperuit protinus scripturæ arcanæ sensa, fieriq; nō potuisse dixit, ut quæ de se in lege Mosi, Propheris ac Psalmis sint conscripta, irrita prorsus uideantur. Commonefecit item eos uerborum quæ super hac re crebro habuerit, quo pacto uidelicet extrema quæq; ferenda fuerint Christo, & tertia die resurgendum à morte. Iamq; fore ut in illius nomine pœnitentia etiam in Gentibus prædicetur, iuncta peccatorum condonatione. Luc.24. Viso autem domino ingēs lætitia perfudit discipulos. Et ille denuo pacem comprecatur, suo tum nomine ad apostolicam cohortatus functionem, ad eum sane modum quo ipse patris legationem obijsset. Nec mora, spiritum cœlestem afflatu suo impertit, in quo errata aut diluantur, aut certe diutius constringantur. Ioan.20.

XX. Rursus post dies octo clauso ostio discipulis uisus, solito pacis symbolo consalutat. Thomæ ibi discipuli castigans pertinacem de se dubitationem, quod cōdiscipulis ea quæ superius gesta memorauimus, se absente, parum credulus fuisset. Digiti tum in latus cuspide iampridem apertum immissi, ac manus Christi membris clauis nuper perfossis admoti. Vbi beatitudinis præconio commendantur à domino quicunq; nō uisa, pietatis studio crederent. Ioan.20. Tertio in mari Tiberiadis piscantibus discipulis, manifestum se reddidit, dum præciperet in dextram iactari uerriculam. Vbi pransus unà, post tertio confessum sui amorem, Petro pascendos concredidit suos agnos, sub quodam uerborum inuolucro adijciens quis illum maneret pro suo nomine, uitæ exitus. Ioan.21. Postremò in Galilęa uisendum se præbuit dominus in monte quem ad hoc destinarat, confluentibus eo discipulis & adorantibus, ubi parum syncere fidei homines reprehendit, quia eos qui se resurrexisse uiderant, uanos reputassent. Traditam autem sibi mox indicat omnium quæ cœlo terraq; continentur ditionem, contestatus eam esse ueræ & salutaris doctrinæ formulam, quam se doctore auribus hausissent. Iamq; nil restare aliud quam ut ea Gentibus longe lateq; innotesceret, id quod uestrarum (inquit) posthac erit partium. Doctrinæ huius comitem uoluit esse baptismum, qui in patris, filij, & spiritussancti nomine credituris impenderetur. Ad hæc non defutura miracula & ualetudinis restituendæ uaria beneficia. Quanq; quid hæc attinet commemorare, quum ipse suo negotio sese præsto affuturum certo definierit. Ecce (inquit) uobiscum sum usq; ad seculi consumationem. Mat.28. Mar.16. Hęc dicēs, receptus est in cœlum, sedetq; ad dextram dei. At discipuli dominicis obtemperantes iussibus, cœlestem doctrinam, in orbem uniuersum diuulgarunt, & dominicam opem semper circa se ad eū modum quo prædixerat ille præsentem senserunt. Matth.16.

Tabella

Tabella Euangeliorum quibus utimur

in sacro, sub quo numero quoduis comprehendatur.

De Sanctis.

Nota quòd iſte libellus uidetur fuiſſe occultatus per Iudæos ultra ducentos annos & triginta, quod conijcitur ex hoc quia cum iſte doctor Samuel ſcriberet Rabbi Iſaac, ſolum dixit fluxiſſe mille annos à tempore quo per Titum expugnantem ſanctam ciuitatem Iudæi ſunt diſperſi, & ideo uidetur quòd ſtatim poſt illos mille annos captiuitatis & diſperſionis Iudæorum, iſte liber fuerit conſcriptus, ſed Iudæi uidentes quod per tot euidentia teſtimonia Prophetarum, ipſorum errores conuincerentur, iſtum librum tanto tempore, ut dictum eſt, occultauerunt, ne per catholicos fideles ipſorum errores poſſent argui per contenta in hoc libello. Qui translatus eſt ſub annis domini 1339.

QVOD IVDAEI MESſiam, qui uenit, ceu uenturum temere expectent. Libellus ſanè doctus Rabbi Samuelis.

Candido Lectori. S.



Accipe, apertiſq(ut aiũt) ulnis amplectere, optime lector, hanc Rabbi Samuelis Iſraelitæ epiſtolam ad Rabbi Iſaac. Qua prophetarum dictis, Chriſtum Ieſum ueram Meſſiam ueniſſe, paſſum, mortuum ac reſurrexiſſe, cœlos aſcendiſſe, ſecundusq; eius ad iudicium aduentus, pulcherrime commonſtratur. Alphonſio boni hominis Hiſpano interprete, qui magis proprietati linguæ Arabicę (illa enim ſcripta eſt) ſtuduit, quam ut lenocinijs, picturatisúe excoleret uocabulis, credens & nudæ ueritati ſuam deberi lauream. Hanc igitur apud te foue, lege, & lucraberis Chriſto & Iudæos, ſi inuitaueris eos, non ſophiſtico ſupercilio, ſed pie, non ad literam, ſed ad ſpiritum; Ad Chriſtianam pietatem, non ad Phariſaicas ceremonias. Vale.

Capitum index.

Rabbi

RABBI SAMVEL ISRAElitæ, oriundus de ciuitate regis Morochiani ad Rabbi Isaac, magistrum Synagogæ, quæ est in Subiulmenta, in regno prædicto.

Onseruet te deus, ô frater & permanere te faciat, usq; quo terminetur ista nostra captiuitas, & congregetur ista nostra dispersio, et appropinquet spes nostra, & signet deus beneplacitum suum super uitam nostram, amen. Noui & expertus sum, quod plenitudo scientiæ nostri temporis est in te, & tu es spes nostræ certificationis in dubijs legis & prophetarum, cum tuis expositionibus gloriosis. Vnde ego particeps doctrinæ tuæ fieri desiderans, tibi expono exitus cordis mei, super illis quæ legis sunt & prophetarum, super quibus anxior cum timore. Quapropter recurro ad abundantem scientiam tuam & sapientiam, & mitto tibi libellum istũ sperans per te, deo uolente, in ueritate confirmari, ac in dubijs declarari.

Caput I.

Quare Iudæi sunt in ira dei.

Esidero, domine mi, certificari per te, & testimonijs legis, & prophetarum, & aliarum scripturarum, quare nos Iudæi generaliter percussi sumus à deo in captiuitate ista, in qua sumus, quæ potest uocari proprie ira dei perpetua, quoniam nõ habet finem. Nam modo sunt mille anni completi & ultra, quod per Titum fuimus captiuati. Nos scimus quod patres nostri adorauerunt idola, occiderũt Prophetas, & legem dei abiecerunt, & propter omnes istas transgressiones deus non percussit eos captiuitate, nisi per septuaginta annos in Babylonia, & post tempus præfatum placatus est eis, & reduxit eos in terram suam. Et secundum scripturam ira dei fuit tunc temporis ualidissima super omnes iras, quas ante tempora illa commemorat scriptura, & tamen, ut dictum est, pœna tantorũ peccatorum non fuit nisi septuaginta annis. Et nunc, domine mi, ira dei quæ in præsenti punit nos, non habet terminum, nec finis eius promittitur in Prophetis. Si uoluerimus dicere quod ista pręsens ira in qua sumus, sit adhuc illa ira propter quam fuit illa captiuitas septuaginta annorum, quia tunc complete satisfactum est de peccatis prædictis per illos patres nostros, nos facimus deum mendacem, quod absit, quoniam ipse deus uerus & gloriosus illi captiuitati imposuit præfatum terminum per Prophetas scilicet septuaginta annos. Vnde talis non est responsio, sed euasio seu excusatio, nec esset coram intelligentibus proponenda. Et si dixerimus quod deus in illa transmigratione misertus est uni parti generis nostri, & non alteri, & illos quorum misertus est reduxit ad reædificandum templum, ut dicit Propheta Hieremias, & quod nos sumus de illis quorum non est misertus, tunc dicent nobis Christiani, quod deus misertus est eorum, qui adorauerunt idola, & qui occiderunt Prophetas, ergo & nobis, quia nos non peccauimus. Item in patribus peccatoribus fuit pœna diuinæ ultionis in certo termino, quare ergo nostra pœna esset sine termino, qui nõ peccauimus? Itaq; longa est & sine termino pœna in qua sumus, modo iam sunt mille anni, nec in lege nec in Prophetis huius pœnæ terminum possumus inuenire. Quare, domine mi, cum deus punierit patres nostros propter idolatriam, & propter interfectionem prophetarum, & pœna & culpa sint notæ in scriptura, cum deus non punit bis idipsum, pro peccatis illis præteritis fuit pœna, scilicet, captiuitas septuaginta annorum. Et cum deus nõ punit uniuersaliter nisi propter uniuersale peccatum, oporteret quod post illam captiuitatem nos peccauerimus omnes coram deo, peccato maiori quàm fuerit idolatria primorũ parentum, & quàm fuerit interfectio prophetarum, ex quo deus pro illis peccatis puniuit patres nostros septuaginta annis & non amplius, & nos puniuit, iam sunt mille anni & ultra, & punit & dispersit nos per quatuor partes mundi. Tamen quicquid contingat dei sumus in omni euentu, quia nulla est excusatio super dicta. Responde.

Ira dei in Iudeos quando maxima fuerit

Hier. 25. 29.

Daniel. 9.

Zacha. 9.

Caput

Cap. II.

Probatur, quod pro quodam graui peccato in quo sunt, sint in hac dispersione. Et arguitur contra eorum obseruantiam legis.

SVpposito igitur, domine mi, quod sumus in peccato aliquo maximo, rogo nunc, quod certifices me, si postquam deus dispersit nos de Hierusalem, & misit in captiuitatem istam longissimam seu perpetuam, propter illud peccatum, autoritate nostra & propria uoluntate sine speciali mandato dei, cur nos in captiuitate ista non incepimus obseruare circuncisionem, & sabbatum, & alias ceremonias quas tenemus secundum legem Mosi. Nam nos cognoscimus, quod à tempore quo Titus destruxit ciuitatem sanctam, & templum combussit, & bibliothecas, & nos in captiuitatem istā dispersit. & ex tunc cessarit inter nos uigere sacrificium, oblationes & holocausta, & deus non promisit nobis postea per Prophetam aliquem, nec per prophetiam, nec per reuelationē aliquam certam, quod nos deberemus redire aliquādo in Hierusalem in statu pristino, nec mandauit nobis postea quod obseruaremus obseruantias prædictas. Videtur ergo sequi quod nos non à deo, sed ab illis qui erant in ira dei obseruantias prædictas accepimus & tenemus. Et uidetur quod iuste dicent nobis aduersarij nostri: Sicut uos obseruatis Circuncisionem & Sabbatum, & legitis in Synagogis libros Mosi & prophetarum sine mandato dei, quare non assumitis uobis similiter sacrificium & non facitis uobis sacerdotem & regem & principem, & unctiones sanctas & incensum, & quare non ædificatis uobis altaria, & seruatis ceremonias, & omnia alia quæ sunt in lege contenta, sicut Sabbatum et Circuncisionem, & plura alia quæ obseruatis secundum traditiones uestras sine mandato dei propria uoluntate, ex utraque parte curritis in offensam dei. Et si hæc prædicta facitis cōtra uoluntatem dei, uel si dicitis quia uolūtas dei est, quod hæc seruetis & beneplacitū, quod tamen ostendere non potestis, quare non obseruatis supradicta alia, quorum multa facere potestis. Et si non permittunt uos facere reges populi sub quibus iacetis, permitterent tamen uos multa alia facere, sicut permittunt circuncisionem & libros & synagogas, & alia quæ seruatis. Et ad hæc, domine mi, non est nobis in promptu responsio sufficiens, ut uidetur. Sumus tamen dei in omni euentu.

Aduersarios Christianos uocat.

Cap. III.

Quomodo omnis obseruantia legis Iudæorum non est acceptabilis deo propter peccatum in quo sunt.

Zach. 7. INuenimus, domine mi, deum loquentem per os Zachariæ, & dicentem, ubi loquitur de illa prima captiuitate breui: Hæc dicit dominus deus sacerdotibus, & populo terræ: Quando ieiunastis & plorastis in sexto & septimo toto tempore septuaginta annorum, intellexistis quod ieiunaretis ad me, aut ploraretis, ego tale ieiuniū nolui à uobis. Nostra autem translatio aliter se habet, sed ego scribere propono sicut iacent in Arabico autoritates quas Samuel iste adducit, non sicut sunt in nostra Biblia. Innuit dominus, domine mi, in prædictis uerbis quòd dum nos Iudæi fuimus per septuaginta annos in dicta captiuitate fuimus sine lege, quia ieiunium non habuimus, neque habemus à lege sicut alias obseruantias, & similiter fuimus sine circuncisione & sine sabbato, & sine dubio omnia hæc non ualent dum ira dei manet super populum suum. Illa uero prima ira dei fuit breuis, quia septuaginta annorum. Ista quidem in qua nunc sumus, est longa iam mille annorum, & ultra, & nō inuenitur ei terminus in Prophetis, & timeo domine mi, quod sicut deus misit in captiuitatem illam breuem patres nostros sine lege & sine obseruantiis, nec acceptauit ieiunia, nec obseruantias legis eorum, quousque fuit completum tempus pœnæ ipsorum, scilicet, septuaginta annorum, sic in ista captiuitate ultima non acceptat opera quæ fecimus secundum obseruantias legis. Quare constat quod nos sumus in maiori peccato nunc, quàm patres nostri fuerint in Babylonia. Vnde nos sumus in maiori ira dei quam illi essent, & per consequens opera nostra sunt ei minus placita, & nos sumus ei magis odiosi. Et patet quod illi propter mortem prophetarum, & quia idola coluerunt, fuerūt tantum septuaginta annis in captiuitate. Et nos propter magnum peccatum & maximum sumus captiui. Iam sunt mille anni, & ultra. Et hæc captiuitas, domine mi, sine dubio est illa, quam deus per os Danielis Prophetæ uocat desolationem, cum dicit: Vsque ad cōsumationem & finem perseuerabit desolatio, &c. Prima captiuitas uocatur trāsmigratio. Quia post modicum tempus fuerunt reducti cum honore in Hierusalem. Sed hæc uocatur desolatio

Translatoris uerba.

Esaie 54.

Daniel. 9.

latio perpetua, in qua pro certo deus non miſerebitur noſtri, ſicut miſerebatur patrum noſtrorum in Babylonia, excepto quòd conſolabatur eos per Prophetas, qui promittebant illis liberationem, & erant omnes ſimul, nobis autem nihil promittitur, & inſuper diſperſit nos per uniuerſa regna mundi. Attamen quicquid contingat dei ſumus in omni euētu. Zacha.2.

Cap. IIII.

Oſtendit quod Iudæi ſunt cæci.

Domine mi, ualde mirabile eſt mihi de nobis. Speramus enim quotidie liberationē de captiuitate iſta, & ſemper de hoc loquimur, & ſemper loquimur de reductione noſtra in Hieruſalem, et ideo ſumus cæci, uel deceptores ſimpliciū. Nam conſtat quod poſt diſperſionem noſtram quæ facta eſt per Titum, nō apparuit in nobis Propheta, qui nobis promitteret reductionem, nec etiam poſt captiuitatem ſeptuaginta annorum fuit Propheta, qui loqueretur de iſta captiuitate quæ non habet finem, niſi in fine mundi. Nec liberationem habet niſi per conſummationem ſeculi, quia Daniel illam uocat deſolationem ſine fine. Vnde timeo, domine mi, quod cū tanta captiuitas Dan.9. non poſſit manere ſuper totam Gentem noſtram à deo, niſi propter maximum peccatum in deum, quod maius eſt quàm interfeciſſe Prophetas, & adoraſſe idola, propter quę peccata patres noſtri fuerunt puniti. Quod ſicut deus non miſeretur noſtri in uita cum in eodem peccato perſeueremus, ſic etiam nec miſerebitur mortuis ex nobis. Attamen ſumus dei in omni euentu qui euenerit.

Cap. V.

Quod Iudæi decipiunt alios & ſeipſos.

Domine mi, uidetur quod decipiamus alios et nos ipſos, quia in libris legū et prophetarum habemus deum promittentē noſtræ Genti liberationem & cōgregationem de diſperſione multipliciter. Sed bene aduertenti omnes promiſſiones quas habuimus, uel fuerunt completæ ante captiuitatē ſeptuaginta annorū, & in ipſis ſeptuaginta annis. Vel promiſſiones fuerunt propter peccata illorum quibus promiſſiones factæ ſunt totaliter impeditæ, ſicut propono corā te, domine mi. Exempli gratia. Iſta pauca dicuntur in Ezechiele: Si feceritis iuſtitias meas, & mādata mea ſeruaueritis, cōgregabo uos de quatuor partibus mundi, & leuabo uos, & adducā uos per mare, & Ezec.36.et 38. reducam uos in domum ſanctam ueſtrā. Ecce quod id quod dominus nobis promittit per Ezechielem in prædictis uerbis, & alijs locis libri eiuſdem Prophetæ, iam completum eſt pluries ante illam captiuitatem ſeptuaginta annorū. Vt omnes promiſſiones domini tales maiores & minores, quæ in diuerſis locis ſacrorum librorum continentur, completæ fuerunt antequam caderemus in iſtam ultimam captiuitatem, quæ non habet finem, modo iam ſumus in milleſimo anno, & ultra, nec in aliquo libro Prophetarum eius terminū inuenimus, nec ulla dei promiſſio ubi agit de liberatione & congregatione, intelligitur de iſta captiuitate perpetua, ſed de illis tribulationibus & diſperſionibus, ante dictos ſeptuaginta annos, nec poſtea cōgregatio de diſperſione promiſſa eſt nobis. Vnde oportet quod poſt iſtos ſeptuaginta annos cōmiſerimus illud peccatū magnum, propter q̄d deus ſine termino punit nos. in quo peccato ſumus & manemus omnes, aliter deus miſericordiā ſuā non continuaſſet in nobis ira tā longa. Nam uidemus per ſcripturas quod omnia Pſal.78. peccata quæ commiſerunt patres noſtri ante ſeptuaginta annos prædictæ captiuitatis punita fuerunt, & de multis exempla hæc pauca induco. Peccauerūt patres noſtri ante illos ſeptuaginta annos qui exiuerunt de Aegypto, & promiſſio eis facta, in eis locum non habuit, ſed in peccatis ſuis in deſerto mortui ſunt. Peccauit ipſe Moſes ad aquas cōtradictionis, & terram promiſſionis non meruit. Peccauit ipſe Aaron & portauit pœnam. Helij ſacerdos peccauit, & ruptis ceruicibus expirauit, & poſteritas eius ſacerdotio priuata eſt, & tamen deus promiſerat ſacerdotium in æternum. Sed huiuſmodi promiſſa intelliguntur ſemper, niſi propter peccata demereantur accipere, ut patet in regno Dauid, quod carnalis poſteritas eius priuata eſt regno. Sicut etiam deus uerus & glorioſus promiſit Abrahæ & ſemini ſuo terram iſtam in æternum poſſidendam, & frequenter perdiderunt eam propter peccata ſua, & frequenter reſtituit illis dominus uſque ad ultimam uicem qua perdiderunt. Iam ſunt mille anni, & ultra, & iam non eſt ſpes recuperandi eam, quia manemus omnes in eodem peccato, propter quod terram noſtram perdidimus.

Exod.32. Num.20. Deut.9. 1.Reg.4. In æternum quomodo intelligatur. Gen.17.

Et

Iudæorum maximũ peccatũ.

Legalibus multis Iudæi iam carent.

Et domine mi, multum mirabile eſt cum omnes concordemus quod oportet quod poſt captiuitatem ſeptuaginta annorum in Babylonia peccauimus contra deum maximo peccato, & tamen nullus eſt qui dicat, quod eſt id peccatum propter quod incurrimus tanta mala. Et ſi aliquis noſtrum cognoſcat noſtram cauſſam, & peccatum propter quod incurrimus tanta mala, nullus tamen id aperit proximo ſuo, nec ipſemet qui cognoſcit in ſuam conuertit utilitatem, ſed omnes iacemus proſtrati. Et uidemus manifeſte quod in prædicta captiuitate ſeptuaginta annorum erat deus cum patribus noſtris in Prophetis, id eſt, Hieremia & alijs Prophetis, & dedit eis Salathiel ducem & principes & ſacerdotes, cum quibus exiuerunt de Babylone, peracta pœnitentia, & placato deo ædificauerunt Hieruſalem, & templum, & alias ciuitates, & effudit deus ſuper illos miſericordias ſuas copioſe. Et tamen in iſta captiuitate nullus Propheta nobiſcum eſt, nec deus, ut apparet. Igitur domine, inquiram & non ceſſabo quærere quod peccatum eſt id tantum, propter quod ſumus in hac captiuitate mille annis, & ultra, nec habemus Prophetam, nec regem, nec ſacerdotem, nec altare, nec ſacrificium, nec unctionem, nec incenſum, nec purificationem, imò facti ſumus abominabiles toti mundo, ſicut deo, & contemptibiles, in ſolo corde tantum noſtro regnat ſuperbia, qua nos ipſos præferimus toti mundo. Et quod ſuper hoc ſentio pandam tibi, domine mi. Nec minus, quicquid eueniat nos dei ſumus.

Cap. VI.

Quod ſit illud peccatum, propter quod Iudæi ſunt in hac captiuitate.

Amos. 2.

Gen. 37.

Exod. 32.

Venditio iuſti Ieſu, quartum peccatũ Iudæorũ grauiſsimũ.

Gen. 37.

Amos 2.

NVnc ergo, domine mi, paueo quod id peccatum propter quod ſumus in hac deſolatione, & in captiuitate iſta, ſit illud peccatũ ſuper quo locutus eſt deus per Prophetam Amos cum dicit ſic: Super tribus ſceleribus Iuda conuertam uel transferam Iſraël. Nota quod ubi in Biblia noſtra eſt conuertam, hic habet trãsferam, & eſt ad propoſitum eius magis & ſuper quarto non transferam eos, quoniam uẽdiderunt iuſtum pro argento. Et nos, domine mi, ſecundum doctrinam noſtram dicimus quod iſte iuſtus fuit Ioſeph filius Iacob, qui fuit uenditus à fratribus ſuis in Aegypto, & hoc tenerem ego, niſi quia ſermo diuinus ponit iſtud peccatum uenditionis quartum in numero peccatorum ſeu ſcelerum Iſraël. Ipſi etiam Chriſtiani quibus ſanctorum librorũ ſtudium uidetur eſſe traditum à deo, reſpondent doctrinæ noſtræ prædictæ, & dicunt, quod primum in quatuor ſceleribus Iſraël eſt uenditio Ioſeph à fratribus ſuis. Et ſecundum peccatum ſiue ſcelus, aſſignat adorationem uituli in Oreb. Et tertium ſcelus occiſionem prophetarum, propter quod fuimus captiuati in Babylonia ſeptuaginta annis. Et dicũt quod quartum ſcelus Iſraël fuit uenditio iuſti, ſcilicet Ieſu qui ad literam fuit uenditus poſt trãſmigrationem præfatam ſeptuaginta annorum. Et ſi nos, domine, uolumus tenere præfatam doctrinam noſtram, & reſpondere Chriſtianis, oportet quod nos aſſignemus in Iſraël ante uenditionem Ioſeph uaria ſcelera præceſſiſſe, ut ipſa uenditio Ioſeph ſit quartum ſcelus. Sed hoc non poterimus ſuſtinere, quia teſtimonium libri Geneſis eſt cõtra nos, qui uenditionem Ioſeph ponit primum ſcelus filiorum Iſraël. Et Propheta Amos ponit expreſſe quartum ſcelus uenditionem iuſti, propter quod fuimus in captiuitate, de qua loquitur deus, comminans quod non reducet nos ultra in terram promiſſionis, cum dicit: Et ſuper quarto non transferam eos, quoniam uendiderunt iuſtum pro argento. Et manifeſte apparet mihi quòd nos ſuper illo peccato quarto uenditionis iuſti, iuſte ſumus puniti, iam ſunt mille anni, & ultra in quo tempore nil proficimus inter Gentes, nec eſt ſpes proficiendi amplius.

Cap. VII.

Quod iuſtus Ieſus Chriſtianorum deus iniuſte uenditus ſit.

Iuſtus uẽditus Ieſus Chriſtus eſt.

Amos 2.

Eſaiæ 1.

Eſa. 53.

EXpaueſco, domine mi, & timeo quod iſte Ieſus quem colunt Chriſtiani, ſit ille iuſtus uenditus pro argento ſecundũ Amos Prophetam. Et timeo quod de ipſo ſunt hæc quæ mihi occurrunt teſtimonia Prophetarum, & illa eadem in doctrina ſua ualde aperte applicant Chriſtiani. Eſaias Propheta dicit: Væ Gẽti peccatrici, filijs ſceleratis. quoniam ipſi elongauerunt ſe à deo, & blaſphemauerunt ſanctum eius, & inclinati ſunt retrorſum. Item idem Propheta dicit: Quaſi ouis ad occiſionem ductus eſt qui non aperuit os ſuum. Item dicit: Vir habens dolorem & ſciens infirmitatem. Item: Fuit de

ſpectus

ſpectus & propter hoc nō reputauimus eum, ipſe enim oblatus eſt, quia ipſe uoluit. Item:
De anguſtia iudicij depoſitus eſt: generationem eius quis enarrabit? Item: Propter cul-
pam populi mei transfixi eū, & dabit iniuriatores pro ſepultura & diuites pro morte ſua.
Et timeo, domine mi, quod iniuriatores fuerunt patres noſtri, & diuites, Pilatus & Hero-
des, & Anna & Cayphas, ſicut dicit propheta Dauid: Conſurrexerunt omnes reges ter- *Pſal. 2.*
ræ & maiores, & contra deum & contra Chriſtum eius. Reges ſcilicet prædicti: Maiores *Zach. 11.*
ſcilicet patres noſtri. Et timeo domine quod iſte Ieſus ſit ille commutatus & uenditus pro *Amos. 2.*
argento, de quo loquitur Zacharias Propheta, & Amos, & alij Prophetæ. De quo etiam *Eſa. 53.*
loquitur Eſaias Propheta: Deponet omnes iniquitates & orabit pro infidelibus. Timeo *Luc. 23.*
ego, domine mi, quòd iſte Ieſus ſit ille iuſtus de quo dicit Dauid: Delectati ſunt in animā *Pſal. 93.*
iuſti & ſanguinem innocentē condemnabunt, & propter hoc deſtruet eos deus & diſper
det illos dominus deus noſter. Et timeo, domine mi, quòd iſte ſit ille iuſtus de quo loquit̄ *Hiere. 17.*
Hieremias cum dicit: Homo eſt, & quis eſt qui intelligit eum? Item Hieremias in Trenis: *Treno. 4.*
Species uultus noſtri Chriſtus deus captus eſt, pro peccatis noſtris. Cui diximus: In um-
bra tua uiuemus inter Gentes. Timeo etiam, domine mi, quod iſte ſit ille iuſtus de quo di- *Zach. 13.*
xit deus per os Zachariæ Prophetæ. Dicetur enim in illa die: Quæ ſunt iſtæ plagę in pal-
mis tuis. Et reſpondebit: Plagatus fui in medio domus meæ inter illos qui dilexerunt me,
& leuauit enſem paſtor meus ſupra me. Idem: Aſpicient ad me die illa, & illum quē trans- *Zach. 12.*
fixerunt, & plangent ſuper illum quaſi planctum unigeniti. Timeo etiā, domine mi, quòd
iſte fuit iuſtus ille, de quo dicit Abacuc: Cornua in manibus eius ibi abſcondita eſt fortitu *Abacuc 3.*
do eius, &c. Et concordat Euangelium Chriſtianorū ubi narratur mors Ieſu, & dicitur:
Cum autem ueniſſent ad Ieſum, inuenerunt eum mortuū & miſit unus eis lanceam ſuam, *Ioan. 19.*
& transfixit. Paueo, domine mi, quòd iſte ſit iuſtus de quo dicit Abacuc: Egreſſus es do- *Abacuc 3.*
mine ſaluare populum tuum cum Chriſto tuo.

CAPVT VIII.

Quomodo poſt occiſionem Chriſti facta eſt diſperſio Iudæorum ſecundum Danielem.

EXpaueſco, domine mi, ſuper his: Quis fuit iſte iuſtus ſine peccato, de quo loquitur
Eſaias Propheta: Et quis ſit ille iuſtus uenditus pro argēto, propter quod dicit do *Eſa. 53.*
minus per Amos Prophetam, ubi ſupra, quod in teſtimonium quarti ſceleris non *Amos. 3*
transferet eos in terrā promiſſionis amplius. Videtur etiam, domine mi, quòd com
pletum eſt quod ſcribitur Daniel. 9 cap ubi dicit: Poſtq̃ conſummatæ fuerunt ſexaginta *Daniel. 9.*
duæ hebdomadæ, occidetur Chriſtus, & tunc ueniet populus cum principe uenturo, & de
ſtruet ciuitatem, & domum cōminuet, & condemnabunt eam, & auferetur ſacrificium. &
conſummabitur deſtructio perpetua. Et non eſt dubium, domine mi, quin deſtructio deſo
lationis perpetuæ, ſit captiuitas iſta in qua ſumus, iam ſunt mille anni Et aperte dicit deus *Deſolatio Iu-*
per Prophetam, quod erit deſolatio perpetua poſt occiſionem Chriſti, ſicut eſt deſolatio *deorū perpe-*
noſtra poſtquam Ieſus fuit occiſus, nec cōminatus eſt deus nobis perpetuam deſolatio- *tua ob mortem*
nem. niſi poſt occiſionem Chriſti. Et ſi uoluerimus dicere quòd ante mortem Ieſu fuimus *Chriſti.*
in deſolatione. Ad hoc reſpondent nobis Chriſtiani, quod ante mortem illam non fuit de
ſolatio niſi ſeptuaginta annis, & poſt hoc fuimus reducti in terrā promiſſionis, & fuimus
apud deum in gratia & honore. Certe, domine mi, ego non uideo euaſionem contra pro-
phetiam iſtam, quia de facto iſto probatur nobis quòd poſtquā à reædificatione fuerunt *Hebdomadæ*
completæ ſeptuaginta duę hebdomadę ſupra anno, qui ſunt anni CCCC. & XXXIII. tunc *Danielis quot*
fuit Ieſus occiſus à patribus noſtris, & poſtea uenit dux, ſcilicet Titus & populus Roma *anni.*
nus, & fecerunt nobis ſecundum prophetiam iſtam, hodie ſunt mille anni & ultra & nihi
lominus ſi in ira dei ſumus, & tamen in ipſo ſperamus. Et ſi dicamus quòd Chriſtus uen-
turus eſt & nondum uenit, & rehabebimus terram promiſſionis, & reædificabimus ciuita
tem, & habebimus gratiam dei & honorem in terra noſtra, & iſta deſolatio nō perpetua.
Reſpondebunt Chriſtiani, quod adhuc ergo manet nobis occiſio Chriſti & aduentus Ti
ti & populi Romani, & deſolatio peior iſta in qua iam fuimus per mille annos. Heu domi
ne non eſt excuſatio nec euaſio conſona.

CAPVT IX.

Quòd duo ſunt aduentus Chriſti.

TImeo, dñe mi, quòd Chriſtus iam uenit, & iam adimpleuit primū aduentū ſuum, quia *Aductus Chri-*
in ſcripturis noſtris inuenimus duplicem eius aduentum. Primus aduentus Chriſti *ſti duplex.*

deſcribitur in Prophetis in paupertate & humilitate. Secundus in gloria & maieſtate. Et
de utroq; aduentu proponam illa quæ mihi occurrunt. De primo aduentu dicit deus per
Zacha.9. os Zacha. Lætare filia Syon ecce præceptor tuus uenit pauper, equitãs aſinum. Et in iſto
Eſa.53. aduentu deſcribit eum Eſaias deſpectum. Daniel occiſum. Zacharias & Amos uenditũ,
Dan.9. & tamen iam fuerunt completa, quæ in libello deſcripſi & deſcribam, non reputauimus
Zacha.11. eum, id eſt, non cognouimus eũ, ſicut dixit Eſaias Propheta, ſed deſpeximus eum & præ-
Amos 2. ualuimus contra eum. Sed gloria eius & maieſtas eius erit manifeſta in ſecundo eius aduẽ
Pſal.96. tu, quando ignis & flamma præcedet eum & exardeſcet & inflammabit in circuitu inimi
Eſa.29. cos eius. Sicut dicit deus per os prophetarũ Dauid & Eſaiæ. Et timeo, domine mi, quod
Sopho.1. Chriſtus non iudicabit aliter quàm cum igne ad mortem, quia nos interfecimus omnea
Iohel.2. Prophetas qui annunciauerunt nobis de ipſo, deus teſtificat contra nos per os Heliæ Pro
phetæ quarto libro Regum: Et ſic interfecimus illum iuſtum propter quẽ ſumus in ira dei
ſine fine. Attamen dei ſumus.

Caput X.

De primo aduentu Chriſti.

Eſaie 52. TImeo, domine mi, deus deſcribit aperte duos aduentus Chriſti, per os Eſaiæ Pro
phetæ, cum dicit: Conſurge, cõſurge, induere fortitudinem brachium domini.
Bis dicens conſurge, propter eius duplicem aduentum. Et ſingillatim clare pri-
mum Chriſti deſcribit aduentum quantum ad paſſionem & deiectionem cap.
Eſaie 53. quinquageſimo & quinquageſimo tertio per totum. Et ſpecialiter cum dicit: Vidimus eũ
Eſaie 9. & non erat aſpectus & ſpecies, neq; decor, &c. Primum eius aduentũ ponit Eſaias, cũ di-
Luc.1. cit: Paruulus natus eſt nobis. Et ſtatim ſubiungit ſecũdum eius aduentũ cum dicit: Et uo-
Zacha.9. cabitur fortiſſimus gigas, potens, ſuper thronum Dauid ſedebit, ut cõfirmet illum ab ini-
tio uſq; in æternum, Zacharias autem Propheta deſcribit eum pauperem & ſedentem ſu-
per aſinum. Et quid aliud eſt hoc, niſi, quod Propheta deſcribit primum aduentum in hu-
militate, & ſecundum in potentia & maieſtate. Sic enim deſcribit eum Daniel circa me-
Daniel.7. dium ubi dicit: Conſiderabam uel aſpiciebã, in uiſione noctis, & ecce in nubibus cœli qua
ſi filius hominis ueniebat, & uſq; ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtu
lerunt eum, & dedit ei poteſtatem & honorem & regnum, omnes populi tribus ac linguę
Translatoris adorabunt eum, & ſeruient ei. Hebræus habet, tribus ac linguæ honorabunt eum, & non
uerba. deficiet poteſtas eius quia non auferetur, & regnum eius manebit in æternum. Noſtra au
tem translatio habet tribus ac linguæ ſeruient ei, poteſtas eius poteſtas æterna quæ non
auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur, aliâs, & nõ deficiet poteſtas eius, aliâs
poteſtas eius in æternum, & regnum eius manebit in æternum, alias non corrumpetur. Et
manifeſtum eſt, domine mi, quod in ſecundo aduẽtu ſedebit Chriſtus ante antiquum die-
rum, qui eſt deus ad iudicium, ſicut ſedit in primo aduentu ante patres noſtros Iudæos ut
Pſal.97. iudicaretur. Et iſtos duos aduentus Meſſiæ, id eſt, Chriſti, innuit Propheta Dauid in Pſal
mo cum dicit: Quia uenit, quoniam uenit iudicare terram. Propter primum eius aduentũ
qui fuit ſimplex dicit, quia uenit, propter ſecundum uero quia erit cum potẽtia dixit, quo
Zacha.14. niam uenit iudicare terram. De ſecundo eius aduentu loquitur Zacharias cum dicit: Im-
primet ueſtigia pedes ſuper montem oliuarum, &c. Et nos domine non dicimus ꝙ deus
in eſſentia ſua & natura habet pedes nec carnem, nec iſta quæ corporis ſunt, ſed habere pe
Pſal.90. des conuenit omni creaturæ corporeæ. Dicit etiam Dauid Propheta quod ſupra allega-
tum eſt loquendo de ſecundo eius aduentu. Ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circui
tu eius inflammabit. Sed domine non dicimus quod deus ſit circunſcriptus, quod aliquid
poſſet eſſe in circuitu eius, in quantum deus, ſed autoritates ſimiles habent ueritatem ad li
teram in illo iuſto quem Prophetæ deſcribunt, nunc loquentes de eius humilitate, nũc de
Malach.3. eius maieſtate, & de hoc loquitur Malachias cum dicit: Ecce dominus uenit, & quis pote-
rit ſtare ante aduentum eius? Ipſe enim quaſi ignis conflans & ſedebit & liquefaciet argẽ-
tum & aurum. Ecce qualiter iuſtus ille qui fuit iudicatus ueniet in ſecundo aduentu. Et at
Malac.3. tende domine mi qualiter deſcribit eum ibidem Propheta in eodem capite, cũ dicit: Tunc
ego ueniam & intrabo in iudicio ad eos, & ero teſtis uerax ſuper adulteris & malis & per
iuris, & ſuper illos qui defraudant mercedem mercenarij, & qui ſpoliant pupillos & uidu-
as, & opprimunt peregrinum & pauperem. Et idem, domine mi, deſcribit Ezech. cum di-
Ezech.34. cit 34. cap. ubi loquitur de paſtoribus et ouibus, dicẽs: Ego ſeparabo ab eis, ſcilicet à iuſtis
transgreſſo-

transgressores & incredulos, hæc non habet translatio nostra, sed in Arabico dicit sic: O domine mi, ecce quod in secundo aduentu separabit incredulos de medio iustorum, sicut etiam dicunt Malachias & Ezechiel clare. Et in primo aduentu nemo nostrum cognouit eum, quia exiuerat limites humanæ naturæ. Sicut dicit deus per os Esaiæ Prophetæ, & inter iniquos computatus est, & propter hoc non reputauimus eum. Et Hieremias dicit: Ipse est homo, & quis scit eum? Et timeo, domine mi, quod patres nostri in primo aduentu Messiæ defecerunt, & errauerunt, & propter hoc sumus in ista captiuitate, quæ non habet finem. Et tamen quicquid contingat dei sumus, & in ipso speramus.

Matth. 25. Esaie 53. Hier. 57.

Cap. XI.

De secundo aduentu Christi, quod tunc sit cum potentia iudicaturus.

Domine mi, paueo ne iste iustus iudex sit ille qui iudicaturus est cum potentia in aduentu secundo, & qui fuit saluator in aduentu primo omnium qui crediderũt in eum, quoniam Propheta Dauid dicit de illo; Notum fecit dominus salutare suum, & in conspectu Gentium reuelauit iustitiam suam. Adhuc dicit Esaias: Haurietis aquas de piscinis saluatoris: quod dictum, secũdum uidere meum, intelligo de baptismo. Nam in primo aduentu saluauit per aquam, & in secundo iudicabit per ignem. Et de isto saluatore dicitur, domine mi: Scio quod saluator meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea oculi mei uidebunt deum meum. Attende, domine mi, quod uocat istum saluatorem deum. Constat autem quod oculi carnis non uidebunt deum. Ecce habemus secundum scripturas quod saluator est iste deus iustus, de quo est sermo, & solus potest dici uerus iustus, quoniam nullum peccatum fecit, secundũ quod de illo deus testificatur per os Esaiæ Prophetæ. Qui peccatum non facit, nec inuentus est dolus in ore eius. Nec de Mose nec de aliquo prophetarum dicitur quod sit saluator iustus & sine peccato, quia Moses peccauit, & omnes Prophetæ peccauerunt, sicut uos scitis, domine mi. Et idcirco nullus eorum uocatur iustus in scriptura, sed illud nomen isti soli seruatur. Et sine dubio, non saluantur, nisi hi, qui credunt primum aduentum suum, & illi qui non credunt non habent causam aliquam quòd saluentur in secũdo aduentu eius, sed digni sunt morte, quia digni erant morte illi, qui non credebant Mosi, & non obediebant ei qui fuit peccator, quanto magis digni sunt igne illi qui non credunt, et blasphemant istũ iustum et dominum qui peccatum nesciuit unquam. Quicquid tamen eueniat dei sumus nos.

Psal. 97. Esa. 12. Psal. 96. Iob. 19. Oculis corporis deus uideri nequit. Esaie 53. 1. Pe. 2. Moses & prophete peccauerunt. Zach. 9. Heb. 11. Ioan. 3. 1. Pe. 2.

Caput XII.

De Christi ascensione.

Domine mi, nos inuenimus in scripturis quòd Christus exaltabit de terra ad coelum, & ego timeo quòd illud sit completum in isto qui fuit interfectus à patribus nostris, & de ista exaltatione dicit Dauid Propheta in Psalm. O magnates aperite portas principatus uestri, & eleuamini portæ æternales, & introibit princeps gloriæ. Et attende domine, quod respondent illi Angeli: Quis est iste princeps gloriæ? & ipse respondet illis: Dominus uirtutũ fortis in prælio. Et constat, domine mi, quòd iustus iste dominus uirtutum non habuit prælium nisi in primo aduentu suo, quia quando sedebit ad iudicandum, ignis in circuitu eius exardescet, & inflammabit in circuitu inimicos eius, & conflabit iustos per ignem quasi argentum. Et hoc in ultimo eius aduẽtu. Nullus autem præliabitur contra illum, nec locus erit pugnæ. Adhuc de iusti huius exaltatione dicit Esaias: Quis est iste qui uenit de Edom de terra, rubens uestimentis eius de Bosra, sicut ille formosus in stola, & respondet his iustus iste: Ego qui loquor iustitiam, sum expugnator ad saluationem, & dicunt ei Angeli: O domine quare rubrum est uestimentum tuum sicut calcantis torcular? Respondet, dicens illis. Torcular calcaui solus, & non erat uir mecum. Vide domine mi, quàm proprie loquitur Esaias, & timeo quòd huius iusti responsio non tangat nisi nos, cum dicit: Calcaui eos in ira mea, donec aspersus est sanguis eorum super indumenta mea, & inquinata sunt omnia uestimenta mea. Sed dies ultionis in corde meo, & annus retributionis meæ uenit. Quantum ergo sperare possumus in iusto isto, domine mi, ubi scimus ipsum de nobis Angelis fuisse conquẽstum in coelo, & notificauit eis quod ipse calcauerit torcular solus. Et quid aliud calcauit in ira sua nisi nos, qui post bellum quod habuit in primo aduentu suo, prostrati sumus ab eo, & calcati, iam sunt mille anni, & adhuc restat dies ultionis in ultimo eius aduentu, & annus retributionis in

Psal. 23. Psal. 69. Malach. 3. Esaie 63.

Eſaias ſectus corde ſuo. Vtinam domine mi, quando interfecimus Eſaiam deleuiſſemus iſtam autorita
in duas partes tem prædictã de prophetia ſua, ꝙ nunquam legeretur ab aliquo. Et ecce quod Dauid uo-
occubuit. cat bellum, cum dicit: Dominus uirtutum fortis in bello. Hoc Eſaias uocat torcular. Heu
Pſal.23. domine mi, nos bibimus muſtum illud, de quo etiam dicit Iacob Patriarcha & Prophera,
Gen.49. ut habetur in libro generationis creaturarum de Iuda: Lauauit ſtolam in ſanguine, ſcilicet
Matth.25. uuæ, ſicut eſt factum in nobis in primo aduentu Meſſiæ, ſed quid faciemus in aduentu eius
ultimo, quando ſtabunt homines corã homine iudicante, & in circuitu eius erit ignis para
tus ad deuorandum illos, cõtra quos tulerit ſententiã. Tũc enim nõ erit tẽpus belli, nec iã
in torculari calcabiť, quia iam extunc non erit locus nec tempus pœnitẽdi nec refugij, ſed
Iudicium extre iuſtitia, ut ſicut ipſe iudicatus fuit ſine peccato quod inueniret in eo, ſic ipſe iudicabit pec-
mũ horribile. catores. Dicit enim deus in Prophetia Salomonis: Quando iuſtus recipiet iudicium, ubi
Prouerb.12. erit impius & peccator? Vnde ſi iuſtus uix ſaluabitur, quid erit tunc de impio?
1.Pe.4.

Caput XIII.

Adhuc fortius probat corporalem aſcenſionem Chriſti.

VAlde timeo, domine mi, quod hæc quæ dicta ſunt teſtimonia prophetarum de il-
Amos.2. lo iuſto. Quod ſcilicet fuit uẽditus pro argẽto, ut dicit Amos Propheta. Quod
Eſaiæ63. calcauit torcular, ut dixit Eſaias. Quod geſſit bellum cum patribus noſtris, ſicut
Pſal.23. dicit Dauid. Quod captus fuerit in peccatis noſtris, ſicut dixit Hier. Quod uul-
Zacha.11. neratus fuerit in palmis ſuis, ſicut dixit Zacha. Quod ſuper eius ueſtem miſſę ſunt ſortes,
Pſal.21. ſicut dicit Dauid. Quod aſcendit in cœlum, ſicut dixit idem Propheta & alij. Quod non
Michеæ2. conueniat deo in eſſentia ſiue in natura diuina, ſecundum quã nec reſurgit, nec exaltatur,
nec ſedet, nec deſcendit. Ex his quę dicta ſunt ſequitur neceſſariò, quod iam uenerit ille iu
ſtus, cuius naturæ corporeæ hæc prædicta, & ſimilia poterunt conuenire. Si autem tibi ui-
detur forte durum credere, domine mi, quod homo corporeus aſcendit in cœlum, audi au-
Pſal.67. toritates & exempla quæ mihi occurrunt de ſcripturis noſtris. Et ſuper hoc dicit Dauid
Ephe.4. Propheta de illo: Aſcendit deus in altum & ſaluabit captiuitatem, dedit dona hominibus.
Dicit etiam in Pſalmo 67. de aſcenſione eius: Iubilate deo & glorificate nomen eius, iter
facite, qui aſcendit de partibus occidentis, dominus nomen illi. Adhuc, domine mi, dixit
Amos 9. Dauid de illo in Pſalmo quem tu habes in corde: Iubilate deo qui aſcendit ſuper cœlũ cœ-
Pſal.46. li ad Orientem. Et de iſto dixit Amos: Dominus eſt qui ædificauit in excelſo ſedem ſuam.
Aſer propheta Et de ipſo dicit etiam Dauid in Pſalmo: Aſcendit deus in iubilo & dominus in uoce tubę.
quis ſit. De ipſo etiam dixit Aſer Propheta cap.2. Vidi hominem deſcendentem de corde maris
et peruenit uſq; ad cœlum. Et quia non habemus iſtam Prophetiam, obmiſi multa ſcribere
quæ allegat ſuper hoc, imò habemus eum, ſed ipſe tunc neſciuit quod Aggæus in latino
uocaretur, Aſer in Arabico. Dicit etiam Moſes in cãtico: Leuabo ad cœlum manum meã.
Deut.32. Dicit etiam Eſaias: Conſurge, conſurge brachium domini. De iſto etiam ait Anna mater
Eſaiæ 53. Samuelis: Dabit dñs imperiũ regi ſuo & ſublimabit Chriſtũ ſuũ. Dauid etiã dixit: Aſcen
1.Reg.2. dit dñs ſuper pennas uentorũ. Et hæ autoritates occurrunt mihi ad probandũ exaltatio-
Pſal.17. nẽ Chriſti corporalẽ uſq; ad cœlũ. Et ſunt plures aliæ quas tu dñe bene ſcis. Nunc etiã ex
empla aliqua adducam de lege noſtra, quia uidetur etiã nobis multum cõueniens credere,
quod in corpore aſcendit in cœlũ & hoc eſt propter cõſiderationem, nã in lege & in Pro-
phetis inuenimus quod deus uerus & glorioſus aſſumpſit de terra, & eleuauit plures ſan
ctos uiros patres noſtros. Et ſi de iſtis non dubitamus, ꝓpter eorũ ſanctitatẽ & propter te
ſtimoniũ ſcripturæ, quare dubitamus de aſcẽſione iſtius iuſti in corpore & anima, cui ma-
gis ſcriptura perhibet ꝙ illis teſtimoniũ ſanctitatis? Et quia durius bellũ ſecundũ Prophe
tas ſuſtinuit, & plures captiuationes mundi ꝙ aliquis de prædictis. Et præterea, domine, ſi
Enoch & He- ne exempli poſitione ſcis, quod Mathuſalẽ & Enoch iuſti, & Helias Propheta fuerũt aſ-
lias in Paradi- ſumpti à deo de mundo iſto in corporibus ſuis. De Moſe etiam non eſt dubitãdum, quin
ſum rapti. ſit in cœlo in corpore & anima, ut dicitur Deute.34. Dixit deus ad Moſen: Aſcẽde in mõ
Gen.5. tem nocte, & morere ibi: & aſcendit in montem & mortuus eſt ibi. Et neſciuit homo ſe-
4.Reg 2. pulchrum eius uſq; in hodiernum diem. Et quid ſignificat, quod ſepulchrũ eius eſt ignotũ
Iudæorum opi in terra, cum ipſe fuit Propheta maior & ſanctior alijs, niſi quod deus reſuſcitauit eum, &
nio de Moſi aſſumpſit eum in corpore & anima ſicut alios iuſtos aſſumpſit & eleuauit ad locum ubi
rapiu. ſunt. Nec nos debemus mirari ſupra hoc quod aër iſte leuis & ſubtilis poſſet portare cor-
Deut.34. pora tam groſſa & ponderoſa, quia nos ſcimus quod aqua quæ eſt in raritate ſimilis aëri

quando

quando placuit potentiæ omnipotenti, portauit corpora filiorum Israel in eorū exitu de
Aegypto, & quando fuit acceptum sacrificium, ignis descēdit de cœlo & eleuauit & por Exo.14.
tauit corpora pecorum & boum quæ offerebantur deo. Moses uero & Helias propheta- Sapien.10.
uerunt de illius iusti eleuatione, ac alij Prophetæ. Vnde cum oporteat nos esse credentes 3 Reg.18.
de eleuatione corporea dictorum sanctorum, cur sumus increduli de eleuatione istius iu- Iudicum 6.
sti & eum eleuatum esse in cœlum, de quo tot sunt testimonia prophetarum in scripturis, Lectionē hanc
sicut dictum est. Et posset induci, ut quia satis apparet quod deus assumpsit prædictos san pius lector sa-
ctos, de quibus nullus dubitet, ut ad finem disponentur corda hominū, & ut de ascensio- le condiat.
ne sui iusti etiam non dubitarent. Est autem & alia causa quare & ipsi nostri dubitāt, quia
aduētus eius primus fuit occultus, et modus insolitus, sicut dicit Esaias: Homo est & quis Esaie 7.
cognoscet eum. Idem Propheta etiam dicit: Virgo concipiet & pariet filium. Vbi aduer- Esaie 53.
tendum est quod tacet de patre secundum carnem, & propter hoc ꝙ alibi dicit: Non repu Hier.31.
tauimus eum. Et Hieremias dicit: Signum nouum creauit deus super terram. Mulier circū Michee 5.
dabit uirum, &c. Dicit etiam Micheas: Propter hoc dabit eis deus usq; ad tempus in quo
parturiens pariet. Et notandum ꝙ non facit Propheta mentionem de marito istius partu
rientis, cum inquit, natiuitatem istius iusti qui solum natus est præter solitum modum, cur
sum ꝙ carnalem, qui est ex uiro & fœmina, sicut de illo prædictum est per os Esa. cum di- Esaie 7.
cit: Audite domus Iacob, deus dabit uobis signum, uirgo concipiet & pariet filium, &c.
Omnes autem alij sancti qui dicti sunt, nati sunt de fœmina & uiro carnaliter concepti in
peccato, & omnes fuerunt peccatores, & ipse Moses sanctior parentibus Prophetis pec-
cauit, & confitetur per os suum se peccasse: de iusto autem isto dicitur per Esaiam: Qui nū Esaie 53.
quam peccauit, nec inuentum est mendacium in ore eius: de alijs omnibus sanctis dicit de
us per os Iob: In omnibus sanctis suis non est inuentus sine prauitate. Et Hier. Propheta Iob.25.
dicit: Corda hominum praua. Hier.17.

Caput XIIII.

De cæcitate Iudeorum, quod non credunt Christum aduenisse nec intelligunt.

Simeo, domine mi, quod sit completū in nobis ꝗd dixit dominus per Esaiam Pro
phetam: Cecidit cæcitas super Israel quousq; intrauit plenitudo Gentium, & ite Rom.11.
rum dicit: Audientes audient & non intelligent, & uidentes uidebunt & nō co- Esaie 6.
gnoscent, quia corda istius Gentis sunt ingrossata. Et adhuc eodem cap. Excæ-
ca cor populi huius, & obtura aures eius ne forte addiscant & conuertantur ad me & sa-
nem eos. Et dixit Esaias: Vsquequo domine, & dixit, quousq; sint ciuitates desertæ, & ma
neat domus sine habitatore. Dixit etiam Daniel: Claude sermones & inuolue Propheti- Daniel 12.
am: Et Hier. Peccatum Iudæ scriptum est stilo ferreo in lapide adamantino, & extensum Hier.17.
super latitudinem cordis eorum. Esaias cap. primo: Cognouit bos possessorem suū & asi
nus præsepe domini sui, populus autem meus non intellexit. Et iterum Hier. Miluus et hi Hier.8.
rundo & ciconia sciunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit me. Et
hæc omnia, domine mi, dicta sunt propter uos, quia non cognouimus aduentū istius iusti
domini. Et de nobis dixit dominus per Esaiam: Elongate foras Gentem cæcam, & nō ha Esa.43.
bentem oculos, & surdam, & non habentem aures, ecce omnes congregati sunt. Et quid
uoluit dicere Propheta per hæc uerba, nisi quod deus nos repulit, quia non cognouimus
tempus istius iusti citius. Et congregauit ad se in fide Gentes loco nostri. Super quo admi
ratus Dauid dixit in Psalm. Hæc est mutatio dexteræ excelsi. Nos tamen dei sumus in ca- Psal.76.
su isto nostro, & in captiuitate ista, quæ non habet finem in qua sumus, iam sunt mille an-
ni, & hoc tamen accidit ita male patribus nostris, qui adorauerunt idola, & occiderūt Pro
phetas, & transgressi fuerunt legem ex toto.

Caput XV.

Quomodo cæcitas Iudeorum & incredulitas circa Christum fuit prænunciata per Prophetas.

Simeo, domine mi, propter hoc quod quia non credimus in isto iusto, idcirco ac-
cidit nobis & completū est illud quod dixit deus per os Esaiæ: Erit Prophetia tā Esa.29.
quam uerba libri clausi qui dabitur lectori, & dicetur, iste liber clausus est, nescio
quid est in eo, & tunc dabit nescienti literas, & dicet, nō sum lector ego. Et quæ
clausura libri maior est, domine, quam clausura qua clausit deus corda nostra, iā sunt mil-
le anni, & ultra, nec possumus cognoscere per prophetiā nobis traditam à Prophetis sup
aduentū istius iusti, propter quod alibi dixit deus per Prophetam: Desolabitur Hierusale, Esaie 1.

Esa.1. & corruet domus sancta. Dixit etiam; Terra nostra deserta, ciuitates nostræ succensæ ig-
ne, & remanebit Syon sicut tuguriũ in uinea dissipata, hoc est, domine mi, & iam sunt mil-
Esa.25. le anni, & ultra, Dixit etiam Esaias: Dñe deus exaltabo nomen tuum quia posuisti ciuita-
Esa.30. tem in tumuliũ, & domum in confusionẽ, ut nõ sit usq; in æternũ. Et dixit: Conteret popu-
los contritione uasis fragilis, in quo non remanet pars ad portandum carbonẽ ignis, nec
Dan.9. hauriendam guttam aquæ. Completũ est etiam dñe mi, quod dixit Daniel: Postq; fuit oc-
cisus Christus, remanebit desolatio perpetua, in qua desolatiõe sumus. Iam sunt mille an
Esa.24. ni & ultra. Dixit etiã Esaias: Relicta est in urbe solitudo, & sibilabit terra eorũ sibilo usq;
Hiere.6. in sempiternũ. Dixit etiã Hiere. Argentũ reprobũ uocate illos, quia dñs proiecit eos. Dixit
Esa.50. etiã Esa. Ambulate in lumine ignis uestri, & in flãmis quas succẽdistis uobis, in quibus flã
Amos 5. mis nos sumus. Iam mille anni sunt. Et dixit etiam Amos: Domus Israël cadet & non est
qui erigat eam. Et uidetur mihi, domine mi, quod deus induxit super nos ruinã istam post
aduentum iusti huius, postq; propheta nullus surrexit in nobis, nec surget sicut propheta
Daniel.9 tum est nobis, quia nos manemus in incredulitate non recipientes fidem illius, sed negan-
Osea 1. tes. Dixit etiam Oseas: Cum accubuit mulier super terram & peperit, dixit deus, uoca no
men eius sine misericordia, quia non miserebor populo huic. Et si deus proiecit nos, & nõ
miseretur nostri, ut experti sumus, iam sunt mille anni & ultra. Quæ utilitas est nos habe-
Esa.43. re legem, circuncisionẽ & sabbatum? Dixit Esaias: Educ foras populum cœcum, sicut e-
duxit nos de terra nostra deus uerus, & gloriosus. Iam sunt mille & ultra. Dixit etiã idem:
Esa.26. Vetus error abijt. Et quid est antiquũ, nisi lex nostra, quę recessit à nobis, domine mi, cum
rege, cum sacrificio, cum incenso, & cum altaribus. Et quid peius nobis poterit euenire?
Zacha.2. & quid est quod nos expectamus? Nonne uidemus quòd dispersit nos per quatuor par-
res mundi in dispersionẽ, sicut dixerunt nobis Moses, Hieremias, & Esaias, & alij prophe
tæ, Et tamen nos dei sumus, & ad ipsum recurrimus in omni euentu.

Caput XVI.

Ostendit reprobationem Iudæorum propter eorum perfidiam, & electionem Gentium propter eorum fidem.

Timeo, domine mi, cum nos dicimus inter nos, ego & tu etiam sumus filij Iacob &
Israël, quia iam completũ est illud quod dicit deus per os Esa. Interficiet te deus
Esa.65. ô Israël, & uocauit seruos nomine alieno. Paueo quòd de illis seruis simus, qui-
Deut.28. bus debet imponi illud nomen, secundũ quod Moses dixit Deut.28. Erunt Gen
tes in capite, & populus incredulus in cauda, sicut nos sumus, iam sunt mille anni & ultra.
Treno.3. De illis etiã dixit Hierem. Replebitur terra fide dei, & redundabit sicut aqua maris, & de
Esa.33. illis dixit Salomon: Domine deus cum uenerit alienigena ad domum sanctam tuam, & in-
3.Reg.8. uocauerit nomẽ tuum benedictum, exaudi eum dñe deus meus, ut discat uniuersa terra no
men tuum timere, sicut populus Israël. In quo ergo gloriabimur dñe mi, & quare contem-
nimus Gentes? ex quo Salomõ propheta fecit eas participes in timore dei, & in domo san
cta nobiscũ, & forte nos indignos eiecit deus de ista domo, & dedit eam istis, & de illis etiã
Psal.71. dixit Moses: Hæc dicit dñs deus: Replebitur terra tota gloria dñi. Et de ipsis dixit Dauid in
Psal.21. psal. Præuenient & conuertentur ad dominũ uniuersi fines terræ, & mille generationes. De
ipsis etiam dixit Esaias: O domus Dauid sancta, uenit lumen tuum, & gloria dñi super te
Esa.60. orta est, &c. Et ambulabũt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in
circuitu oculos tuos & uide, omnes isti cõgregati sunt, uenerunt tibi, & filij extranei ædifi
cabunt muros, & principes eorũ seruiẽt tibi. Et qui sunt isti filij extranei, dñe mi, qui uene
runt ad domũ dei, nisi Gentes quæ seruiebant idolis qui erant extranei à deo, & ipsi prin-
cipes & reges eorum, de quibus dixit deus quòd ambulabunt in lumine domus sanctæ, &
nos erimus in tenebris extra illam & sumus, iam sunt mille anni. Dixit adhuc idem pro-
Esa.55. pheta de illis: Ecce gentem quam nesciebas, uocabis, & nationes quæ te non cognouerũt
ad te uenient. Et sicut de facto uidemus, hodie sunt mille anni & ultra, quia Christus mis-
sus secundũ legem nobis datam uenit, & Gentes quę legem non nouerãt, uenerũt ad eum,
Hier.31. & ipse dedit eis legẽ nouam, puram, & sanctam. Adhuc quadragesimo quinto cap. Con-
Ioan.13. cordauerũt, & reges eorũ congregati sunt in fide dei. Et timeo, dñe mi, de illis fuisse dictũ
Esa.60. eod. cap. Congregamini omnes & uenite Gentes, quæ saluatæ estis per deum ex Gentib.
Esa.56. Et de populo dixit Esaias: Quæsierunt me & non interrogbant, & inuenerunt me qui nõ
quærebant me. Et de ipsis etiam dicit Hieremias. Congregabuntur omnes in nomine dñi,
Hiere.3. in domo sancta, & non ambulabunt in prauitate cordium. De ipsis idem propheta dixit
Ad te

Ad te uenient omnes Gentes ab extremis finibus terræ,& dicent:Non hæreditauerũt pa tres noſtri niſi mendaciũ & iniquitatẽ. Et de ipſis dixit Sophonias: Dtũ eſt Gentibus ut loquerent ſimul in nomine domini,& ſeruient ei humero uno, omnis homo de loco ſuo, & omnes inſulæ Gentiũ. Et de illis dixit Zacharias:Lætare domus Syon,quis ego ueniã ad te,& habitabo in medio tui in illa die,& appropinquabunt deo Gentes in multitudine ſua. Dicit idẽ Propheta 8.cap. Hæc dicit dñs deus exercituum,ueniẽt Gentes multæ de lo cis multis,& dicet uir ad uicinũ ſuũ:uadamus & quæramus dominũ deũ in bono. Et iſta, domine mi,cõpleta ſunt nunc,& complẽtur in oculis noſtris de plano,uides populoa, & linguas legere libros legis et Prophetarũ omniũ,et pſalterium,dimiſſis idolis ſuis,nullus ex eis credit per manum Moſi nec Aaron,nec alicuius prophetarũ noſtrorum,nec aliquid remanet de fide ab idolis ab illo tẽpore,quo crediderunt iuſto illi, de quo dicit Abacuch: Egreſſus es domine ad ſalutem populi tui,ad ſalutem cum Chriſto tuo. *Sopho.3.* *Zacha.2.* *Abacuch.3.*

Caput XVII.

De uiuificatione Gentium & interfectione Iudæorum prout etiam uidebitur in cap. ſequenti.

TImeo,domine mi,quod deus uictor & glorioſus uiuificat illas Gentes per fidem & interficit nos in incredulitate noſtra, ſicut ipſe dicit p os Eſa. Prophetæ:Pro eo quod uocaui & nõ reſpõdiſtis,hæc dicit dñs deus:Ecce ſerui mei comedẽt,& uos eſurietis. Ecce ſerui mei bibẽt & uos ſitietis. Ecce ſerui mei gaudẽt in exulta tione cordis,& uos cõcutiemini præ amaritudine cordis, & interficiet te deus ô Iſraël,& uocabit ſeruos ſuos nomine alio,in quo benedixit illis q eſt benedictus ſuper terrã, Amẽ: Et nos uidemus receptores iſtius nominis benedictos a deo ſuper faciẽ terræ,& nos diſp̃ſit,ſcilicet in captiuitate p quatuor partes mũdi. Hodie ſunt mille anni Et apparẽt expreſſe in nubis ueſtigia iræ dei,nõ ad caſtigationẽ, ſed ad deſtructionem,& illa eſt interfectio q̃ deus cõminatus eſt,quod interficiet Iſraël,& illæ Gentes uiuæ, quas uocat ſeruos,recipient nomẽ quod deus promiſit,ſed nõ ante mortẽ noſtri nominis primi ſecundũ ordinẽ uerborũ dei per Eſaiã,& fames & ſites quas patiemur, non eſt panis aut aquæ,ſed cordiũ & animarũ ſterilitas,& fames uerbi dei,ſicut Prophetæ declarant per os Amos cap.8. Et tu domine,ſcis hoc plenius q̃ ego. Veruntamẽ dei ſumus in omnibus quæ accidũt nobis. *Eſaie 63.* *Zacha.2.* *Pſal.50.* *Amos 8.*

Caput XVIII.

Quomodo Gentes per fidem uiuificatæ habent mundas obſeruantias nouæ legis.

TImeo,domine mi,quod Gentes iſtæ uiuificatæ ſunt,iã ſunt mille anni poſtq̃ fuit mortuus Ieſus in Hieruſalẽ,quia nihil boni habuerũt anteq̃ crediderunt in deũ & in Chriſtũ & Apoſtolis,quoniã ipſi forte erãt illi piſces & illæ beſtiæ,de quibus loquitur Abacuch Propheta,quæ non habent ducẽ, & ipſæ Gentes purificatæ per fidẽ habent ieiunia ſua & obſeruantias ſuas legis nouæ,& habent cuncta illa quę ad mundiciã pertinent in lege antiqua contenta Iudæorũ. Vides quod in omni lingua, & in omni loco in Oriente & in Occidente Gẽtes ſunt cõfitentes in nomine domini, & nõ credunt in eũ per Moſen,nec per aliquem prophetarum, quamuis ſunt ſtudioſi in lege & in libris omniũ prophetarũ,ſed deus uocauit eos per diſcipulos iuſti, q egreſſus eſt cũ deo ad ſalutẽ eorũ,ſicut ipſe deus benedictus & glorioſus prædixit p os Abacuch Prophetæ. Et iſti diſcipuli eius fuerunt filij noſtri de filijs Iſraël,q alio nomine uocanẽ Apoſtoli. Val de timeo,domine mi,quod iſti ſunt illi de quibus dixit deus per os Dauid in Pſal. In omnem terrã exiuit ſonus eorũ,& in extremis finibus extenſa uerba eorũ Et uerba Prophetæ expreſſe demonſtrant nobis quod de iſtis loquit & non de nobis, cũ dicit,nõ erit ling ua neq̃ ſermo q non audiant uoces eorũ, & hoc nõ poteſt eſſe de lingua noſtra Hebræa: quæ enim Gentes obediunt præceptis Moſi & Aaron, quinimo ipſi interfecerunt Gentes & fugauerunt eas à ſe. Hæ autẽ Gentes ſciunt hodie Moſen & Prophetas,& cognoſcunt deũ & ſeruant legẽ nouam, ſicut Apoſtoli docuerunt eos. Attamẽ dei ſumus. *Abacuch.1.* *Mar.16.* *Matth.28.* *Abacuch.3.* *Apoſtoli filij Iudæorum.* *Pſal.18.* *Rom.10.* *Gentes quomodo ſeruent legem Moſi.* *Rom.2.*

Caput XIX.

De electione Apoſtolorum loco prophetarum.

TImeo,domine mi,quod illud q̃d Zacharias Propheta dixit: Percutiã paſtorẽ & diſpergenẽ oues gregis,fuit completũ quãdo nos percuſſimus paſtorẽ iſtorum puerorũ & ſanctorũ Apoſtolorum, extunc nos oues diſperſi ſumus per uniuerſum orbem,& iſti filij noſtri,ſcilicet Apoſtoli, ſurrexerunt loco prophetarum, quod apparet ex hoc quod deus poſt illos non miſit nobis Prophetam,nec notificauit *Zacha.13.*

HH 4 aliquid

Iohel.3. aliquid per uisionē. Timeo, domine mi, quod isti pueri sint Apostoli de quibus dixit deus
Apostoli pueri per os Iohelis Prophetæ: Senes uestri somnia somniabūt, & pueri uestri uisiones uidebūt.
ri dicuntur. Certissime, domine mi, senes sunt Prophetæ nostri, qui somniauerunt fidē Gentiū, quā cō
secuti sunt illi pueri, scilicet Apostoli, & uiderūt. Et de istis pueris dixit Dauid Propheta:
Psal.33. Venite filij, audite me, timorē domini docebo uos, & deus non nominat filios in plurali,
Exod.4 sed solum nominat eos Israël primogenitū in usu loquendi communi. Et in alio Psalmo
Psal.143. nominat istos pueros filios, cū dicit: Filij tui sicut plantę nouellæ. De Israël, domine mi, di
& 127. xit deus per os Esaiæ: Vinea dei exercituū fuit domus Israël, expectaui quod ueniret cum
Esa.5. uua, & uenit cum spinis, propter hoc ego adducam qui destruet illam in conculcationem
Apostoli filij & de illis prædictis filijs dei qui uocantur Apostoli, dixit deus per os Esaiæ: Non modo e-
dei uocantur. rubescet Iacob nec liquefiet facies eius. Sed tunc quando uidebit de filijs suis illos quos
Esaiæ 29. creauerunt manus meæ sanctificatos ante oculos suos. Et si essent, domine mi, filij isti san
ctificati coram nobis secundum uiam legis nostræ, non diceretur de nobis, quod essemus
in erubescentia: propterea & dissoluerentur facies nostræ, imò haberemus gloriam & re-
splenderent facies nostræ sed confusio facierum Iacob & desolatio est ista, quod isti filij
quos deus creauit manu sua, scilicet Apostoli sunt sanctificati coram nobis, & non secun
Hier.31. dū legem nostrā. Propterea deus dat intelligere quod lex nostra non est lex ipsorum. Di-
xit etiam deus per os Hieremiæ: In illa die non dicent: Patres nostri comederunt uuā acer-
bam, & dentes filiorum obstupescunt, sicut infidelitas Iudæorum non nouit fidē Aposto
lorum nec nocebit, & propter hoc subditur: Viuo ego, dicit dominus, si erit ultra prouer-
biū istud in Israël, quia nunq̃ aliquis de Apostolis postquam receperunt fidem redijt ad fi
dem nostram, quare non sentiunt acerbitatem infidelitatis nostræ, sicut dentes nostri ob-
stupescunt de peccato patrū nostrorum. Adhuc de istis filijs, domine mi, qui sunt Aposto
Esaiæ 63. li dixit deus per os Esa. Prophetæ. A quo trāsmigrabo nisi à populo meo. Filij aūt qui e-
runt infideles, deus erit saluator eorū in oīibus angustijs eorum, & uultus eius custodiet
eos in charitate eius, & in clementia redemit eos, & propitius erit eis in longitudine die-
rum Verissimū est, domine mi, quod isti filij de quibus loquimur semper manserunt firmi,
nec deus trāsmigrauit ab eis ab illo tempore quo redemit rex ille iustus, magister eorum,
sed trānsmigrauit à nobis & fuit semper cū eis, & de istis etiam filijs qui sunt Apostoli, di-
Apostoli firmi xit sapiens Iesus filius Sirach in libro suo: Audite filij charissimi & operamini in salutem;
in fide. quia honorat deus patrem in filijs. Et qualiter intelligi debeat honor ille declarat deus per
Eccl 3. os Malachiæ: Mittet deus Heliam qui cōuertat corda patrū nostrorū ad filios. O domine,
Mala.3. si deus debuisset conuertere corda filiorū scilicet, Apostolorū ad patres, cū hoc debeat in
telligi de fide, tunc isti filij scilicet Apostoli fuissent nobiscum in captiuitate ista quæ non
habet finem, sicut & patres nostri & nos sumus. Sed ex quo deus ordinauit quod debeant
corda patrum ad filios conuerti, quid est quod expectamus, domine mi, & quid præstola-
mur. Et si uoluerimus dicere quod alij filij debent esse præter Apostolos, de quibus intel-
ligantur prædicta, illi erunt in captiuitate sicut & nos, ex quo uiā illius iusti non sunt secu
ti, quē Apostoli firmiter secuti sunt & docuerunt sequendā, & propter hoc habent hono-
rē patrum, in hoc quod patres dicunē ad illos conuerti. Cum ergo, domine mi, filij nostri
uenerunt anteq̃ nos ad fidem dei, si corda nostra conuertantur ad filios, corda eorū con-
Esa.51. uerterentur ad nos. Et sicut dicit deus altissimus: Erūt populus unus, animus unus, in deo
Ezech.37. glorioso, & uictorioso, quia non debemus intelligere illam conuersionem nisi de infideli
Sopho.3. tate ad fidem & doctrinam illius iusti, qui est magister salutis eorū qui credunt in eo, & se-
Psal.109. cundum quod dixit Dauid de eo: Ipse est cuius sacerdotium erit secundum ordinem Mel-
Gen.22. chisedech in ęternum, qui obtulit sacrificium panis & uini, & fuit Melchisedech sacerdos
Heb.7. dei altissimi ante Aaron. Et attende, domine mi, quanta sit differentia inter sacrificiū Aa-
ron, & iusti istius domini. Dixit dominus domino meo, tu es sacerdos in æternum, non ad
Num.20. tempus sicut Aaron, qui mortuus fuit uiginti centum annorum. Item sacrificium Aaron
Sacrificiū Mel fuerunt carnes, & sacrificium illius iusti domini fuit panis & uinum secundum ordinem
chisedech Aa- Melchisedech. In quibus uerbis dominus per Prophetam ostendit manifeste, quoniam sa
ron et Christi. crificium Aaron finiretur, quando inciperet illud sacrificium in æternum Aaron, quod fi-
niretur quando inciperet sacrificium in pane & uino æternaliter duraturum, cum Aa-
ron non sit data æternitas in sacerdotio, sicuti sacerdoti Christo. De illis filijs dicit etiam
deus per os Prophetæ Mosi. Deute. 32. Sanguinem filiorum ulciscetur & lauabit terram
populi

populi ſui,& nos domine occidimus Prophetas & non fecit uindictam de eis niſi per ſeptuaginta annos;ſed occidimus Apoſtolos & iuſtum magiſtrum eorum, & fecit deus uindictam de filiis.Iam ſunt mille anni & ultra. Et per mortem ipſorum lauit deus terram populi ſui,& non dixit terram filiorum Iſraël. De ipſis etiam filiis dixit Dauid in Pſal. 116. Sicut ſagittæ in manu potentis,ita filij fideles. Comparat enim Propheta iſtos filios fideles ſagittis emiſſis de manu potẽtis,quia deus omnipotens miſit eos ad duodecim partes mũdi per quatuor mundi climata fideles hos filios cum doctrina legis,Pſalterij & prophetarum.Moſen autem & Aaron non miſit extra domum ſanctam ad docẽdum,quia non ad Indiam,Romam,nec ad alia loca extra terram ſanctam miſit eos annunciare doctrinam legis & prophetarum,ſed iſti fideles filij ſic proiecti uel miſſi per uniuerſum mundum, ſurrexerunt coram deo loco noſtri,poſtquam deus occidit Iſraël & nomẽ noſtrum quod bene innuit Dauid in Pſalm.cum dicit:Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos filios reges & principes,& per iſtos innouata eſt lex prima ſecũdum ordinẽ Melchiſedech, qui ſacrificium dei inſtituit in pane & uino,ex quibus communicauit Abrahã amico dei, deus etiam per miniſterium iſtorum mutauit ſacrificium noſtrum,ſicut mutauit nomẽ noſtrum,& ſicut mutauit legem carnalem noſtram in legem ſpiritualẽ. Et ſi deus dixiſſet noſtro Moſi ſicut dixit per os Dauid,Meſſiæ ſiue Chriſto: Tu uenies ſacerdos in æternum ſecundum legem Moſi & Aaron,ſtaret illa lex,ſed dixit: Tu es ſacerdos in æternum ſecũdum ordinem Melchiſedech. Et amicus dei communicauit de ſacrificio panis & uini,& non de ſacrificio carnium. Ad hoc bene ſonat uerbum Moſi,cum dixit: Comedetis uetuſtiſſima ueterum,per quod intelligit ſacrificium Melchiſedech Et iterum:Et nouis ſuperuenientibus,id eſt,nouæ legis ſacrificio publicato, uetera, ſcilicet ueſtra ſacrificia projicietis.Nos tamen dei ſumus in omni euentu.

Mar. 16. Matth. 28. Apoſtoli quare ſagittæ dicuntur. Pſal. 44. Gen. 14. Hier. 31. Pſal. 109. Leuit. 26.

Caput XX.

De reprobatione ſacrificij iudæorum & electione ſacramenti Chriſtianorum.

Timeo,domine mi,quod deus eiecit nos à ſe & ſacrificium noſtrum, & acceptauit ſacrificium Gentium, ſicut dixit per os Malachiæ:Non eſt mihi uoluntas in uobis,dicit dominus,neque accipiam ſacrificium ueſtrum quoniam ab ortu ſolis uſq; ad occaſum eius magnũ eſt nomen meum in Gentibus,quæ offerunt in nomine meo ſacrificiũ mundum,ergo apud deũ ſacrificiũ Gentiũ eſt mundius ꝙ ſacrificium noſtrum.Et inſuper quia deus priuauit nos omni ſacrificio mundo & alio,docẽs Chriſtianos ut ipſi uitarent nos,ne contaminarentur, ſicut nos uitauimus Gentes omni tempore quo ſacrificium noſtrum fuit mundum apud deum & acceptum. Etiam tu domine mi,noſti quid dicit deus in Pſal. de noſtro ſacrificio cum ait, per os Dauid Prophetæ: Nunquid uidiſtis uos quòd ego comedi carnes taurorum, & hircorum ſanguinẽ biberẽ. Per quod manifeſtat deus ꝙ ipſe condemnat carnium ſacrificium. Et unde eſt nobis,domine mi, quòd nos deteſtamur in Gentibus ſacrificium panis & uini, quod ſtatuit deus,& in nullo reprobat, ſicut reprobat ſacrificium carnium,cum Salomon deſcribat illud Aaron, dicens:Iſte ſcilicet Aaron extendit manus ſuas ſuper altare, & obtulit ſanguinem uuæ & incenſum deo uiuo.& obtulit ſacrificium noſtrũ de granis terræ, ſicut Melchiſedech obtulit pro Abraham. Declarat deus ſacrificiũ Gentiũ per Moſen. Leuit. 23. Offeretis deo ſacrificiũ de leuatis de area,& de expreſſione uuæ,& benedicat uobis deus & cunctis operibus manuũ ueſtrarũ. Scimus etiã nos, domine mi,ꝙ deus mãdauit in principio poni ante arcã fœderis domini panes & non carnes. Etiam domine mi,cum deus de hoc in Leuitico præcepit Aaron per Moſen,dicens:Homo de ſemine Aaron ſacerdotis qui habet maculã,non offerat ſacrificium de panibus,nec aliud quodcunq; ſacrificiũ. Et in plurib. ſcripturæ locis deus præcepit fieri ſacrificiũ de pane & ex farina puriſſima & acceptabit illud, & tale ſacrificium eſt hodie Gentium,ſcilicet panis ex farina puriſſima. De ſacrificio etiã panis fit mentio primo Regum. 21. Cum Dauid uenit ad Abimelech principem ſacerdotum in Sylo,& petiuit ab eo panes,qui reſpondit: Non ſunt hic panes niſi panis oblatus, quem non conuenit comedere pueris tuis,quia ſanctus eſt. Et quod Gentes ponunt in ſacrificio ſuo aquã,non debet nobis inconueniens uideri,quia etiã in ſcripturis ſanctis inuenimus de hoc exemplũ,ſcilicet quod deo fiebat ſacrificiũ de aqua,& fuit deo acceptũ. Inuenimus etiã 2. Reg. 23. quod duo iuuenes hauſerunt aquã de ciſterna quæ erat ante portã Bethleem,& Propheta Dauid obtulit illã deo in ſacrificiũ,ergo non eſt contra ſcripturã,

Mal. 1. Pſal. 49. Eccl. 50. Gen. 22. Exo. 25. Heb. 9. Leuit. 2. Aqua in ſacrificio po. ter.

ſi Gentes hodie ponant aquam in ſacrificio, quod faciunt deo. Nos etiam legimus, quòd
Panis uinum, aqua. Aaron fecit deo ſacrificium de pane & uino, & Dauid de aqua, & iſta tria ſunt ſimul in uno ſacrificio mundo (quamuis intellectus noſter id penetrare nequeat) et non ſicut carnes taurorum pinguium. Helias noſter ut narratur Regum 3. infudit aquam ſacrificiũ & deus
3. Rex. 81. miſit ignem de cœlo, & acceptauit ſacrificium cum aqua perfuſum. Angelus in figura cõ
3. Reg. 1. municauit etiam Heliam in pane ſubcinericio & aqua, quando Helias ambulauit in fortitudine cibi ſuper illud quod natura non poteſt concedere, quadraginta diebus uſq; ad mõtem dei Oreb. Hoc etiam ſacrificium uini cum aqua mixtum, pulcherrime & apte deſcribit Salomon Propheta in libro Prouerbiorum, cap. 9. cum dicit: Sapientia altiſſima communicauit ſacrificium ſuum, miſcuit uinum ſuum & parauit menſam, tunc miſit ſeruos, dicens: Qui eſt paruulus ueniat ad me & inſipientes comedent panem meum, & bibent uinum meum temperatum aqua. Quid domine mi, menſa parata ſapientiæ altiſſimi, niſi altare? Quid domine, panis & uinum mixtum, niſi ſacrificium de pane & uino, & de aqua quod fit in altari? qui ſunt inſipientes uocati per ſeruos ſapientiæ, niſi Gentes quæ ignorabãt deum uocatæ per Apoſtolos, & notabiliter dicit, panem ſuum & uinum ſuum, per id enim innuit hoc ſacrificium eſſe gratum deo, et quòd ad iſtud conuiuium tam ſublime, & tam ſpirituale non uocauit patres noſtros, qui erant ſapientes in lege, qui erant occupati in ſacrificio legis, quod etiam carnale ſacrificium non dimiſit nobis, ſed priuauit nos illo. Iam ſunt mille anni completi, quod nobis accidit propter illum iuſtum in quem peccauimus. Attamen dei ſumus.

Caput XXI.

Quod deus refutauit ieiunia, ſabbata, & ſacrificia Iudæorum, & Chriſtianorum elegit.

Valde timeo, domine mi, ab illo uerbo, quod deus fortis & glorioſus dixit per os
Mala. 1. Malachiæ cap. 1. ubi ſic tangit de ſacrificio Gentium: Ab ortu ſolis uſq; ad occa-
Sacrificium gentium. ſum, Gentes offerent ſacrificium nomini meo mundum: ubi aduerto quòd ſacrificium noſtrũ non fuit acceptũ niſi in uno loco ſolo ſcilicet in domo ſancta præ
Zacha. 2. ciſe & quo etiam loco, ſacrificio priuauit nos deus, ſcilicet terra promiſſionis, & ubiq; diſperſit nos terrarum, iam ſunt mille anni. Vnde uenit ſuper nos, & completum eſt, quod
Eſaie 32. deus dixit de nobis per ſimilitudinem loquens per os Eſaiæ ubi ait: Completa eſt uinde-
Mala. 3. mia & non eſt de cætero collectio. Et illud Malachiæ: Non eſt mihi uoluntas in uobis, & ſacrificium non accipiam à uobis. Et illud Eſaiæ cap. 1. Sabbata ueſtra, & feſtiuitates ueſtras, & ſacrificium ueſtrum non recipiam, quia omnes uos eſtis in ira mea. Et illud Eſaiæ
Eſaie 1. completum eſt ſuper nos: Quid mihi multitudo uictimarum ueſtrarum, quid multiplicaſtis mihi ſacrificium de arietibus, & carnibus hircorum, ego autem contempſi ſanguinem uitulorum, & arietum carnes & hircorum, Cum præſentaueritis ea coram me, & quis recipiet ea à uobis? non deturbetis lapides meos ſanctos. Fruſtra non offeretis ultra ſacrificiũ quoniam incenſum ueſtrum, & ſabbata ueſtra, & ſolennitates ueſtras non recipiam à uo-
Amos. 3. bis, quia odiuit illa anima mea. Si eleuatis manus ueſtras ad me, auertam uultum meũ à uobis. Et ſi multiplicaueritis orationes ueſtras, non exaudiam, quoniam manus ueſtræ plenę ſunt ſanguine. Et omne ſacrificium ueſtrum ſicut cadauer fœtidum. Et egreſſus atrij portæ exterioris, & ille qui mihi iugulauerit taurum, ſicut qui decollauerit hominem, & ille q obtulerit in ſacrificium hircum, ſicut qui obtulit carnem, & qui obtulit uinum, ſicut qui offert ſanguinem porci. Sed abominatio de ſacrificijs apud deum nihil aliud ſignificat, niſi mutationem ſacrificij noſtri carnalis & groſſi in ſacrificium iſtius iuſti domini ſpirituale
Matth. 27. & ſubtile. Qui inſtituit offerre panem loco carnium, & aquam mundam, loco pinguedi-
Mar. 14. nis carnium. Et uinum purum, loco ſanguinis. Et homo offertur ſpiritualiter & acceptabiliter deo, non ſicut animalia decollata per nos quæ per Prophetam comparantur cadaueri putrido. Et quare non credimus, domine, hæc quæ locutus eſt nobis deus per Prophetam iſtum. Et quid deſcribi iam euidenter de ſacrificijs noſtris. Dixit etiam deus per Hieremiam capite ſeptimo: Inuitate proximos ueſtros ad ſacrificia, & comedite cum eis carnes ſacrificiorum ueſtrorum, quia in die qua eduxi patres ueſtros de Aegypto, non præcepi eis, nec uerbum feci de ſacrificijs, ſed dixi: Audite uocem meam & ero uobis deus, & uos mihi populus, ſi ambulaueritis in omnibus quę præcipio uobis, bene erit uobis, & nõ audierunt, nec poſuerunt aurem ſuam ad dictum meum, et tu, domine mi, es qui hoc noſti. Attamen dei ſumus in omnibus quæ euenerint nobis.

Caput

CAPVT XXII.

Probat abiectionem Synagogæ & electionem Eccleſiæ per uerbum domini ad Rebeccam.

Timeo, domine mi, quod de ſynagoga & eccleſia intelligatur uerbum illud quod ſcribitur uigeſimo quinto capite primi libri legis, cum dicit dñs deus Rebeccæ uxori Iſaac: Duæ gentes ſunt in utero tuo, & duo populi uenient de utero tuo, & gens gentem ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Domine mi, ſola Rebecca fuit mater Iudæorum & Gentilium. Populus maior & primogenitus fuit Synagoga, quæ magna fuit honore & ſcientia dei dotata. Populus ſecundus genitus & minor apud deum, fuerunt Gentes in infidelitate manentes, & in ignorãtia ſua. Si tamen, domine mi, deus occidit Iſraël, prout deſcribit Eſaias, & tunc tota ſubuerſa eſt Synagoga, quæ fuerat maior, & ſeruiuit Gentibus quæ fuerat minor, ut compleretur uerbum quod deus dixit Rebeccæ: Gens gentem ſuperabit. Etiam de Eccleſia dixit deus per os Dauid Pſalmo quadrageſimoquarto: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato, diſtinctis coloribus adornata. Exponitur, domine mi, quòd eccleſia Gentiliũ quæ uocaẽ regina diuerſitate linguarũ omnium, quæ ſeruiunt ei eſt adornata quaſi colorũ diſtinctione. Nam omnes linguæ in eccleſia concordant in uera expoſitione legis Pſalterij & libri omnium Prophetarũ. Synagoga uero non habuit niſi unam linguam, & ornatũ ſuum quaſi uno colore ſcilicet Hebręa.

Gen. 25.

Maior ſeruet minori, pulchre exponitur.

Linguæ omnes in legis dextra poſitione concordant.

CAPVT XXIII.

Probat hoc idem per uerba Malachiæ Prophetæ.

Timeo etiam, domine mi, de uerbis inductis ſuperius frequenter per Malachiam Prophetam, dixit deus Synagogæ: Non eſt mihi uoluntas in ſacrificijs ueſtris, quia ab ortu ſolis uſquè ad occaſum magnum eſt nomen meum inter Gentes, quæ offerunt nomini meo ſacrificium mundum. Sicut de natura ſua munda ſunt, aqua, uinum, & farina pura, de quibus factum eſt ſacrificium & non indiget mundatione & lotione. Sed Synagoga indiget lauare carnes ſacrificiorum, & purgare uentres animalium, quæ in ſacrificio ſacrificabantur, & lauare locum de ſanguine & pinguedine ſacrificiorum, aliter eſſet horror tractare & uidere. In ſacrificio autem panis & uini & aquæ non apparet aliquid indecens aut turpe. Aeſtimo domine mi, quòd de iſto ſacrificio dixit deus per Salomonem Prouerb. 17. Melior eſt buccella panis cum charitate quàm uitulus ſaginatus cum inimicitia. Buccella amoris, domine mi, pura eſt manſuetudo ſuper manſuetudinem, & remiſſio mutua offenſarũ, & uitulus odij ſaginatus eſt oculus pro oculo, & occulta interfectio inimicorum. Ergo, domine mi, ſacrificiũ Synagogæ eſt uitulus pinguis cum inimicitia, & ſacrificium eccleſiæ buccella eſt panis cum charitate, de qua dixit deus: Melior eſt buccella panis, &c. Pulchre etiam deſcribit deus eccleſiam aſſimilando ceruis per os Salomonis Prouerb. 5. ubi ait: Cerua deo chariſſima in æmulo ſuo, cuius ubera inebrient te in omni tempore & amor illius delectet te in æternũ. Et eccleſia eſt deo dilecta cerua in æmulo ſuo uno, de quo & qua ſcribitur cerua chariſſima deo in æmulo ſuo nõ habente parem in nobilitate & gratia. Tunc addit, domine mi, & dicit: Inebrient te ubera eius omni tempore, delectare in amore eius iugiter. Quo ſignificatur ſacrificium eccleſiæ omni tempore duraturum in æternum. Similat autem deus illam matri lactanti filios, & in hoc quod dixit: Inebriabo te, denotat materiam ſacramenti ſpiritualiter quantũ ad uiuum, & ubera denotat in reliquis partibus ſacramenti eſſe delectabile nutrimentũ & ſufficiens ſacramentum, quo ſacrificio iam fruitur & delectatur eccleſia. Iam mille anni ſunt, à quo tempore priuauit Synagogam ſacrificio. Aemulus autem ille in quo eccleſia eſt tam grata deo, eſt Chriſtus dominus & ubera eius dant uinum perpetuum, de quo peruenit gaudium ſempiternum, & non dicit quod dabit carnes & pinguedinem uel ſanguinẽ quæ faciunt ſacrificium laborioſum. Fuit autem Synagoga ſicut mulier quæ habuit alium uirum ſupple deum, & perdidit illum & domum ſanctam. Et iſta eccleſia fuit cerua in deſerto ſine marito, ſed deus uicem illius ſupplet. Vnde ipſe fortis & glorioſus dicit per Eſaiã Prophetam capite quinquageſimo quarto: Puellæ ſequeſtratæ meliores ſunt quàm illæ quæ habent uirum. Item ille Propheta capite quadrageſimo tertio, Ego faciam, dicit dominus deus, uineam & flumina ad potum populo meo electo, & tu Iacob nõ obedies, & tu Iſraël non audies. Sicut nos, domine mi, ſumus extra obedientiam, nec habemus aures nec oculos, quapropter hęc captiuitas noſtra iam uſq; ad cõplementũ mille annorũ peruenit. Timeo dñe mi, de lege noſtra quæ furoris iram habet in promptu, & dicit oculum pro oculo, &c.

Malach. 1.

Eccleſia cerua dicitur.

Exod. 21.
Leui. 24.
Deut. 19.

Sed certa illa æmulum habens unicum,dixit in Euangelio suo glorioso,Matthæi quinto: Qui te percusserit in unam maxillam statue illi alteram. Loquitur Dauid in Psalmo 30. Quàm magna,& quàm multa dulcedo tua domine,quam abscondisti timentibus te,& cõ pleuisti eam sperantibus in te. Et est clarum,domine mi,quod populus Synagogæ timue runt pœnas legis,scilicet oculũ pro oculo,quia erat in promptu excutio. Sed populus ecclesiæ sperans est in dulcedine dei,qui percussi in faciem non repercutiũt. Quapropter pa rauit illis deus,scilicet Gentibus,magnam multitudinem dulcedinis suæ,quam abscondit à Iudæis. Attamen,&c.

Caput XXIIII.

Quòd cantus Christianorum est deo acceptus.

Esa.28. PAueo,domine mi,quod dictum est de Apostolia illud Esaiæ: Manifestabunt factum Iacob,& Euangelizabunt deum Israël,& accipient ignorantes sciẽtiam,& musici scient leges. Aperte uidemus,domine mi,quod iam sunt mille anni quod ignorantes musici,& docent legem nostram,& qui sunt ignorantes nisi Gẽtiles,& qui sunt musici cantantes psalterium nostrum,& Prophetas in Ecclesijs suis nisi Christianis: De quibus musicis,siue cantoribus,dicit deus per os Dauid in Psalmo 97. Cantate domino canticum nouum,quia mirabilia fecit. Et quid est canticum illud nouũ,domine mi, nisi Testamentum nouum:& antiquum,nisi lex antiqua: Et de istis etiã musicis dicit deus per Dauid Prophetam Psalmo 134. Cantate domino omnis terra, psalmum dicite nomi ni eius. Et in eodem: Cantabunt tibi & psallent nomini tuo uniuersæ familiæ Gentium. Et notanter dicit: uniuersæ familiæ Gentium,& non Israël singulariter. De istis etiam musicis dicit deus per os Dauid Psalmo 88. Beatus populus qui scit cantilenam,in lumine uultus tui ambulabunt. De illis etiam,domine mi,scribitur in Psalmo 88 Cantabunt tibi Gẽtes in domo dei mei canticum. In loco isto ponit cantilenã antonomatice. Etiam sunt mil le anni quod nos Iudæi non cantauimus in domo sancta. De istis cantoribus dicit Dauid: Cantabunt canticum in domo dei in æternum. De nobis dicit in Psalmo 136. Quomodo cantabimus canticum dei in terra aliena. Et qualiter potest esse,domine mi,quod speramus terram habere & nomen:cum deus dixit per Amos Prophetam cap. 5. Cecidit Israël,& non resurget,uirgo Israël prostrata est,& non eleuabitur. Idem Propheta cap. 9. & ueniet tribulatio & non saluabitur qui effugerit ex eis,& si absconderint se in monte Carmeli,inde præcipitabit eos manus mea,etiam si descẽderit in profundum maris,illuc mittam serpentes,& mordebunt eos,& si abierint in captiuitatem coram inimicis suis,ibi mandabo gladium & occidet eos,& ponam oculum super eos in malum & nõ in bonum,quod fecit nobis deus. Iam sunt mille anni completi quòd canticum & Psalmum cantauimus, ex quo sic est. Attamen,&c.

Canticũ nouũ.

Caput XXV.

Quod Iudæi indebite reprehendunt cantus Christianorum.

Psal.46. Psal.96. DOmine mi,dixit deus de cantu Christianorum per os Dauid: Omnes Gentes plaudite manibus,& cantate deo in uoce laudis. Et alibi dicit: Iubilitate deo omnis terra,seruite domino in lætitia. Introite in conspectu eius,dicas totum iubilate. Et Psal. 99. Cantate domino omnis terra,& annũciate de die in diem. Paueo domine mi,ex quo deus dixit per os Hieremiæ capite 9. Docete filios uestros & filias uestras,fletum & planctum quoniam mors egressa est per portas uestras,ex quo deus dixit de his filijs musicis per os Dauid Psalmo 148. Reges terræ & omnes populi,principes,& omnes iudices terræ,iuuenes & uirgines,senes cum iunioribus laudent nomen domini. Et Psalmo 49. In sacrificio cantus honorabit me,ac si aperte diceret,non in sacrificio carnium hircorum,sicut erat sacrificium nostrum. Et de his Esaias Propheta: Musici, addiscentes scripturas,& totum Psalterium Dauid,sic musicali arte notatum personum acutum & grauem. His omnibus cõsideratis uidetur mihi,quod nos erramus in hoc quod nos de suæ laudis sacrificio iudicamus,quod in Ecclesia dei exhibent cantãdo,præsertim cum in lege dei de hoc inueniamus præcepta & exempla Dauid,qui etiam dicit: Laudate eum in cithara & organo. laudate eum in cimbalis magnis laudibus,& omnis spiritus lau det dominum Iesum Christum. Exemplum etiam in secundo Regum cap. sexto ubi legiẽ quod Dauid discooperto capite saltans psallebat cum cithara ante arcam domini,quem temera

Esa.49.

Psal.150.

temeraria uxor sua Michol ausa est redarguere. Cui ipsi ait: O fatua, nónne uidebit me do minus despectum psallentem: filij autem Israël sonabant buccinam dum transducebant archam. Sed quid sumus, domine mi, irridentes solennitates ipsorum musicorum, nisi Michol fatua, & qui sunt isti canentes nisi Christiani saltantes, & exultantes deo in humilitate sicut Dauid, præsertim cum dicit deus: Omnis spiritus laudet dominum, si dixisset omnis Israëlita præcise, tunc possemus alijs insultare. Hoc autē quod Esaias dixit. Quod Gē tes sunt in conspectu eius quasi nihil, est intelligendum de Gentibus istis quæ fuerunt antequam haberent notitiam dei per aduentum iusti, quia tunc fuerunt pagani & idolatræ non de Gentibus quæ inuenerunt dominum, quæ offerunt omni die sacrificium mundum in Oriente & in Occidente, sicut dicit per os Malachiæ Prophetæ, ut iam superius est allegatum, & certe, domine mi, nos erramus. Attamen. *Psal. 150.* *Esaie 40.* *Malach. 1.*

Cap. XXVI.

In quo probat apostasiam Iudæorum à deo.

Paueo, domine, quod apostatauimus à deo in primo aduentu istius iusti, de quo introduximus autoritates prædictas, & cui expresse conueniunt omnia quæ scripta sunt apud nos in libris legis & Prophetarum, propter quam apostasiā, sicut deus prætendit longitudinem dierū, & captiuitatem istam nobis intulit, & si expectamus saluatorem alium ab illo iusto, non prodest nobis. Signum est euidens, quòd pro peccato generali, quod est in nobis omnibus, quod peccatum cum perseuerat in nobis, perseuerabit ira super Gentem nostram sine spe, & tamen expectamus aliquem alium, quæ expectatio non prodest nobis. Et si uoluerimus dicere quòd hæc captiuitas non est generalis, & quòd in aliqua parte mundi nos habemus regem & principem, cito poterimus secū dum legem nostram argui de mendacio, & conuinci. Nam si nos Iudæi in aliqua parte mū di regem & principem haberemus, hoc esset de una sola tribu, scilicet Iuda, sed deus diffiniuit contra Iudam, quòd non esset super Iuda rex ex illa inæternum. Vnde dixit Hieremias Propheta cap. 17. Peccatum Iudæ scriptum est stilo ferreo in lapide adamantino, insiliens super corda eorum, & id quod scriptū est stilo ferreo in lapide adamātino qualiter deleri expectamus, non delebitur inæternum, præsertim cum deus fortis & gloriosus locutus est per os Esaiæ Prophetæ cap. 3. Dominator dominus aufert à Hierusalem & Iuda iudicem Prophetam & principem. De nobis etiam dicit Propheta Osee cap. 3. Erunt filij Israël sine principe & sine lege, sine sacrificio, sine ephot, sine altari, & sine Theraphin. Nos scimus, domine mi, quod ab initio mundi fuerunt aliqui magni & sancti coram deo, & in principio fuerunt longæ uitæ, sicut Mathusalem & Enoch, & cæteri, & nullum illorum extendit deus ultra mille annos, & nos inuenimus inter nos quod Messias siue Christus promissus nobis, fuit natus in Babylonia tempore captiuitatis illius quæ fuit septuaginta annorum, sed hoc tempus nostrum habet in ætate 1000. & 50. annos, quam fabulā & non prophetiam nulla ratione possumus defendere & tamen dicimus & asserimus in Synagogis nostris, ubi nullus commiscetur nobis extraneus. Sed audias doctrinam Christianorum publicam super Psal. 86. Fundatam ad Syon dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse qui est, fundauit eam. In uerbis istis nominat Mariam dominā nomine ciuitatis, & dicit quod homo natus est in ea, et non dicit, talis Israëlitæ uel talis, ut intelligas quod filius Mariæ non fuit unquam in lumbis alicuius hominis. Et in secundo libro Regum cap. 7. hoc manifeste declarat, cum deus dicit ad Dauid: Quando cōpleueris dies tuos, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo progeniem tuam post te, quæ egredietur de utero tuo, & ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Sed nunquam fuit possibile domine mi, quod aliquis egrederetur de utero patris sui, sed hoc expresse ponit ad demonstrandum, quod Christus non foret concipiendus in muliere per semen decisum de lumbis uiri, sicut cæteri homines, tam à Dauid quàm ab alijs descendendo. Dicit etiam deus per os Dauid in psalmo centesimonono: Ex utero ante luciferum genui te: ac si deus fortis & gloriosus diceret de Christo suo, quod de uoluntate sua quæ est Spiritus sanctus genuit eum, & non de semine ducēdo, cum ponit ex utero, quia Christus natus est ex utero sine uirili semine præter cursum solitū naturæ, & hæc est uera doctrina Christianorū quæ non intrat in capitibus nostris, propter hoc euenit nobis illud quod euenit nobis. Describit etiā per eūdem modū Christū nasciturū Dauid Propheta cū dicit in Psal. 131. Iurauit dominus Dauid ueritatem, de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Attamen dei sumus. *Luc. 1.* *Matth. 1.* *Christus de uirgine natus.*

Caput XXVII.

Concludendo inducit aliqua dicta Sarracenorum de Iesu & Maria matre eius.

CErte domine mi, licet nobis non opponant Chriſtiani dicta Sarracenorum, præci
pue quæ traduntur in Alcorano & in expoſitionibus eius, ſcientes quod nos nõ
reciperemus, ſicut nec ipſi recipiunt, tamen ad fatigationem noſtram eſſet & ad
fortificationem credentium, ſi nobis opponerentur illa quæ dicuntur à Sarrace-
nis de Ieſu & de beata Maria matre eius. Omnes enim Sarraceni dicunt quod ipſe fuit ille
Meſſias quem prædixerunt eſſe uenturum, & præponunt illum Mahometo eorum deo
quantum ad genealogiam. Fatentur enim quod parentes Mahometi fuerunt idolatræ &
praui & de ſemine Agar ancillæ. Et dicunt quod Meſſias fuit filius Iſaac & prophetarum
& iuſtorum, & recta linea uſq; ad beatam Mariam uirginem matrem eius. De Maria uero
Maria uirgo dicitur ſic in Alcorano de familia Adamar, dixit Angelus Gabriel ad Mariam: O Maria,
mater Meſſie. deus te elegit & docuit gratiam, & prælegit ſuper omnes mulieres omnium ſeculorum,
& poſuit te quaſi nouum medium, diuidens inter homines terrenos & Angelos dei in pa
radiſo delitiarum. Dicũt etiam omnes Sarraceni quòd Chriſtus ſiue Meſſias habuit à deo
poteſtatem faciendi miracula, ſanandi omnem languorem & infirmitatem, & eijciendi
dæmonia & ſuſcitandi mortuos, & ſciuit omnia ſecreta cordium, & credunt omnia mira-
cula Ieſum feciſſe, quæ Euãgelium commemorat. Et hoc expreſſe teſtificatur Alcoranus
ubi dicit in capite prædicto, quod Meſſias ſciuit & ſcit omnia, & etiã ſecreta cordiũ. Vn-
de uerba Mahometi fuerunt talia: Sciuit Eiſe, id eſt, Ieſus omnem librum & omnem ſapi-
entiam, & etiam totam legem Moſi. Et quid homines comedebant & bibebant in domi-
bus ſuis, & quid reponebant in theſauris ſuis. Dicunt etiam de Chriſto ſiue Meſſia, quòd
dum fuit in hoc mundo, contempſit diuitias, & abiecit carnales delectationes, nec habuit
concubinas, quæ ſunt occaſio peccati, & cauſa inobedientię. Item inducitur in Alcorano
illud uerbum euangelicum: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos. Et hæc omnia
Eccle. 19. licet ſint ſine autoritate à parte dicentium, ſunt tamen conformes his quæ Prophetæ dixe
Luc. 9. runt de Meſſia in primo aduentu ſuo, ut patet in prædictis. Dicunt etiam in Alcorano ꝙ
Eiſe, id eſt, Ieſus Chriſtus eſt uerbũ dei, et hoc ſcilicet eſſe uerbũ dei, eſt Ieſu Chriſti apud
Sarracenos quaſi nomen proprium, ita quod nullus alius homo uocatur hoc nomine, niſi
Ieſus, quem uocant Arabice Eiſe. Dicitur etiam in Alcorano ſic: Dixit deus ad Eiſe: Ego
ſum ſufficientia tua, ego leuabo te uſq; ad me, et purificabo te ab infidelibus. Conſidera er
go domine, quod gens Iudæorum propter captiuitatem quam paſſi ſunt iam mille annis,
ſunt enim pauciſſimi Iudæi in comparatione aliarum nationum. Nam Sarraceni multipli
Zach. 2. cati ſunt, & creſcunt quotidie. Fides autem Chriſti impleuit totum mundum, nos uero u-
Gen. 49. biq; diſperſi ſumus à deo noſtro, & ubiq; ſumus pauciſſimi, ſicut Ruben cui dixit pater:
Non creſcas, &c. Nos autem non creſcimus, & illi creſcunt quibus ſumus inimici ſuper
omnes Gentes, & nil proficimus, teſtimonium multorum ſtat ſemper contra nos ſcilicet
Chriſtianorum & Sarracenorum, Alcoranus & Euangelium Chriſti, quibus nolumus
credere, quamuis meo iudicio Alcoranus nihil ualeat, cum manifeſte contineat contra, ſi
cut ipſe noſti, & compoſitores eius, apparet euidenter quòd utrunq; ignorauerint Teſta-
mentum. Sed quid dicemus de Euangelio Chriſtianorum, ſuppoſito quòd Chriſtus ſiue
Meſſias iam uenerit, nihil enim continet contra Prophetas & legem noſtram, ſed eſt mani
feſtatio omnium prophetarum, & promiſſionis impletio, quæ in lege continentur ſumen
do ſpiritualiter prout continet doctrina Chriſtianorum. Nihilominus, domine mi, ſuper
his dubijs ad te recurro, maxime ſuper primis noſtris quæ habui à Prophetis, quia de Al-
corani teſtimonio ſcio quod quaſi nihil reputabis, tu maxime qui Arabicũ ſcis. Perfecte
enim noſti, quia ipſe Mahometus qui dixit ſe Prophetam nec uentura prædixit,
& qui dixit ſe nuncium dei, contra deum & eius ſcripturam docuit,
ut corruptus homo penitus et ignorans.

Finis epiſtolæ Rabbi Samuelis quam ſcripſit ad Rabbi Iſaac
magiſtrum Synagogæ.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΑΝΔΡΕΟΥ ΤΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥ-

αγγελισμὸν, τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου.

DIVI ANDREAE HIE-rosolymitani in S. Mariæ Deipatræ

salutationem sermo. M. Hoppero interprete.

Ἔπεστι σήμερον ἡ πάντων χαρὰ, λύουσα τὴν πρώτην ἀράν. ἔπεστιν ὁ πανταχοῦ, ἵνα τὰ πάντα πληρώσῃ χαρᾶς. ἔπεστι δὲ πῶς; οὐ δορυφόρους ἔχων, οὐ στρατιὰς ἀγγέλων συνεπαγόμενος. οὐ κομπάζων τὴν πρόοδον. ἀλλ᾽ ἡσυχῇ καὶ ἠρέμα τοῦτο ποιῶν, ἵνα λάθῃ τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους, ἵνα τέχνῃ σοφίας παγιδεύσας τὸν ὄφιν καὶ τὸν δράκοντα φιμώσας τὸν νῦν τὸν ἀσσύριον, τὸν πᾶσαν ὑφ᾽ ἑαυτὸν δουλωσάμενον τὴν ἀνθρωπίνην εὐγένειαν, ἁρπάσῃ τὸ λάφυρον. οὐκ ἀνασχομένης αὐτοῦ τῆς ἀπείρου μεγέθους περὶ ἡμᾶς εὐσπλαγχνίας τοσοῦτον ἔργον ζημιωθῆναι, τὸν ἄνθρωπον. δι᾽ ὃν οὐρανοὺς ἐκαμάρωσε, γῆν ἐστερέωσεν, ἀέρα διέχεε, θάλασσαν ἥπλωσε, καὶ τὴν φαινομένην ἅπασαν ἐτεκτήνατο κτίσιν. διὰ τοῦτο θεὸς ἐπὶ γῆς, θεὸς ἐξ οὐρανοῦ, θεὸς ἐν ἀνθρώποις, θεὸς ἐν γαστρὶ παρθένου φερόμενος, ὁ πανταχοῦ μὴ χωρούμενος. ἐντεῦθεν ἡ ἀνθρώπου φύσις χαρᾶς προοίμια δέχεται, καὶ ἀρχὴν λαμβάνει θεώσεως. ἐντεῦθεν τὸν ἑαυτῆς ἀποκεκρυμμένη τῆς ἁμαρτίας, πολυφάντασον πλοῦτον νυμφοστολεῖται τῷ κτίσαντι. ἐντεῦθεν ἡμῶν ἡ πρώτη διάπλασις νέαν ἀνάπλασιν δέχεται, καὶ ὁ γηράσας κόσμος, τὴν τῆς ἁμαρτίας παλαίωσιν ἀποτίθεται. ἀλλ᾽ εὐφραινέσθω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, καὶ νεφέλαι ῥανάτωσαν δικαιοσύνην. σταλαξάτω τὰ ὄρη γλυκασμὸν καὶ οἱ βουνοὶ ἀγαλλίασιν, ὅτι ἠλέησεν ὁ θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. σήμερον γὰρ τὸ ἀποκεκρυμμένον πρὸ τῶν αἰώνων μυστήριον φανεροῦται. καὶ ἀνακεφαλαίωσιν ἐν χριστῷ τὰ σύμπαντα δέχεται. σήμερον ὁ δημιουργὸς τῶν ὅλων τῆς ουσιαρχία τὴν προβεβουλευμένην αὐτῷ τῆς τῶν ὄντων ποιήσεως, πρὸς πέρας ἄγει βουλὴν, ἵνα τὴν καθ᾽ ἡμῶν τῆς ἀρχῆς προεπινοηθεῖσαν τῷ ἀρχηγῷ τῆς κακίας βουλὴν διασκεδάσηται. διὰ τοῦτο χορεύουσιν ἄγγελοι, συγχαίρουσιν ἄνθρωποι, καὶ ὁ σύμπας ἀνανεούμενος πρὸς ἑαυτὸν ἐπανέρχεται κόσμος. τίς νοῦς, ποία δὲ ταῦτα χωρήσει γλῶττα, μή τι γε λόγος ἐκφράσαι δυνήσαιτο, ἢ ἀκοὴ δέξασθαι. εἰκότως οὖν ἡ παροῦσα πανήγυρις, φαιδρὰ καὶ γεγανωμένη συγκεκρότηται σήμερον, τὴν παγγενεστάτην τοῦ ἡμετέρου φυράματος ἑορτάζουσα πρόληψιν. τίς οὖσα καὶ ποταπή, τῆς μὲν κτίσεως ἁπάσης εὐ-

Adest hodie gaudium omniũ, pristinam nobis noxã diluẽs: Adest, qui est ubiq;, ut gaudio omnia impleat. Quõ uero adest? Nullis certè stipatus satrapis; non Angelorũ secũ ducens exercitum: non suã iactans expeditionẽ, sed quietè ac submisse id agens, quo tenebrarũ principẽ lateat: quo prudẽter illaqueato serpẽte, captoq; assyrio illo dracone, q seruituti suę humanã libertatẽ omnẽ subiecit, spolia auferret. Qm̃ immensa eius erga nos misericordia tantũ condẽnari opus, hominẽ dico, nõ sustinuit propter quẽ cœlos cõdidit, terrã firmauit, aẽra expandit, maria dilatauit, ac omnẽ deniq; obtutui nostro fabricam obiectã effecit. Propterea deus super terrã, deus ex cœlo, deus inter homines, deus in utero uirginis gestat⁹, quẽ totũ uniuersum nõ caperet. Hinc humana natura gaudij p̃ludia pcipit, ac diuini initiũ consortij capit: Hinc à suo purgata peccato, cũ immensarũ diuitiarũ spõso nuptias celebrat. Hic prior nostra effigies nouã figurã consequit̃, ac senio quasi cõfectus mũdus, peccatorũ senectã exuit: At cœlũ lętet̃ desuper, rorentq; nubes iustitiã: Stillent montes dulcedinẽ, & colles lætitiã, qm̃ misertus est deus populi sui. Hodie em̃, quod ante omnia secula absconditũ fuit, mysteriũ reuelat̃, et in Christo tanq; capite omnia repetunt̃. Hodie summa uniuersi opifex potẽtia conceptũ apud se iãdudũ de rerũ creatione consiliũ ad finẽ perducit: quò, q̃d de nobis iã ab initio omnis mali princeps instituit consiliũ, irritũ faceret. Ob id sanè tripudiant Angeli, congratulantur sibi homines, ad quod uniuersus restitutus orbis concurrit. Quæ mẽs, aut quæ hæc concipiat lingua? Non equidẽ ullus sermo eloqui, uel auditus percipere possit. Meritò ergo præsens hoc festum magna nobis solennitate & lætitia hodie peragitur, quod plenissimam coinquinationis nostræ expiationem concelebrat, quædam quasi existens uniuersæ quidem creaturæ læta festiuitas, hu

φρόσωπος, τοῦ δὲ γένους ἀνόρθωσις. οὐκοῦν χαρᾶς εὐαγγέλια σήμερον, θεοῦ φιλανθρωπίας μηνύματα, παγκοσμίου σωτηρία. χαρμόσυνα, πόθεν καὶ παρά τινος, καὶ πρός τινα ἥκοντα; ἐξ οὐρανοῦ καὶ παρὰ θεοῦ, καὶ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί. τίς ἡ παρθένος; τίς ὁ ἀνήρ; τίνα δὲ τούτοις ὀνόματα; τῇ μὲν μαρία, τῷ δὲ ἰωσήφ. ἀμφότεροι δὲ ἦσαν ἐκ γένους δαυίδ. τίνος ταῦτα διακονοῦντος, καὶ ὅθεν ἥκοντος; τοῦ ἀρχαγγέλου γαβριὴλ ἐξ ὑψίστου ἀποσταλέντος εἰς διακονίαν τοῦ θαύματος. ἔδει γὰρ τοῦ ὑψίστου τὸν λειτουργὸν, ἐκ τῶν ὑψίστων ἐπὶ γῆς καταπτάντα, παράδοξον ἐπὶ παραδόξοις τοῖς πράγμασι διακομίσαι μυστήριον. τί τοῦτο; τὴν τοῦ κυρίου συγκατάβασιν, τὴν ἄρρητον τῆς περὶ ἡμᾶς οἰκονομίας φανέρωσιν, τὴν ἀπ' αἰῶνος κεκαλυμμένην τῆς θείας βουλῆς καὶ προγνώσεως ἔκφασιν καὶ βεβαίωσιν. ἀλλὰ ποῦ ταῦτα καὶ πότε, καὶ τοῦ χάριν; εἰς ναζαρὲτ, πόλιν τῆς γαλιλαίας, ἐν μηνὶ τῷ ἕκτῳ, καθ' ὃν ἰωάννης συνείληπτο, ἵνα τὸν ἐρχόμενον κηρύξῃ ἐγγάστριον. ὅθεν ὁ γαβριὴλ πρὸς τὴν ἐπίγειον παστάδα, τῶν αἰθερίων καταπτὰς ὑπερῴων, ἐπέστη τῇ ναζαρὲτ, καὶ τῇ παρθένῳ προσελθὼν, τῆς ἀφράστου οἰκονομίας ἀψοφητί διηκόνει τὸ μήνυμα. τοῦτο τῆς πρὸς ἀνθρώπους θείας καταλλαγῆς τὸ μυστήριον, τοῦτο πανηγυρίζομεν σήμερον, τὴν τοῦ θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους συνάφειαν, τὴν τοῦ προσλήμματος θέωσιν, τὴν τῆς εἰκόνος ἡμῶν ἀναμόρφωσιν, τὴν εἰς τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν, τὴν εἰς οὐρανοὺς ὕψωσιν καὶ ἀνάβασιν. διὰ τοῦτο χαρᾷ χαίρει τὰ σύμπαντα σήμερον. καὶ πᾶσα τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων ἡ νοητὴ διακόσμησις, ταῖς θείαις περὶ ἡμᾶς καταλλαγαῖς ἐπισπένδεται. φίλον γὰρ αὐταῖς τὸ πρὸς θεὸν ἡμῶν ἐπανόρθωμα καὶ ἡ πρὸς τὴν ἀμείνω κατάστασιν πρόοδος καὶ ἀνάβασις. καὶ γάρ εἰσι λίαν συμπαθεῖς καὶ φιλάνθρωποι. ἅτε εἰς διακονίαν ἀποστελλόμεναι τῶν μελλόντων κληρονομεῖν σωτηρίαν. τοιγαροῦν ἀγαλλιάσθω τὰ σύμπαντα σήμερον, καὶ ἡ φύσις σκιρτάτω, ὁ οὐρανὸς γὰρ ἄνω ἀνοίγεται, ἡ γῆ τὸν βασιλέα τοῦ παντὸς ἀφανῶς ὑποδέχεται. ναζαρὲτ τὴν ἐδὲμ μιμουμένη, τὸν τῆς ἐδὲμ φυτουργὸν ἐγκολπίζεται. ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν τὴν ἀνθρωπίνην ἐσχατιὰν, ἐν μόνῳ μόνος ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντι μνηστεύεται. καὶ γαβριὴλ ἐν μυστηρίῳ διακονεῖ, καὶ τῇ παρθένῳ ὑποφωνεῖ τὸ χαῖρε, ἵνα τὴν χαρὰν ἣν ἡ προμήτωρ ἀπώλεσεν ἡ θυγάτηρ τοῦ ἀδὰμ ἡ ἐκ δαβὶδ ἀνατείλασα, δι' ἑαυτῆς ἀνασώσηται. σήμερον ὁ τῆς δόξης πατὴρ εἰς οἶκτον τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἐλθὼν, τὴν ἐν ἀδὰμ φθαρεῖσαν φύσιν, ἵλεῳ κατοπτεύει ἐν βλέμματι, σήμερον τῶν αὐτοῦ παναγάθων σπλάγχνων. ὁ τῆς εὐσπλαγχνίας δοτὴρ ἀνακαλύπτει τὴν ἄβυσσον, καὶ διοχετεύει τῇ φύσει τὸ ἔλεον, ὡς ὕδωρ πολὺ καλύψαι θαλάσσας. ἔπρεπε γὰρ τῷ ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα συνέστηκεν, ἐλέῳ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀρχαίας ἀρᾶς, τὴν καταδίκην ἀμείψασθαι, δόξῃ τε τῇ

mano uerò generi restitutio. Hæ igit̃ gaudij hodiernæ annũciationes, hæc dei recõciliationis indicia, exoptatissimæq́ salutis læta faticinia unde nám & à quo, uel ad quẽ ptingunt? Ex cœlo, à deo & ad uirginẽ uiro desponsatã. Quæ uerò uirgo? aut quis'nam uir ille? quæ'ue hisce nomina sunt? Illi quidẽ Mariæ, huic uero Iosepho: Ambo de stirpe Dauid. Quo rerũ harũ ministro, & unde uenerat? Archangelo Gabriele ex altissimis in huius stupẽdæ rei ministeriũ demisso. Decebat enĩ ministrũ altissimi, ex altissimis super terrã deorsũ uolantẽ, inauditũ illud atq; sui admiratione res admirãdas cũctas lõge superãs mysteriũ secũ adferre. Quodnã illud? Domini ad nos descẽsionẽ: illius incredibilis dispẽsationis manifestationẽ: diuini cõsilij atq; decreti ab æterno abscõditi promulgationẽ confirmationemq́. Vbi aũt & qñ cuiusúe gratia cõtigit ista fieri? In Nazaret ciuitate Galilææ: mẽse VI. à Ioãne cõcepto: ut uẽturũ in utero existentẽ prædicaret. Nã Gabriel è sublimi p æthera ad terrestria loca demissꝰ, Nazareth cõstitit, & ad uirginẽ accedẽs inscrutabilis illius dispẽsationis indiciũ ei placidè, p suo officio fecit. Hoc illud est diuinæ cũ humano genere recõciliationis mysteriũ. Huius hodie festũ celebramus, dei, inq̃, cũ hominib. cõiunctionẽ: adoptionis nostræ dignitatẽ: imaginis nostræ reformationẽ: in melius emẽdationẽ: in cœlos exaltationẽ atq; ascensionẽ. Quapropter magno hodie cũcta gaudent gaudio, ac uniuersi cœlestiũ potestatũ ordines spirituales, ob dei nobiscũ reconciliationẽ, nobis quoq; placant̃. Iucũdissima enĩ ipsis est nostra ad deũ reuersio, & ad statũ meliorẽ ingressus atq; reditus. Qm̃ ualde sunt nostri causa solliciti atq; benigni: ad eorũ quippe ministeriũ missi qui salutẽ sortient̃. Læient̃ itaq; cũcta hodie: uniuersa exultet Natura: Cœlũ enĩ apertum est: Terra regẽ uniuersi clanculũ excipit: Nazareth Eden hortũ æmulata, ipsius Eden conditorẽ sinu suo cõplectit̃: Miserationũ pater humanã deformitatem unico suo atq; unigenito sibi filio despõdit: cuiꝰ Gabriel mysterij minister fit ac uirgini acclamat: Aue, quo gaudiũ q̃d auia pdiderat filia Adã ex Dauide orta p se recuperaret. Hodie pater oĩs gloriæ humani generis calamitatẽ misertus, corruptã in Adamo naturã ppitijs oculis intuitus est. Hodie misericordiæ largitor, uiscerũ suorũ optimorũ abyssũ nobia reuelat, ac naturã nostrã misericordia sua instar mariũ pfundit, quæ multa aqua tegunt̃. Decebat quippe eũ, à quo & p quẽ & in quo facta sunt om̃ia, ueteris nostræ noxæ cõdemnationẽ misericordia

ἑαυτοῦ

